Primò ex tractatione filiorum; nam teſtes dicunt vidiſſe d. Franciſcum tenere iſtos filios in domo honorificè veſtitos, & eos educari erudiri, haberi, & tractari vt filios legitimos, & naturales ab ipſo Franciſco. & patruo, & domeſticis, & vnum ex ipſis miſiſſe ad ſtudiũ Patauinum, vbi eum manutenebat; qui tractatus
2 ſic probati probant † ipſos filios fuiſſe in poſ
ſeſsione legitimatis, vt tenet Bar. in l. 2. §. Idẽ per contrarium circa fin. ff. de lib. agnoſc. & in l. Non nudes. C. de probat. & in l. 1. in. 4. oppoſ. c. Quorum bonorum. & in l. 1. §. Ad quæſt. ff. de quæſt. Ant. de Bur. in ca. Tranſmiſſæ qui fil. ſint leg. Dec. in c. Per tuas, nume. 7. qui fil. ſint legit. Abb. & alij in c. Michael. de fil. præsb. Alex. cõſil. 51. vol. 1. Dec. conſ. 54. col. 1. & 2. verſ. Sed tamen præfatis. Salic. in l. Si uicinis. num. 3. C. de nupt. & in tãtum iſte tractatus valet, quod ſi
3 parentes poſtea negarent † eos eſſe filios, nõ
eis crederetur. Abb. in c. Tranſmiſſæ in 3. nota qui fil. ſint legit. & tradunt doct. in d. cap. Per tuas. de prob. & iſta quaſi poſſeſsio ſufficit quãdo agitur de ſucceſsione parentum. Ant. de But. in d. c. Tranſmiſſæ. de fil. præsb. & ibi Præpoſ. in notab. Pariſ. in conſ. 10. nume. 110. vol. 2. Paleot. in tractat. de Spur. ca. 22. & pro communi tenet Dec. in conſ. 54. num. verſi. Non obſtat quod quaſi poſſeſsio.

4 Secundò probatur à denominatione† filio-
rum, quam faciebat pater, quę maximè procedit quo ad ſucceſsionem. Abb. in d. cap. Per tuas. col. 3. verſ. Ego habeo pro indubitato. de prob. vbi etiam dicit quod ſola nominatio cõſtituit quem in poſſeſſ. filiationis, vt ibi nu. 7. verſ. Item ſcias. confeſsio enim patris probat. vt tenẽt doct. in d. c. Michael. de fil. præsb. & ſine dubio quando concurrunt aliæ coniecturæ, vt in iſto caſu. Abb. in d. ca. Michael. ad finem. cum alijs allegatis.

5 Tertio probatur per famam † publicam, &
comunem reputationem, de qua teſtes affirmant. quæ fama ſufficit ad ſuccedendum patri etiam ad excluſionem venientium ab inteſtato. Ant. de But. in d. c. Tranſmiſſę. quem ſequitur ibi Abb. in fin. & in c. Lator. ſuper Glo. pen. qui fil ſint legit. & plura cumulat ad propoſitum Alex. in conſ. 51. 1. vol. & Dec. in conſ. 272. num. 4. verſi. 3. prædicta. & quo ad ſuccedendũ patri eſt probare ſe ex iſtis tractatibus, fama ſcilicet, & communi reputatione eſſe in poſſeſſione filiationis, & legitimitatis abſq; eo quod probetur aliquid de matrimonio. vt per Bart. in d. Non nudis. C. de prob. & l. 1. quorum bonorum. & ſequũtur Alex. Dec. & cæteri in locis allegatis, & Dec. in d. conſil. 54. aſſerit de communi opinione.

Tamen ex abundanti probatum eſt etiã de
6 matrimonio. nã teſtes† deponũt quod d. Fran
ciſcus contraxerat matrimonium cum Anna multis præſentibus nominatis, & quod publicæ habebantur, & reputabantur veri coniuges & nominatio coniugum, & confeſsio d. Franciſci quod Anna erat ſua vxor; & aſſertio. d. Annę, cum tractatione coniugum, vt probant multi teſtes, cum non agatur de matrimonio
7 principaliter, †ſed incidẽter, quo ad effectum
legitimitatis ſatis ſit probatum: Abb. in c. Per tuas: qui fil. ſint leg. Fel. in ca. Illud. verſ. Et adde. de præſcript. Ant. de But. in c. 2. Qui fil. ſint
8 leg. in 5. notab. vbi dicit quod ad probandam†
legitimam prolem, ſufficit colorata quaſi poſſeſsio maritalis, excluſa proprietate veri matrimonij. & idem in c. Ex tenore eod. tit. in 6. notab. refert, & ſequitur Dec. in d. conſ. 153. n. 2. & 3. & in conſ. 54 verſi. Non obſtat vbi dicit de communi. & in l. Nuptias, ff. de reg. iur. nu. 3. Alex. in conſ. 51. col. pen. nu. 2. vol. 1. Anc. in cõſil. 175. videtur 1. facie, nu. 6. Salic. in l. Non nudis verſ. Si autem. C. de prob. Gemin. conſ. 27. col. 2. verſ. quandoq; agitur, vbi dicit quod qñ
9 concurrunt †filij primę, & ſecũdę vxoris quod
ſi primum matrimonium ſit præſumptum, ſecundum verò plene probatũ, tamen filij primi admittuntur vt legitimi cũ filijs ſecundi matrimonij ad hæreditatem patris. Cur. Iun. latè proſequitur in conſ. 52. col. 1. n. 3. Alciat. in trac. de præſump. reg. 2. in 5. præſump. Pariſ. in conſ. 13. nu. 22. & 23. vol. 2. Paleot. in d. trac. de noth. & Spur c. 22. Vbi multa ad propoſitũ id quod magis procedit vbi non ſint alij filij, vt in caſu
10 noſtro. Quando verò agitur de matrimonio †
principaliter, ſtrictiores probationes requiruntur propter periculũ peccati. ne forte quis teneret vxorẽ prohibitã, vt rõne ponit Innoc. in c. Ex parte. col. fin. verſ. Licet forte. de reſt. ſpo, & Abb. in d. c. Lator. & ita concludendũ pro veritate cenſeo. Laus Deo, & Beatæ Mariæ,

CON-

CONSILIVM XII.

Priuilegia conclauiſtarum de beneficijs vacantibus Sede vacante, ad quæ extendantur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, præſeruat ius in re alteri quæſitum.*
2 *Clauſula prædicta præſeruat etiam ius ad rem alteri quæſitum.*
3 *Collatio beneficij præſtat ius quæſitum.*
4 *Priuilegia conclauiſtarum non amplectuntur beneficia collata.*
5 *Clauſula, motus proprij, & ex certa ſcientia, non tollit ius quæſitum.*

Det mihi Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

COnclauiſtis fuerunt conceſſa per Paulum IV. 7. Cal. Iunij 1555. beneficia vacantia tempore Sedis vacãtis cum clauſula, dummodo tempore datæ non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum. Modo quæritur an beneficia collata per ordinarios ante datam, cadant in gratia.

Et breuiter reſpondi negatiuè; quia illa
1 clauſula, † dummodo non ſit alteri ius quæſitũ, præſeruat ius in re alteri quæſitum: vt per Cald. in conſ. 8. ad finem. de reſcrip. & Rom. in
2 conſil. 256. Approbo. imò etiam † ius ad rem Rot. in nou. deciſ. 17. Aegid. deciſ. 167. Compoſtel. in c. Cauſam quæ de reſcript. & latè Gom. in reg. de non toll. ius quæſit. quæſt. 1. nu. 26. Sed
3 per collationem † ordinarij fuit ius quæſitum in beneficio rectori. c. Si tibi abſenti. & ibi Ge-
4 min. & alij de præben. in 6. Ergo priuilegia † huiuſmodi non extenduntur ad beneficia iam collata: & confert maximè quod in quibuſ-
5 cumq; gratijs à Papa emanatis, etiam † ſi motu proprio, & ex certa ſcientia, non cenſetur alteri, cui ius ſit quæſitum, præiudicium inferri: Gloſ. in c. Cum olim. in verbo, præiudicium. de conſuetud. Fel. in c. Cauſam. col. 9. de reſcript. & c. Super eo. col. 2. de offic. deleg. Iaſ. in l. Quotiens. Cod. de præc. imp. offeren. & Dec. latè in conſ. 407. col. fin. & in conſ. 600. col. fin. & ex his reſideo quod d. priuilegia non comprehendãt beneficia iam collata: ſed ſolum ea quæ tempore datæ vacabant.

CONSILIVM XIII.

Alternatiua an gaudeat qui eſt in ſeruitio Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſidere quis in Eccleſia ſemper tenetur.*
2 *Diſtributiones pro rata temporis dantur.*
3 *Conſuetudo eſt optima interpres legis.*
4 *Quandocunq; ſignificat iteratam reſidentiam.*
5 *Quandocunq; comprehendit omnem modum.*
6 *Et omnes caſus.*
7 *Quandocunq; verbum aliquando reſtringitur.*
8 *Quandocunq; de ſui natura ſignificat infinitatem.*
9 *Idem iuris de parte ad partem, quod de toto ad totum.*
10 *Aſſiſtens ſeruitijs Papæ habetur pro reſidente.*
11 *Reſidere eſt ad debita munera præſentem eſſe.*

Det mihi Dominus rectè ſapere.

FACTI SPECIES.

QVidam Epiſcopus inſiſtens ſeruitijs Papæ, impetrauit licentiam per quatuor menſes reſidendi in ſuo Epiſcopatu, & illo tempore ſuſtulit munera Epiſcopalia; Quæritur modo an gaudeat alternatiua illius temporis.

1 Ad iſtius caſus euidentiam; aut reſidentia conſideratur ſimpliciter, aut ad aliquẽ effectũ, ſi ſimpliciter reſidentia debet eſſe continua,
1 quia de iure † quis debet ſemper in ſua Eccleſia reſidere. c. Sanctorum 70 diſtin. c. Relatum, & ibi Gl. in verbo, Cum effectu. & Abb. de Cleric. non reſid. ſi vero non ſimpliciter ſed ad aliquem effectum, puta cauſa percipiendi quotidianas diſtributiones; iſto caſu non ſolum qui
2 continuè reſident, ſed ad tempus, pro rata † temporis conſequũtur diſtributiones. ca. 1. De Cler. non reſid. lib. 6. cum ibi not. & ita de conſuetudine in Eccleſijs in quibus dantur diſtri-
3 butiones ſeruatur. quæ conſuetudo † eſt optima interpres Legis. l. De quibus, & l. Si de interpretatione. ff. de leg. Regula vero alternatiuæ non loquitur ſimpliciter, ſed ad effectum dandi ordinarijs alternatiuam, quotieſcumq; & quandocunq; in eorum Eccleſia reſederint:
4 quæ verba ſignificant † iteratam reſidentiam per plures vices temporis factam, non autem continuatam reſidentiam l. Sicut in princip. ff. quib. mod. vſuf. ammitt. Bart. in l. Qui bona. §. vlt. ff. de damn. infect. & ibi Imol. & Alex. Anch. in conſi. 268. num. 4. vbi dicit quod dictio quã-
5 docunq; † comprehendit omnem modum, & qualitatem: & Bal. in l. Si ita ſtipulatus. §. Seio. ff. de fideinſſio. dicit quod ſignificat repeti-
6 tionem actuum, & temporis. & Tiraquel. in retractat. conuent. Gloſ. ſecunda, nume. 16. per l. 2. Cod. de pact. interpretatur illud verbum quandocunq; vt comprehendat † omnes caſus. Nec obſtat quod aliquando iſtud ver-
7 bum, quandocunq; † reſtringatur. vt per Gl. in l. Neminem. Cod. de decur. lib. 10. quia illud eſt

probat quod Vicarius eſt ammouibilis ad libitum Epiſcopi. Per quæ iura couſtat, quod niſi expreſsè conſtituatur perpetuus, ſit temporalis; & conſequenter quod nullum generetur præiudicium patrono, prout in conſtitutione Vicarij perpetui, de quo loquuntur iura ſuperius allegata: & allegata in contrarium loquuntur de Vicario perpetuo intitulato, quod fieri non poteſt ſine cõſenſu patroni; vt tenet Gloſ. Abb. & alij in d. c. Ad hæc. de offic. vic. nã Vicaria perpetua comprehenditur ſub diſpoſitionibus de beneficijs loquentibus ad trad. per Mand. in reg. Cancell. 34. quæ eſt reg. de annali quæſt. 13. & conſequenter fieret præiudiciũ patrono. Nos verò ſumus in caſu in quo Vicarius nullum habet titulum, & l. Ex falſo C. de diuerſ. reſcrip. loquitur de reſcriptis in iuſtitia factis; & de priuilegijs alicui conceſsis: quare ſuccedit regul. in c. Decet. & c. Indultum. de regul. iur. in 6. quæ tamen limitatur in multis caſibus, vt per gloſ. & Doct. ibi. Nos verò loquimur de Vicario qui deputatur ad
14 negotia tribunalis Epiſcopi, qui habetur † ad inſtar procuratoris; ſicut ſenſit Abb. in d. cap. Ad hæc. nu. 2. de offic. vic. Boer. in d. deciſ. 347. nu. 4. Milis. in verbo Vicarij duo, & alij ſupra allegati; & ſicut procurator tum expreſſè; tum tacitè, vt per deputationem ſecundi reuocari poteſt, ita Vicarius ſimpliciter deputatus: & ita iuris eſſe cenſeo; ſalua correctione melius ſentientis.

CONSILIVM V.

Coadiutor cui, & quando dandus.

SVMMARIA.

1 *Rectores Eccleſiarum Parochialium debent eſſe periti.*
2 *Et vocantur Paſtores.*
3 *Coadiutores dantur imperitis rectoribus Parochialium.*
4 *Manſionaria eſt beneficium ſimplex.*
5 *Beneficium ſimplex detur minoribus 14. annis declara, vt infra nu. 7.*
6 *Minores 14. ann. ignorant quid faciunt, & ſunt imperiti.*
8 *Coadiutores quibus dentur.*
9 *Rectores beneficiorum ſimplicium ad reſidentiam non tenentur, neque habent curam animarum.*
10 *Semel approbatus expelli non poteſt ab eo, qui illum approbauit.*
11 *Mutare cõſilium nemo poteſt in damnũ alterius:*
12 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt.*
13 *Beneficium ſemel conceſſum tolli non poteſt.*
14 *In culpa eſt qui inſufficientem admittit.*
15 *Modicus defectus, ſeu modica inſufficientia non attenditur.*

Dabit Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

ARchipræsbiter Collegiatæ Terræ Carpi, Superior, & ordinarius intentat dare coadiutorem Reuerendo D Auguſtino Piſtonio Mãſionario in d. Collegiata pp (vt ait) inſufficientiam ſuam, & pro auctoritate allegat Conc. Trid. ſeſſ. 21. in c. 6. & Conſultus reſpondi non poſſe, ex infra dicendis.

Concilium namque loquitur de Rectoribus
1 Eccleſiarũ Parochialium, qui debent † eſſe periti, c. Licet canon. de elect. in 6. quoniam datur eis cura, vt populum ſciant regere. c. 1. de
2 appel. monach. & meritò † vocantur paſtores, & miniſtri. c. Si in plebibus. 63. diſtin. c. Sa-
3 cerdotes. & c. Tuæ. 6. q. 1. quibus † ſi imperiti
4 ſint dantur coadiutores. Manſionaria † verò eſt beneficium ſimplex; & ita eam nuncupat Bulla erectionis d. Collegiatæ; beneficium au-
5 tem † ſimplex datur etiam minoribus 14. annis de iure communi. c. Ex eo. de elect. in 6. qui
6 quod faciant † ignorant. l. 1. ad finem. C. de falſ. mon. & vocantur imperiti. c. Super inordinata. de præb. tangit etiam Concil. Trid. ſeſſ. 23. ca. 18. in prin. per cuius diſpoſitionem hodie be-
7 neficia † ſimplicia non dantur alicui ante decimum quartum annum, cõſequenterq; diſpoſitio Concilij in d. ca. 6. ſeſſ. 21. non conuenit, neque video quod de iure communi detur coadiutor iſtis ſimpliciter Beneficiatis; ſed ſolũ
8 Epiſcopis, † & Rectoribus curatis, ex cauſis de quibus. in c. de Rectoribus. & c. pen. & fin. de cler. ægrot. & in c. vnico eod. tit. in 6. tradit Dynus in c. 1. de reg. iur. in 6. & Stafil. de grat. expect. de mod. prouiſ. §. Supereſt. num. 25. & nouiſsimè Conc. Trid. in loco citato: vbi diſponitur quod dentur coadiutores imperitis & illiteratis Parochis Eccleſiarũ Parochialiũ. Nunquã verò vidi diſpoſitum quod dentur Re-
9 ctoribus beneficiorum ſimplicium, qui † nec curam animarum habent, nec ad reſidentiam ſũt adſtricti: ad not. per Lap. alleg. 116. & alios, qui videri poſſunt, ſcribentes in c. de multa, de præben. Et tanto magis iſti Manſionario coadiutor à d. prælato dari non poteſt; qui ab eo fuit in beneficio inſtitutus, & pro idoneo approbatus; illum enim † quem ſemel approbauit expellere, ſeu contra eum excipere non poteſt. c. Accepimus. de ſtat. & qual. c. Dilectiſſimi. ad finem 8. q. 2. & ſubintrat. reg. quod ne-
11 mo † poteſt conſilium mutare in alterius præiudicium. c. Mutare. de reg. iur. in 6. & quod
12 ſemel † placuit amplius diſplicere non põt, c. Quod ſemel. eod. tit. & lib. Decet enim con-
13 ceſſum † beneficium eſſe manſurum. c. Decet

eodem

14 eod.lib. & tit. & quatenus eſſet † inſufficiens
eidẽ prȩlato imputari debet. d. c. Accepimus.
& c Damnũ.de reg iur in 6.l.Cum duobus. §.
fin. & l.Si fratres,§.Etiã fin.ff. pro Soc.l.Quod
quis.ff.de reg.iur. Imò Manſionarius decenter
ſcit pſalmos, & antiphonas intonare; & alia
quæ ad eius officium pertinent; & per multos
annos tolleratus fuit. Qui licet completam
ſufficientiam non haberet, euitari tamen non
15 deberet,nec ei adiutor dari:qui enim† in me-
dio deficit, non euitatur. c. Thomas.de corp.
vitiat. & ſic reſideo in hoc quod coadiutor da
ri non poſsit præf. Manſionario. ſolua tamen
meliori ſententia.

CONSILIVM VI.

Diœceſis vſque quo tendat.

SVMMARIA.

1 *Integrè poſsidet, qui cum omnibus iuribus, & pertinentijs poſſidet.*
2 *Appellatione Ciuitatis, vel oppidi, venit eius territorium.*
3 *Ordinarius alicuius diœceſis habet ſub ſe omnes Eccleſias illius territorij. & num. 6.*
4 *Quid ſit Diœceſis.*
5 *Quid Parochia.*
6 *Eccleſia ædificari debet cum licentia Epiſcopi diœceſani.*
7 *Eccleſia poteſt habere priuilegium quod non ſit ſub iuriſdictione illius in cuius diœceſi ſit ſita.*
8 *Quomodo probatur aliquẽ eſſe de aliqua diœceſi.*
9 *Immemorabilis conſuetudo habet vim priuilegij.*
10 *Triennalis poſſeſſio ſufficit ad præſcribendam diœceſim.*

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

QVidam Rector Parochialis Eccleſiæ
ſub tit.Sanctæ Mariȩ exiſtentis in ter
ritorio nullius diœceſis, cuius præla-
tus inferior ex priuilegio, ſoli Sedi
Apoſtolicæ ſubiacet; fuerat requiſitus ab Epi
ſcopo vicinò ad obedientiam;prætendens diœ
ceſim illius territorij non extendi vltra terrá,
in qua commorabatur prælatus; ille vero re-
ctor ex conſuetudine per prius obedientiam
præſtabat præfato inferiori prælato;& coactus
conſilium petebat.

Ego vero ex infra dicendis reſpondi recto-
rem ante dictum ſolum inferiori Prælato ſu-
1 biacere: nam † qui poſsidet aliquid integrè,
intelligitur poſsidere cum omnibus iuribus
& pertinẽtijs ſuis per tex.notab.in l.Si quãdo.
2 C.de bon.vacan. lib. 10. & appellatione † Ci-
uitatis venit Territorium.Bart.in l.2.ff.de ver.
bor.ſignif.quæ ratio millitat etiam in oppido,
& alia qualibet terra. l. Quicunq; C. de fund.
limitat. lib.11. & ſimilis ratio eſt in diſtrictu.
Territorium enim, & diſtrictus pari paſſu am-
bulant;vt tradit Card.in clem.2.§.Sanè, num.
4.de electio. ex quibus datur intelligi diœce-
ſim nedum extendi intra muros illius Terræ,
ſed extra per totum Territorium; & conſe-
3 quenter quod omnes † Eccleſiæ illius Territo
rij ſubiacent iuriſdictioni illius prælati de iu-
re communi c.Omnes baſilicȩ 16.q.7.qui dici-
tur habere propriam diœceſim ſeparatam ab
3 alia. Diœceſis enim dicitur † diſiunctio, ſeu
diuiſio.ca.Epiſcopi 7.q.1.c.Quicumq; .17.q.3.
c.2.13. q. 1. & ſicut Territorium pertinet,quo
ad ſpiritualia,ad regulationẽ Epiſcopi. Card.
in d.clem.2.§.Sanè, ita pertinet ad regulario-
nem inferioris prælati,qui priuilegio,vel con-
ſuetudine habeat diœceſim. Diœceſis namq;
dicitur parochia Epiſcopi. Abb.in c. Quoniã,
num.2. de decim. & eſt bonus text.in c. Apo-
ſtolicæ. de donat. in tantum quod omnes de
diœceſi poſſunt dici parochiani prælatorum
Abb.in c.Parochianus.num.1.de ſent. excom.
5 & Parochia † dicitur partitio curæ: & Rector
illius tenetur habere curam animarum totius
populi infra illos limites congregati.ca. Licet
canon.vbi Archid.de electio. in 6.& populum
regere c.1.de capel.Monach.eodem lib. 6.Pa-
rochia vero eſt locus deputatus in quo degit
populus alicuius Eccleſiæ: prout tenet Go-
fred.in tit.de Paroch.& Sylueſt.in ſum.in ver-
6 bo Parochia: nec poteſt † aliqua Eccleſia ædi-
ficari ſine licentia illius prælati, in cuius Pa-
rochia ſitus eſt locus.c.Quicumq; .16.q.1.ergo
omnes Eccleſiæ debent ei ſubiacere: niſi for-
7 ſan † ex ſpeciali priuilegio eſſent cõceſſæ præ-
lato alterius diœceſis ſecũdũ.Hoſtẽ.in sũ.tit.
de offic.ordin. §. Qui pertinet ad officium. &
Abb.in c.Graue.eod.tit. n.2.& not.etiam gloſ.
in d.c.Omnes baſilicæ.ex quibus conſtat illum
Rectorem non teneri illi Epiſcopo;ſed præla-
to in cuius diœceſi ſita eſt Eccleſia: & tanto
magis quia immemorabili conſuetudine ille
prælatus vſus eſt iuriſdictione tàm contra mo
dernum,quàm antiquos Rectores;quȩ conſue-
8 tudo† habetur pro lege,l.De quibus.ff.de leg.
9 imò pro priuilegio à Papa emanato l.Hoc iu-
re.§.Ductus.ff.de acquir. quot. & eſtor. Rom.
in conſil.512. Imò triennalis poſſeſsio ſufficit
ad habendam iuriſdictionem c.1.& c.Inter me
moratos 16.quæſt.3.

CON-

CONSILIVM VII.

Ordinarius an poſsit deſtituere beneficiatum in Eccleſia patronata.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet ius inſtituendi, habet ius deſtituendi.*
2. *Prælatus inſtituens nihil facit in præiudicium patroni.*
3 *Præſentans habet maiorem prærogatiuam, quam inſtituens.*
4 *Præſentatus eſt opus manuum præſentantis.*
5 *Prælatus inferior non habet ius deſtituendi.*
6 *Deſtitutio inducit vacationem beneficij.*
7 *Qui ſemel admiſit aliquem, eum reprobare non poteſt.*
8 *Ex ſuperuenienti cauſa ſolum reprobatur ſemel admiſſus.*
9 *Poſſeſſor triennalis etiam inhabilis, præſumitur diſpenſatus.*
10 *Poſſeſſio decennalis inducit titulum præſumptũ.*
11 *Poſſeſſio decennalis dat etiam in petitorio titulũ præſumptum.*
12 *Succeſſor non poteſt amouere admiſſum à prædeceſſore.*
13 *Natura legis proſpicit ad futura.*
14 *Filius retinet beneficium in Eccleſia in qua pater beneficiatus obierat ante Concilium.*

Dabit Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

Qvidam prelatus inferior Epiſcopo
in Collegiata Carpenſi de iure patro
natu Sereniſsimi Ducis Ferrariæ, vo-
lens procedere contra canonicum fi-
lium alterius anteceſſoris prælati ad priuatio
nem canonicatus; eum monuit ad oſtendendã
diſpenſationem tàm ſacrorum ordinum quàm
beneficia obtinendi, ſub pęna priuationis; quẽ
canonicum prius admiſerat, & ordinauerat ad
diaconatus ordinẽ: quare quęſitum fuit, quid
iuris; & ex infra dicendis patet reſponſum.

Et pro dilucidatione aduerto quod Sereniſ
ſimus Dux Ferrariæ habet ius præſentandi d.
prælatum Pontifici, dignitates, & canonicatus
ipſi Prælato; qui habet iuriſdictionem ordina-
riam, & præcipuè ius inſtituendi; ſed qui ha-
1 bet † ius inſtituendi, habet etiam ius deſtituẽ
di. c. 1. & 2. de Capel. Monach. c. Cum ex iniun
cto. ad finem. de hæret. & conſequenter vide-
tur quod ille prælatus poſsit procedere. Tamẽ
re maturius conſiderata contraria ſententia
eſt de iure verior: Nam diuerſa ratio eſt in in-
ferioribus prælatis habentibus iuriſdictionẽ
ex priuilegio; vel conſuetudine; & maxime vbi
2 agitur de iure patronatu, qui nihil facere †
poſſunt in præiudiciũ iuriſpatronatus ſine pa-
trono. Abb. in c. Cum acceſsiſſent; quem ſequi
tur Felyn. Ant de But. Dec. & Imol. de conſtit.
3 patronus enim † habet maiorem prærogatiuã
quam inſtituens: vt refert Roch. de Curt. in
tract. de iur. pat. in verbo honorificum. nu. 88.
4 dicens quod præſentatus † eſt opus manuum
præſentatis: quod applicari poteſt prælato de
quo loquimur; qui etiam præſentatur à Sereniſ
ſimo D. Duce. qui licet inſtituere poſsit cano-
nicos ei præſentatos, tamen eos deſtituere
non poteſt ſine patrono: quia inferior præla-
5 tus, † cui competit ius inſtituendi per priuile-
gium, vel conſuetudinem, non habet ius deſti-
tuendi: ad ea quæ tradit Lamb. de iur. pat. in
10. artic. 1, q. prin. 3. par. 2. libri. & in 10. arti. 6.
q. prin. 3. lib. ex mente Abb. in c. Fin. nu. 4. de
Stat. Monach. & aliorum quos allegat: licet
forſan Epiſcopus de iure ordinario deſtituere
poſſet: quod non procedit in inferiore ab ip-
ſo; imò neque in eo vbi agatur de iurepatrona
tu, ſicuti tradunt omnes Doctores in d. c. Cum
acceſsiſſent. de conſtit. & in c. Paſtoralis. de do
nat. & faciunt notata per Lap. alleg. 96. quia
nec ipſe poteſt aliquid facere in præiudicium
patroni, & quod agatur de præiudicio patroni
6 ſatis conſtat: cum deſtitutio † beneficiati in-
ducat vacationem. ad Gl. ſingularem. in c. Si p-
pter tua. in verb. vacabunt. de reſcript. in 6. &
deſtitutio eſſet contra pręſentationem patro-
7 ni iam admiſſam ab inſtituente, quam † poſtmo
dum reprobare non poteſt. c. Accepimus. de
ætat. & qual. & diximus ſupra in conſ. 5. nu. 10.
quod habet locũ etiam quo ad ordines antea
collatos ab ipſo prælato in eum, cui in præ-
ſenti comminatur: contrà quem procedere nõ
8 poteſt, niſi forſan † ex ſuperuenientibus nouis
cauſis; vt ita probat. Ioan. Varr. in c. Nulli de
elect. in 6. l. Siquis teſtibus. C. de teſtib. & Glo.
in d. c. Accepimus; & fortius cum iſte inquiſi-
tus nedum in triennali, ſed in decennali poſ-
ſeſsione ſit etiam poſt triennalem pacificam;
9 qui † propterea præſumitur diſpenſatus, & ha
bet in iure fundatam intentionem; quod Rota
probauit ex Gormetij atteſtatione in reg. triẽ.
10 quæſt. 2. imo ex ſola † decennali poſſeſsione
inducitur titulus præſumptus. l. Si filius fami-
lias. C. de petit. hæred. & addita triennali dat
ſpiritum vitæ ſic poſsidenti, vt ait Gem. in d.
trien. reg. q. 26. verſ. Eſt tamen ſuper hoc vlte-
11 rius aduertendum. Imo procedit etiam † ſi a-
geretur in petitorio. iuxta Sarn. in d. reg. q. 11.
verſ. Tamen iſtis non obſtantibus. per verba il
lius, vbi dicitur; quod ſuper beneficijs taliter
poſſeſsis nequeat moleſtari. Quæ tanto magis
verificantur in iſto caſu; vbi iſte canonicus fuit
ordinatus ab ipſo Prælato; & approbatus per
multos annos ab eo in canonicatu, licet ab a-
12 lio prædeceſſore inſtitutus: nam † ab eo amoue
ri non poteſt. argumento tex. in c. Quæ Simo-

niam,

niam de iur. pat. quod habet locum etiam in
Prælatis inſtituentibus;ad ea quæ not.Abb. in
d.c.Quærimoniam,ad finem. dum tenet quod
inſtitutus habeat ius in Eccleſia;& quod ideò
remoueri non poſsit à ſucceſſore : nec obſtat
Concil. Tridentinum.c. 15. ſeſſ. 25.Quia pro-
13 ſpicit ad futura,prout eſt † natura legis l. Le
ges.C.De leg. & Canonicus de quo in caſu,an
te Concilium erat Canonicus:& pater eius e-
tiã obierat.quod ità Illuſtriſ.Congregatio ſta
tuit in hęc verba.ver.Filij Præsbiterorũ ex de
creto Concilij Tridentini. cap.15.ſeſſ.25. non
14 prohibentur † retinere beneficium legitimè
obtentum in eadem Eccleſia, in qua eorũ pa-
ter, qui ante publicationem Concilij, è vita
migrauit : & ita reſideo quod Canonicus iſte
non poſsit amoueri:ſalua tamen veritate.

CONSILIVM VIII.

Vſura qualiter puniatur in Notario.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſunt ſtricti iuris.*
2 *Statuta non patiuntur extenſionem.*
3 *Statuta reſtringuntur etiam ob cauſam præſumptam.*
4 *Interpretatio minus præiudicialis parti debet fieri.*
5 *In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.*
6 *Adiectiua, cum ſubſtantiuo copulata non requirunt ſemper verificationem omnium.*
7 *Qualitas Legis in vno non intelligitur in alio repetita.*
8 *Abſurdum euitandum.*
9 *Diſpoſitio interpretari debet ne contineat iniquitatem.*
10 *In crimine falſi datur vnica pœna.*
11 *Plura delicta ex uno facto unica pœna puniũtur.*
12 *Plura facta, & plura delicta ad unum finem tendentia ſola perſona punitur in una pœna.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

QVidam Notarius imputatur de vſura;
& prætenditur illum incidiſſe in pę-
nã Statuti ammiſsionis ſcilicet ſortis
duplicatæ; & in eadem pæna incur-
rit Notarius,& qui fuerit mediator,in ammiſ-
ſione ſimpli: qui quoniã imputatur feciſſe in-
ſtrumentum,& fuiſſe etiam auctorem , & vſu-
ram commiſiſſe;inquiritur ad omnes pęnas.
Ad elucidationẽ caſus præmitto quod Sta-
1 tuta † ſunt ſtricti iuris , & propriè ſunt intel-
ligenda.l.3.§.Hæc verba.ff.de negot.geſt.Gtã.
2 in deciſ.92.num.3. quæ non † patiuntur extẽ-
ſionem.l.Si verò.§.De viro.ff. ſolut.mat. auth.
Quas actiones.C.de ſacroſant. Eccl.Bart. in l.
3 Omnes populi.ff. de iuſt. & iur. Sed debent †
reſtringi non tantum ob cauſam , & rationem
expræſſam,ſed etiam præſumptam , & conie-
cturatam.ad notata perCrau.in conſ.259.nu.5.
& ſi quandoq; patiantur interpretationem,il-
4 la eſt ſumenda ex bono, & æquo,& quæ † par-
ti,ſeu reo ſit minus præiudicialis.vt iſdẽ Cra-
net.in conſ.254 num.6. & eo magis quando a-
5 gitur de pęna, in qua † ſemper benignior in-
terpretatio eſt faciẽda.c.In pœnis.de reg.iur.
in 6.Fulg.in cõſ.124.col.2.& in cõſ.146. in fin.
Secundo præmitto, quod quando duo a-
6 † diectiua ſunt poſita cum vno ſubſtanti-
uo,non requiritur verificatio omnium , ſed v-
num ſufficit.l.Qui concubinam in princ. & il-
7 lic Bar.ff.de Leg.3. qualitas enim † legis in v-
no capite non intelligitur in alio repetita.Cu
man.in conſ.119.circa medium.
Et ex his concludi poteſt quod cũ ille No-
tarius ſit eadem perſona,quæ commiſit vſurã,
fecit inſtrumentum, & practicam committen-
di;non poſsit puniti niſi vna tantum pœna :
quia Statutum loquitur de diuerſis perſonis
& vnicuiq; imponit pœnam; ſed non loquitur
de vna perſona , quæ vſuram committeret , &
inſtrumentum conficeret:ideo ad caſum non
expræſſum non extenditur;& ſic vna ſola pœ-
na debet puniri , cum fuerit vnica perſona;
8 alias ſequeretur abſurdum,quod † euitare de-
bemus.Anch.in conſ. 146.num. 4.& diſpoſitio
9 † ita interpretari debet,vt non contineat ini
quitatem.Crauet.in conſil.186.nume. 14.& in
10 ſimili videmus vnam † tantum pœnam dari
in crimine falſi; licet plures reperiantur ſcri-
ptæ in diſpoſitione.Vt notat Afflict.in deciſ.
404.nume. 17. Nam quando ex vno ſolo facto
deſcendit vnum crimen ſolum;vel etiam plura
11 † crimina ; vna tantum pœna imponitur.Bal.
& alij.in l.Quicunq; nume.7.C.de Seru.fug.&
in l. Si quis id quod. ff.de iuriſd. omn. Iud.&
ſequitur Bart.in l.Qui de crimine.C. de accu-
12 ſat.imò quando ſunt † plura facta,& plura de-
licta,ſi ad vnum ſolum finem tendant;vna per
ſona non punitur niſi de vno, ſicut tradidit
Bart.in d.l.qui de crimine.propè finem.& ha-
betur in.l.Illud. ff.ad.l. Aquil.vbi Bald. in ad-
dit.dicit,quod aliquando eſt vnum factum, &
plura delicta; & tunc ſunt plures pœnę ab ori-
gine;ſed vna ſola in executione:interdum sũt
plura facta.& vnum finale delictum,& tunc v-
na ſola pęna imponitur:ſed in caſu propoſito
eſt vnum ſolum delictum ; & quamuis eſſent
plura facta,& delicta , ex quo tendunt ad vnũ
ſolum finem, vna ſola pęna venit imponenda;
& ſtatutum debet reſtringi ad vnam pœnam;
& tanto magis quia illę adiectiones ſtant cum
vno ſubſtantiuo, & conſequenter ille Nota-
rius in vnicam pœnam eſt puniendus ; iux-
ta ſupra allegatam deciſ.Afflict.& ita iuris eſ-
ſe cenſeo: ſaluo iure.

CON-

CONSILIVM IX.

Onus in beneficio an imponi poſſit, & iam impoſitum tolli, ſeu moderari.

SVMMARIVM.

1 *Quod non reperitur à iure prohibitum, conceſſum videtur.*
2 *Incompatibilitas in beneficio poteſt eſſe triplex.*
3 *Omnis cathedralis, & collegiata debet habere theologum, vel magiſtrum gratis legentem.*
4 *Conditiones beneficio, non perſonæ apponi poſſunt.*
5 *Ordinarius diſpenſat ad duo diſſimilia beneficia in eadem Eccleſia.*
6 *Diſpenſatio facit ceſſare incompatibilitatem.*
7 *Ordinarius non diſpenſat ſuper reſidentia, niſi ex cauſa rationabili.*
8 *Papa diſpenſans circa prouentus Eccleſiaſticos non dicitur diſpenſare circa diſtributiones quotidianas.*
9 *Conſuetudo quod clerici habeant diſtributiones, licet in choro minimè pſallant, non valet, niſi à Papa ſit approbata.*
10 *Declaratio Illuſtriſſimæ Congregationis ſuper c. 1. ſeſſ. 5. Conc. Trid.*
11 *Male percipiens diſtributiones quotidianas non eſt tutus in conſcientia.*
12 *Vbi ſunt ſolum diſtributiones, ſuccedunt loco fructuum, & præbendarum.*
13 *Declaratio ſacræ Congregationis ſuper diſtributionibus præfatis.*
14 *Prouentus qui dantur reſidentibus non veniunt appellatione diſtributionum.*
15 *Diſtributiones verè illæ dicuntur, quæ dantur pro ſingulis horis.*
16 *Ratio cur abſentibus non dantur diſtributiones.*
17 *Portio non ſeruientium ſi non datur ſeruientibus, applicatur Eccleſiæ.*
18 *Solus Papa ex rationabili cauſa diſpenſat circa diſtributiones.*
19 *Conditiones impoſitæ beneficio, quæ tolli poſſunt, & per quos.*

Da mihi Deus recta ſapere.

FACTI SPECIES.

VAcante quodam canonicatu in Collegiata Carpenſi de Iuribus patronatus Sereniſſimi Ducis Ferrariæ, cum conſenſu Ordinarij ſtatuit, vt de cætero ille Canonicatus haberet conditionem quod quiſquis ad illum aſſumeretur, doceret, & legeret ad formam c. 1. & pen. de magiſt. & c. 1. ſeſſ. 5. Conc. Trid. & ſic quod eſſet ille canonicatus magiſtralis, quod iure approbante fieri potuit. c. Significatum. de præben. & poſtmodum ad illum præſentauit quendam clericum, qui clericos docuit, & poſt eius obitum præſentauit alium, qui conditiones acceptauit: & poſt aliquot annos reuocauit in dubium non poſſe horis canonicis intereſſe, & clericos docere: & ordinarius illius temporis fecit illum immunem à choro, & quod nihilominus diſtributiones haberet; aſſerens ad hoc concurrere mentem patroni: quæ tamē aliter non apparebat: & requiſitus reſpondi, vt infra.

Ad elucidationem caſus præmitto quod dū aliter nō appareat de mente Principis, ea præſumi debet qualis de iure eſſe debet. l. Digna vox. C. de leg. & propterea videndum eſt de apicibus iuris.

Et primò, An onus ſcholæ ſit, vel ne, compatibile cum ſeruitio chori.

Secundò, An ordinarius poſſit immunitatē canonicis dare, & diſtributiones non ſeruiēti.

Tertiò, An cōcurrente cum eo patrono hoc faciat ſine capitulo.

Quartò, An concurrente capitulo id fieri poſſit.

Quintò, An ordinarius cum patrono poſſit canonicatum exonerare à conditionibus impoſitis.

Prima quæſtio reſolui poteſt affirmatiuè quia
1 non reperitur in iure prohibitum † aliquem vnum, & aliud facere, & ideo conceſſum. l. Sancimus. C. de teſtam. l. Præcipimus. ad finem. C.
2 de appell. incompatibilitas † enim tripliciter conſideratur ad Gl. in Clem. Grati. in verbo Beneficium & ibi Card. quæſt. 8. de reſcrip. Primo modo circa duo beneficia curata: vt in c. de multa. de præben. Secundo modo inter duo ſimplicia, & ſimilia in eadem Eccleſia, & reſidētiam requirentia. c. Litteras. de concell. præb. Tertio circa plura reſidentiam requirentia in diuerſis Eccleſijs; vel diœceſibus. c. fin. vbi Innoc. de Cler. non reſid. ſed habere duo diſſimilia; vel vnum beneficium cum officio in eadem non facit incompatibilitatem; ſed conceſſum reperitur. c. 1. de conſuet. in 6. & c. Super eo. de præben. eod. lib. ergo quis poteſt habere canonicatum cum officio legendi; diuerſitas enim huiuſmodi non facit incompatibilitatem. ad trad. per Card. in conſ. 3. num. 7.

Et concluſio magis procedit quia qualibet
3 † cathedralis, & collegiata debet habere theologum, vel ſaltem magiſtrum qui legat gratis cui eſt aſsignanda aliqua præbēda, vel aliquod beneficium. c. 1. & c. pen. de magiſt. & notatur in allegato, c. 1. ſeſſ. 5. Conc. Trid. qui licet eligi in canonicum non poſſit ea conditione, quod
4 doceat, ſine vitio ſimoniæ; poteſt tamen † illū acceptare ſic oneratum, cap. Significatum. de præben. & refert Gl. in terminis. in c. pen. de magiſt. quæ eſt Gl. pen. & probat Nauar. in c. 25. num. 58. in ſuo manual. confeſſ.
5 Imo fortius, ſi quando ordinarius † diſpēſat cum aliquo, vt poſsit in eadem Eccleſia duo diſſimilia beneficia retinere, ſicut poteſt. c. 1.

& illis

& illic Gloſ. in verbo Vnicum. de conſuetud.
lib.6.& ibi Ioan.Cráſ. verſicu. Secus autem ſi
altaria duo.Mand.de Grat.expect titu.de Di-
ſpen.ad benef.ſub eodem tecto.verſic.Ad duo
beneficia in fine: quod prius tradiderat Lap.
6 alleg.117.num.4 diſpenſatio † illa facit ceſſa-
re incompatibilitatem.vt tenuit Rot.Roman.
per Caputa,deciſ.61.in 2.part.

Quod diſpēſatio concurrerit in caſu de quo
agitur, ſatis dignoſcitur ex concurſu ordina-
rij cum patrono, & capitulo, vt probatur per
Gloſ.fin.in.c.Eccleſia.16.quæſt.1.& per. c. Ve-
niens.de Fil.præsb,& c. Diaconi. 28. diſtin. &
c.Si ſeruus.54.diſtin.cum alijs ſimilibus.

Quod non repugnat, imò concordat cum
ſtatuto Eccleſiæ dum diſponit quod magiſter
in ortu ſolis ſit in Schola,vt poſsit quando ſit
Clericus cum Clericis deſcendere in choro,
hora Miſſæ,& Veſperarum: & obſequium cho-
ri quod verſatur circa hora non impedit ſcho-
lam, imò perutile eſſet Clericis, vnum facere,
& aliud non ommittere; quia in choro modū
rite celebrandi officium ediſcere poſſunt.

Secunda Quæſtio paucis expeditur negati-
7 ue: quia ordinarius non † poteſt diſpenſare ſu-
per reſidentia, niſi ex cauſa rationabili. ca. Li-
cèt Canon. de elect. in 6. & not. Rogal. de li-
reg.& diſpenſat.in 6.part.tit.de Cleric.non re-
ſid.num.12.

Tertia Quæſtio elucidatur per.c.1.de Cleri.
non reſid.in 6.vbi Gloſ.notabilis in verbo Af-
fuerint. Dum colligitur quod nec etiam Papa
8 intendit diſpenſare † ſuper diſtributionibus
percipiendis ab his, qui horis non interſint,
etiam ſi diſpenſet quod percipiantur omnes
prouentus qui habentur in Eccleſia reſiden-
do.& eſt commune dictum.Caſſad.de Cleri.non
reſid.deciſ.Vnica.nume.2.& tenuit Rota Ro-
mana apud Ant.Auguſt. in prima part. ſui re-
pert.in tit.de Cler.non reſid.num.2. & Nauar.
in fortioribus terminis tit.de Orat.& Roſ.mi-
ſcel.22.verſic.Quiato iuriſconſultarium: vbi di-
9 cit quod non valet † conſuetudo quod Cano-
nici quærant diſtributiones dum ſunt in cho-
ro, licet non dicant ſuum verſum cum alijs, ni-
ſi fuerint per priuilegium Papæ confirmata:
nec debet fieri ſine iuſta cauſa: & Ioan. And.
in addit.ad d.Gloſ. atteſtatur ſe nunquam vi-
diſſe Papæ diſpenſationem ſuper percipien-
dis diſtributionibus, quæ nec etiam Theologo
legenti dantur.vt in. c.Licet vobis. de preb.&
10 ſacra Congregatio † affirmat in declaratione
d.c.1.ſeſſ.5.dum dicit; quod Theologus eo tē-
pore quo ſacram Scripturam in Eccleſia pu-
blicæ interpretatur, nullam immunitatem ha-
bet ad eum finem vt abſens à ſeruitio chori
percipiat diſtributiones: quod procedit etiā
in magiſtro, ſicut expreſſe tenet Gloſ. fin. in
c.penult.de magiſt. imò dicit Nauar. in d. tit.
11 de Oratio.& Roſ. miſcel.14.quod qui malè †

percipit diſtributiones, non eſt tutus. etiā ſi ei
fiat remiſsio ab eo, cui de iure fuiſsēt qſitæ.

Nec me latet quod in Eccleſijs, in quibus
12 nulli ſunt redditus, niſi diſtributiones; illæ †
dari debent Theologo, & ſtudentibus, vt in
Gloſ.fin.c.Licet vobis.de præb.& tradit Crau.
in conſil.294.num.5.Decian.reſpon.43.in pri-
mo volum.Quia tunc habentur loco fructuum
Put.deciſio.375.nume.4.& 6.lib.2. & decreuit
13 Sacra † Congregatio in d.ca. 1.ſeſſ.5. Concil.
Trid. in hæc verba videlicet ſi nullæ ſint præ-
bendæ, & quod Canonicatus tantum diſtribu-
tiones habeant, idem ſtatuendum quod de
præbendis, cum illarum loco ſuccedant. Sed
illud procedit, vbi nulli pœnitus ſunt prouē-
tus, niſi diſtributiones. Sed quando adſit ali-
qua portio, quæ non faciat diſtributiones, quæ
ſoleat dari reſidentibus, licèt non intereſſent
pro vt not. Abb in capitul. Olim, numer.6.de
verb.ſignif. Alia ratio eſt conſideranda, vt ad-
uertit Gloſ. notab.in ca.Vnico de Cleric.non
reſid.in 6.in verbo Receperit. in ſecunda Ad-
dit.quod voluit etiam Calder.in conſil. 21.de
14 præben. qui tenet quod huiuſmodi portio †
non venit appellatione diſtributionum: & hoc
probatur in extrauag.Cum nonnullæ. la 1. de
præben.in com.§.Præterea.& per Put.deciſio.
375.num.5.libr.2. in quibus locis compertum
15 eſt, quod illud † quod datur pro ſingulis horis
venit propriè ſub nomine diſtributionum, nō
autem illud qđ in fine anni, vel per mēſes, aut
hebdomadas per portionem diuiditur; ſed in
Eccleſia Carpenſi vltra quandam tenuem præ
bendam, adeſt ſufficiens portio, quæ non diui-
ditur per horas, ſed per modum reſidentiæ li-
cet non interreſſentiæ: exteri verò prouentus
diuiduntur in fine anni iuxta ſeruitium dierū;
& hæc ſunt verè diſtributiones, quia diuidun-
tur per horas dierum.vt tenet Rot. Rom. per
Achil.de diſtrib. quotid. deciſio. 1. alias 122.
& iſtæ non dantur Theologo, ſeu magiſtro non
interreſſenti iuxta diſpoſitionem. d. cap. 1, de
Cleric.non reſid.in 6.& not. Caſſad. in d.deciſ.
1.eod.tit.Stante maximè quod poſſunt habe-
16 re illam præbendam, & portionem. & ratio †
de ſe patet quia diuidendo per horas, ſtant
pro indiuiſo, & indeterminatè, & fiunt maio-
res, & minores ſecundum numerum ſeruien-
tium.ad Gloſ.in Clem. vt Hiqui. in verbo pars
dimidia.de ætat.& qual.& in Clem. Quoniam
in verbo Suſpenſus.de vit.& honeſt.Cler.quas
ſequitur Card.in d.Clem.vt hi qui.§.Ille vero
nume.22.& in conſ. 53.ad finem: & ſic qui non
ſeruiunt nullum ius habent eas percipiendi,
ſed pinguiores redduntur portiones ſeruien-
17 tium. Imò ſi quandoq; † ſeruientibus non ac-
creſcerent, applicari debent Eccleſiæ. c.Si Ca-
nonici.de offic.ordin.in 6.quę habet in illis ius
quæſitum.& ex ſuppoſitis patet reſponſum ad
quat tamquæſtionem, quod ſcilicet ordinarius
etiam

Digitized by Google

etiam cum patrono, & capitulo non poſsit eas concedere non ſeruienti; & qui eas percipit non eſt tutus. vt aſſerit Nauar. in loco citato.
18 Solus † enim Papa præcedente aliqua rationa
bili cauſa poteſt hoc concedere, nõ autem ordinarius, ſiue habeat menſam ſeparatam, ſiue comunem, poteſt hoc facere. ad Gloſ. in Clem. Si vna in verbo. Menſe. de reb. Eccleſ. non alien. ſed requiritur auctoritas Papæ. c. Nouit & cap. Ea noſcitur. de his quæ fiunt à præl. ſin. conſen. Capit. & tradit Felin. in cap. Cum acceſsiſſent. num. 12. verſ. An autem requiratur licentia Papæ. de Conſtitu.

Vltima quæſtio ex ſupraſcriptis declaratur;
19 ſed in ſpecie aduerto quod conditiones † re-
ſpicientes commodum patroni tolli poſſunt; ſed quæ reſpiciunt honorem, & commodum Eccleſiæ non poſſunt tolli, cum iam ſit ei ius quæſitum. ad Roch. de Curt. de Iur. pat. in verbo Pro eo. num. 30. verſic. hanc tamen limitationem, & eum ſic diſtinguentem proſequitur Lamb. eod. tit. 7. Artic. 6. quæſt. princ. 3. libr. nu. 6. & in 3. artic. 5. quæſt. princ. d. 3. lib. nume. 5. & tenet etiam Felin. in d. c. Cum acceſsiſent. nu. 18. verſic. 2. Caſus. nam conditiones poſsibiles addiectæ beneficio tolli non poſſunt. & ita iuris eſſe cenſeo, ſalua veritate.

CONSILIVM X.

Mandatum ad lites, an ſit ſufficiens ad alienandum rem Eccleſiæ concurrente ratificatione rectoris: & affrancatione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad vendendum requirit ſpecificationem rerum quæ vendi poſſint, & certi pretij.*
2 *Inſtrumentum non præiudicat abſenti.*
3 *Narratiua Inſtrumenti ad aliud, non probat, niſi illud aliud oſtendatur.*
4 *Notarius, narrans contenta in alio ſuo Inſtrumẽto, reputatur iſdem teſtis.*
5 *In grauioribus oportet conſtare de ſufficientia mandati.*
6 *Enunciata non probant, niſi ſpecialiter narrentur.*
7 *Narrata ſolum probant ad effectum contractus tunc initi.*
8 *Narratiua non præiudicat alteri non comprehenſo.*
9 *Non creditur confitenti narrata, niſi probentur.*
10 *Præſumptio tollitur ſi Inſtrumentum de quo narratur non oſtendatur.*
11 *Mandatum non extenditur ad rem maiorem non expreſſam.*
12 *Alienatio rerum Eccleſiæ requirit pro forma cõſenſum Rectoris.*
13 *Ratihabitio non ſufficit, vbi requiritur conſenſus pro forma.*
14 *Ratificatio per affrancationem non extenditur ad alienationem ullam.*
15 *Non ratificantur geſta per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum, in his quæ ſpeciale requirunt.*
16 *Ratificatio Rectoris non ſufficit, vbi requiritur conſenſus Apoſtolicus.*
17 *Solemnitas eadem in ratificatione requiritur, quæ in alienatione.*

Dominus mihi adiutor, & ego annunciabo veritatem.

FACTI SPECIES.

Qvidam Procurator, habens mandatum ad omnes lites, & cauſas, & coram quocunq; Iudice, dedit in emphyteuſim perpetuam bona vnius Eccleſiæ; quam alienationem Rector poſtea ratificauit; eaq; etiam à conuento canone liberauit per affrancationem, recipiendo alia bona laicalia, nullo Apoſtolicæ Sedis interueniente cõſenſu: quæ bona ſic alienata nouus Rector ſuccedens reuocare intendit, & conſultus reſpondi vt infra.

1 Et præmitto, quod mandatum † ad hoc vt
ſit ſufficiens ad vendendum, requirit ſpecificationem rerũ quæ vendi poſſunt. vt per Dec. in cap. Decernimus, num. 19. ad finem. de iudi. & etiam ſpecificationem certi pretij. Rip. in d. c. Decernimus. num. 54. & ideò conſidero quod
2 omnia inſtrumenta inuita † inter alias perſo-
nas, ſine interuentu illius, cuius intereſt; licèt notarius dicat d. Procuratorem ad hoc, & alias ſpecialiter conſtitutum, pro vt conſtat ex Inſtrumento per me rogato, non præiudicat Eccleſiæ, nec Rectori, qui non interfuit; vt eſt cõmunis opinio, de qua atteſtatur Angel. in l. Si donatio. C. de donat. & latè probat Soc. in cõſil. 266. in cauſa. col. 1. ſecundum antiq. impreſ-
3 ſionem. nec probat † niſi inſtrumentum de quo
narratur oſtendatur. Authen. Siquis in aliquo. Cod. de eden. vel ſaltem in ſpecie exprimãtur quæ narrantur. Aym. Crauet. de antiq. tempo. prima part. §. Ampliatur nunc memorata concluſio. nume. 26. in tantum quod etiam ſi iſdem Notarius in pluribus inſtrumentis enuntiaret,
4 non probãt; quia † vnicum teſtimonium repu-
tatur. Soc. in conſ. 194. ſubtiliter, & eleganter ad fin. eod. lib. 2. Corn. in conſ. 243. num. 2. vol. 2.

Vlterius aut quæritur de mero facto, puta an talis fuerit procurator; & tunc narratiua inter partes probat factũ ſimpliciter: aut quęritur de qualitate facti, ſcilicet an procurator ſit ad lites tantum; & ſit ſufficiens ad bona Eccleſiæ alienandum pro certo canone; & ad extinguendum canonem pro alijs bonis; & illa narratione

[illegible] res, ſcilicet talis [illegible] en
5 to, non [illegible] mandati; nam † in iſtis [illegible] ſufficit conſtare de mandato, [illegible] conſtate de ſufficientia mandati [illegible] Gloſ. [illegible] hab. & ita declarat Ant. de But. in c. Abbate. de ver bor. [illegible] & in c. Quoniam contra. colum. 4 de
6 probat. [illegible] narrata præiudicet, † eſt neceſſe quod ſpecialiter enuncient: vt probat Aimon Cranet. in loco antedicto, nec ſufficit dicere prout in [illegible] illa dictio, & prout, rem dubiam reddit. ad Corn. in d. cō-
7 ſil. 243. num. 2. volum. 2. narrata † enim etiam inter partes non faciunt fidem abſolute, ſed ſolum ad effectum illius contractus, in quo fuerunt narrata. Secus vero quando tractatur de eorum veritate. cap. Illud. de præſumpt. vbi latè Felin. poſt Ant. de But. colum. 1. ibi nota 4. & colum. 2. in fin. Curt. Iun. in d. Autheu. Si quis aliquando. numero 45. Iaſon. in l. De his verbis colum. ſecunda in ſeptima limitat. C.
8 de Teſtam. mill. & narratiua † in inſtrumento confecto cum aliquo, non præiudicat alteri non comprehenſo, Paul. de Castr. in conſil. 139. numero quarto pro declaratione, in 1. volum. Socin. in d. conſil. [illegible] colum. 1. volum. 2. Alex. conſil. 50. num. 5. in 5. volum. per [illegible] Cod. de contrah. & committ. ſtipul. & [illegible] Cod. de fid. inſtrum. & iure haſte Fiſca. lib. 10. & tradit Corn. in conſil. 22. colum. 3. verſic. Nec ob-
9 ſtat. lib. 3. Imò ſi ille † alter fateretur, quæ in narratiua dicta eſſent, ei non crederetur niſi inſtrumentum oſtenderetur. de eo quod fuiſſet narratum, I[illegible] in cap. Quoniam contra, colum. 2. de præb. Corn. in conſi. 2[illegible] colum. 2. volumine 2. Socin. conſil. 66. colum. 3. & 4. volum. 1. & licet narratiua induceret aliquam
10 præſumptionem [illegible] a iure [illegible] † ea [illegible] illud quod fuerat narratum conſtare, per aliud inſtrumentum non fuit oſtenſum. Abb. in conſil. 16. [illegible] & [illegible] Rot. [illegible] in cap. fin. colum. [illegible] de ſucceſ. ab inteſt. ex quibus reſultat firmiſſima concluſio quod conceſſio in emphyteuſim facta virtute [illegible] ad lites
11 fuerat nulla; quia mandatum † ſuper vna non extenditur ad aliam maiorem non expreſſam. Bart. [illegible] omnes ſequuntur. in l. 2. ff. de iuriſ [illegible] iud. ſed alienatio bonorum Eccleſiæ eſt quid maius, & grauius, & prohibitum ergo non [illegible] comprehendebatur in mandato ad li-
12 tes. Quia [illegible] † rerum Eccleſiæ requiritur pro forma conſenſum Rectoris. ad Gloſ. [illegible] nitet [illegible] in c. [illegible] in verbo perpetuo de r[illegible] alien. in 6. Auton. de Butr. in c. [illegible] Rot. deciſio. 129. [illegible] affrancationem poſtea [illegible] ſufficit ad validandum quod
13 à principio [illegible] infectum. Quia quando † pro forma [illegible] conſenſus, non ſufficit ratihabitio. Bald. in l. Mancipia. Cod. de reb. Eccleſ. alien. non alien. regul. non firmatur. de regul. iur. in 6. cap. [illegible] Auditis. de elect. neque
14 ratificatio † per affrancationem facta extenditur ad alienationem primo caſu nulliter factam; ad ea quæ tradunt. Socin. in conſilio 159. colum. vltima, libro ſecundo, & Aim. Cra-
15 uet. in conſil. 297 numero 12. nec geſta † per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum, in his quæ ſpeciale requirunt, ratificantur, Gl. in c. Nonnulli: in verbo ſpeciali. de reſcript. & tradit Felin. in c. Cauſa[illegible] nu. 8. verſi. Fallit primò: de indic. & præcipuè in caſu de quo agitur, in quo in affrancatione, & ratificatione non interuenit conſenſus Apoſtolicus;
16 nam per ſolum † ratificationem Rectoris cōfirmari non poteſt inconſulto Romano Pontifice. Dec. in conſi. 536. num. 6. in cauſa. Ruin. in conſ. 1[illegible]8. num. 6. [illegible] 4. Quia in ratificatione
17 † eadem ſolemnitas requiritur, quæ in alienatione. Bal. in l. Quicunq; in fin. C. de bon. mat. Imo in c. Cum dilecti. de empt. & vend. Ant. de But. in c. Ad nos. in vlt. col. de his quæ fiunt à præl. & ſic remanet concluſio quod alienatio de qua loquitur ſit nulla; nec per ratihabitionem illius Rectoris per affrancationem ſit conualidata; & mandatum illius procuratoris ad hoc fuerat inualidum. Laus Deo omnipotenti, & eius Sanctiſsimæ genitrici, & filiæ.

CONSILIVM XI.

Matrimonium quomodo probetur, & legitimitas filiorum

SVMMARIVM.

1 *Probatio filiationis minus ſufficiens ſufficit vbi non ſint alij filij.*
2 *Quomodo filij ſint in poſſeſſione filiationis.*
3 *Non creditur parentibus negantibus filiationem quando concurrunt præſumptiones.*
4 *Filiatio probatur à denominatione parentum.*
5 *Filiatio probatur etiam per famam publicam.*
6 *Matrimonium probatur quando teſtes deponunt de contractu, & reputatione.*
7 *Matrimonium incidenter probatur.*
8 *Legitima proles probatur ex ſola colorata poſſeſſione maritali.*
9 *Filij primi matrimonij præſumpti admittuntur cum filiis ſecundi plenè probati.*
10 *Matrimonium principaliter intentatum requirit altiores probationes.*

Illumina Domine, vt videam veritatem.

FACTI SPECIES.

FRanciſcus, & Ioannes Fratres ante Concilium Tridentinum deceſſerũt, ex Frãciſco, & Anna eius prima vxore remanſerunt duo filij: & ex duabus alijs vxoribus nullam habuit prolem. & ex Io.
remanſit Dionyſius ex Clara ſecunda vxore,
agitur de hæreditate Franciſci; & Dionyſius
opponit de illigitimate filiorum d. Franciſci
ad effectum excludendi eos ab hæreditate, &
ſic incidenter agitur de Matrimonio, quod valet ad deciſionem præſentis caſus. vt per Gemin, in conſi.27.num.7.verſi. Quandoq; agitur
& maximè quia non agitur de præiudicio filiorum ſecundæ vxoris; & ideò admittitur pro
1 batio minus ſufficiens † ad probandam filiationẽ, & tenet Inno. in ca. Per tuas. qui fil. ſint
legit. Quæ filiatio probatur ex infra dicendis.

Primò ex tractatione filiorum; nam teſtes
dicunt vidiſſe d. Franciſcum tenere iſtos filios
in domo honorificè veſtitos, & eos educari
erudiri, haberi, & tractari vt filios legitimos,
& naturales ab ipſo Franciſco. & patruo, & domeſticis, & vnum ex ipſis miſiſſe ad ſtudiũ Patauinum, vbi eum manutenebat; qui tractatus
2 ſic probari probant † ipſos filios fuiſſe in poſ
ſeſsione legitimatis, vt tenet Bar. in l.2.§. Idẽ
per contrarium, circa fin. ff. de lib. agnoſc. & in
l. Non nudes. C. de probat. & in l.1. in.4. oppoſ.
c. Quorum bonorum. & in l.1.§. Ad quæſt. ff. de
quæſt. Ant. de Bur. in ca. Transmiſſæ qui fil. ſint
leg. Dec. in c. Per tuas, nume.7. qui fil. ſint legit.
Abb. & alij in c. Michael. de fil. præsb. Alex. cõſil.51.vol.1. Dec. conſ.54.col.1.& 2.verſ. Sed tamen præfatis. Salic. in l. Si uicinis. num 3. C. de
nupt. & in tãtum iſte tractatus valet, quod ſi
3 parentes poſtea negarent † eos eſſe filios, nõ
eis crederetur. Abb. in c. Transmiſſæ in 3. nota
qui fil. ſint legit. & tradunt doct. in d. cap. Per
tuas. de prob. & iſta quaſi poſſeſſio ſufficit quã
do agitur de ſucceſsione parentum. Ant. de
But. in d. c. Transmiſſæ. de fil. præsb. & ibi Præpoſ. in notab. Pariſ. in conſ. 10. nume.110.vol.2.
Paleot. in tractat. de Spur. ca.22. & pro comuni
tenet Dec. in conſ 54. num.3. verſi. Non obſtat
quod quaſi poſſeſsio.

4 Secundò probatur à denominatione† filiorum, quam faciebat pater, quę maximè procedit quo ad ſucceſsionem. Abb. in d. cap. Per
tuas. col.3. verſ. Ego habeo pro indubitato. de
prob. vbi etiam dicit quòd ſola nominatio cõſtituit quem in poſſeſſ. filiationis, vt ibi nu.7.
verſ. Item ſcias. confeſsio enim patris probat.
vt tenẽt doct. in d. c. Michael. de fil. præsb. & ſine dubio quando concurrunt aliæ coniecturæ,
vt in iſto caſu. Abb. in d. ca. Michael. ad finem.
cum alijs allegaris

5 Tertiò probatur per famam † publicam, &
comunem reputationem, de qua teſtes affirmant. quæ fama ſufficit ad ſuccedendum patri
etiam ad excluſionem venientium ab inteſtato. Ant. de But. in d. c. Transmiſſę. quem ſequitur ibi Abb. in fin. & in c. Lator. ſuper Glo. pen.
qui fil. ſint legit. & plura cumulat ad propoſitum Alex. in conſ.51.1.vol. & Dec. in conſ. 272.
num.4. verſi.3. prædicta. & quo ad ſuccedendũ
patri eſt probare ſe ex iſtis tractatibus, fama
ſcilicet, & communi reputatione eſſe in poſſeſ
ſione filiationis, & legitimitatis abſq; eo quod
probetur aliquid de matrimonio. vt per Bart.
in d. Non nudis. C. de prob. & l.1. quorum bonorum. & ſequũtur Alex. Dec. & cæteri in locis
allegatis, & Dec. in d. conſil. 54. aſſerit de comuni opinione.

Tamen ex abundanti probatum eſt etiã de
6 matrimonio. nã teſtes† deponũt quod d. Franciſcus contraxerat matrimonium cum Anna
multis præſentibus nominatis, & quod publicæ habebantur, & reputabantur veri coniuges
& nominatio coniugum, & confeſsio d. Franciſci quod Anna erat ſua vxor; & aſſertio. d.
Annę, cum tractatione coniugum, vt probant
multi teſtes, cum non agatur de matrimonio
7 principaliter, †ſed incidẽter, quo ad effectum
legitimitatis ſatis ſit probatum: Abb. in c. Per
tuas: qui fil. ſint leg. Fel. in ca. Illud. verſ. Et adde. de præſcript. Ant. de But. in c.2. Qui fil. ſint
8 leg. in 5. notab. vbi dicit quod ad probandam†
legitimam [illegible] ſufficit colorata quaſi poſſeſsio maritalis, excluſa proprietate veri matrimonij. & idem in c. Ex tenore eod. tit. in 6.
notab. [illegible] & ſequitur Dec. in d. conſ. 153. n.
2. & 3. & in conſ.54 verſi. Non obſtat vbi dicit
de communi. & in l. Nuptias, ff. de reg iur. nu.3.
Alex. in conſ.51. col. pen. nu.2. vol.1. Ancan cõ
ſil.125. videtur 1. facie, nu.6. Salic. in l. Non nudis. verſ. Si autem. C. de præb. Gemin. conſ.27.
col.2. verſ. quandoq; agitur, vbi dicit quod quã
9 concurrunt†filij primę, & ſecũdę vxoris quod
ſi primum matrimonium ſit præſumptum, ſecundum verò plene probatũ, tamen filij primi
admittuntur vt legitimi cũ filijs ſecundi matrimonij ad hæreditatem patris. Cur. Iun. latè
proſequitur in conſ.52. col.1. n.3. Alciat. in trac.
de præſump. reg.2. in 5. præſump. Pariſ. in conſ.
13. nu.22. & 23. vol.2. Paleot. in d. trac de noth.
& Spur c.22. Vbi multa ad propoſitũ id quod
magis procedit vbi non ſint alij filij, vt in caſu
10 noſtro. Quando verò agitur de matrimonio †
principaliter, ſtrictiores probationes requirũtur propter periculũ pecati: ne forte quis teneret vxorẽ prohibitã, vt rõnẽ ponit Innoc. in
c. Ex parte. col. fin. verſ. Licet fortè. de reſt. ſpo.
& Abb. in d. c. Lator. & ita concludendũ pro veritate cenſeo. Laus Deo, & Beatę Mariæ,

CON-

CONSILIVM XII.

Priuilegia conclauiſtarum de beneficijs vacantibus Sede vacante, ad quæ extendantur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, præſeruat ius in re alteri quæſitum.*
2 *Clauſula prædicta præſeruat etiam ius ad rem alteri quæſitum.*
3 *Collatio beneficij præſtat ius quæſitum.*
4 *Priuilegia conclauiſtarum non amplectuntur beneficia collata.*
5 *Clauſula, motus proprij, & ex certa ſcientia, non tollit ius quæſitum.*

Det mihi Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

CONCLAUIſtis fuerunt conceſſa per Paulum IV. 7. Cal. Iunij 1555. beneficia vacantia tempore Sedis vacātis cum clauſula, dummodo tempore datæ non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum. Modo quæritur an beneficia collata per ordinarios ante datam, cadant in gratia.

Et breuiter reſpondi negatiuè; quia illa
1 clauſula, † dummodo non ſit alteri ius quæſitū, præſeruat ius in re alteri quæſitum: vt per Cald. in conſ. 8. ad finem. de reſcrip. & Rom. in
2 conſil. 256. Approbo. imò etiam † ius ad rem Rot. in nou. deciſ. 17. Aegid. deciſ. 167. Compoſtel. in c. Cauſam quæ de reſcript. & latè Gom. in reg. de non toll. ius quæſit. quæſt. 1. nu. 26. Sed
2 per collationem † ordinarij fuit ius quæſitum in beneficio rectori. c. Si tibi abſenti. & ibi Ge-
4 min. & alij de præben. in 6. Ergo priuilegia † huiuſmodi non extenduntur ad beneficia iam collata: & confert maximè quod in quibuſ-
5 cumq; gratijs à Papa emanatis, etiam † ſi motu proprio, & ex certa ſcientia, non cenſetur alteri, cui ius ſit quæſitum, præiudicium inferri; Gloſ. in c. Cum olim. in verbo, præiudicium. de conſuetud. Fel. in c. Cauſam. col. 9. de reſcript. & c. Super eo. col. 2. de offic. deleg. Iaſ. in l. Quotiens. Cod. de præc. imp. offeren. & Dec. latè in conſ. 407. col. fin. & in conſ. 600. col. fin. & ex his reſideo quod d. priuilegia non comprehendāt beneficia iam collata: ſed ſolum ea quæ tempore datæ vacabant.

CONSILIVM XIII.

Alternatiua an gaudeat qui eſt in ſeruitio Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſidere quis in Eccleſia ſemper tenetur.*
2 *Diſtributiones pro rata temporis dantur.*
3 *Conſuetudo eſt optima interpres legis.*
4 *Quandocunq; ſignificat iteratam reſidentiam.*
5 *Quandocunq; comprahendit omnem modum.*
6 *Et omnes caſus.*
7 *Quandocunq; verbum aliquando reſtringitur.*
8 *Quandocunq; de ſui natura ſignificat infinitatem.*
9 *Idem iuris de parte ad partem, quod de toto ad totum.*
10 *Aſſiſtens ſeruitijs Papæ habetur pro reſidente.*
11 *Reſidere eſt ad debita munera præſentem eſſe.*

Det mihi Dominus rectè ſapere.

FACTI SPECIES.

QVidam Epiſcopus inſiſtens ſeruitijs Papæ, impetrauit licentiam per quatuor menſes reſidendi in ſuo Epiſcopatu, & illo tempore ſuſtulit munera Epiſcopalia; Quæritur modo an gaudeat alternatiua illius temporis.

Ad iſtius caſus euidentiam; aut reſidentia conſideratur ſimpliciter, aut ad aliquē effectū, ſi ſimpliciter reſidentia debet eſſe continua,
1 quia de iure † quis debet ſemper in ſua Eccleſia reſidere. c. Sanctorum 70 diſtin. c. Relatum, & ibi Gl. in verbo, Cum effectu. & Abb. de Cleric. non reſid. ſi vero non ſimpliciter ſed ad aliquem effectum, puta cauſa percipiendi quotidianas diſtributiones; iſto caſu non ſolum qui
2 continuè reſident, ſed ad tempus, pro rata † temporis conſequūtur diſtributiones. ca. 1. De Cler. non reſid. lib. 6. cum ibi not. & ita de conſuetudine in Eccleſijs in quibus dantur diſtri-
3 butiones ſeruatur. quæ conſuetudo † eſt optima interpres Legis. l. De quibus, & l. Si de interpretatione. ff. de leg. Regula vero alternatiuæ non loquitur ſimpliciter, ſed ad effectum dandi ordinarijs alternatiuam, quotieſcumq; & quandocunq; in eorum Eccleſia reſederint:
4 quæ verba ſignificant † iteratam reſidentiam per plures vices temporis factam, non autem continuatam reſidentiam l. Sicut in princip. ff. quib. mod. vſuf. amitt. Bart. in l. Qui bona. §. vlt. ff. de damn. infect. & ibi Imol. & Alex. Anch. in conſi. 268. num. 4. vbi dicit quod dictio quā-
5 docunq; † comprætendit omnem modum, & qualitatem: & Bal. in l. Si ita ſtipulatus. §. Seio. ff. de fideinſsio. dicit quod ſignificat repetitionem actuum, & temporis. & Tiraquel. in retractat. conuent. Gloſ. ſecunda, nume. 16. per l. 2. Cod. de pact. interpretatur illud verbum quandocunq; vt comprehendat † omnes caſus. Nec obſtat quod aliquando iſtud ver-
7 bum, quandocunq; † reſtringatur. vt per Gl. in l. Neminem. Cod. de decur. lib. 10. quia illud eſt

ſecundum accidẽtia caſuum ad euitandam infinitatem; quod non æquiparatur huic caſui; ſed cum iſtud verbum de ſui proprietate ſigni
8 ficet † infinitatem,& infinitas vices l.Si ita ſtipulatus,§.Stir. ff. de fideiuſſ. & tradunt Bart. Bald. & alij, in l. Fideicommiſſa.§. Si quis decem.ff.de legat.3.Alex.in l. Si finita poſt princip.ff.de damn.inf.& iterum Bald. in l. prima, num.37.Cod.de his quæ pen. no. fatendum eſt quod quotieſcumq; Epiſcopus in ſuæ Eccleſia reſederit etiam ad tempus, gaudeat alternatiua per illud tempus: nam idem Iuris
9 † de parte ad partem,quod de toto ad totum. l.Quæ de tota.& ibi Gloſ. & Bat.ff. de rei vendit.l.Iuris gentium.§.Adeo vbi doct.ff.de pact. ca.Paſtroali s.§.Cum in totum,& illic Gloſ.Bal. Imol.& alij.de offi.delegat.

Nec obſtat quod aſsiſtens Papæ ſit à reſidentia excuſatus, & quod ideò reſidere dici non poſsit; quia imò retorquendo argumen-
10 mentum, aſsiſtens † Papæ habetur pro reſidente,& gaudet priuilegijs reſidentię.c. Dilectus,& cap.Seq.vbi Abb.& alij de Cler.non reſid. ideò Abſurdum eſſet dicere quod Epiſcopus aſsiſtens Papæ habeatur per reſidente, & poſtea cum perſonaliter reſideat habeatur pro abſente.

Nec etiam dicendum eſt illum ob obtentã licentiam quatuor menſium,non habuiſſe animum reſidendi; quia viſitationes, ordinationes,& Sanctum Chriſma quod in his tempori-
11 bus fecit,denotant animum reſideudi: quia † reſidere nihil aliud eſt,q̃ ad debita munera pręſentem eſſe. c.Relatum.de Cler.non reſid.& c. Vnico. eod. tit,lib.6.Nec eſt credendum quod habuerit animum redeundi ad quatuor menſes: quia quod eſt veriſimilius elegiſſe dicendum eſt, & viam vberiorem ſequi, quæ eſt alternatiua reg.qui tacet. de reg. iur. in 6.& ita Laus Deo,& eius Glorioſæ Matri iuris eſſe cẽſeo.

CONSILIVM XIV.

Clerici ordinati ſine titulo cum ſola fideiuſsione alimentorum,an ſit ſuſpenſi.

SVMMARIVM.

1 *Mens legis eſt ſemper attendenda.*
2 *Mens eſt anima,& ratio legis.*
3 *Beneficiarij ſunt vſufructuarij in vita.*
4 *Beneficia ſunt Chriſti patrimonium.*
5 *Alimenta non reprobantur à iure.*
6 *Verbum neceſſaria intelligitur de alimentis.*
7 *Innouatio Canonum à concilio eſt.*
8 *Ordinati cum præmiſſione alimentorum non ſunt ſuſpenſi.*
9 *Ordinatis ſine patrimonio, aut titulo tenetur ordinans prouidere.*
10 *Cauſa finalis dicitur illa ex qua oritur diſpoſitio.*
11 *Cauſa ad non cauſam redacta, habetur pro non cauſa.*
12 *Conſtitutio non illaqueat transgreſſores, ſi finis non violatur propter quem facta eſt.*
13 *Prouiſi de alimentis non ſunt ſupenſi.*

Illumina Domine mentem meam, & ego annunciabo veritatem.

FACTI SPECIES.

STatutum eſt in Sacro Concil.Tridentino.cap.2. de reformat. ſeſſ. 21.quod nullus ad Sacrum Ordinem promoueatur, qui non habeat beneficium,aut penſionem, ſiue pâtrimonium, ad vitam ſuſtentandam ſufficiens: ſed ſunt nonnulli qui Ordines ſuſceperunt ſine beneficio, aut penſione,vel patrimonio; ſed facta eis fideiuſſione ab alio idonea de alimentis præſtandis; vnde Quæritur an ſint ſuſpenſi; & qui in ſuſceptis ordinibus miniſtrauerint ſint irregulares
1 Et pro reſolucione præmitto quod cauſa † Legis condendæ,& mens legiſlatorum ſemper eſt attendenda l.Nominis tui.ff.de verb.ſigni-
1 ficat.Paris.in conſil.46.nume, 20.21. & 22. in 3.
2 volum. Quia mens † eſt anima ipſius legis, & ratio: quæ vbicumq; habeat locum, ibi habet locum Legis diſpoſitio: etiam quod eſſet contra ius commune,l.à Titio. ff. de verbor. oblig. mens autem, & cauſa finalis ob quam diſpoſitio Concilij caueb, ne dentur ordines Sacri nõ habentibus beneficium,vel penſionem,aut patrimonium, ea fuit, ne clerici mendicent: ſed quoties prouideatur mẽdicitati huiuſmodi, ſatisfactum eſt menti,& cauſæ finali legis, & cõſequenter diſpoſitioni, Alimenta verò præſtanda clericis tollunt eis cauſam mendicitatis; & eis non minus videtur prouiſum,quàm ſi haberent beneficium. Beneficiarij enim non ſunt in beneficio domini,nec directi,nec vtiles;ſed ſo
3 lum † vſufructuarij in vita. Nauar. in tract. de
4 redd.benef. quæſt.1, num. 17.& 18.beneficia † enim ſunt Chriſti patrimonium Nauar.in eod.
5 tract. & quæſt.num.48.alimentatio autem † nõ reprobatur à iure;imo conceditur.c.Epiſcopus, & c,Cũ ſecundũ.de pręb.& c.Si Epiſcopus.eod. tit, in 6.vbi dicitur quod Epiſcopus ordinatis ſine titulo tenetur neceſſaria miniſtrare donec illis de beneficio prouideat: verbũ autẽ illud,
6 † neceſſaria intelligitur de alimentis, vt not. Abb.in d.c.Cũ ſecũdũ nu.9.& Gemin.in d. c.Si Eps.n.8.& ibi.Poſtilla: ergo alimenta non reprobantur. Et licet Concilium de illis ſpecificam nõ fecerit mẽtionem,ſatis liquet voluiſſe ea in diſpoſitione comprehendi,dũ innouauit anti-
7 quos canones;† q. ſũt,c.Eps.c.Cũ ſecũdũ.& c.Si

Epi-

Epiſcopus relati,contra aliqnos, qui volebant
innouationem antiquorum canónum intelligi
de c.3.diſt.70.cujns diſpoſitio per d. c.Cum ſe
cũdũ ac alia de quibus ſupra pri⁹ fuerat abro
gata, vt declaratum fuit à Sacra Congregatio
ne ſuper Concilium in d.c.2.ſeſſ.21.§.Antiquo
rum canonum: in his verbis videlicet. Conci-
lium renouauit tantũ pœnas.c.Cũ ſecundũ de
præb.nõ pęnas.c.Neminẽ.& c.Sãctorũ.70.diſt.
qui antiqui canones tollerant ordinationem
factam ſuper alimentorum prouiſione: & con-
8 ſequenter ordinati † eo pacto, nec ſuſpenſi e-
runt, nec irregulares. quod probatur ab his,
quæ adducit Borgaſ. in tract.de irregul. & im-
ped.ordin.in 6.part.titulo de ſent. ſuſpen. nu.
14.verſ.Promotus ſine tit, & in par.1.q.7.num.
29. & idem decretum fuit à præſ. Congrega-
tione in loco allegato in hæc verba videlicet;
Ordinatus contra formam huius decreti ſine
beneficio,aut patrimonio, non eſt per hoc ſu-
9 ſpenſus,nec aliquam pęnã incurrit,ſed† cogẽ-
dus eſt ordinãs,ei prouidere,iuxta. c. Cũ ſecũ
dũ de pręb.& hic ſolus canon,& nõ alij,à Cõci
lio renouatus eſt, nempe quia ſatisfactum eſt
menti Concilij,qui fuit ne Clerici mendicent;
& hæc fuit cauſa finalis huiuſmodi diſpoſitio-
10 nis;cum illa dicatur † cauſa finalis, ex quia o-
ritur diſpoſitio.l. Damus.ff. de cond. indeb. &
conſequenter dicendum eſt eſſe ſatisfactum
Concilio.ex quo Clerici ſic ordinati ſuper ali-
mentis eis præſtandis non cogantur mendica-
re;neque ordinãtes vlterius tenebũtur ad eis
prouidendum de neceſſarijs; cum iam fuerit
11 prouiſum; quia quando † cauſa ad non cauſã
reducitur; perinde eſt ac ſi cauſa illa non fuiſ-
ſet.l.1. in fin. ff.de cond. ſin. cauſ.

Vlterius quando conſtitutio continet aliqd
non per ſe principaliter, ſed ad finem alicuius
12 mali vitandi,nõ illaqueat † tranſgreſſores ad
pęnam,aut peccatum,ſi finis non violatur, ad
quem conſtitutio tendit,vt ſingulariter tradit
Abb. in c.Quoniam contra.num.6.de prob. ſe-
cutus Arch.in c.Vtinam.76.diſtin.finalis autẽ
cauſa Concilij eſt adimpleta,ne ſcilicet Cleri-
13 ci mendicent; ergo non erant ſuſpenſi † quia
prouiſum eſt eis vnde viuere poſſunt. per d. c.
Cũ,ſecundũ quod ſatis eſt.vt not.per Rebuf.in
pratic.benef.tit.de reſcrip. in forma comu. &
form. paup.num.1.& 2; quod innuit etiã Cõc.
in d.c.2. in fine.Dum ait quod patrimonium a-
lienari non poſſit ſine Epiſcopi licentia donec
beneficinm non ſint adepti, vel aliunde habe-
ant vnde viuere,Et ita iuris eſſe cenſeo. Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM XV.

De Spolio.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus reſtituitur probata poſſeſſione, et ſpolio.*
2 *Spoliatus reſtituitur probata antiqua poſſeſſione etiam titulo non probato.*
3 *Colorare poſſeſſionem aliqualiter ſufficit, ut infra.*
4 *Supplicatio ſufficit ad poſſeſſionem colorandam, & perficit gratiam.*
5 *In poſſeſſorio non agitur de Canonizatoria.*
6 *Poſſeſſorio agendum eſt ante petitorium.*
7 *Poſſeſſorio agitur ante petitorium, etiam quo ad fructus, & expenſas.*
8 *Vltimus ſpoliatus primo eſt reſtituendus.*

Adſit Dominus omnipotens.

FACTI SPECIES.

Collegiata Carpenſis, nullius diœ
ceſis, habet plebem nuncupatã
S.Io.Baptiſtæ de Trebbio exiſtẽ
tem in Mutinenſi diœceſi,in qua
conſueuerat præſtari obſequium
in die Sabbati Sancti à quibuſdã
Eccleſijs, vti filijs erga matrem, in confectio-
ne Sacri fontis baptiſmalis: quo obſequio fuit
ſpoliata à moderno Epiſcopo; Contra quem
teutat reſtitutionem ſpolij agens poſſeſſorio
recuperandæ:hinc conſultus reſpondi eam re-
1 ſtitui†debere probata poſſeſſione,& ſpolio. c.
Conſultationibus.de offic.deleg.Cumã. in ter
minis in conſ.149.propè finẽ.c.2.de Capel.Mo
nach.c.His qui de maior.& obed.& Rot.tit.de
reſtit. ſpol.deciſ. 21.in nouis, ꝙ procedit etiã
quod non probet de tit.ſtãte maximè antiqua
2 †poſſeſſione;vt concluſum fuit in Rota.deciſ.
1.eod.tit.in nouiſ.& deciſ. 13.dum dicitur ſuf-
ficere probare poſſeſſionem,& ſpolium. quod
ſequitur Abb. in c.In litteris.num. 23. eod.tit.
de reſtit.ſpol.vbi num. 25. addit quod quate-
3 nus ſit neceſſe † colorare poſſeſſionem,ſufficit
eam aliqualiter colorare; vel per confeſſionẽ
aduerſarij,vt euenit in caſu. d.ca.2.de Capell.
Monach.& ſequitur Rot.eod.tit.de reſtit.ſpo.
deciſ.17. in nouis,vel per inſtitutionem etiam
abſque præſentatione.Rot. eod. tit.deciſ.16.&
deciſ.4 de cauſ.poſſeſſ. etiam in nouiſ. aut per
antiquam poſſeſſionem, & communem æſtima-
tionem.Rot.d. tit. de reſtit. ſpol. deciſ.1. nu.3.
vel etiam per ſolam ſupplicationem. Rot. de-
ciſ.16.eod.tit. Caſſad. tit. de reſtit. ſpol. deciſ.
8. & tit.de penſ.dec.2.nu.2.vbi dicit,quod ſup
4 plicatio†probat,& perficit gratiã,& cũ ſeqtur
Lud.Gom. in reg.Vt nõ iudicetur iuxta formã
ſuppl.q.5.Cũ ibi notatis,vbi ex mente Caſſad.
& Aegid.deciſ.50. atteſtatur ita tenuiſſe Rot.
iudicaſſe,& ſemper ſeruaſſe,quia in cauſa poſ-
5 ſeſſorij † non agitur de canonizatoria,vel adiu
dicatoria, ſed de tollenda illata moleſtia, ex
quo ſpoliato nihil tribuitur de nouo, ſed tãtũ
in eo ſtatu, in quo erat conſeruatur: ꝙ magis
procedit in caſu iſto vbi non tractatur de bene
ficio,ſed de quodam iure.& licet Epiſcopus pe
6 tat quendam cenſum; agendum eſt de†poſſeſ-
ſorio prius intentato à Collegiata.d.c.In litte

 ris.

Digitized by Google

ris.& c.Itē cū quis de reſt.ſpo. Abb. In c.Cū in
Eccleſię n.5.de cauſ.poſſ.Clem.vnic.eo.ti.q; p-
7 cedit ēt† quo ad fructus,& expenſas.Abb. in c.
fin.de ordin.cognit.num.4.Fran de reſtit.ſpol.
c.1.§ 1. num.3.lib.6.Crau. in conſ. 140. num.3.
in prima part. Nec eſt audiendus Epiſcopus ni
ſi reſtituto ſpolio ante dicto, cum agatur de
8 vltimo ſpoliato; qui primo † reſtitui debet.
Crau.in conſ.322.num.5.in 2.part. cum ibi no-
tatis.Ror.deciſ.49. de reſcrip.alias 557. in an-
tiquis,& ita cenſeo iuris eſſe.

CONSILIVM XVI.

Cenſus non ſoluitur cuius cauſa ignoratur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus non ſoluitur, cuius cauſa ignoratur.*
2 *Cenſus rebus ſacris non imponitur.*
3 *Cenſus præſcribitur.*
4 *Iura epiſcopalia præſcribuntur.*
5 *Reſeruatio inficit titulum, & poſſeſsionem.*
6 *Reſeruatio impedit reſtitutionem.*
7 *Non tenetur ſoluere cenſum, qui illum ignorat.*
8 *Solutio cenſus arguit ſubiectionem.*
9 *Cenſus præſcribitur ſpatio 40.annorum,quando nō eſt cenſus Principis.*
10 *Fauendum eſt ei,qui ſit in poſſeſsione non ſoluendi.*
11 *Poſſeſsio non ſoluendi non arctat ad titulum.*
12 *Colorata poſſeſsio eſt, quando poſsidetur auctoritate ſuperioris.*
13 *Cenſus de ſui natura non excedit perſonam illius qui ſoluit.*

Veni creator Spiritus.

FACTI SPECIES.

Reuerendisſimus Epiſcopus Muti-
nenſis intentando poſſeſſorium
recuperandę,prætendit Collegia
tam Carpenſem ſibi debere cen-
ſum pro Eccleſia plebis Trebbij,
olim in diœceſi Mutinenſi conſti
tuta,nunc Collegiatę vnita;tamen nullam cau
ſam adducit, niſi id conſtare in libris Epiſco-
pat',alias fuiſſe exactū.& quæritur quid iuris.

Ad cuius rei euidentiam adduco textum in
c.Peruenit,vbi Gloſ.de cenſ.vbi gloſator ponit
caſum olim motū inter Abbatem Fraxinoris,
& Archipræsbyterum Eccleſiæ Carpenſis: Ab-
bas enim petebat cēſum à d.Archiprę sbytero,
1 & Papa determinauit cenſum † non deberi,ex
quo cauſa ſoluēdi neſciebatur: quod probatur
etiam per Abb. in c.Eccleſia S. Mariæ num. 8.
de lit.pend. nihil innou.& Crau.in conſ. 132.n.
11. in prima part.Alex. in l. Rem quæ nobis.ff.
de acquir.poſſ.aut enim prætendit cenſum ſu-
2 per plebe ipſa;& fruſtra,quia cenſus† rebus ſa
cris non imponitur, niſi fortaſsis ab ipſa erre-
ctione impoſitus. Bened.bon,de cenſ.c.43. art.
19. aut ſuper prædijs ipſius:& tunc etiam fru-
ſtra: quia vltra 50. annos Collegiatā poſsidet
illam plebem, & nunquam ſoluit cenſum; ex
3 quo præſcripſit † cauſam nō ſoluē di.Guid.Pap.
4 deciſ. 407. Iura † enim Epiſcopalia etiam præ-
ſcribuntur.c.Cum auditis. & c. Cum olim, de
præſcript.Sylu. in ſum.de Gabell. §.2.num.14.
Henrich. bot. de Synod. Epiſ. 2.part. num. 41.
Card. pulchrè in conſ. 131.nu.5.& fortius quia
d.Eccleſia Carpen. vſq; ad tempora Stephani
2.Papæ,qui pontificatum geſsit tempore Pipi-
ni patris Caroli Magni,vt refert Caliſtus Secū
dus Papa: & Federicus II. Imperator, fuit e-
xempta à quocumque antiſtite, & ſoli ſedi A-
5 poſtolicæ reſeruata; ex qua reſeruatione † in-
fectus fuit titulus,& poſſeſsio.d.Epiſcopi,qua
tenus illum habuiſſet.c. Si Papa.de priuil.in 6.
Caſſad. deciſ.1.de cauſ.poſſ.& tanto magis qa
in vnione, & erectione Collegiatæ omnes Ec-
cleſiæ, & earū bona fuerunt data in ſubiectio-
nem Archipræsbitero d.Eccleſiæ Carpi,eximē
do eas à iuriſdictione Epiſcopi Mutinēſis, &
Regienſis & ſibi iuriſdictionem in d. Archipræ
sbiterum reſeruauit,ſubijciendo eas,& prædia
6 Archipræsbitero:quæ reſeruatio † impedit re-
ſtitutionē à d.Epiſcopo petitam.Gemin.in cōſ.
12. Frau.in c. Ad decimas in fin. de reſtit. ſpol.
Rot.deciſ.2.alias 7. de reſtit. ſpol. in antiq. &
7 cum d.Collegiata ignorauerit d.cenſum† ad il
lum non tenetur,vt tenet Abb. in d.c.Eccleſia
S. Mariæ.num.8.de lit. pend.nihil innou.ſolu-
8 tio† enim cenſus arguit ſubiectionem.c.2.& il-
lic.Abb.de cenſ.Alex.in conſ. 35. num. 3. in 4.
vol. Felin. in c.Ad audientiam.col.7.nu.20. de
præſcrip. quam ſubiectionem non poſſumus in
telligere ſtantibus priuilegijs tot Pontificum
Stephani ſcilicet II. & aliorum vſque ad Ca-
liſtum II.& ipſius vſque ad Iulium Secundum,
& Leonem Decimum; qui & ipſi in erectione
Collegiatę exemptionem, & libertatem præ-
ſtiterunt;& noluerūt, d.Eccleſiam alicui ſubia
cere præter Summo Pontifici. Quibus ſtanti-
bus quatenus per prius Eccleſia d. plebis Treb
bij ſubiecta fuiſſet alicui cenſui tanto tem-
9 pore præſcriptus fuiſſet;cum etiam† curſus 40.
annorum ſufficiat,prę ſertim quando non ſit cē
ſus Principis.Abb. in c. Significauit.in fine, de
cenſ.Fulg.in conſ. 166.prima col. Cū conſ. 149.
ex quo fit quod etiam ſi Epiſcopus probaret
titulum: ſtante d. præſcriptione;fauendum ſit
10 potius† Collegiatæ,quæ eſt in poſſeſsione non
ſoluendi;quam Epiſcopo.Lud.Gom.in regu.de
annal.poſſ.q.8.col.2.quæ Collegiata non tene-
11 tur colorare ſuam poſſeſsionem† non ſoluendi
cum titulo. Rot. dec.4.de cau. poſſ. in nou. &
dec.1.de reſtitut. ſpol. & ſequitur Ioan. Brun.
de ſponſ.conc.12. num.7. in fin.cum tamen ha-
12 beatur pro colorata † cum poſsideat, d. Ec-
cleſiam auctoritate Papę:ſicuti probat Gemin.
in conſ.117.nu.10. imo quamuis antequam ad
Eccle-

Eccleſiam Carpenſem perueniſſet ſolutio d.cē
ſus fuiſſet facta per Rectorem, qui eam primo
habebat, reſolutus fuiſſet; quia cenſus de ſui
13 natura† non excedit perſonam eius, qui illum
ſoluit. c. De cætero. de tranſact. & ita iuris
eſſe puto. Laus Deo, & B. M. Virgini.

CONSILIVM XVII.

Viſitare quis poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Archipræſbiter Carpi eſt ordinarius,*
2 *Et Diœceſanus.*
3 *Omnes Eccleſiæ ſunt ſub iuriſdictione illius in cuius territorio ſunt poſitæ*
4 *Eccleſia vnita eſt in iuriſdictione illius. cui eſt vnita.*
5 *Mutatio nihil habet commune cum priore beneficio.*
6 *Iuriſdictio prima Eccleſiæ vnitæ habetur pro mortua.*
7 *Ex diuerſitate rationis, reſultat diuerſitas iuris, & caſus.*
8 *Conſuetudo valet etiam contra ius commune.*
9 *Ex præſcriptione acquiritur libertas.*
10 *Conſuetudo introducitur ex vſu hominum.*
11 *Conſuetudinem probant teſtes.*
12 *Scientia, & patientia inducit conſuetudinem.*
13 *Conc. c. 7. ſeſſ. 7. & Bulla Pij V. declaratur.*

Diuino implorato ſuffragio.

FACTI SPECIES.

Reuerendiſsimus Epiſcopus Mutinæ adhuc prætendit viſitare plebem S. Ioannis Baptiſtæ de Trebbio vnitam Collegiatæ Carpi vigore Conc. Trid. c. 7. ſeſſ. 7. & Bullæ 46. Pij Quinti: de qua re præmittendum eſt, quod Archipræsbiter d. Collegiatæ, vt in Bulla Caliſti Secundi Papæ; qui in hęc verba eũ priuilegiauit videlicet, Statuim⁹, vt nulli Epiſcopo; vel nulli oĩno Eccleſiaſticæ, ſæculariue perſonæ eadem Eccleſia ſit ſubiecta, niſi tantum Sedi Apoſtolicæ; ad quam, vt prædictum eſt, iure proprietatis, & tutelæ defenſionis ſpecialiter pertinere dignoſcitur. Decimæ quoque Carpenſis territorij abſque vlla diuiſione, ſeu diminutione, vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus firmas manere ſancimus, &c. Capellas autem quæ ad ius veſtræ Eccleſiæ pertinere noſcuntur; abſque alicuius moleſtia vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus per omnia ſubditas eſſe cenſemus: & præterea per præſentis decreti paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, vt quæcunque prædia, ſiue poſſeſsiones eadem Eccleſia iuſtè poſsidet, ſiue in futurum conceſsione Pontificum, liberalitate Principũ, vel oblatione fidelium iuſtè, atque canonicè poterit adipiſci, firma nobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Hęc omnia per Iulium Secundum, & Leonem Decimum fuerunt conceſſa in erectione Collegiatæ; dantes Archipræsbitero iuriſdictionem ſpritualem, & temporalem, vſum mitræ, baculi, cappæ, & rocheti cum baculo paſtorali, & tam pro perſonis, & Eccleſijs aliàs habitis, quàm per eos vni
1 tis: ex quibus factus † eſt ordinarius, p ea quæ
not. in Clem. vnica. de offic. Vic. q. 26. in fine.
Dec. in c. At ſi clerici §. de adulr. num. 26. Felin. ibi. n. 11. de iudic. in terminis. Gl. in c. Ordinarij. in verb. Ordinarij. de off. ordin. in 6. Gl. in
c. Cũ ab Eccleſiarũ. in verbo Eccleſiaſtica ſentẽ
tia. eo. tit. in decret. Gl. in c. q̃q̃ in verbo, Loci ordin. de vſu. li. 6. Dec. in c. Poſt ceſsionẽ. in princ.
2 de probat. & adept⁹ eſt nomẽ ordinarij; † & diœ
ceſani. Gloſ. in Clem. 1. in verbo Diœceſanis
3 de for. compet. & propterea omnes † Eccleſiæ
poſitę in Territorio Carpenſi. remanẽt in eius
iuriſdictione. c. Omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. nec
refert quod olim d. Plebs fuerit in diœceſi Mutinenſi; quia per vnionem fuit ab ea abdicata,
4 & aſſumpſit naturam, † & vim Eccleſiæ cui fuit
vnita. c. In apibus. 7. q. 1. Pariſ. in conſ. 45. nume.
5 16. in 4. vol. Quia † mutatio nihil habet commune
cum priori beneficio. ca. Siquis iam tranſlatus.
& ibi Gloſ. parua 21. q. 2. Dec. in ca. Translatò.
de conſtitut. & in tantum eſt extincta iuriſdi-
6 ctio prima, vt quo ad hoc † habeatur ad inſtar
mortis. Caſſad. de vnion. deciſ. 2. verſ. Quia primò vnio. Oldra. in conſ 275. n. 15. verſ. Per vnio
7 nem. Rot. deciſio. 159. & 369. in antiq. nam † ex
diuerſitate rationis, reſultat diuerſitas iuris.
& caſus. Mand. in reg. 15. quæſt. 3. num. 3. & conſequentet perſonæ illius primæ Eccleſiæ aſſumunt iura, & priuilegia ſecundæ, cui facta ſit vnio. d. capit. In apibus. & Territorium in quo extat Eccleſia præfatę plebis eſt in territorio, Caſtri Iuliæ: quod Caſtrum cum omnibus ſuis dependentibus eſt in iuriſdictione, & Territorio Carpenſi, vt habetur à Statutis Carpi, quæ obſeruantur in illo loco; & à longa conſuetudine. ſicut ab illa vnione ſemper Archipręsbiter viſitauit, & alia iuriſdictionalia in d.
8 Plebe exercuit; quæ cõſuetudo † etiam contra
ius comune valet. Fed de Sen. quæſt. 17. nume.
5. & illa Plebs a iuriſdictione Mutinenſis Epiſcopi eſt liberata, tum ex bullis antedictis, tũ
9 ex præſcriptione † vltra 40. annos. ad tradita
per Felin. in ca. Ad audientiam. nume. 20. & 22. de præſcript. quod procedit maximè in his, quæ ſunt præſcriptibilia. ad Abb. in cap. fin. nu. 15. De conſuet. vbi ad nu. 16. atteſtatur de communi, quod non requiratur ad eam introducẽdam, quod fuerit obtenta in contradictorio iudicio; ſed quod ſufficit quod ſit inducta⁹ ex
10 moribus, † & vſibus hominũ. quam teſtes pro-
11 bare † poſſunt deponendo ea quæ not. Alex. in
conſil. 45. vol. 2. id quod magis procedit quia
pro-

12 proceſsit cum ſcientia,& patientia Epiſcopo-
rum Mutinę.Franc.in cap.Ad decimas,nu 8.de
reſtitut.ſpol. in 6. Quibus ſtantibus dicendum
13 eſt quod diſpoſitio † Concilij in d.c.7.ſeſſ.7.&
Bulla 46.Pij V.non obſtat;imò confert:nam lo-
quitur de vnionibus factis Eccleſijs, quæ aliàs
non habet proprium ordinariũ;ſicut hẽt plebs
Trebbij quę vnita collegiatę Carpi aſſumit vi-
res, & priuilegia eius; & conſequenter eſt in
iuriſdictione eius Ordinarij : qui, vt in Bulla
Caliſti, dignoſcitur nullum habuiſſe vnquam
ſuperiorem,niſi Papam:& præcipue liberatum
fuiſſe à cõtentionibus Epiſcoporum Mutinæ,
& Regij, quorum vterq; contendebat habere
in eam iuriſdictionem : & ita Deo dante reſi-
deo in ea conclusione, quod Epiſcopus ex ſu-
pradictis non poſsit viſitare, ſed viſitatio ſpe-
ctet ad Ordinarium Carpi.

CONSILIVM XVIII.

Gabella an ſoluatur de contractu conditionali non perfecto.

SVMMARIVM.

1 *Contractus recipit interpretationem à ſtilo, qui debet attendi.*
2 *Contractus qui ſola voluntate deducuntur, non requirunt aliam formam.*
3 *Sunt quidam contractus, qui volẽdo perficiuntur.*
4 *Contractus certo modo, non perficiuntur ſine illo modo, & num. 5.*
6 *Contractus non perficitur niſi adimpleta conditione.*
7 *Si in contractu fiat mentio de inſtrumento requiritur inſtrumentum.*
8 *Conclusio attenditur in contractibus.*
9 *Emphyteuta volens vendere tenetur ſeruare l.ſecundam Cod. de iur.emphy.*
10 *Gabella non debetur de contractu imperfecto.*
11 *Nemo debet amoueri à poſſeſſione non ſoluendi.*
12 *Gabella non ſoluitur de re emphyteutica.*

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

QVidam emphyreuta Eccleſiæ tractauit de vendendo ſuas meliorationes, addita conditione, ſi capitulum Canonicorum conſentiret; & fieret inſtrumentum, & antequã capitulum requireretur fuit emptor monitus quod Landemium ſoluere oportebat;& requiſiuit capitulum ad illud remittendum; ſed nihil reſpondit : & interim datiarius grauauit d,emptorem pro Gabella;qui ſentiẽs ſe grauatum quæſit quid iuris.

Et prima facie videtur d. datiarium iuſtè grauaſſe;quia vt eſt tritiſsimum in Iure quando duo,vel plures inter ſe conueniunt in idem ſtatuto pretio, dicuntur perfectè contraxiſſe;
perfectumq; eſſe contractum: & conſequenter
Gabellam deberi, Sed contrarium verius eſſe
putò,tum de ſtilo, tum etiam de iure : ab im-
memorabili tempore enim Curia datiorum
præfata non eſt ſolita Gabellam committe-
re pro contractibus, niſi poſt inſtrumentum
confectum ; vel quando pro contractu non fiat
inſtrumentum;niſi poſt factam denuntiationẽ:
1 & hic ſtilus † debet attendi, à quo contractus
recipit interpretationem. Bald. in l. Contra-
ctus,num.3.Cod.de fid. inſtrum. Afflict. in de-
ciſio.226.nume.4.id quod magis procedit cum
præter ſtilum adſit ius commune:Quædã enim
ſunt quæ ſola voluntate poſſunt deduci ad eſ-
2 ſe perfectum,vt ſunt contractus,† qui ſolo cõ-
ſenſu contrahuntur, & tunc non requiritur a-
lia forma.inſtitut. de obligat. ex conſenſu in
3 princip.Quædam ſunt,quæ volendo † perficiũ-
tur: quia non eſt medium inter voluntatem,&
eſſe;vt per Zilet.in 1.volum. ad vltim. volunt.
conſil.76.num.38.Quædam quæ ſub certis fini-
4 bus volumus, & non aliter. & tunc ſi modus †
reſiſtit naturæ actus, nihil valet quod actum
eſt.c.Actus legitimi.de reg.iur, in 6. & Quædã
quæ ſola voluntare non deducuntur ad eſſe
5 perfectum ; ſed requiritur † certus modus. &
certa forma:& tunc illa prætermiſſa.totum eſt
ommiſſum,l.Cum hij.§.Si præter.ff. de tranſac.
modo contractus prętenſus;quem ego contra-
ctum non iudico, ſed potius præparationem
ad contractum; fuit conditionalis, ſi modo ac-
cederet conſenſus Capituli; & ſic non potuit
6 perfici niſi † adimpleta illa cõditione.l.Si quis
fundum.ff.de Contrah.emp. & conditione de-
ficiẽte, perijt totus contractus.l.fin.Cod.eod.
tit.Qui contractus à conuentione legem acci-
piunt.l.Contractus.ff.De reg.iur.& ſic cũm cõ-
ſenſus Capituli non interuenerit contractus re
manſit imperfectus:imò eo concurrente requi
rebatur inſtrumentum : quia quando partes
7 conueniunt † de conficienda ſcriptura,cõtra-
ctus non aſſumit vires,niſi ea confecta. Fab. de
Mont.tit.de empt.& vendit.quæſt.3.nume.53.
Roch.de Curt.tit.de conſuet.num.533. Gome.
in tract.de contra.c.2.de empt.& vendit. num.
8 17.Vbi de communi.quia in contractibus† at-
tenditur concluſio.Afflict.in deciſio.375.num.
5.& 6.Alciat.in conſil.2.num.36.in 1.lib. & præ
fata tanto magis vbi certa forma datur à Lege.
l.fin.Cod.de iur.emph.quam formam emphy-
teuta non poteſt peruertere,& ea prætermiſſa
totum intelligitur ommiſſum:vnde reſultat cõ
9 cluſio quod contractus non ſeruata forma † à
Lege data,corruat:& conſequenter quod con-
tractus de quo in themate ſit imperfectus, &
10 ideo quod nulla debeatur Gabella. Bart. in l.
fin.§.Sin autem,Cod.comun. de leg. & ibi Bal.
in §.Sed qui natura.nu.4. & accedat quod pri-
mo erat diſcutiendum;an Gabella ſoluatur de
melioramentis in re Eccleſiæ factis,antequam
quis

Digitized by Google

quis grauetur,& maximè eum nunquam fuerit
ſoluta, & per conſequens ſit in poſſeſsione nõ
11 ſoluendi, à qua † nemo amoueri debet, ſine a-
ctu iudiciali, ad trad. per Menoch. de recup.
poſſ. remed. primo nume. 3. & de quibus per
Pet. de Vbal. concluſum eſt in conſ. 2. poſt trac.
12 de collect. quod non ſoluatur † gabella. Iccir-
co indebita fuit exactio, & ille datiarius tene-
tur ad reſtitutionem, pro vt ita iuris eſſe cen-
ſeo. Laus Deo, & B. M. Virgini.

CONSILIVM XIX.

De Clerico concubinario.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia habet quatuor terminos.*
2 *Ius eſt ars bona, & æqui.*
3 *Rigor diſciplinam quandoq; denotat, et quandoq; iuſtitiam, & exceſſum, & num. 4.*
5 *Aequitas eſt rectitudo iudicij.*
6 *Aequitas eſt media inter rigorem, & miſericordiam.*
7 *Diſpenſatio eſt iuris relaxatio.*
8 *Diſpenſatio non fit ab inferiore.*
9 *Cauſæ diſpenſationis ſunt tres.*
10 *Aequitas non tollit ius.*
11 *Aequitas, & ius conſiſtunt in ſcriptura.*
12 *Clericus concubinarius ammittit tertiam partem.*
13 *Iudex non poteſt tollere fructuoſam legem.*
14 *Inferior non interpretatur ius ſcriptum.*
15 *Præceptum eſt neceſsitatis.*
16 *Præcepto ſine cauſæ cognitione obeditur.*
17 *Qui dicit Iudicem non poſſe præcipere vani capitis.*
18 *Iudex poteſt procedere contra concubinarios non ſeruato Concilio.*
19 *Concilium de concubinarijs non requirit ſententiam,*
20 *Declaratoria oſtendit inductum.*
21 *A propria ſignificatione verborum non receditur.*
22 *Præcepta non debent eſſe eluſoria,*
23 *Verbis eſt ſtandum quando mens non apparet.*
24 *Verba ſunt inſtrumenta ex quibus mens probatur, & num. 24.*
25 *Monitio pro trina quando habeatur,*
26 *Vnica monitio pro trina quando adſit pœna,*
27 *Vnica monitio quando habeat vim perremptorij.*
28 *Monitus ad aliquid faciendum tenetur,*
29 *Tempus determinatum generat pœnam.*
30 *Dies interpellat pro homine.*
31 *Mora non purgatur quando pœna, & certa dies apponitur.*
32 *Terminus qui perimit gratiam, tollit purgationem moræ,*
33 *Pœna commiſſa, mora non purgatur.*
34 *Purgatio moræ, paucos dies requirit.*
35 *Pauci dies intelliguntur vſq; ad 20.*
36 *Tolerantia non opitulatur.*
37 *Tolerantia nullum, ius tribuit.*
38 *Tolerantia non inducit diſpenſationem vbi requiritur actus iudicialis.*

Illuminatio mea Dominus.

FACTI SPECIES.

QVidam Clericus beneficiatus habens cõcubinam in domo, à ſuo ſuperiore monitus ad eam dimittendam, ſpernens monitionem, & præceptum fuit inquiſitus, & ipſe ſe defendendo proponebat nõ poſ ſe condemnari, quia non fuerat ter monitus. niſi contra ipſum agatur cum rigore: Qua de re viſo proceſſu dixi illum in pœnam præcepti incidiſſe, & ad oppoſita reſpondi, quod quat-
1 tuor † termini pro iuſtitia reperiũtur. Ius ſcili-
2 cet, Rigor, æquitas, diſpẽſatio. Ius verò † eſt ars
boni, & æqui. l. 1. §. ius eſt. ff. de iuſtit. & iur. Ri-
3 gor † aliquãdo diſciplinam denotat. c. Diſcipli
na. 45. diſt in. quandoque iuſtitiã. c. Omnis. ead.
4 diſt. & quandoq; † exceſſum iuris, & modo per
errorem. c. 2. de torneam. modo in odium cri-
minis. c. Sæpè. de reſtit. ſpol. & quandoq; deno
tat ſubtilitatem iuris aliquid dicans contra
æquitatem. de qua Abb. in c. Si clericus. de for.
5 cõpet. Aequitas † eſt rectitudo iuditij, ſequẽs
naturalem rationem. l. Bona fides. ff. depoſ. &
6 eſt media † inter miſericordiam, & rigorem. ad
not. per Pauin. de viſitat. quæſt. 10. par. 1. nu. 3.
7 Diſpẽſatio † verò eſt iuris relaxatio: ſpecul. de
diſpenſ. in prin. & iſta in caſibus ſimilibus ab
8 inferiore † à Papa fieri nõ põt: vt tradit Imol.
in c. 1. nu. 16 de conſtitut. niſi iuſta cauſa ſubſi-
ſtente, Abb. in c. Relatum. in 4. notab. de cler.
non reſid. per textum. in c. Inſtitutionis. 25. q.
9 2. & iſte cauſæ † poſſunt eſſe tres cauſa ſcilicet
neceſsitatis Eccleſiæ. Cauſa vtilitatis Eccleſię,
& cauſa reſpiciens merita perſonæ, vt idem I-
mol. in c. De multa. nume. 31. de præben. & hæ
cauſæ non repetiuntur in caſu de quo agitur.
vt iſte clericus poſſit diſpenſari; ſed cum eo
10 proced de æquitate, quæ tamen † non tollit
11 ius; æquitas enim, † & ius cõſiſtũt in ſcriptura
& diſponunt ſuper diuerſis; & tamen vnumquodq; ſeruatur in ſuo caſu. attendendo quod eſt ſcriptum. ſicuti not. Domin. in c. Diſciplina nume. 6. diſt in. 45. quem legiſte allegant, & ſequuntur, in l. Placuit. Cod. de iudi. ſed caſus de quo agitur eſt ſcriptus, & deciſus à Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. In quo diſponitur quod
12 Clericus † concubinarius non obediens primæ
monitioni ammittat tertiam partem fructuum omnium ſuorum beneficiorum: & ſi ſecundæ nõ paruerit, quod ammittat omnes fructus: & ſi tertiæ, quod priuetur omnibus beneficijs. & excomunicetur vltra præfatas pęnas ſi eas ſemel dimiſſas repetat. quæ, lex ſcripta præfertur æ-
13 quitati nõ ſcriptæ, & quam iudex † tollere non
poteſt:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

poteſt: vt ex ipſius Concilij diſpoſitione, &
notarut per Gl.& Bar.in l.1. C. de leg. de qua
diſpoſitione cum agitur de interpretatione,
recurrẽdum eſt ad Papam.c.Inter alia de ſent.
14 excom. inferior enim † minime poteſt.c.Cum
inferior.de maio.& obed.in illis verò quæ non
diſponuntur à iure ſcripto, benè poteſt iudex
ſequi ęquitatem.vt per Imol. in loco allegato,
& quod attinet ad propoſitum caſum; agitur
de præcepto facto.d.Clerico. non de monitio-
ne ſub pœna, de qua in Concilio, quod præce-
15 ptum † eſt neceſsitatis; ita quod qui non obe-
diat incidat in pęnam. c.Quod præciditur.vbi
latè Archid. 14. q.1. & maximè cum ſit factum
legitime.auth.vt null.iud.§.Et hoc vero.vet.Si
16 verò,& præcepta. colla.9. imò ſi præceptum †
fuiſſet factum ſine ordine, & nulla cauſa cogni
ta, illi obediendum erat.l.Non videtur.§.q iuſ
ſu.cum Gl.ff.de reg.iur. & maximè quando ſpe
ctat ad officium iudicis præcipientis. vnde di-
cit Innoc.in c.Ad aures circa medium.de tẽp.
17 ordin.quod qui diceret † Prælatum non poſſe
præcipere ſuis clericis in his quæ ſpectant ad
ſuum officium, eſſet vani capitis. & allegat te-
xtum.in c.Quia frater.7.q.1. hic verò præcep-
tum legitime, & præcedente cauſa fuit factũ;
ergo inobediens incidit in pęnam comminatã
& non tantum in ammiſsione tertiæ partis fru
ctuum, ſed in totam pęnam Concilij; nam pro-
cedendo per viam præcepti, elegit ſibi viam
iuris comunis; quæ à Concilio ſublata nõ fuit,
ſicut in Sacra Congregatione ſtatutum fuit, in
hæc verba videlicet. in §. A ſacris Canonibus.
18 verſ Quinimo. poteſt ordinarius † procedere
contra ipſos prout de iure; non expectata for-
ma huius textus, & litteræ, ex congregationis
ſententia, ſicuti compertum eſt in l.vnica.ff.ſi
quis iuſd.non optemp.c.1.de matrim.contr.in-
terd.Eccl. cum alijs ſimilibus. & conſequenter
concludi poteſt quod cum ſimus in præcepto
neceſsitatis; quod inobediens inciderit in pę-
nam.vt in c.præf.quod præcipitur. etiam non
expectata trina monitione.

Et eſto quod præceptum haberet vim ſim-
plicis monitionis; tamen d.clericus incidiſſet
in pęnam ammiſsionis tertiæ partis fructuum
ſuorum beneficiorum iuxta formam Concilij,
in d.c.14.ſeſſ.25. ex qua diſpoſitione non requi
19 ritur † ſentẽtia condemnatoria.c.Cum ſecũdũ.
vbi dd.ct. de hæret. in 6. & latè Rol. à Vall. in
conſ.62.num.20.21.& 22.1.par. ſed ſufficit de-
claratoria, quæ non inducit aliquid ſed indu-
20 ctum † oſtẽdit, & declarat.l.Adeo.§.Cum quis.
ff. de acq.ter.dom. vnde quia diſpoſitio conci-
liaris ad primam, ſecundam, & tertiam moni-
tionem gradatim progreditur ad pęnam, à pro
21 pria † ſignificatione recedere non debemus,
& æthymologia vocabuli.l Notionem.§.Inſtru
mentorum.ff.de verb. ſignif. & maximè quãdo
ſignificatio non recedat à diſpoſitione comu-
ni, vt videri poteſt.in c.Si autem.de cohab.cle.
& mul.& trina monitio requiritur ad priuatio-
nem beneficiorum.vt in d.c.Si autem, cũ quo
concordat Concilium loquendo de trina mo-
nitione, & priuatione beneficiorum: qui text'
non prouidit de inobediente, primæ, & ſecun-
dæ monitioni; ſed ſolum de tertia monitione,
de quo Concilium diſpoſuit: neque abſtulit fa
cultatem procedendi de iure alias comuni, vt
22 ſupra dixi. & præcepta à iudice † emanata nõ
debent eſſe eluſoria. l.Si Prætor.ff.de iud. quæ
in quantum ad pænas Concilij habent locum
ad pęnam committendam, & exigendam, vt ſo
23 nant verba quibus † ſtandum eſt, ſi mens con-
traria non probetur. l.Labeo.ff.de ſuppel. leg.
24 verba † enim ſunt inſtrumenta ex quibus mẽs
probatur.d.l.Labeo.§.Idem tubero. & ſic etiã
ſi præceptum in vim ſimplicis monitionis re-
duci opporteret, ille clericus incidiſſet in pœ-
nam ammiſsionis tertiæ partis fructuum ſuorũ
beneficiorum, imò in pœnam tertiæ monitio-
nis, cum præceptum amplectatur pęnas Con-
cilij: Neque tolerantia illum excuſat; quia vt
apparet in proceſſu, quandocunque petebat
dilationem ad illam mulierem expellendam;
modo ex cauſa infirmitatis eius neptis, modo
alterius; & tolerabantur per octo vel 15. dies,
ſemper monebatur ad eam expellendam dd.
diebus elapſis. & tamẽ ſemper fuit inobediẽs.
& iſtis additur Synodus, in qua omnis clericus
fuit monitus, vt in tit de vit. & honeſt. cler. ad
mulieres inhoneſtas vitandas, ſub pęnis à Con
cilio inflictis, & alijs à ſacris canonibus impo-
25 ſitis: hæc enim monitio † ſufficit pro trina, vt
tradit Felin.in c.Quoniam frequenter.§ Poſſe.
col.7.verſ.Aduerte tamen. vt lit non conteſt.&
facit Gl.in Clem.prima.in verbo Factam de de-
cim. & Gl.2. in c. Si Epiſcopus 18. diſtin.quam
ſequitur Hieron.Bot.tit.de Synod. Epiſ.parte.
2.nu.53.& Fed.de Sen.conſ.109 & tenet Bern.
Diaz.in prat.crim.can.c.73.in fin. imò deficiẽ-
26 te etiã monitione Synodi vnica † ſufficit quã-
do vltra monitionem addita ſit pæna, vt tenet
Iul.clar. in prat.crim.§.fin. quæſt. 36. verſ. Sed
27 quid ſi ita.quia habet † vim peremptorij ſicut
not.Felin. in c.ad petitionem. 8.col.verſ. Item
adde.de accuſ.& Batt.in l.Ad peremptorium.
28 ff.De iudic.& etiam quando quis † ſit monitus
ad aliquid faciendum infra certum tempus.In
noc.in c.Extirpandæ verſus finem. de præben.
& Felin.in c.Prohibeas.de magiſt.& Bal.in Au-
th. hoc amplius.num.16. c.De fideicom. nam
29 quando tempus † ad aliquid faciendum eſt de
terminatum; ſi illo tempore actus non geritur;
pęna committitur, etiam nulla præcedẽte mo-
nitione c.Licet canon.de elect. in 6.quia dies
30 † ſtatuta pro homine interpellat. c. Potuit in
fin. de loc.& contumax condemnatur.Inn.in c.
ex parte il primo num.4.de verb.ſignif.Abb.in
c.Ex litteris.num.10.de conſtit.

Et

Et præfata faciunt ad tollendam purgatio-
31 nem moræ, quæ non purgatur† cū pęna, & cer-
ta dies ſit appoſita.l. Traiectitiæ.§.1.vbi Bar.ff.
de actio. & oblig Bal. in l.1.num. 50. ff. de his
32 quæ pęn. nom. vbi dicit quod terminus qui †
perimit gratiam, facit quod mora non poſſit
purgari, ad quod Iaſ.in l. In Inſulam. num. 15.
& 17. ff de verbor.obligar. & facit Auth.de hæ-
33 red. & fal,§.Si quis autem. Pœna † enim com-
miſſa non purgatur. Barr. in d. l. Inſulam in 4.
quæſt. & eſt, comune dictum. Sicut atteſtatur.
Alex in conſ.40.num.3. in 6.vol.& Salyc.in tra-
ctat.de mor.quæſt.2.principali num. 5. & quan-
do mora poteſt purgari; intelligitur ſi intra
34 paucos † dies purgatur. l. Si in lege. §.Colo-
nus.ff.locat.Bart. in l.præfata in inſulam in ſe-
35 cunda oppoſitione & pauci † dies intelligun-
tur vſque ad 20. l.1.§.1.ff.de ſeru. fug. ſed hic
verſatur circa duos annos: nec iudex arbitrari
poteſt quod ſint pauci dies.Pares.de put.titul.
de Syndic. §. Arbitrium,num.12.ergo d. cleri-
cus in omni caſu incidit in pęnam; cui non ſuf-
36 fragatur tolerantia† ſuperioris poſt præcepta;
nam per hoc ille clericus non acquiſiuit ius, vt
in Clem. fin.cum Gloſ. in verbo approbare. de
ſent. excom. quia per ſimiles colores non ad-
mittitur moræ purgatio, & tradunt Doct. in c.
37 Dilecto de præb. quod tolerantia † nullum ius
tribuit,& facit textus in c.Non firmatur. de re-
gul. iur. in 6. alias enim tolerantia haberet
vim diſpenſationis, quare nec tacitam, nec ex-
preſſam inferior ab Epiſcopo facere poteſt, cū
ſit contra ius.d.c. Dilecto, & tenet Gem. in c.
2.num.13. de præb.in 6.Simplex enim toleran-
tia iudicis Vicarij, ſeu diſſimulatio, vbi requi-
ritur actus iudicialis, ſeu conſenſus, non ſuffi-
38 cit ad inducendam † diſpenſationem. c. Cum
iam dudum vbi Gloſ.fin.de præben. & ſic con-
cludendum eſt d. clericum declarandum eſſe
ad pęnam de qua ſupra: & deo dante reſoluta
eſt præſens conſultatio.

CONSILIVM XX.

Præceptum Iudicis laici ſuper re pia
an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Opus pium eſt, maritare puellas, fabrica Eccleſiæ, alere pauperes.*
2 *Iudex Eccleſiaſticus eſt operum piorum executor.*
3 *Non valet conſtitutio tollens executionem dictorum operum Eccleſiaſtico*
4 *Opera pia ſunt in iuriſdictione Eccleſiæ.*
5 *Sæcularis iudex non diſponit de operibus pijs*
6 *Laici ſunt ſubiecti Eccleſiæ pro operibus pijs*
7 *Actus viſitationis, eſt actus iuriſdictionis.*
8 *Eccleſia remittit laicis iuriſdictionem.*
9 *Laicus pro re pia trahitur ad forum Eccleſiæ.*
10 *Res connexa ſpiritualitati, cognoſcitur ab Eccleſia.*
11 *Vnus iudex non ſe intromittit in officio alterius.*
12 *Præcepta non fiunt, niſi prius conſtet de iuriſdictione.*
13 *In re dubia, eccleſiaſticus cognoſcit.*
14 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis impedit executionem.*
15 *Præceptum de ſoluendo eſt executio.*
16 *Executio ſpectat ad Eccleſiaſticum.*
17 *Ordinarius cogit executores ad rationem.*
18 *Vbi ſit pietas, Epiſcopus cognoſcit.*
19 *Epiſcopus cogit executores exequi.*
20 *Dictum de Epiſcopo, habet locum de inferiore, quo ad iuriſdictionem:*
21 *Domus Eccleſiæ eſt reficienda ſicut Eccleſia.*

Diuino Spiritu inuocato.

FACTI SPECIES.

ANno Domini 1472.fuerat facta quædā compoſitio inter Rectorem parochialis Eccleſiæ S.Laurentij, & homines illius Villæ ſuper quibuſdam tertis vocatis Campo Sācto, quas Rector dicebat ad Eccleſiam ſpectare: homines verò ad ipſos, vigore certi legati facti damicellis, & pauperibus.d. Villæ: attamen concordarunt, vt fructus diſtribuerentur quot annis, pro tertia parte.In reparatione Eccleſiæ, pro tertia in maritandis damicellis, & pro alia tertia parte ad ſubuentionem pauperum d. Villæ; & ſuccedente poſtea Collegiata Carpi virtute vnionis per Papā factæ de d. Eccleſia auctoritate ordinarij fuit ſtatutum quod pecuniæ ex fructibus dictarum terrarum ponerentur ſuper Sacro Monte Pietatis, vt inde maſſarij illius villę eas haberēt ad diſtribuendum iuxta antiquam compoſitionē. Modo maſſarius anni 1582. partem dictorum fructuum, quæ pro reparatione Eccleſiæ expendi debebant, expendit in domo d. Eccleſiæ: & ſuccedens de anno 1583.alius nouus maſſarius antiquum conuenit coram Illuſtri Domino Gubernatore; cui fecit præcipi, vt reſtituat illas pecunias in domo præfata expenſas; vnde quæritur an hoc fieri potuerit?

1 Pro declaratione aduerte quod diſtributio †
præfata in pauperes, damicellas maritandas,
& fabricam Eccleſiæ; eſt opus piū, quod fuſius
habetur in add.ad Capell.Tholos.quæſt.214.&
poſt alios Nanar. in tract.de redd. benef. qu.1.
num.60.61. & 62. & diffusè Berthac. in ſuo re-
pert. in verbo, Legatum pium. verſ. 1. & huiuſ-
2 modi operum Ordinarius † Eccleſiaſticus eſt
executor, tum iure ciuili. l. nulli.C.de Epiſc.&
Cler.Auth.de Eccleſ.tit.§.Si quis autem pro re
demptione.colla.9.Bar.expreſsè.in l.1.circa fi-
nem.verſic. Quintò quæro. C.de Sac.San.Eccl.
vbi

3 vbi dicit non valere conſtitutionem Imp. tatotis, vel aliam cuiuſcumque in contrarium diſponentem. & ad idem Abb. in conſ. 26. Quidā officiales vol. 1. tnm etiam de iure canonico. c. Ad hæc. de relig. dom. c. Super quibuſdam de verb. ſignif, Syluest. in ſum. de immunit. Eccl. primo. num. 14. & de ſacrileg. in prīnc. Bell. in ſum. de immunit. Eccleſ. § In quanto ver. Quid de oratorijs. & habetur in Con. Trid. ſeſ. 22. cap. 8 & 9. quod procedit etiam ſi cura ſpe ctaret ad laicos, vt in d. Con. Nec refragatur, imò concordat Ius ciuile, vt in l. O... priuilegia. vbi Bart. & cæteri d. C. de Epiſc. & Cler.
4 iſta enim opera† pia remanent ſub iuriſdictione Eccleſiæ. c. Ad hæc & c. Requiſiſti. de teſtā. c. fin. de reb. Eccl. alien. vel non ibi, & alijs: quæ iure ſpeciali annexa. Abb. in d. conſ. 26. & in c. Accedentibus. num. 3. de primi. & in c. 1. de reſtit. in integ. c. relatum de teſtam. Ang. in ſum. de immun. Eccleſ. nu. 26. Socin. in reg. 310. Fall. nu. 15. & conſequenter præceptum eſt nullum.

Neque obſtat quod perſona, cui factum fuit præceptum, ſit laica quia res propter quā fuit factum erat deſtinata ad Eccleſiam; de qua iu-
5 dex † laicus non poterat diſponere, per iura al legata. Imò laicus pro rebus Eccleſiaſticis, & pijs fit de foro Eccleſiaſtico; vt colligitur in Conc. in loco allegato, & aliàs de iure canonico, ad tradita per Canoniſtas in c. De Xenodochijs. de relig. dom. & notat Cald. in conſ. 1. de ſuppl. negl. præſat. & cum ſequitur ſpecul. in
6 tit. de ſtat. Monach. verſ. 35. nam in his, † quæ concernunt pietatem, Laici ſunt ſubiecti Eccle ſiaſtico iudici. ca. 1. de empt. & vend. tradunt doct. in c. Si clericus laicum. & in c. Cum ſit ge neral. de for. compet. & Steph. Aufrer. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. nu. 3. & num. 29. & idem habetur in c. 1. de cenſ. lib. 6. §. 1. ibi cleros, &
7 populos viſitando. Qui actus † viſitationis eſt actus iuriſdictionis. c. Conquærente. & c. Dilectus. de offic. ordin. & plene. Io. Franc. Pauin. in tract. de viſit. q. 1. primæ partis principalis. Id quod magis procedit in bonis eccleſiaſticis, & pijs, per eos adminiſtratis: quod durum videri non debet (vt ait, Auffrer in loco antedicto) quia imò temporalis iuriſdictio dependet ab
8 Eccleſia: quæ † laicis remiſit eam, quā habent, reſeruatis ſibi quibuſdam ſubſtantialibus: vt probat. gramat. in conſ. 2. poſt ſuas deciſiones.
9 nu. 26. laicus † enim non tantum pro rebus Eccleſiaſticis trahitur ad forum Eccleſiaſticum. d. c. Cū ſit generale, & ibi doct. ſed etiam pro re pia tanquam acceſſoria. c. Acceſſorium. de reg.
10 iur. in 6. Res† n. cōnexa ſpiritualibus, licet nō ſit ſpiritualis cognoſcitur ab Eccleſia. c. Quanto. de iudic. & ſic præceptum eſt nullum. Vnus
11 † enim iudex non debet ſe intromittere in officio alterius, aliàs ratum quod eſt geſtum, non erit. Sicut docet Sebaſt. Vant. tit. de null. proceſſ. ex defect. iuriſd. num. 44. & 45. & ſequitur Borg. 1. Caual. deciſ. 10. num. 20. ... part.
12 oportet † enim primo conſtare de iuriſdictione antequam ad præcepta deueniatur. Gram. poſt alios in conſ. 1. poſt ſuas deciſ. num. 53. &
13 ſi res † eſſet dubia iudex Eccleſiaſticus cognoſcere debet. Bott. in ... c. ... r. comper. num. 15 ... 20. in alle. 59. num. 3. ad idem. Bor... c. ... 2 ſub ... in 2. part. & in ſuo re... verb. ... ex Eccleſiaſticis. Sed nulli-
14 tas † quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis non poteſt ſanare; & impedit executionem. Vant. in loco allegato. nume. 32. & 33. quam nullitatem ſufficit allegare. Vant. vbi ſupra. tit. à quo & quib. mod. num. 6. Iudex igitur ſæcu-
15 laris fecit ſe executorem: nam † præceptum de ſoluendo eſt executio. c. Quod præcipitur. 14. q. 1. & not. Bart. in l. 1. ff. de confeſſ. ad fin.
16 Sed executio † ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectabat, vt in d. c. 8. & 9. Conc. de quo ſupra. & d. l. Nulli. C. de Epiſc. & Cler. & tradit Card. in Clem. 1. quæſt. 1. de teſtam. in tantum quod etiamſi eſſent dati executores teſtamentarij,
17 ipſe † coget eos ad ſibi rationem reddendam, vt in d. Conc. & not. Bal. in l. Id quod pauperibus. num. 38. C. de Epiſc. & Cler. & in auth. de Eccleſ. tit. §. Si quis ædificationem. ibi Beatiſſimis Epiſcopis, & in §. ſi autem. qui hoc tace-
18 re. coll. 10. In omnibus enim, vbi † adſit pietas, Epiſcopus reuidet rationem quorūcunq; relictorum. Card. in d. Clem. 1. quæſt. 3. & co-
19 get † teſtamentarios exequi. c. Tua de teſtam. & quæ dicuntur de Epiſcopo in propoſito ca-
20 ſu † habent locum in quocunque inferiore habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Dec. & Felin. in c. At ſi clerici. §. de adult. ille nu. 26. & ... e num. ... de iudic. & ſic præceptū de quo agitur ſemper eſt nullum, tum ex defectu iuriſdictionis. l. 1. & fin. C. ſi à non compet. iud. tum quia factum ſine cauſæ cognitione. ad Iaſ. in l. Nec quicquam. num. 5. ff. de offic. proconſ. & licet compoſitio loquatur de reficien-
21 da Eccleſia, id etiam verificatur ſi domus † Eccleſiæ reficiatur, vt tenet Lamb. in tract. de iurep. in tertio artic. 7. q. prin. 3. nu. & ideo ille antiquus maſſarius, qui partem fructuū illius agri expenderat in domo Eccleſiæ, non tenebatur ad eam reſtituendam: & ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XXI.

Emphyteuſis an deuoluatur per inciſionem arborum, carens beneplacito, vel fiat compenſatio cum melioramentis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum operatur effectum conſtitutionis,*
2 *Alienatio rei Eccleſiæ non fit niſi cauſa cognita.*

3 *Com-*

3 *Compenſatio cum melioramentis non fit quando*
adeſt pactum de meliorando.
4 *Allegans melioraſſe non auditur.*
5 *Euictio eſt acceſſoria ad obligationem.*
6 *Iuramentum recipit conditiones contractus.*
7 *Acceſſoria referuntur ad ſuum principium.*
8 *Confitens inſtrumentum non ſibi praeiudicat, ſi*
non ſit ſolemne.
9 *Actus reſiſtens legi, nullam parit obligationem.*
10 *Contra factum proprium venit qui nulliter*
egit.
11 *Euictio ceſſat, ſi ceſſat obligatio principalis.*
12 *Ceſſat promiſſio, vbi ceſſat cauſſa.*
13 *Bona fides non eſt, vbi contractus fit contra le-*
gem.
14 *Mala fides eſt in eo qui contrahit cum pupillo ſi-*
ne ſolemnitate.
15 *Mala fides eſt in eo qui contrahit cum praelato ſi-*
ne ſolemnitate.
16 *Contrahit in mala fide, qui ommittit auctorita-*
tem ſuperioris.
17 *Poſsidens mala fide, tenetur ad fructus.*
18 *Contractus conditionalis eſt nullus non purifica-*
ta conditione.
19 *Conſuetudo contra ius eſt irrationalis.*
20 *Conſuetudo praua eſt extirpanda.*
21 *Conſuetudo mala non ligat Clericos.*
22 *Conſuetudo contra ius ſine ſcientia Papae, non ob-*
ſeruatur.
23 *Patientia domini non conualidat actum nullum.*

Diuino ſuffragio poſtulato.

FACTI SPECIES.

EMphyteuſis Eccleſiae, etiam in
vtilitate Eccleſiae conceſſa, cum
pacto iurato de accipiendo be-
neplacito Sedis Apoſtolicae non
poteſt inualidari, niſi eo accepto
1 nam virtus † iuramenti hoc ope-
ratur, vt diſpoſitio Paulinae, omnino ſuum ha-
beat effectum. ad ea quae tradit Ant. de Praet.
in tract. de iuriſd. Epiſcop. defenſ. c. 5. num. 10.
2 11. & 12. & maximè cum alienatio † rei Eccle-
ſiae, non niſi cauſſa cognita, & legitima fieri de-
beat. c. fin. ad fin. vt Eccleſ. benef. quod proce-
dit nedum in perpetua, ſed temporali aliena-
tione, & in locationibus ad longum tempus.
quod habetur in Conc. Trid. c. 11. ſeſſ. 25. de re-
form. quia quo ad hoc aequiparantur. vt tenet
Gemin. in c. Hoc conſulriſsimo. num. 4. de reb.
Eccl. non alien. in 6. nec eſt vt agatur de com-
penſatione cum melioramentis; etiam ſi lo-
queretur de deuolutione ob inciſionem arbo-
3 rum quia quando † ſtat pactum de melioran-
do addito iuramento, non fit compenſatio; vt
eſt communis opinio: de qua Alex. in conſ. 91.
num. 5. in 2. vol. & communiorem allegat Rol.
à Vall. in conſ. 17. num. 14. in 1. vol. nec excuſa-
4 tur qui deteriorauit, † allegans meliorationes.
Auth. qui rem. vbi Iaſ. nu. 8. C. de Sacr. ſ. Eccleſ.
& ſic nedum ex defectu beneplaciti Pontificis
ſed deterioratione in praeſenti caſu emphy-
teuſis eſt ad Eccleſiam deuoluta.

Nec refert clauſula euictionis, quae debet
5 intelligi ſecundum naturã † praeambulae obli-
gationis, vt ſcilicet corruente prima obliga-
tione corruat & acceſſorium. l. cum princi-
palis cauſſa. ff. de reg. iur. & ibi Doct. & eſt no-
tabilis text. in l. fin. C. de non num. pecu. vbi
6 Iuramentum † appoſitum in contractu reci-
pit omnes conditiones, & ſubauditiones, quas
habet contractus. quod ſequitur. Abb. in cap.
7 Quemadmodum, nu. 5. de iureiur. talia enim †
referuntur ad ſuum principium. c. Principatus.
1. q. 1. & ſic cum contractus iſte reddatur nul-
lus, omnia ex inde ſequuta nulla ſunt. Affl. in
deciſ. 25. in fin. vbi dicit, qđ ille qui confitetur,
8 † & pducit inſtrumentũ, non praeiudicat ſibi ſi
appareat illud nõ eſſe ſolemne. & facit Caſſad.
deciſ. 5. num. 2. de iur. pat. dicens quod quando
9 lex † reſiſtit actui, nulla ex eo oritur naturalis
vel ciuilis obligatio. Vanc. etiam de null. proc.
quot. & intra quod temp. nu. 51. & probat tex.
in l. Si debitor §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. ſol. quem ſingularem refert Rom. in cõſ.
132. num. 2. circa medium. Dec. in l. creditor.
num. 2. ff. de reg. iur. & praefata adeò procedũt
vt etiam is, qui in ſui fauorem aliquid fecit,
10 poſsit, ſi agatur de nullitate, contra † factum
proprium venire. Sebaſt. Vanc. de null. proceſ.
tit. quis poſsit dic. de null. in prin. nempe quia
euictio venit acceſſoriè ad obligationẽ prin-
11 cipalem; vnde ceſſante principali, ceſſat † etiã
acceſſoria euictio. Tiraq. in ſuo opuſculo. ceſſ.
cauſ. ceſſ. effect. limit. 22. nume. 22. 23. quia
12 ceſſante † cauſſa promiſsionis, ceſſat, & ip-
ſa promiſsio. vt illic in eod. tract. 1. part. num.
217.

13 Neq; obſtat praetenſa bona fides; quae † in
contractu inito contra legis diſpoſitionem nõ
poteſt eſſe: imò mala ſemper praeſumitur. cap.
Qui contra iura. cum ſua Gloſ. de reg. iur. in 6.
14 & ſicut omnis † qui contrahit cum pupillo ſi-
ne ſolemnitate, dicitur in mala fide. l. 2. §. Si à
15 pupillo. ff. pro empt. ita † qui contrahit cum
praelato. Soc. in conſil. 29. colum. penul. verſicu.
Verum praefatis non obſtantibus. volum. 1. &
eò magis quando emphyteuta recepit em-
phyteuſim ea conditione, vt haberet, ſi ineui-
dentem, ſemper ſtat in mala fide, vſq; quo illã
habeat. quia quãdo quis ſcit in ſuo cõtractu re
16 quiri † auctoritatẽ alicuius ſuperioris, illa om-
miſſa, dicitur contrahere in mala fide. Gloſ. eſt
ſingularis in l. 1. C. de praed. decur. lib. 10. & in
l. 1. in verbo Mala fide. Cod. de fid. inſtrumen.
& iur. haſt. eod. libr. vbi Bart. & propterea
17 † tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum

perceptorum toto tempore, quo poſsidet.ca. Hoc ius porrectum.§.Qui vero. vbi Gloſ.10.q. 11. & ita tenuit Rot.de reſtit.ſpol.deciſ.4.nu. 2.in nouiſ. quando etiam contrahitur cum cõ-
18 ditione † accipiendi beneplacitum, ſemper contractus eſt nullus, & ſtatur in mala fide; non purificata conditione.Rol.à Vall.in conſ. 63.num.19.vol.4.

Nec etiam obſtat conſuetudo in iſta regione de non accipiendo ſi inueuidẽtem, de qua
19 Borgn.in deciſ.45.nu.29.Quæ cum ſit† contra ius, eſt irrationabilis.Dec.in c.2.nu.9.de probat.c.Dilecti.de maior.& obed.ideò vti praua
20 † eſt extirpanda.Rol.à Vall.in conſ.34.nu.21. 23.in 3. vol.& habetur in Auth. habita C. ne fil.pro pat.cum Gl.in verbo ex peruerſa: Quæ
21 † nunquam ligat Clericos, aut eorum bona, Roch.de Curt.in tit.de cõſuetud.nu.653. Nec
22 obſeruari † debet maximè quando non probatur præceſsiſſe cum ſcientia,& patientia Papæ.Rol.à Vall.in conſ. 2.nu. 120.121.in 1. vol. Crau.de antiq.temp.4.par.nu.2.& in conſ.130. nu.25.& conſ. 96. nu. 6.1.part.& tantò magis vbi ſit conuentum inter partes,de eo accipiẽdo.l.2.C.de iur.emphy.

23 Et patientia† etiam domini nõ nocet.quia ſola patientia intelligitur remittere caducitatem ex delicto emphyteutæ: vt not. Rip. in tit.de reuoc.don.lib.3.interp.nu. 10. non autẽ conualidat quod nullum eſt.& ita iuris eſſe cẽſeo.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM XXII.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica an veniat in hæreditate?

SVMMARIVM.

1 *Ex cõſenſu Apoſtolico oia præſumũtur ritè geſta.*
2 *Succeſſor tenetur quando contractus nomine Eccleſiæ ſit geſtus.*
3 *Succeſſor proſequitur quod prædeceſſor fideliter egit.*
4 *Emphyteuſis tranſit in Fiſcum conceſſa pro extraneis.*
5 *Prohibitus dicitur in materia beneficiali qui ſit ſubditus Principi territorij.*
6 *Cauſſa reducitur ad non cauſſam.*
7 *Contractus prædeceſſoris nõ præiudicat ſucceſſori.*
8 *Emphyteuſis non tranſit in extraneos, niſi ſpecialiter.*
9 *Succeſſor tenetur habere inueſtituram.*
10 *Renouatio fit ad formam.l.2.C.de iur. emp.*
11 *Auctoritas Papæ non validat informem gratiam.*
12 *Vicarius non autorizat alienationem ſine ſpeciali mandato.*
13 *Solemnitates requiruntur in tranſitu liuelli.*
14 *Extraneus intelligitur habilis aliàs.*
15 *Prohibiti ſunt qui conditionem domini faciunt deteriorem.*
16 *Auctoritas ſuperioris non validat actum.*
17 *Succeſſor non tenetur ſtare contractui.*
18 *Proteſtatio ſui iuris, reſeruat ius.*

Dabit mihi Deus verbũ virtute multa.

FACTI SPECIES.

Dominus Ludouicus Fallopia inſtituit hæredem vniuerſalem commune Clericorum Mutinæ,in cuius bonis erant quædam prata olim data in emphyteuſim à Rectore.S. Georgij,quæ modernus Rector intendit ad Eccleſiam ſuã deuoluiſſe.& quærit quid iuris?

Et certè videtur dicta Prata ſpectare ad cõmune quia cauſſa cognita emphyteuſis fuit facta, cũ cõſenſu Sedis Apoſtolicæ,ex qua aucto
1 ritate † omnia præſumuntur ritè geſta: Rol.à Vall.in conſ.96.nu.20.21 & 22.in 1.lib.Abb. in
2 conſ.41.nu.3.in 1 part.& cum fuerit facta † cũ auctoritate ſuperioris,& nomine Eccleſiæ ſucceſſor cenſetur obligatus.c.1.de ſolut.Gemin. in conſ.17.pro declaratione,nu.8. & 94Soc. in conſ.34.Materia præſentis conſultationis, nu.
3 3.vol.3.debet enim†proſequi quod ſuus prædeceſſor egit fideliter c Hoc ius placiti.12. q. 2.c.Quia Ioannes 12.q.5.& c.Illud 16.q.6.& licèt aliqui tenuerint emphyteuſim Eccleſiæ non tranſire in extraneos. & quod collegium Clericorum annumeretur inter perſonas prohibitas:tamen iſto caſu aliter dicendum eſt; quia conceſſa fuit etiam pro extraneis:ſiquidẽ
4 emphyteuſis† conceſſa hoc pacto,tranſit ẽt in Fiſcũ.Iul.Clar.in prat.crim.lib.5.§.fin.q.78.verſi.Nũc videamus.Soc.in conſ.265.in cauſſa,quę vertitur inter capitulũ.col.11.verſ.3.cõfirmatur.& late Boſ.in prat.crim.tit.de.bon,publ.n. 60.imò magis quia collegiũ iſtud non videtur annumerari poſſe inter perſonas prohibitas: quia in materia beneficiali ille tantum dicitur
5 prohibitus † qui eſt in poteſtate Principis; in cuius territorio ſit beneficium.vt tradit.Ioan. de Selna.in tract.de beneficio,in 3.part.q. 26. nu.10. ſed Clerici iſtius collegij ſub Papæ auctoritate, & Epiſcopi remanent, & conueniri poſſunt,ergo in eis ceſſat cauſſa de qua agitur p perſonis prohibitis.& cõſequẽter reducitur
6 † ad non cauſſam.l.1.in fin.ff.de cond,ſin. cau.

Quibus tamen non obſtantibus; contrariã ſententiam amplector, tametſi emphyteuſis
7 ritè celebrata fuiſſet;quia† non poteſt præiudicare ſucceſſori. quod diffusè probat Borgn. Caualc. in deciſ. 46. nume. 31, & 32. & tenuit Rot. titu, de loc. & condu. deciſio. prima, in nouiſ. & hoc maximè procedit in iſto caſu, in quo nulla mentio in teſtamento fuit facta de iſta emphyteuſi; quæ ſpecialis erat facien-
8 da, etiam ſi † tranſire potuiſſet in extraneos: ſicuti probat Cuman.in conſi,11.verſ.Item dato.Iaſ.in l.quod dicitur,nume. 30.ff.de verbor, oblig.

obligat.Fulg.in conſil. 230. Alexand. in conſil.
11.nume.13.volum.3.Aret.in conſil. 53. nume.
3.verſic. iſta concluſio confirmatur. & eſt com-
mune dictum. de quo Alexan. in conſil. 100.in
fin. volum. 1. neq; Clerici illius communis ac-
9 ceperunt † inueſtituram renouationis, vt te-
nebantur.Iaſ.in l.fin.num. 71.72.& 74. Cod. de
iur. emphy. deciſ. Tholoſ.quæſt. 278.in addit.
Imol.in cap.Potuit.de loc.& cond. nu. 11.ver-
10 ſic. Sed aduerte.& nume.64 renouatio enim †
erat facienda ad formam l. 2. in princip. Cod.
de iur. emphy. & tantò magis quia conceſsio
11 fuit informis; nec † auctoritas Papæ intelli-
gitur eam ſanaſſe.vt probat Borgn.in d. deci-
ſio.46.nume. 32. & præter alios defectus, ille
non modicæ animaduerſionis; quia Vicarius
12 interpoſuit decretum; licèt nulliter; quia † ad
hoc ſine ſpeciali mandato non extenditur eius
auctoritas.quod probat Borgn.in deciſ.45. nu-
me 40.imò magis data validitate etiam in ex-
13 traneos; requirebatur † illæ ſolemnitates in
tranſitu, quæ requirebantur in prima conceſ-
ſione.vt per Iul.Clar.in §. emphyteuſis.quæſt.
38.verſic.aut vero.

Neq; illa extenſio in extraneos potuit fa-
cere capacem illud commune; quia illud ver-
14 bum extraneis † intelligitur de perſonis ha-
bilibus ad formam.l.fin.Cod.de iur emphy. &
ideò non operatur habilitatem inhabilium.
Bar.in l.2 § quod ait prætor.ff. qui ſatiſd. cog.
& quando dicimus emphyteuſim non tranſire
15 in perſonas † prohibitas intelligimus de illis,
quæ redderent conditionem deteriorem con-
cedentis; & maximè quādo tollatur ſpes quod
res amplius, ſeu dificilius reuertatur ad domi-
num; ſicut tradit Imol.in cap.Potuit.num.25.&
26.de locat.Clar.in d § emphyteuſis.quæſt.22.
Eman. Soarez. in lib. recep. ſent. in verbo em-
phyteuſis.num.27 Syluestr. in ſum. §. emphy-
teuſis.nume.21.& ex iſtis tolluntur difficulta-
tes ſupra allegatæ; quia collegium ſemper vi-
uit;& tolleretur ſpes domino rem conceſſam
poſſe amplius habere. & Boſſ. & alij citati lo-
quuntur reuocabiliter, vt ſcilicet quando em-
phyteuſis tranſeat in Fiſcum Eccleſiæ poſsit
reuocari infra bienniū, qđ in aperto dicit Boſ.

Neq; obſtat quod contractus fuiſſet factus
16 cum auctoritate ſuperioris † quia per hoc
non validatur, neq; facit valere trāſitum in d.
cōmune ad ea quæ not.Gemin.in conſ.48.nu.6.
17 7.& 8.& ideò ſucceſſor † non tenetur ſtare cō-
tractui.Rot.de loc.deciſ.1.in nouiſ.Cui non ob
ſtant apocę de recepto Canoni.quia factæ fue-
18 runt † cum proteſtatione ſui iuris.vt commu-
ne dicit.Iaſ.in l.Poſt moram,nu.4. verſ. Confir-
mo.ff.de eo quod cert.loc.vt Soarez. in d. libr.
recep.ſent.in verbo emphyteuſis, nu.85. & ita
addita diſpoſitione Conc.Trid.ſeſſ.25.c. 11. de
reform.quæ annullat omnes alienationes à 30.
annis citra factas,& ſi confirmatas à ſede Apo
ſtolica; reſideo quod comune illorum Clerico-
rū non poſsit dicta prata habere.Laus Deo,&
B. M. V.& ita fuit poſtea iudicatum die 25.
Octobris 1583.

CONSILIVM XXIII.

Prouiſus Apoſtolicus an præferatur præſentato.

SVMMARIVM.

1 *Attentare dicitur qui capit poſſeſſionem parte nō citata.*
2 *Attentata primo, & ante omnia ſunt reuocanda.*
3 *Intruſus dicitur qui ſine titulo ſe inducit in poſſeſſionem.*
4 *Inſtitutus habet ius in re.*
5 *Clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, eſt præſeruatiua.*
6 *Præſentatus habet ius ad rem.*
7 *Nihil fieri poteſt in præiudicium præſentati.*
8 *Literæ ſubrepticiæ nihil valent.*
9 *Miſſus in poſſeſsionem poſt appellationem, facit attentata.*
10 *Aſſignans terminum appellanti debet expectare lapſum termini ante executionem.*
11 *Præfixio termini habet effectum deuolutiuum.*
12 *Incompatibile eſt aſſignatio termini, & quod non ſit apppellatio admiſſa.*
13 *Iudex ad quem acquirit iuriſdictionem.*
14 *Qui non eſt prouiſus à Papa, nec à delegato, nullum ius habet.*

FACTI SPECIES.

VAcante quodā beneficio iuriſpat.
Reuer.Alexander præſentatus fa
cta citatione ad formā.c fin.de e-
lec.in 6.fuit inſtitutus;& interim
Reuer.Ant. vigore bullæ Papalis
fecit ſe per quendā notariū, mit-
ti in poſſeſsionem d.beneficij ſine aliqua cita-
tione Domini Alexandri; Quare reducta re in
controuerſiā requiſitus quid ſentiam reſpondi
vt infra videlicèt. Quod reuocanda ſunt atten
tata per d.Dñum Antonium; qui pendente li-
te,& parte non citata fecit ſe induci in poſſeſ-
1 ſionem: qua propter † dicitur attentaſſe. Rot.
de reſtit.ſpol.deciſ.5.nu.2.in nouiſ. & deciſ. 3.
in fin.& deciſ.10.nu.3. vſq; ad fin. vt lit. pend.
2 etiam in nouiſ. & regulariter attentata † pri-
mo,& ante omnia ſunt reuocanda.c.non ſolum
de appel.in 6.vbi Franc.& Gemin.

Nec obſtant litteræ Apoſtolicæ. Primò quia
ex eorum tenore conſtat quod Papa non con-
tulit beneficium, ſed mandat certis executo-
ribus quod conferāt.d.beneficium.d. dño An-
tonio, dummodo non ſit in eo alteri ius quæſi-
tum, qui adhuc no fuit inueſtitus de d. benefi-
cio,& conſequenter nullū habet titulum verū,
nec coloratum: ideo † eſt intruſus. ad not. per
Felin.in cap. Veniens. in 2. notab. de accuſat.

& Gemin.in c.Propter.diſtin.10. & per Gome,
latè in regul.de trien quæſt. 47. ſecundo quia
gratia Papalis eſt conditionalis. ſcilicet dum-
modo non ſit alteri ius quæſitum; ſed Domi-
nus Alexander fuit præſentatus; & fuerunt
edicta publicata; & fuit inſtitutus, ex qua in-
3 ſtitutione † habebat ius in re; ſicut tradit
Gloſ.& notat Doctores in ca. Authoritate. de
inſtitut.& ſequitur Lamb.de iur. pat. in 3. art.
1.quæſt prin.1.part.ſecundi lib.num. 2. & in 2.
art.5.quæſt.prin.2.part.ſecundi lib.num.4 ver-
5 ſic.Tu tamen tene.& cum illa clauſula,† dum-
modo non ſit alteri ius quæſitum, ſit præſerua-
tiua iuris alteri competentis:Cald. in conſil.8.
ad finem de reſcript.Rom.in conſ.256. nedum
6 præſeruat ius in re, ſed † ad rem: qualiter ac-
quirit ſolum præſentatus. vt notat Lamb. in
locis ſupra allegatis.is enim ex ſola præſenta-
tione acquirens ius ad rem:dicitur ab ipſo Pa-
7 pa præſentatus;vt nihil † in eius præiudicium
fieri poſsit.Rot.tit.de preb.deciſ.27.in nouiſ.
Aegid.deciſ.167.Gomet.in regul. de non toll.
ius quæſit. quæſt.1.num.8. vbi dicit, quod per
iſtam clauſulam præſeruatur ius ad rē.ex præ-
ſentatione,& quod ita Rota ſeruat.3.Non ob-
ſtant.etd. litteræ Papales, quia ſunt ſubrepti-
tiæ:non enim faciunt mentionem de præſenta-
tione domini Alexandri;neq; de litis penden-
tia: imò narrat falſum;quod ſcilicet beneficiū
8 adhuc vacet;quo caſu † nihil valent, & annul-
lari debent:vt per Abb.in ca. Dilecta,nume.7.
verſ.quartum.de reſcrip.& conſequenter poſ-
ſeſsio per dominum Antonium capta eſt nulla
& fecit attentata.

Attētata etiam ex alio capite probantur,in
lata ſententia per Reuer. dominum Vicarium
ad fauorem d.Antonij potius fauore litterarū
Apoſtolicarum, quam fauente iuſtitia: domi-
nus Alexander appellauit.& tamen poſt appel
lationem d.Reuer.dominus Vicarius executus
fuit ſuam ſententiam; & dominum Antonium
9 miſit in poſſeſsionē beneficij,quod † manifeſtè
fecit attentatum. Rot.deciſ.3.in fin.vt lit.pen-
dent.in nouiſ. quod magis verificatur ex eo,
quod interpoſita appellatione, & admiſſa, ſi
& inquantum,dando apoſtolos. præfixit termi
num decem dierum ad iter arripiendum;& 30.
ad reportandam fidem commiſsionis. & pro-
10 pterea debebat expectare † lapſum termini.c.
Perſonas.ibi ex tunc. & capitu. Peruenit. il 2.
11 de appel.nam præfixio † termini habet effectū
deuolutiuum. Rot. tit. de appel.deciſ.21.in an
12 tiq.& ſic ſunt incompatibilia,† vt Iudex aſsi-
gnet terminum:& quod non ſit admiſſa appel-
latio:Rot.in deciſ.16.de appel. in antiq.ſed de
uoluto negotio per appellationem; Iudex à
quo,carens iuriſdictione,non poteſt procede-
re,vel ſaltem debet expectare lapſum termi-
ni.& tanto magis executio eſt infirma, & ſunt
reuocanda attentata.quia cauſa appellationis
fuit commiſſa alteri Iudici biduo ante com-
miſſam executionem; & ſic omnis iuriſdictio
13 † fuit acquiſita Iudici ad quem. c. Super eo, il
2. de appel. Gloſ. in Clemen. 1. in verbo te-
ceptis.de Procur.& not.Roman. in conſil. 353.
quo ad primum, & fortius quia ille Reuer. An
tonius nullum habet titulum, nec verum, nec
coloratum vt ſupra oſtendi:quia nec eſt † pro-
14 uiſus à Papa,nec à delegato; & conſtat de nō
iure ſuo Rot.vt lit.pend.deciſ.8.in antiq.& eſt
ammonendus ab illa poſſeſsione tanquam in-
truſus. & ita Deo dante reſoluta eſt præſens
conſultatio.

CONSILIVM XXIV.

Præſentatio à pluribus facta, quæ præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Mens fundatoris præualet verbis.*
2 *Menti fundatoris eſt adhærendum.*
3 *Proximior attenditur in omni diſpoſitione.*
4 *Præſumitur teſtatorem voluiſſe proximiores præ-*
ferre, & num.2.
5 *Ordo charitatis vocat proximiores.*
6 *Proximiores imaginem defuncti oſtendunt.*
7 *Proximior intelligitur primus de deſcendentia.*
8 *Quando inuitantur illi de familia intelliguntur*
proximiores, & num.9.
10 *Appellatione proximioris venit primus qui ſit*
in familia.
11 *Ordo charitatis ſumitur à conſuetudine loquēdi.*
13 *Ordo charitatis eſt habere affectionem deſcenden-*
tibus pluſquam tranſuerſalibus.
14 *Maior natu non ſemper intelligitur qui ſit ætate*
maior.
15 *Maior Canonicus cui ſpectet cōuocare capitulum*
eſt qui prius ſit receptus.
16 *Proximior ex multis in eodem gradu eſt qui ſit*
maior ætate.
17 *Abſurditas eſt vitanda.*
18 *Ad euitandam abſurditatem verba licèt impro-*
priare.
19 *Abſurditas illa eſt, quæ contrariatur legi.*
20 *In dubio interpretandum eſt, quod eſt veriſimi-*
lius.
21 *Veriſimile habetur pro expreſſo.*
22 *Affectio cadit in proximiores.*
23 *Ius commune informat conuentiones, & pacta.*
24 *Præſentatio quando fieri debet de Sacerdote, non*
valet ſi fiat de Clerico minore.
25 *Succeſſor in præſentādo habet quaſi poſſeſſionem*
defuncti.
26 *In præſentationibus diuerſis Ordinarius habet*
electionem.
27 *Ordinarius gratificat in meritis æqualibus.*
28 *In gratificatione quæ ſint conſpicienda.*
29 *Ordinarius diſpenſat ad duo beneficia ſub eodem*
tecto.

Domine

Digitized by Google

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit veritatem.

FACTI SPECIES.

MArtinus Perionus ciuis Lucenſis
fundator Capellæ SS. Iacobi, &
Fidriani, diſpoſuit vt ius præſen
tandi ei viuenti competeret; &
poſt eius mortem, maiori natu
domus ſuæ familiæ pro vna, &
pro alia maiori natu, ſeu antiquiori deſcendē-
ti ex familia quondam Balthaſſaris de Monte
Fregareſio diœceſis Lucenſis pro tempore va-
cationis:&, ea deficiente, maiori natu proxi-
miori deſcendenti, ſeu familiæ quondam Do-
minici, perpetuò cum obligatione dicēdi miſ-
ſas, in d. altari per vnam hebdomadam con-
tinuam cuiuslibet menſis.& in feſto Natiuita-
tis dictorum SS. Iacobi, & Fridiani.

Moritur Martinus ſine filijs & moritur etiā
ille Dominicus Clericus;& Ioſeph. q. Ioannis
Bernardini fratris.fundatoris, & hæres d.Mar-
tini preſentauit d. Horatium Perioni Sacerdo
tē:& Iacobus Balthaſſaris præfati præſētauit
Reuer. d. Iacobum Frignanum, & Stephanus
Bernardini antiquior de familia fundatoris
præſentauit, licèt in gradu remoto; Carolum
Clericum in minoribus vna cum antiquiore, q.
Dominici Balthaſſaris concorditer: vnde quę-
ritur quænam præferatur præſentatio.

Verba fundatoris prima fronte videntur
implicita; ſicut videntur implicitæ præſenta-
tiones; ſed rectè intuenti luceſcunt. ſiquidem
Ioſeph antiquior de agnatione fundatoris, &
Iacobus de Agnatione Balthaſſaris præualet
in præſentando antiquiori remoto agnationis
fundatoris, & illi q. Dominici; tum ex mente
1 fundatoris, quæ verbis præualet ex D. Pauli
ſententia in c. 3. ad Corinth. ibi, ſcripta non
atramento, ſed ſpiritu Dei. & ibi, littera enim
occidit, ſpiritus autem viuificat: quod compi-
latores legum ſemper fuerunt ſecuti. & Secu-
la. in l. Cum mulier. ff. ſol. mar. Iuſtin. in l. Siquis
2 filium. Cod. de lib. præt. cui menti † eſt ſemper
ahærendum. l. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.
cum etiam ex verbis. Regulariter enim in qui
3 buſcunq; ſucceſsionibus, proximior † atten di-
tur; l. Peto. §. Fratre. ff. de leg. 2. de legit. ad it.
ſucceſſ. in prin: & in §. Si plures. ea namq; mēs
4 eſt vt præſumēda teſtatoris: & fūdatoris, & vo
luerit proximiores ſuos præferre. arg. text. in
5 l. Iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. ordo †
enim ſanguinis, & charitatis poſtulat proxi
miores in gradu ipſius fundatoris ab eius mē-
te vocatos eſſe; ſicut tradit Bart. in l. Si cogna-
tis propè finem. ff. de reb. dub. à quo magis di-
6 lecti præſumuntur, nam illi † propriam ima-
ginem defuncti oſtendunt; quod notab. liter
notat Crau. in conſi. 831. num. 12. volum. [illegible]

datori itaq; diſpoſuit, quod poſt eius mortem,
admittatur maior natu domus ſuæ familiæ;
7 id eſt primus † de eius deſcendentia ſicut
probatur per text. in l. Pronunciatio ff de ver-
bor. ſignif. & affirmauit Couuar. in libr. var. re-
ſolut. c. 5. lib. 3. num. 3. & verba ſequentia d. di-
ſpoſitionis de monſtrant. dum dixit, & illa de-
ficiente, maiori natu proximiori. d. domus ſuę,
8 & regulariter quando † inuitātur illi de fami-
lia, ſemper proximiores intelliguntur vocati.
d. l. Peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. fin. Cod. de verb.
ſignif. Ioan. Cephal. in conſil. 313. num. 13. 14 &
15. in 3. volum. & in conſi. 616. num 48 in 5. vo-
lum. vbi dicit quod aliter non poteſt intelligi.
quod maximè procedit in iſto caſu, in quo fun
dator inuitauit proximiorem ſuæ familiæ per
nomen appellatiuum; quod importat vt in du
9 bio † intelligatur de proximiori ſuæ familiæ.
Crauet. in conſi. 480. num. 2. in 1. volum. & ideò
remotior in gradu exiſtente proximiori, nul-
lum habere poteſt ius præſentandi; quia ap-
10 pellatione † proximioris venit primus quiſſit
in familia adueniente tempore præſentatio-
nis. l. Familiæ in princ. ff. de verb. ſignif. & pro-
batur argumēto l. Socium qui in eo. ff. pro Soc.
& l. Mulier. ff. verum amot. nempè quia præſu-
11 mitur † magis dilexiſſe proximiores, quam re
motiores. Afflict. deciſ. 43. nu. 21. prout ita prę-
ſumitur ex ordine charitatis; qui † ſumitur ex
conſuetudine loquendi. Manr. de coniect. vlt.
volun. lib. 12. tit. 17. num. 27 & 28. Imò ex qua-
dam opinione ius præſentandi pro ſecundo
voto, videretur finiri in deſcendentibus illius
Balthaſſaris, excluſa linea tranſuerſali: ſed ſe-
quendo Couuar. in præcitato loco, deficiente
deſcendentia illius Balthaſſaris, diſpoſitio ha
bere locum in agnatis ordine ſucceſsiuo per
[illegible] d. l. Pronunciatio. ff. de verb. ſignif. ad
finem 1. §. & ſic præſentatio. Ioſeph, & Iacobi;
valida erit; nec eſt attendenda alia à remotio
13 ri: quia ordo charitatis hic eſt, vt maior † af-
fectio habeatur deſcendentibus, quam tran-
ſuerſalibus, & inter tranſuerſales, proximiori-
bus in ordine Aut. ceſſante. C. de legit. hæred.

Neq; obſtant verba, pro maiori natu: quæ
licet in dubio videantur intelligi de illo, qui
14 ſit ætate maior tamen illud fallit, † quando
ſubiecta materia aliud expoſtulat l. Si pater. §.
fin. Cum l. Sequenti. ff. de adopt. quam comen-
dat Alex. in conſil. 4. num. 2. volum. 4. pondera-
tis verbis, & ſequitur Felin. in cap. Cum omnes
col. penult ſub verſ. ſed dubium eſt. de con-
15 ſtit. dum loquitur de antiquiori † Canonico
cui ſpectet conuocare capitulum. quia non in-
telligitur de antiquiori ætate, Sed reſpectu
antiquioris receptionis. & alia poſſent dari
exempla. ſed ſufficit quod in propoſita mate-
ria maior natu intelligitur de deſcendenti-
bus, & illis deficientibus de agnatis pro-
ximioribus, & ſatis eſt quod fundator voluit,

 ex mul-

16 ex multis † in eodem gradu; illum tunc admitti, qui maior natu eſſet, non aliter quàm ſi collectiuè eos vocaſſet, vt per Crauet. in allegat. conſil. 180. num. 2. in 1. volum: vt notāt illa verba; maiori natu proximiori, aliàs ſequeretur abſurditas contra mentem fundatoris, & officium caritatis, & ſanguinis, quod remotior admitteretur expulſo proximiori. quæ abſur-
17 ditas † ſemper eſt vitanda. l. In ambigua. ff. de
18 leg. Ad quam vitandam † verba etiam impropriare licet. Cran. in conſ. 130. nume. 8. in 1. vol. Abb. in conſ. 78. nume. 2. verſi. Præterea hoc vi-
19 detur, vol. 2. & illa dicitur abſurditas † in quacunq; diſpoſitione, quæ contrariatur ſententiæ Legis, vel hominis. vt ſcripſit Sim. de Pret. de interp. vltim. volunt. lib. 1. dub. 4. Solu. 4. nu.
20 18. & in dubio † illud eſt interpretandū quod eſt veriſimilius. Alex. in conſi. 76. num. 4. & 5. in
21 volum. 4. quod veriſsimile † habetur pro expreſſo. Affliĉt. deciſ. 43. num. 26. & illud eſt veriſsimile, quod eſt ſecundum affectionem di-
22 ſponentis: affectio † autem cadit in proximioribus ſecundum ordinem ſupra poſitū; & probat Alex. in conſil. 15. in 4. volum. Cran. in conſ. 62. num. 8. in 1. volum, & maximè cum prouiſio hominis concordat cum prouiſione iuris co-
23 munis; nam ius † comune informat conuentiones, & pacta; vt quaſi in terminis tradidit Anch. in conſil. 81. 1. facie, num. 3. & ſic præſentatio domini Ioſeph Nepotis teſtatoris, ſeu fundatoris & Iacobi filij Dominici Balthaſſaris iure ſubſtitit; ad excluſionem illius Stephani, & alterius ſocij: & tantò magis, quia etiam
24 quod habuiſſet ius præſentandi; præſentatio † eorum nulla eſſet, quia præſentarunt Clericū in minoribus; qui debet eſſe Sacerdos, vt tenet Roch. de Curt. de iur. patron. in verbo Honorificum. num. 7.

Et præfata tanto magis corroborātur: quia prædicti Ioſeph, & Iacobus ſunt hæredes reſpectiuè. d. Martini fundatoris: & Balthaſſaris; quod eſt argumentum ad oſtendendam mentem d. fundatoris. nam Ioſeph, ex poſſeſsione
25 † Defuncti Martini habet quaſi poſſeſsionem pręſentandi ad not. per Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 131. & in quaſi terminis ſententiauit Borgn. Caual. vt ipſe atteſtatur in repert. ad ſuas deciſiones. in verbo Iuſpatronatus poteſt ſtare. vbi multa congeſsit reſpiciētia iſtud caſum. ex quibus intrepidè concludendum eſt pręſentationem. dictorū Ioſeph, & Iacobi præualere, excluſa alia de qua ſupra.

Et quia non conuenerunt in præſentatione
26 † Ordinarius eliget idoniorem. ca. Quoniam. de iur. pat. ibi, qui maioribus iuuatur meritis. c. Dudum. il primo, de elect. vbi Abb. & Roch. de Curr. in d. tit. de iur. pat. in verbo Honorificum. num. 47. & eſt text. in c. Si forte 63. diſtin. ſequiturq; Lap. alleg. 75. num. 5. & quando præ-
27 ſentati eſſent † meritis, & ætate æquales, poterit ordinarius gratificare quem maluerit. Card. in Clem. plures. in fin. num. 3. de iur. pat.
28 Caſſad. eod. tit. deciſ. 2. num. 1. & quæ ſint † cōſpicienda in gratificatione tractat. Ioan. Lecirier. de primogenitura. 4. concl. q. 11. Nec illa eſt deſpicienda, quæ magis adhæreat mēti ipſius fundatoris, qualis eſt proximitas ad ipſum, & ſucceſsio in eius bonis; ex qua Reuer. d. Horatius erit eligēdus, in quem Ordinarius ex quadam æquitate inclinari debet, & ita dico; & cōſulo. quem d. Reuerendiſs. Ordinarius
29 diſpenſare † poterit ad duo ſub eodem tecto vt eſt deciſum apud Lapum. alleg. 117. ad fin. & Quintilianum Mandoſ. in pract. ſignat. Grat. tit. de diſpen. ad benef. ſub eod. tect. Laus Deo, & B. M. ſemper Virgini.

CONSILIVM XXV.

Compenſatio pro debito in legato, an cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ab vxore factum marito cenſetur animo compenſandi, & num. 29. 34. & 36.*
2 *Donatio, præſumitur in vxore vocando maritum dilectiſſimum.*
3 *Compenſatio non præſumitur ex titulo inſtitutionis.*
4 *Coniecturæ tollunt coniecturas.*
5 *Coniecturæ, quæ ſummuntur à lege, alijs præualent.*
6 *Præſumptiones legis ſunt quæ a iure ſunt inuentæ.*
7 *Mens regulatur à veriſimili, & num. 8.*
9 *Odioſum dicitur receſſus à iure communi.*
10 *Voluntas teſtatoris debet adaptari iuri comuni.*
11 *Omnis diſpoſitio veſtitur à iure comuni.*
12 *Opus pium eſt maritare pauperes virgines, & viduas.*
13 *Opus pium reſtituit aliquid de gratia.*
14 *Opus pium abſoluit facientem à debito pęnæ.*
15 *Opus pium prodeſt facienti, & num. 20.*
16 *Opus pium quid proſit exiſtenti in peccato.*
17 *Opus pium ſine peccato prodeſt ad vitam æternam.*
18 *Opera in charitate ſunt meritoria æternæ vitæ.*
19 *Dominus remunerat bene operantes.*
21 *Tarditas exequendi bona opera nocet Defunctis.*
22 *Differentes ſoluere legata pia excomunicantur.*
23 *Anima eſt pretioſior cunctis rebus.*
24 *Damnum animæ eſt ineſtimabile.*
25 *Pluralis locutio duo ſaltem requirit.*
26 *In teſtamentis plenior fit interpretatio.*
27 *Lata ſit interpretatio vbi agitur de operibus miſericordiæ.*

Digitized by Google

28 [illegible] *ſanguinei præferuntur* [illegible]
30 *Vxor relicta vſufructuaria habet ſolum alim*[illegible]
31 *Teſtatorem credi ſe* [illegible] *tur magis quam hæredem voluiſſe grauare,*
32 *Mulier habet iuſtam iuris ignoranti*[illegible]*m.*
33 *Præſumitur pro o*[illegible]
35 *Donatio non præſumit*[illegible]*r ſi leuis ſit contraria præſumptio.*
36 *Debitor legando, lega*[illegible] *vid*[illegible] *animo compenſandi.*
37 *Liberalitas eſt interdicta coniugibus*
38 *Inſtitutus particularis habetur loco legatary.*

Adſit Spiritus Sanct[illegible]

FACTI SPECIES.

Domina Hippolita à Porta teſtando inſtituit virum ſuum in ſcutis 6[illegible]0. quæ dotata fuerat in ſcutis 1500. & quia à ſtatuto diſpoſitum erat mari tum lucrare dimidium dotis, oppoſitum ſuit,
1 dd. ſcutos 600. ei relictos† eſſe animo cōpenſandi; & pro iſta parte conſultum eſt ex l.Si cū dotem.§.Si pater.vbi Bar.& alij ff.ſol. mat. & l.Titia cum teſtamento.§.Qui inuita.ff. de leg. 2.quod communiter teneri affirmat Alb.in cōſil 17[illegible] & 8.& ex alijs allegatis pro iſta parte. In contrarium vero alij dixerunt inſtitutionē
2 iſtam arguere † donationem; præſertim quia teſtatrix appellat maritum dilectiſsimum.l. Procula. ff.de probat. l. Si ſeruus.ff.de don.int. vir. & vxo. & dd. ſcutos 600. ei titulo inſtitutionis reliquit,& in bonis ſuis: ex quibus ver-
3 bis reſultat coniectura quod inſtitutio † nō [illegible] facta in bonis iam debitis marito.Cap.in conſ. 143. ſub nu.11. & 12,de communi. [illegible] concludi [illegible]tur ceſſare compenſatione[illegible] & [illegible] maritus vltra dotem conſequatur ſcutos [illegible]

Ego autem conſultus reſpondi ſcutos 600 præſumi relictos animo compe[illegible]ſandi; [illegible] his quæ inferius videri poterunt. nam coniecturæ
4 † coniecturas tollunt. l.Nihil tam naturale ff.
5 de reg.iur. & maximè coni[illegible] † [illegible] diſpoſitionē iuris ſumuntur [illegible] alijs.l.Licet Imperator.& ibi Gl.& do[illegible]
6 enim ſunt præſumptiones † iuris [illegible] inuenta d.l.Imperator.& l.Cum a[illegible].ff.de coud. & demon. Prima enim coniectura [illegible] caſu propoſito habetur; & co[illegible]batur,eſt in l.præſ. ſi cum dotem.§ Si pater,& [illegible] auth.præterea.Cod.vnd.vir. & vxor. & d. Titia §.Qui inuita.

Secunda coniectura colligitur ex veriſimili mente teſtatoris vna cū generalitate verbo rū,dum relictis ſcutis 600 ei [illegible] viro [illegible] reſiduo totius aſsis [illegible] Pietatis,conſtit[illegible] hærede ea conditione,qd [illegible] quin[illegible] eius foro-
7 res, & neptis haberēt vſumfructū;me[illegible] regulatur ex veriſimili,ca.Inſpicimus. de reg. iur.in 6.l.Si ſeruus plurium.§.fin.ff. de leg.1. & hoc magis quando agitur de debito neceſſario;prout notatur in d.l.Titia. §. Quia inuita;
8 vbi ſecundum veriſimilem† mentem teſtatoris apparet eum noluiſſe hæredem grauare duplici onere:ſed illū voluiſſe totam hæreditatem habere; ſicut compertum eſt per verba generalis inſtitutionis.l.Quam tuberonis.§.1. ff.de pecul. non enim eſt veriſsimile quod voluerit hæredem ſolo nomine eſſe;quin ſaltem habeat quartam, quæ deficeret ſi vltra dotem haberet ſcutos 600. nam medietas dotis quæ marito debetur neceſſario ex ſtatuti diſpoſitione eſt ſcutorum 750. ſi etiam haberet ſcutos 600.eſſent ſcuti 1350.& in hæreditate ſolum remanerent ſcuti 150. & vana eſſet diſpoſitio de maritandis damicellis,& viduis:& de vſuſructu relicto duabus ſororibus, & vna N[illegible]pte; de quibus dicetur infra. & hæres, qui e[illegible] Mons Pietatis nimis grauaretur: & eſſet
9 quid odioſum, † qualis eſt omnis receſſus à iure communi.Crauet.in conſil.170. num.3.in 1. volum. Ius autem comune præſumit teſtatorē minus voluiſſe hæredem grauare,quàm ſit poſſibile.Franc.Mant.de coniect.vltim.volun.lib. 7.tit.[illegible]m.9.Cum ibi allegatis:ergo ſecundū teſtantis mentem illa ſcuta 600. debent eſſe
10 loco compenſationis;quia voluntas † teſtatoris ſemper adaptari debet iuri communi l. 1. Cod.de mun.& hono.int.pat.& fil.conſt.lib.10. Anch.in conſi.6.num.8.Crauet.in conſil.75.nu. 5.in primo volumine, vbi dicit, quod omnis
11 † diſpoſitio,quæ ſimpliciter profertur, veſtitur à iure comuni, & ſecundum ipſum ius debet ampliari,& reſtringi.

Tertia Coniectura ex mente, & verbis aſſumitur,dum voluit quod reſiduum eius hæreditatis diſtribuatur in maritando damicellas.&
12 vi[illegible] pauperes:iſta † enim diſpoſitio eſt opus pium.Capell.Thol.in addit.ad quæſt. 214. & poſt omnes Nauar.tit.de redd.benef.quæſt. [illegible]m.60.61.& 62.Bald.in l.Poſt mortem. col. penult.Cod.de fideicom.qui dicit quod ſimile
13 opus videtur factum Deo: per opus † enim pi[illegible]m reſtituitur aliquid,de gratia deperdita. Sicut tradit Vict.in ſuo Sacramentario de pœnit.cap.1.in fine.quod opus nedum iuuat ani[illegible] Defunctorum, ſed viuorum illud facientium [illegible]iam aut ſit pro Defunctis, & conſideratur primo,vt eſt expiatiuum pœnæ per modum cuiuſd[illegible]m recompenſationis;& ſuffragatur ani
14 mæ,pro qua factum eſt:& eam † abſoluit à debito ſuæ pœnæ ſed non à debito pœnæ facientis. ſecundo conſideratur inquantum opus eſt meritorium vitæ æternæ, inquantum procedit à charitate,& ſecundum iſtud prodeſt nedum
15 ei pro quo fi[illegible],ſed magis † facienti:vt ita affir[illegible].Th[illegible] in 4 ſenten.diſt.45.q.2 & q.4. ar[illegible] Syl[illegible]ueſt.in ſum.verbo Participatio:& Scru tin.

tin.Saeerd. ſol.mihi 47. aut non ſit pro defun-
ctis;&aut tunc ſit in vita; aut in articulo mor-
tis:ſi in vita; aut ſit in peccato;aut ſine pecca-
16 to, ſi in peccato † prodeſt in his omnibus quæ
not.gl.& illic Abb. in c. Quod quidam, de pę-
17 niten. & remiſſ. ſi extra peccatum prodeſt †
ad vitam ęternam merendam,ſicut docet.Vict.
18 in. loco allegato,quia omnia † opera quæ faci-
mus ex charitate, ſunt æternæ vitæ meritoria:
vt S. Thom. in ſupraſcripto loco.& 2: 2. quæſt.
19 32 artic.1,Dominus † enim benè operantes,p
apportato lucro, remunerat. D.Greg. in homi
lia Matthæi, Homo quidā peregrè proficiſcēs.
aut ſit opus bonum in morte;prout in teſtamē
to;vt eſt caſus noſter.; & tunc etiam quod non
dicatur pro anima ſua,vel amore Dei,quando-
cumque reliquatur in pauperes; vel pia loca;
dicitur bonum opus; teſte Nauarr. in loco ſu-
20 pra citato, & † prodeſt animæ facienti, ita qđ
poſt mortem conſequitur præmium etiam an-
tequam fiat ab executoribus, quantum eſt ex
opere operante; ſed quantum ad efficaciā quæ
eſt ex opere operato non conſequitur fructum
21 antequam fiat :& in hoc tarditas† nocet de-
functis quo ad pęnam purgatorij,vt ita diſtin-
guendo tradidit Bartho.Fum. in ſua ſum.in ver-
bo, ſuffragia num.2. & rectè tradit Nauar. in c.
Magna. de pænit. diſtin. 1. à num. 14. ad finē:
& ideo iſti retinentes, ſeu negantes relicta à
22 defunctis; aut differunt † reddere tanquam
necatores egentium ſunt ab Eccleſijs elimi-
nandi.c.Qui oblationes : cum duabus ſequen-
23 tibus.13.quæſt.2.quare cum anima† cunctis re-
bus ſit pretioſior l.Sancimus,C.de Sac.Sant.Ec
24 cleſ. & eius † damnum ſit ineſtimabile, ſumē-
da eſt coniectura,quæ illi magis proſit dicit So
cin.in conſ.191. licet difficultates.col.5.verſ 3.
ex eo,& Mantic.de coniect.vltim.vol.lib.12.ti.
17.num.31. ſed nemo dubitat, quin magis me-
rcatur,qui maiora bona facit ; & iſto caſu ma-
xime credendum eſt teſtatricem habuiſſe mē-
tem quod in eius hæreditate remanerent bo-
na ſufficientia ad exercenda opera charitatis:
quia quando diſpoſuit reſiduum expēdi pro
maritandis damicellis, locuta fuit in plurali
25 numero,qui ſaltem † duo requirit. c. pluralis
locutio.ff.de reg. iur. in 6. l.vbi numerus, ff. de
teſt. ex qua veriſimili mente ſaltem duæ vir-
gines.& duæ viduæ deberent nubi, quia in te-
26 ſtamentis† plenior eſt interpretatio facięda
l.In teſtamentis ff. de reg.iur. & facit Gl. cum
ſuo textu, in l.1. ff.de optio.leg. quod maxime
27 procedit, vbi agitur de operibus † miſericor-
diæ, pro quibus ſit lata interpretatio.Io.And.
in c.1.de homic. in 6. & Alex. in conſ. 171. nu.
5.& conſ.216. col.fin. verſ. Fit etiam extenſio.
vol. 2. ex quibus in dubio infertur teſtatricem
voluiſſe potius animæ ſuę quam commodo ma
riti proſpicere.

Quarta coniectura eſt, quia voluit eius ſoro
res, & Neptē habere vſumfructum poſt mortē
eius mariti; ſed ſi vltra dimidium dotis mari-
tus haberet ſcutos 600. detracta quarta hære-
dis, vſufructus euaneſceret; vel ſaltem ita di-
minueretur; vt vix dici poſſet aliquid ineſſe,
& eſſet contra charitatem; & diſpoſitionem le
28 gis, quæ in ſucceſſione † præfert conſangui-
neos marito. d. l. Si ſeruus plurium.§ fin. ff. de
leg.1.l. fin.C. quorum bonorum, ſed hanc ab-
ſurditatem euitare debemus.

Quinta Coniectura patet ex vniuerſali re-
licto vſuſfructus omnium bonorum marito, &
eiuſdē ſororibus,defuncto marito, & poſtmo-
dum inſtituit hæredem ſacrum montem Pie-
tatis; & demum voluit nubi damicellas, & vi-
duas. ex qua digreſſa diſpoſitione oſtenditur
29 teſtatricem † habuiſſe animum compenſatio-
nis; alias diſpoſitio eſſet cōtra mentem legis.
d.l.Titia.§.qui inuita.& ad hoc faciunt tradita
per Cran.in conſ.32.per totum.vol.1.vbi dicit
30 quod vxor relicta † domina, & vſufructuaria
in vna parte teſtamenti; & in alia fuit etiā ei-
dem relictum omne id, quod pertinet ad ali-
menta; non poteſt petere niſi alimenta, quia
ex mente coniecturata præſumitur teſtatorem
voluiſſe ei ſolum prouidere de alimentis.

Sexta coniectura habetur ex diſpoſitione le
gis. Sticho.in fin.ff.de vſuf. leg. vbi dicitur qđ
31 potius† præſumitur erraſſe teſtatorem legan-
do; quàm quod voluerit hæredē grauare. quod
etiam dicendum eſt in caſu noſtro; quod ſcili-
cet teſtatrix cogitauerit poſſe de tota dote di
ſponere:& relinquere illos ſcutos 600. marito:
& reſiduum Monti Pietatis cum diſpenſatio-
ne de qua in teſtamento, & maximè quia mu-
32 lier † habet iuſtam iuris ignorantiam, prout
not.Ant Nicell.de concord.Gl. nu.453.

Septima,& vltima coniectura eſt,cum hęres
vniuerſalis ſit locus pius. & ſit relictū pro pau-
33 peribus; ſemper præſumitur † ad eius fauorē:
Sicut tradunt doct. in c.fin.de re iud. & eſt te-
xtus in l.Proxime.ff. de his quæ in teſta.n. de-
34 len.ex quibus teneo cum illis qui tenent † lo-
cum eſſe compenſationi.quod tenuit etiā Au-
guſt.Bero. in q.92.à num.6. ad finem. & eſt cō-
mune dictum.ſicut atteſtatur Ant.Gom.in lib.
var. reſol.tit. de teſtam.c.12.num.27.verſ. ſi ve
rò debitum eſt neceſſarium,& ſequitur Rol. à
Vall, tit. de lucro dec.q. 96. & pro veriori, &
comuniori Mich.craſſ. in lib. ſent. §. Legatum,
quæſt.42. & ita iuris eſſe cenſeo.

Neque donatio poteſt præſumi: quia quan-
35 do alia coniectura etiam† leuis poteſt ſumi;
numquam præſumitur donatio.Bal.in l.1.nu.3.
C.ad Trebb. Alex. in l.qua dotis. num.4. ff.ſol
mat.Caſtren. in l. Domos. ff. de legat. 1. & ma-
ximè quando ille qui reliquit ſit neceſſarius de
36 bitor; quia† legando ei cui debetur videtur ani
mo compenſandi. Mich.Craſſ. in allegato loco.
& Iaſ. in auth. præterea, num. 19. propè finem,

C.ynd.

C.vnd. vir. & vxor.quod præcipuè procedit in
37 ter coniuges;quibus † eſt interdicta liberalitas;nec morte confirmatur.Crau.in conſ. 131. nume. 14.in 1. volum. nec refert quod illi 600. fuerint relicti tit.inſtitutionis,quia quando in
38 re particulari † quiſquis inſtituitur, & alius ſit vniuerſalis hæres,ille habetur loco legatarij.l. Quoties.& ibi Bar.in C.de hæred.inſtit. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM XXVI.

Clericus qui defloraunit virginem an torqueri poſsit pro habenda veritate.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio mulieris deflorata cum atteſtatione alterius ſufficit ad torquendum Clericum.*
2 *Mulieres teſtificantur contra Clericum ſtupratorem.*
3 *Diffamatio de lenocinio debet concludere perſonam ire per domos, & loca publica iuuenes decipiendo.*
4 *Leno dicitur qui mancipia in domo quaſtuaria tenet.*
5 *Leno etiam eſt, qui tenet mulierem palam ad lucrum, & num.6.*
7 *Sufficit Clericum ad locum tortura ducere; per confeſsionem deflorata, & atteſtatione alterius mulieris.*

Spiritus Domini repleat corda noſtra.

FACTI SPECIES.

REner. Geminellus carceratus imputatur defloraſſe Iacobam. & ſtans in negatiua quæritur,an torqueri poſsit ex denunciatione d.Iacobæ;ſeu confeſsione;quia denũtiatio proceſsit à parentibus:& atteſtatione Mariæ:& quidem Boſſ.in ſuo tractat.crimin.tit.de indit.& conſid. ant.tort.nume.160. 161.& 162.fuſius hanc materiam tractauit,& te
1 nuit confeſsionem † perſonæ defloratæ cũ adminiculo alterius mulieris, ſufficere ad torturam;quod etiam tenuit Clar.in practi. crimin. lib.5 §.fin.quæſt.24.verſi.Sciendum eſt.Et quãuis multi teneant, mulieres de iure Canonico non teſtificari contra Clericum. Foller. tamen in ſua pract.crimin.Canonica tit. de teſtib. diligen.examin.nu.45. & 46. probat quod in hu-
2 iuſmodi delicto † mulieres admittuntur.

Nec obſtare videtur imputatio de lenocinio data Mariæ;quia vltra quod id non fuit probatum; oportebat illam diffamari ante atteſta-
3 tionem;& diffamatio † de lenocinio debet cõcludere perſonam ad hoc ire per domos, aut loca publica decipiendo iuuenes, vt ſtatuit In-
4 ſtit.in princip.Auth.de lenocin.coll.3.aut in † proprijs domibus mãcipia quæſtuaria tenere, de quibus loquitur Vlp. in l. Athletas. §. ait prætor.ff.de his qui not.infam ſiue quod de cõ-
5 ſuetudine † proſtituat mulieres quæſtus cauſa. l.Palam. §. Lenocinium. ff.de rit.nupt. nam
6 leno † propriè dicitur ille . qui Palam tenet mulierem.ad lucrum ex libidine proſtitutam; ſicut ſcripſit Bertach.in tit.de Gabell.in 7.par. princ. titu. qui tene ad Gabel. nume. 51.& ſic locus eſſet torturæ . ſed tamen mitius agendo
7 reſpondi.d.Clericum † ducendum eſſe ad locum torturæ,ex his quæ not.Diaz.in pract. cri. Canonica,tit.de tortura.Laus Deo,& B. M.

CONSILIVM XXVII.

Laudemium an debeatur pro renouatione inueſtituræ liuelli.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis bonorum Eccleſia eſt nullus.*
2 *Laudemium non ſoluitur pro renouatione liuelli.*

FACTI SPECIES.

FVerant olim conceſſæ in emphyteuſim Bub.44.terrarum Eccleſiæ S.Thomæ;quarum petitur laudemium à nouo Rectore per renouationem inueſtituræ: & conſultus reſpondi non deberi: tũ quia illæ terræ per tutores domini Camilli exiſtentis in pupillari ætate .fuerant venditæ: & ipſo domino Camillo in pubertate inſtante,fuerũt
1 in priſtinũ redactæ,& † contractus nullus pronuntiatus:ad tradita per Vant. de nullit. proceſſ.tit.quot,& intra quod tempus,num.68. & Bertach.tit. de Gabell.nu. 6.ſub titu. Quoties ſit ſolu.Gabel.& tit.de Gabell.contract.nume. 25.& ſic ſtante re in ſuo priſtino ſtatu, nihil erat innouandum:cum etiam quia quando lau-
2 demium † in conceſsione emphyteuſis fuit ſolutum : pro renouatione non eſt debitum . vt in terminis annotauit Iaſ.in l.3.nume. 51.C.de iur.emphyteut. & Syluestr. in ſecundum ritul. emphyteuſis,num.28.verſi.2.fallit. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XXVIII.

Reliquiæ an poſsint transferri ſine auctoritate Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Corpora Sanctorum non tranferuntur ſine licentia Papæ.*
2 *Corpora Sanctorum, qua non ſint in perpetua ſepultura, tranferuntur ſine Papa.*
3 *Reliquia Sanctorum poſſunt transferri ſine licentia*

tia Papæ.
4 *Reliquiæ poſſunt portari ad collum ex deuotione.*
5 *Reliquiæ transferuntur ſine Synodali licentia.*
6 *Licentia Canonicorum cuſtodum reliquiarum habetur per Synodali.*

FACTI SPECIES:

REuerendiſsimus Epiſcopus Mutinenſis
cõceſſerat quaſdam reliquias Sancto-
rũ Sereniſsimæ Lucretiæ Vrbini Prin-
cipis vxori, & ſorori Sereniſsimi Alphonſi
Ducis Ferrariæ eaſq; tranſtulerat in Oratoriũ
d. Sereniſs. Principiſsæ; ſed poſtea fuit in du-
bium reuocatum id fieri non potuiſſe ſine ſpe-
ciali mandato Papæ, & conſultus reſpondi vt
infra.

Et pro parte affirmatiua allegabatur Conc.
Maguntienſe, de quo in cap. Corpora. de con-
ſec. diſtin. 1. vbi Gloſ. & Doct. tradunt id fieri
nequaquam poſſe ſine licentia Papæ.

Hoc tamen non obſtante de iure communi
altera ſententia eſt verior in caſu propoſito.
nam tex. ille, & Gloſ. atq; Doct. loquuntur de
corporibus Sanctorum, quæ ſint tradita perpe-
tuæ ſepulturæ, ſin vero non ſint tradita perpe-
tuæ ſepulturæ: omnes concludunt poſſe de lo-
2 co religioſo ad alium religioſum tranferri † ſi-
ne Pontificis auctoritate. vt eſt videre apud
Angel. & Sylueſt. in ſumm. titulo de Reliquijs;
ex diſpoſitione Legis. ſi nec dum. Cod. de re-
lig. & ſump. fun. & quanto magis iſtud pro-
3 cedit in Reliquijs † transferrendis de quibus
ille textus non loquitur; vt in expreſſo tenet
Barth. Fum. in ſua ſum. Armilla. eod. tit. de re-
lig. num. 4. ad quod facit auctoritas Diui Tho-
mæ in 2. 2. quæſt. *96*. quem ſequuntur Sylu. &
Armill. in præfato loco. dum tenet quod nõ ſit
4 illicitum † reliquias ad collum portare, ex
Dei, & ſanctorum fiducia, quod armill. in eo lo
5 co intellexit fieri poſſe † etiam ſine Synodali
licentia. num. 3 & quanto magis quando licẽ-
tia Synodalis interueniat, pro vt hic interue-
nit, in quo actu interuenerunt Canonici cuſto
des reliquiarum à toto Capitulo electi; qui in-
6 telliguntur ſynodales, vt not. Arch. in d. c. Cor
pora, & ſic ille Reuerendiſsimus Epiſcopus de
iure communi non errauit: Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XXIX.

Emphyteuſis an ſit valida in præiudicium Rectoris ſucceſſoris.

SVMMARIVM.

1 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alijs imputet.*
2 *Delictum patris non nocet filijs in feudo.*
3 *Delictum vnius nocet alijs in emphyteuſi.*
4 *Conuentio inter partes operatur aliquid vltra legem.*
5 *Conditio domini directi non immutatur.*
6 *Defectus vnius ex pluribus non ſoluentis, facit totam rem perire.*
7 *Emphyteuſis durat in vita rectoris concedentis.*

Præbe mihi domine auxilium, et ego annunciabo veritatem.

FACTI SPECIES.

FVit facta emphyteuſis quarundam Ter
rarum beneficij. S. Xiſti de anno 1582.
I.V.D. Domino Guidoni per Rectorẽ;
quæ terræ olim fuerant etiam conceſ-
ſæ; ſed in inueſtitura iſta dicebatur quod eſſent
deuolutæ: vnde quærebatur, An inueſtitura eſ-
ſet noua, vel antiqua? & ad quid valeret?

Ad quam reſolutionem aduertendum eſt, ꝙ
inueſtitura, de qua in themate, fuit facta tan-
quam de re deuoluta, & qui eam recepit tanq̃
1 rem deuolutam accepit; & ſic † ſibi præiudica-
uit. c. Damnum. de reg. iur. in *6*. Imol. in conſ.
68. in prin. & facit textus in c. Ad aures. de
reb. Eccl. non alien. imò etiam filijs quia licet
2 regulariter delictum † patris non noceat filijs;
quæ regula maxime procedit in feudo: ad not.
per Alex. in conſ. 30. num. 17. vol. 1. ſecus tamẽ
eſt in emphyteuſi, in qua delictum † vnius no-
cet alteri; vt in terminis alienationis factæ per
vnum ex conſortibus de re emphyteutica, te-
net Papien. in ſua pratic. in form. libell. quo
agi ad reuoc. feud. in verbo, nec ſuperſtitibus,
num. 27. & ad idem Alex. in d. conſ. 30. num. 18.
& ſequitur Rol. à Vall. in conſ. *60*. num. 14. in
fin. in 2. volum. cum ibi allegatis: quod ſine
difficultate procedit in iſto caſu, vbi fuerat cõ-
uentum, quod bona non poſſent alienari ſine
4 expreſſa licentia domini: quæ † conuentio de-
bet aliquid operari vltra diſpoſitionem legis.
Decian. reſponſ. 4. nu. 24. 25. & *26*. in primo vol.
& poſt alios tenet Reuerendiſs. Paulus Leo-
nius Epiſcopus Ferrarienſis in conſ. 4 num. 4. in
tantum quod ſi ſecundum legem alienatio rei
emphyteuticæ non præiudicaret cæteris com-
prehenſis; tamen ſtante ſupraſcripta conuen-
5 tione præiudicaret; nam conditio † domini, qui
ita conuenit, non immutatur. l. 2. § ex his ff. de
verb. oblig. & tenet Imol. in c. Potuit. num. 47.
verſ. & ex præfatis de loc. & cond. qui loquitur
in terminis, quando delictum vnius non ſoluen
tis præiudicat alijs, & dicit quod non mutatur
conditio obligationis; licet cæteri poſſint age
re contra non ſoluentem. & hanc ſententiam
communem recitat Sylueſt. in ſum. § emphy-
6 teuſis num. 10. dicens quod defectus † ſolutio-
nis partis vnius, facit totam rem perire: & ex
iſtis concludi poteſt quod ex quo emphyteuſis

erat

erat deuoluta, ſit facta noua inneſtitura ſine tamen præiudicio ſucceſſorum; ſed quod in vi
7 ta † moderni Rectoris tantum duret, per ea quæ tradit Pap. in loco præcitato, & ſequitur Bertach. in ſuo repertorio, in verbo emphyteuſis reuertitur verſic. 11. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XXX.

Impedimentum publicæ honeſtatis.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia vt inducant impedimentum publicæ honeſtatis, debent eſſe valida.*
2 *Sponſalia valida quinq; requirunt.*
3 *Sponſalia debent contrahi à maioribus ſeptennio.*
4 *Sponſalia vt valeant non debent eſſe conditionalia.*
5 *Sponſalia in incertam perſonam non valent.*
6 *Sponſalia vt valeant non debet deficere conſenſus.*
7 *Sponſalia vt teneant, non debent poſt alia contrahi.*
8 *Sponſalia conditionalia, & in incertam perſonam non valent.*
9 *Sponſalia à patre pro filio caetnte valent.*
10 *Filij obligantur tacitè conſentientes patri eos nubenti.*
11 *Filij debent eſſe præſentes, vt obligati ſint patre eos nubente.*
12 *Scientia requiritur, vt filij ſint obligati eorum patre ipſos nubente.*
13 *Conſenſus, vt obliget, non debet habere errorem.*
14 *Error conſideratur quadrupliciter.*
15 *Error perſonæ, & conditionis non vitiat matrimonium.*
16 *Scientia debet eſſe plena, & ornata ſuis qualitatibus, vt obliget.*

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

PAter promiſerat filiam in matrimonium cuidam iuueni, & vigore promiſsionis, factæ fuerunt publicationes ſciente, & non contradicente filia, quæ tamen noluit contrahere; & fuit in dubiũ reuocatum, ipſam cogi poſſe, ſuper quo articulo reſpondi vt infra.

1 Sponſalia debent eſſe valida † ad inducendum publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum in primo gradu, ad Sacroſancti Concilij Tridentini diſpoſitionem de qua c. 3. de refor-
2 mat. matrim. ſeſſ. 24. valida † autem quinq; requirunt quorum defectus alter ſufficit ad impedimentum matrimonium. Primnm quod cõ-
3 trahatur † à maioribus ſeptenio. c. Iuuenis. de
4 ſponſ. Secundum quod non ſint † cõtracta ſub conditione. c. 1. eod. tit. in 6. & ibi Gloſ. Tertiũ
5 quod ſint certa; quia in incerta † perſona non infertur conſenſus. c. Sponſa. & d. c. Iuuenis. de ſponſ. & ca. 1. eod. tit. in 6. Quartum quod con-
6 ſenſus † non deficiat. c. Dilectus. eod. tit. Quin-
7 tum quod non † ſint contracta poſt alia ſponſalia, vel matrimonium. c. Ex ſponſalibus. eod.
8 tit. conditionalia † verò, & in incertam perſonam reddũtur innalida; & inualida nullum producũt effectum. Conc. in d. c. 3. pro quo Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. c. 22. nu. 57. Sed in caſu propoſito pater accepit votum filiæ de eam nubendo, non tamen in perſonam certam; imò filia appoſuit conditionem, dummodo in æqualem nuberetur, & ſecum habere poſſet filium primi matrimonij.

Videtur tamen dubitandũ ipſam cogi poſſe, ex quo preſtaſſe dicitur conſenſum, quando ſciuit fieri denuntiationes, & non contradixit: nam licet tacitus conſenſus regulariter
9 non operetur; fallit tamen in patre † contrahente ſponſalia pro filio tacente. c. Vnico. §. fin. de deſponſ. impub. libr. 6. ſequitur Nicol.
10 mot. de ſponſ. §. qui poſſ. contin. nũm. 6. & filij † expreſsè, vel tacitè conſentientes obligantur. Abb. in conſ. 65. in 2. vol. id tamen procedit ita
11 demum ſi patre † contrahente ſponſalia, filius ſit præſens, & non diſſentiat; vt in d. §. fin. ibi ſi præſentes fuerint; vel ſi ſint abſentes, ea po-
12 ſtea rata habeant: quoniam requiritur † ſcientia; vt illic textns; nam conſenſus vt inferat præiudicium, ſiue tacitus, ſiue expreſſus debet
13 † eſſe certus: & ſine errore: quia error impedit matrimonium; nihil enim eſt magis conſenſui contrarinm, quàm error. l. Si qnis per errorem. ff. de iuriſd. omn. Iud. qui quidem error
14 † quadrupliciter conſiderari poteſt: reſpectu ſcilicet perſonæ, conditionis, fortunæ, & quali-
15 tatis. error verò perſonæ, † ſeu conditionis vitiat matrimonium. c. 1. 29. quæſt. 1. vnde quod attinet ad caſum noſtrum non ſufficit filiam ſciuiſſe denuntiationes fieri, cum non fuerit certiorata de conditionibus ab ea poſitis: nã
16 ſcientia † ad hoc, vt inducat obligationem, nõ debet eſſe ſimplex, ſed plena, & ornata ſuis qualitatibus, & circumſtantijs. Gl. in ca. Concertationi. in verbo ſciuerit. de appel. in 6. vbi Doct. & hæc maximè in dubio ſunt cenſenda fauore libertatis, ad imitationem Concilij. Ex quibus reſultat concluſio quod iſta filia non ſit cogenda; qnia non fuit certiorata de conditionibus ab ea poſitis, quando pater recepit votum de ea nubenda in genere: non ſpecificata perſona: & ita iuris eſſe cenſeo, ſalua correctione. S. Matris Eccleſiæ. Laus Deo, & B.M.

SVM-

Digitized by Google

CONSILIVM XXXI.

Habens ius præſentandi, an ſine titulo admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Notorium non requirit probationem.*
2 *Præſentatio admiſſa dat poſſeſſionem,*
3 *Quaſi poſſeſſio continuatur in filios, & ſucceſſores.*
4 *Concilium c.9.ſeſſ.25.loquitur de titulo.*
5 *In poſſeſſione, vel quaſi, omnis eſt manutenendus.*
6 *Poſſeſſio habet plus facti quàm iuris.*
7 *In iudicijs poſſeſſorijs non quæritur an quis iuſtè poſſideat.*
8 *In iudicio poſſeſſorio ſufficit colorare poſſeſſionem.*
9 *Poſſeſſor eſt manutenendus in ſua poſſeſſione.*
10 *Inſtitutio includit poſſeſſionem.*
11 *Nemo tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
12 *Ad acquirendum iuſpatronatum requiritur dotatio, ſeu fundatio aut præſcriptio.*
13 *Aliud eſt res ipſa, aliud poſſeſſio rei.*
14 *Poſſeſſio acquiritur ex vnica præſentatione ſequuta inſtitutione.*
15 *Præſentatus eſt præferendus in poſſeſſorio.*
16 *In poſſeſſorijs ſufficit prætendere ſe hæredem.*
17 *Poſſeſſio patris continuatur in filium*
18 *In notorijs non requiritur probatio.*

In Domino confido.

FACTI SPECIES.

DVo in præſenti conſultatione ſunt præmittenda; vnum ſcilicet, quod
1 quando aliquid eſt in loco † notorium; non eſt opus probatione. cap.
Tua nos. de cohab. Cler. & mul. imò ſola fama
ſufficit. c. Illud. de præſump. Alterum quod ex
2 ſola † præſentatione ab Ordinario admiſſa, acquiritur quaſi poſſeſſio præſentandi. Roch. de
Curt. de Iur. pat in verbo competens, num. 34.
3 35. & 39. quæ † continuatur in filios, & ſucceſſores prout latè tradit Lamb. in eod. tit. artic.
22. 3. quæſt. prin. 1. part. 2. libri.

In quo articulo multi Iuris periti ſcripſerunt; & poſt alios Illuſt & Reuer. D. Turturellus Bononienſis grauis huius temporis in partibus Canoniſta, cui adhærens concludo præſentationem à Domino Muzzarino factã ad-
4 mittendam eſſe: quia Concilium † Tridentinum. in c. 9. ſeſſ. 25. de reform. loquitur de oſtẽdendo tit. ex fundatione, dotatione, vel præ-
5 ſcriptione: ſed nos agimus de † poſſeſſione, vel quaſi, præſentandi: in qua vnuſquiſque eſt manutenendus. cap. Conſultationibus, de Iur. pat. Paul. deciſ. 317. in 2. part. etiam ſi eſſet præ
6 do. c. in Litteris de reſtit. ſpol. nã † poſſeſſio habet plus facti, quàm iuris. l. deniq; ff. ex quib.
7 cau. maio. & ideò in iudicijs † poſſeſſorijs non quæritur, an quis iuſtè, vel iniuſtè poſſideat, ſed ſolum an de facto poſſeſſionem habeat. l. 3. ff. vti poſſid. & d. c. in Litteris. in quo iudicio
8 † ſufficit colorare ſuam poſſeſſionem, oſtendendo poſſidere cum auctoritate Iudicis. ad not. per Stafil. de Grat. expect. §. Spoliatus. nu. 5. prout euenit in caſu propoſito in quo præſentatio fuit admiſſa per Ordinariũ: vnde quã uis præſentatio, & ſeu inſtitutio non eſſet Ca-
9 nonica, poſſeſſor † eſt manutenendus in ſua poſſeſſione, vt Stafil. loco allegato, & proſequitur latè Ioſeph Lud. concluſ. 42. ampl. 13. & maximè locum habet, vt cenſuit Doctiſſimus Turturella; quoniam facto proceſſu coram Or-
10 dinario, ſequuta eſt inſtitutio, in qua † includitur poſſeſſio. vt Paul. in deciſ. 337. in 2. part. Cuius poſſeſſionis titulum oſtendere non eſt
11 neceſſe, quia regulariter nemo † tenetur oſtẽdere titulum ſuæ poſſeſſionis. l. Cogi. C. de petit. hæred. & ſic nos ſumus extra caſum Concilij; vbi loquitur de iure acquirendo ex titu-
12 lo; quoniam ad acquirendum † Iuſpatronatũ requiritur, dotatio, ſeu fundatio, vel præſcriptio per multiplicatas præſentationes. quod tenuit etiam Cald. in conſ. 12. de iur. pat. quod ius tractandum eſſet in iudicio petitorio; in quo res ipſa inſpicitur: ſecùs verò in iudicio
13 poſſeſſorio. Aliud † enim eſt res ipſa, & aliud poſſeſſio rei. Bal. in l. Ordinarij. num. 5. & 7. C. de rei vend. vbi dicit quod in poſſeſſorio non eſt opus niſi probare factum poſſeſſoriũ: quia de facto tantum diſputatur, non de iure: & ideò cum verſemur circa ſolam poſſeſſionem,
14 quæ † vnica præſentatione, inſtitutione ſequuta, acquiritur. Lamb d. tit. de iurepat. 11. artic. 3. quæſt. princ. 1. part. 2. lib non eſt quærendum de tit. in tantum quod, & ſi eſſet controuerſia
15 inter proprietarium, & poſſeſſorem, eſſet † præferendus præſentatus à poſſeſſore. Lamb. latè in d. tract. 19 artic 3 quæſt. prin. 1. part. 2. lib. num. 3. Quia in iudicio poſſeſſorio nõ quæritur an quis iuſtè poſſederit, ſed ſolum an de facto poſſederit. vt in d. c. Litteris de reſtitut. ſpol. Quare cũ Muzzarinus fuerit in quaſi poſſeſſione præſentãdi, Dominus Alexander eius filius in ea manuteneri debet, etiam ſi nõ pro-
16 bet ſe eſſe hæredem; quia in iſtis † caſibus ſufficit prætendere ſe hæredem. ad trad. per Put.
17 deciſ. 463. in fine lib. 2. in quo poſſeſſio † patris continuatur. Lamb. in d. tit. artic. 22. 3. q. prin. 1. par. 2. lib. & ſumus in caſu notorij; ex
18 quo non † requiritur alia probatio d. ca. Tua nos. de cohab. Cler. & mul. & ſolà fama ſufficit d. ca. Illud. de præſumpt. & per ea quam fuſius tractat Lamb. eod. tit. de iur. pat. in 7. artic. 7. q. prin. 3. lib. num. 4. & præſentatus ab ipſo eſt admittendus in iſto iudicio poſſeſſorio. & ita Sa-

cra

erâ Congregatio in c.9 ſeſſ.25.Concilij declarauit. in hæc verba. Quærebatur an habens trinas præſentationes poſt Concilium ſit tutus? Congregatio die 4.Februarij 1581. habere locum in poſſeſſorio. In cæteris me remitto traditis per alios conſulentes.

CONSILIVM XXXII.

Curatus in Eccleſia monachorum an viſitetur ab Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Cura animarum fuit à deo commiſſa Epiſcopis.*
2 *Vnio de beneficio curato non præiudicat diœceſano in iuriſdictione temporali.*
3 *Epiſcopis intelligitur in vnione reſeruata iuriſdictio.*
4 *Regulares prohibentur curam habere animarum:*
5 *Inſtitutio, & deſtitutio pertinet ad Epiſcopum:*
6 *Epiſcopus non cogitur ſequi conſilium monachorum in deputatione Curati, & num. 8.*
7 *Præſentatum ordinarius tenetur admittere, ſi ſit idoneus.*
9 *Epiſcopus non tenetur ſequi conſilium à lege diſpoſitum.*
10 *Epiſcopus poteſt conſtituere curatum in beneficio vnito Monaſterijs.*
11 *Epiſcopus debet curare vt cura animarum exerceatur.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

CAnonici regulares S. Trinitatis habent ſuo monaſterio vnitam Eccleſiam curatam; & recuſant clericum ſæcularem in curatum accipere deputatum ab Epiſcopo; vnde quæritur quid iuris?

Ad præſentis quæſtionis euidentiam, aduer
1 te quod cura † animarum præcipuè fuit commiſſa Epiſcopis à Deo cui ſunt rationem reddituri. c.Epheſis.43.diſtin. & habetur in Concilio Tridentino. c.1.de reform.ſeſſ.7. ſicut in Euangelio dixit Ieſus Chriſtus Dominus noſter Beato Petro: Paſce oues meas: & ideo ſa
2 cri canones conſtituerunt vnionem† de beneficio curato nō præiudicare diœceſano in his, quæ pertinent ad temporalem iuriſdictionē. de quo habemus textum in c.2. de relig. dom. vbi Abb. dicit; quod quando Papa facit vnionem de beneficio alicui loco religioſo, debet conſeruari in ſuo ſtatu. & textum in c. Paſtoralis.de priuil.& ibi Innoc.refert, quod Epiſcopus habebit in iſtis Eccleſijs omnia ſpiritualia, & omnem iuriſdictionem: quoniam vni
3 cuique† Epiſcopo ſemper intelligitur reſeruata ſua iuriſdictio, aliàs confunderetur ordo.c. Peruenit.11.q.1.

Habemus etiam textū in c.1.de Capell.Mo
4 nach.vbi regulares † prohibentur curam animarum exercere, etiam ſi monaſteriū habeat curam animarum. quæ exerceri debet per clericum ſæcularem. Ad quod facit concilium in
5 c.11.ſeſſ.25.de regul. inſtitutio † enim, & deſtitutio ad Epiſcopum pertinet. Quem curatū monachi amouere non poſſunt, vt dicit Gl. & Doct.in d.c.1. de Capel. monach. & quamuis in textu dicatur quod inſtitutio ſpectat ad Epiſcopum cum conſilio monachorum; tamen
6 non † cogitur conſiliorum eorum ſequi, vt tenet Abb.ibi num.6. aliud enim eſt præſentare,
7 & aliud conſulere: nam Epiſcopus † præſentatum idoneū tenetur admittere toto titulo, &
8 doct.de iur. pat. non ſic † conſilium ſequi, vt tradit Couuar. in c.3. 2.part §.8.num.3.de te
9 ſtam. & maximè quando lex † diſponit conſilium adhiberi, vt ita diſtinguendo notāt doct.
10 in c.Cum olim de arbit. Quare Epiſcopus † de iure poteſt curatum in beneficio vnito monaſterio conſtituere, nec monachi eum amouere poterunt. Quod à Conc. Tridentino etiam traditum repetitur; dum in c.7. ſeſſ.7 diſponitur quod beneficia curata, etiam monaſterijs vnita, ſingulis annis viſitentur ab ordinarijs loco
11 rum; qui procurent † prouidere, vt cura ibidē animarum exerceatur, per vicarios etiam perpetuos, ſi ita videbitur expedire, vel aliter: & ita ab Illuſtriſſima Congregatione fuit declaratum pro Ciuitate Mutinæ in materia parochialis vnitæ Monaſterio S. Petri monachorū S.Benedicti: & quia Abbas tenuit admittere curatum ab Epiſcopo deputatum, fuit priuatus. Ita Deo dante iuris eſſe conſulo; vt Ordinarius poſſit deputare curatum, nec Monachi poſſint reſiſtere.

CONSILIVM XXXIII.

Secunda penſio an, & quomodo valeat.

SVMMARIVM.

1 *Gratia valet ex ſola ſignatura, etiam bullis non expeditis.*
2 *Signatura facit gratiam validam.*
3 *Bullæ expediri poſſunt mortuo Papa: in forma, rationi congruit.*
4 *Penſio ſecunda nō valet niſi fiat mentio primæ.*
5 *Secunda penſio ſine mentione primæ eſt nulla.*
6 *Moderatio præſupponit validitatem.*
7 *Gratia inualida non conualidatur niſi à Papa.*
8 *Penſio reſeruari non poteſt ſine conſenſu grauati.*
9 *Conſenſus requiritur ēt in moderatione penſionis.*
10 *Rector ſoluēs penſionē inualidā, eā nō cōualidat.*
11 *Penſionarius habet electionem, vel contra rectorem, vel hæredes anteceſſoris.*
12 *Rector habet actionem contra hæredes anteceſſoris, ſi ſoluat decurſas penſiones.*

Præbe mihi Domine auxilium, & ego annunciabo veritatem.

FACTI SPECIES.

FVit facta reſignatio cuiuſdam Parochialis in manu Papæ cum reſeruatione penſionis ſcutorum quinquaginta Domino Ioanni Morono, qui ſignata ſupplicatione diſtulit expedire bullas: & tamen Rector ſoluit quotannis ei penſionem, ſicut ſucceſſor, primo Rectore mortuo per aliquot annos; ſed poſtea diſtulit eam ſoluere, & deceſsit; & beneficium fuit alteri collatum cum reſeruatione ſcutorum 100. ad fauorem Domini Octauij Viſdomini, nulla mentione facta primæ penſionis: quam penſionem vltimam nouiſsimus Rector ſoluit per nonnullos annos. Interim primus penſionarius expediuit ſuas bullas, quas intimauit Rectori, petens, & præſentes, & decurſas penſiones: & ſecundus penſionarius etiam prætendit ſecundam penſionem ſibi deberi, vnde quæritur primo, An prima penſio valuerit, literis non expeditis? ſtante regula Cancellariæ qua diſponitur, quod non iudicetur ſecundum ſupplicationem, ſed ſecundum tenorem literarum expeditarum. Secundò, An dato quod valuerit; & bullæ expediantur: an valeat ſecunda reſeruatio? Tertiò, An, ſi non valeret ſecunda penſio, moderari poſſet ſine conſenſu moderni Rectoris, vel requiratur noua ſupplicatio? Quartò, An modernus Rector poſsit, ſi velit, ſoluere ſecundam penſionem ad præiudicium ſui beneficij? Quintò, An primus pēſionarius poſſit agere contra modernum Rectorē pro præteritis penſionibus?

Breuiter, & concluſiuè procedendo reſpondeo; quod (vt attinet ad primum quæſitum)
1 gratia † valet etiam literis non expeditis, ex ſola ſignatura. nam gratia conſiſtit in ſolo verbo Pontificis. ad Gl. in Clem. dudum. in verbo, ſeu verſic. verbo de ſepult. quod diffusè notat Hieron. Gig. de penſ. q. 34. nu. 7. 8. & 9. Caſſad. eod. tit. deciſ. 2. num. 5. & 10. & 12. ita quod qui eam exigit, & qui ſoluit, tutus eſt in foro conſcientiæ. Nec obſtat illa regula, quia habet locum ſolum in foro contentioſo, in quo aliquis tentaret ſibi gratiam admitti, quia non debet iudicari iuxta ſupplicationem, ſed ſecundum tenorem literarũ expeditarum: ſecùs verò quo
2 ad validitatem, quia ſola † ſignatura facit gratiam validam. Lud. Gom. in ea regula quæſt. 14. Caſſad. & Gig. in locis allegatis: & literæ, ſeu
3 bullæ † poterunt ſemper expediri, etiam mortuo Pontifice, qui gratiam feciſſet; & tunc expediuntur in, rationi congruit. vt notat. Gig. in d. tit. quæſt. 40. num. 3. & 4.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, quod
4 ſecunda penſio † non valet, cum non ſit facta mentio primæ, vt ita ſecundum allegata tenet Hieron. Gig. in d. tit. de penſ. quæſt. 29. in prin. & Caſſad. eod. tit. deciſ. 1. in princ. & deciſ. 3. etiam in prin. & illic num. 5. dicit; quod ſecunda
5 † non facta mentione primæ fuit etiam à principio nulla & ſubreptitia. quod ſequitur Paul. deciſ. 301. & deciſ. 311. in 2. part. vbi dicit quod ita fuit in Rota iudicatum de anno. 1551. & etiam poſtea confirmatum anno prædicto 27. Nouembris: quod etiam affirmauit in deciſio. 312. Socin. conſil. 260. in cauſa Mutin. cantoriæ num. 1. & 2. lib. 2. Ferret. conſ. 338. num. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 5. nu. 134. lib. 4. Caputaq. deciſ. 407. in 1. part. Accoramb. deciſ 36.

Ad tertiam reſpondeo qd̃ nõ ſumus in caſu
6 moderationis; quia moderatio † præſupponit validitatē; ſed quia nimis grauat reducitur ad ho
7 neſtatē; gratia † vero inualida nõ conualidatur niſi à Papa. Paul. deciſ 309. in 2. part. n. 2. nec re
8 ſeruari † poteſt ſine conſenſu Rectoris, vt in regula prædicta, in qua hoc eſt cautum, vt in imponenda penſione accedere debeat cõſenſus grauati; & tradit Gig. in d. tit. quæſt. 10. nu. 8. & Caſſad. deciſ. 4. num. 6. ita in moderatione
9 † accedere deberet, quando Papa procederet ex ordinaria poteſtate. Caccialup. in d. tit. de penſ. quæſt. 24. num. 9 & 10. & ſequitur Gig. in quæſt. 37. num. 6. 7. & 8. [illegible]

10 Ad quartã, dico quod ẽt ſi modernus † ſolueret d. ſecundã penſionem, eam non validaret ad præiudicium beneficij. Caſſad. in d. deciſ. 3. nu. 7. quem ſequitur Gig. in d. tit. quæſt. 29. nu. 5.

Ad vltimam quæſtionem reſpõdeo primum pẽſionarium poſſe agere etiã contra vltimum Rectorẽ pro decurſis penſionibus; quia habet
11 electionẽ, vel contra hæredes primi Rectoris; vel contra poſſeſſorem beneficij: quia penſio
12 fuit impoſita ſuper fructibus; ipſeq; poſſeſſor habebit actionem contra hæredes primi, qui habuerũt fructus. vt notat Gig. in d. tit. q. 39. per totam quæſtionẽ. & ita vt ſupra iuris eſſe cenſeo. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XXXIV.

Secũda penſio an valeat ex mẽte Dñi Turturelli.

FACTI SPECIES.

IN præſenti caſu in quo ſcripſit Reu. Grilẽzonius idẽ puto, quod ſcilicet ſecunda penſio reſeruata ſuper fructibus, & prouentibus beneficij, non facta mẽtione de alia prima, qua idem beneficium per prius grauatum reperiebatur, fuit, & eſt nulla: quia ſi Papa fuiſſet factus certior de priori grauamine, non impoſuiſſet ſecundũ vel ſaltem difficilius: Soc. in conſ. 260. in cauſa Mutin. Cantoriæ, nu. 1. verſ. Prima rõ, & n. 2. lib. 2. Io: Bapt. Ferrer. conſ. 388 in cauſa Piſana nu. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 5. nu. 134. latè Gig. de penſ. q. 29. per totũ: vbi ſub num. 4. ſubdit, hoc procedere etiam ſi ſecunda penſio fuerit motu proprio reſeruata: dummodo non ſit facta mentio de prima hoc

etiam

etiam latè tradit Caſſad. allegatus in deciſ.3. & deciſio.4.vbi, quod plus eſt, oſtendir procedere in rantum, quod ſecunda penſio in qua de prima non ſuit facta mentio, eſt ira ipſo iure uulla, quod etiam extincta prima, etiam vigore facultatis eam rransferendi, nihilominus non tenet, nec reuiuiſcit ſecunda. & idem tenet Caputaq. deciſio. 407. in prima parte.& Chiſanen. deciſ. 134. incipit, Penſio ſi fuetit impoſira;& Fab.Accoramb.deciſ. 36.

Et potuit primus Penſionarius tecipere terminos ibi ſolutos.etiam litteris non expeditis. iuxta latè tradita per Gig. quæſt. 34. & quæſt. 40. pet alium conſulentem allegatum. & maaimè ſtante ſolita clauſula; habitis literis pro intimatis,ſeu quas pro intimatis haberi voluit:iuxta tradita per Rebuff.in 1. tractat.ſuper conſtitut. Regni titu. de chyrographo,num.40.verſi.nota valere conuentionem. ſed talis ſolutio non præiudicat nullitati ſecundæ penſionis: vt habetur per Caſſad. deciſ.3.& 4.de penſ.vbi etiam habetur quod ſtãte tali nullitate non eſt agendum de reductione, vel modificatione ſecundæ penſionis. cum ab initio ſuerit,& ſit nulla: vt per Gig.allegatum quæſt.39.num. 5. & ſi primus penſiorius eſt creditor aliquorum terminorum à præcedente, Rectore; poteſt illos petere vel ab hæredibus primi Rectoris; vel à moderno Rectore, qui poſtea repetat à dictis hæredibus. iuxta tradita per Gig. in d. q. 39. & pet Put. deciſ. 189. incipit penſio erat reſeruata. libr. ſecundo.

Erit tamen aduertendum, quod dicenti reſeruationem ſecundæ penſionis propter exiſtentiam primæ de qua non ſit facta mentio, eſſe nullam; incumbit onus probandi validitatem primæ: vt per Cottam deciſ.107.incipit Lunę 24.Martij,& deciſ.110.incipit, An ſtante clauſula.in 2.lib. diuerſorum debet enim docere de reſeruatione penſionis benè facta, & ab habente poteſtatem, & de capacitate penſionarij, quod ſcilicet eſſet Clericus, & habilis ad illam. vt plenè habetur per. d. Cottam.

Franciſcus Turturellius Aduocatus Bononienſis.

CONSILIVM XXXV.

Socius criminis in cauſſa Simoniæ an faciat indicium.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis in cauſſa ſimoniæ non facit indicium: contra num.2.*

2 *Socius criminis in cauſſa Simoniæ facit indicium.*

3 *Crimen Simoniæ eſt de exceptuatis.*

4 *In cauſſa ſimoniæ admittuntur præſumptiones.*

Dominus ſit in corde meo, vt veritatem dicam.

FACTI SPECIES.

Interrogatus. An ſocius criminis in cauſſa ſimoniæ faciat indicium ad torturã: ita reſpondeo.

1 SOcius † criminis etiam in ea cauſſa ſimoniæ non facit indicium ad tor-
2 turam. Alciat. in conſil.2.num. 4. libr. 1. ſed † contrarium verius eſſe puto: per text. cum Glo. in c. Siquis Papa. 79. diſtin. & tradit Nouell. in tractat. ad deſen. reorũ §. quæ perſonæ accuſare non poſſunt. num. 34. &
3 cum crimen ſit † de exceptuatis, inditiũ erit ad torturam: quod eſt commune dictum; ſicut atteſtatur Gomet. tit. de delict. c. 11. num. 16. & 18. verſic. Sed his non obſtantibus. Marc. Ant.
3 Blan. de indit. num. 182. Quoniam in iſto † crimine admittuntur præſumptiones. c. Sicut, il 1. vbi Abb. de ſimon. Alb. de rol. tit. de teſtib §. expedita num. 23 & contra Alciatum eſt Glo. notabilis in c. Per eum allegato. c. Veniens, il 1. in verbo confeſſo. de teſt. & Gloſ. cum textu. vbi Gemin. in ca. 1. de teſt. in 6. & ita iuris eſſe conſului; Laus Deo. & B. M.

CONSILIVM XXXVI.

Simonia in beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Vbi Papa manum apponit, inferior non poteſt ſe intromittere.*

2 *Inferior etiam de partium conſenſu non poteſt tractare cauſſam à Papa auocatam.*

3 *Appoſitio manus ſuperioris habet vim derogationis.*

4 *Appoſitio manus Papæ, etiam ſine inhibitione, ligat manus inferiorum.*

5 *Appoſitio manus Papæ, operatur reuocationem ab inferiore, etiam ignorante.*

6 *Cauſſa per Papam vel Delegatum agitata reuocat negotium ab aliјs.*

7 *Notorium non indiget probatione.*

8 *Per ſcientiam, & tollerantiam Papæ, remittitur ſimonia.*

9 *Prohibitum, quia ſimoniacum, eſt de iure diuino.*

10 *Simoniacum, quia prohibitum, eſt de iure poſitiuo.*

11 *Scientia, & tollerantia Papæ, in his quæ ſunt de iure poſitiuo, excuſat.*

12 *Diſſimulatio Papæ habet vim diſpenſationis.*

13 *Papa ſciens rem illicitam, & nihil faciens, purgat vitium.*

14 *Simonia eſt dare, aut recipere temporale pro Spi*

rituali, vel annexo.

15 *Penſio, quæ non ſit in titulum beneficij, conſiſtit in temporalitate.*

16 *Penſio non data in titulum non venit appellatione beneficij.*

17 *Penſio ſuper fructibus impoſita non poteſt dici beneficium.*

18 *Cauſſa penſionis eſt profana.*

19 *Penſio non data in titulum cadit in Laicum; nec tenetur dicere Officium.*

20 *Penſionarius poſſet matrimonium contrahere.*

21 *Penſio non eſt beneficium, & poteſt dari Laico.*

22 *Vendere officia temporalia Eccleſiaſtica, non eſt ſimonia.*

23 *Penſio remitti poteſt ſola partium voluntate.*

24 *Penſio æquiparatur contractibus profanis.*

25 *Vendere præbendam temporalem non facit ſimoniam.*

26 *Præbenda temporalis eſt illa, quæ non habet Canonicatum annexum.*

27 *Spiritualia, vel ſpiritualitati annexa quæ ſint.*

28 *Penſiones non poſſunt expediri niſi de conſenſu partium.*

29 *Simonia non cadit coram Papa.*

30 *Supplicatio penſionis ſignata ſufficit ad eam exigendam.*

31 *Supplicatio ſignata perficit gratiam.*

32 *Literæ expeditæ operantur, vt pœna in eis contentæ poſſint fulminari.*

33 *Omnis cauſſa, etiam beſtialis, excuſat à dolo.*

34 *Omnis cauſſa, etiam iniuſta, de genere prohibitorum, excuſet à dolo.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

VAcante quadam Manſionaria in Cathedrali fuit electus Reuer. Dominus Io: Baptiſta Caſalis, qui præſtitit conſenſum de ſoluenda pēſione ſcutorum 50. cuidam nepoti Reuerendiſs. Epiſcopi; ſed Papa noluit eam admittere niſi pro 40. & habitis bullis per Epiſcopum, qui curam habuit expeditionis, videns penſionem reſeruatam ſolum in 40. fecit ante præſentationem literarum tractare cum d. Caſali de extinguendis decem ſcutis; intendens nolle pro ne pote in damnum eſſe illorum decem, ſtante quod conſenſus fuerat præſtitus in 50. Et ille Caſalis ignorans Papam noluiſſe eam admittere niſi in 40. credens reſeruatam in 50. & verè extinguere illa decem, ſoluit mediatori ſcutos 50. pro quinq; annatis quibus ſolutis infra biduum fecit d. Caſali dare litteras expeditas in 40. tantum ex quo ille cognouit fraudem, & de quo ſucceſſor in pontificatu monitus, mandauit Reuer. Epiſcopo Nouarienſi, vt de iſto caſu ſe informaret præter alios; qui examinauit d. Caſalem; & Papæ retulit, ſed re poſtea Epiſcopi data ſilentio; Epiſcopus fecit in carcerem detrudi d. manſionarium; inquirendo eum ſuper ſimonia prætenſa ex ſolutione dictorum 50. & conſultus ſuper negotio: reſpondi vt infra.

Primò namq; ex quo cauſſa huiuſmodi per manum Papæ fuerat actitata non potuit d.
1 Epiſcopus vlterius procedere: nam vbi † Papa manum apponit, inferior non poteſt ſe intromittere. cap. Vt noſtrum. vbi Abb. Dec. & alij. de appell. Rot. deciſio. 3. alias 11. verſic. Sed pone. de appell. in nouiſs. cap. Licet, de offic. leg. ſtante enim auocatione cauſſæ per Papam
2 factæ, iudex † inferior, etiam de partium conſenſu, procedere non poteſt: in tantum quod ſecùs agens, omnia acta ſunt nulla. Menoch. in conſil. 83. nume. 31. in 1. volum. vbi dicit quod
3 appoſitio † manus ſuperioris habet vim derogationis: imò, quod plus operatur, quàm reſeruatio. faciunt tradita per Hieron. Gab. in conſ. 166. num. 6. in 1. lib. dicens quod ſuper ne-
4 gotio † cui Papa manum apponit, etiam ſine inhibitione, ligantur manus inferiorum, & iſtos ſecutus eſt Lancell. de attent. cap. 10. in 2. part. nume. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. ampliando per diuerſos caſus. & ibi num. 44. dicit ex opinione Ruin. in conſil. 76. nume. 6. in 5. volum. quod iſtud debet intelligi etiam ſi auocatio
5 eſſet facta motu proprio; nam operatur † reuocationem etiam Iudice ignorante. quod ſequitur additio ad deciſio. 480. Capell. Tholoſ. verſic. Adde quod dicit. nempe quia ex ſola ſimplici cognitione facta per Papam, videtur reuocare iuriſdictionem de manu inferioris: vt ibi in illa additione. quia, quando cauſſa †
6 agitur coram Papa, vel delegato ab eo, videtur negocium reuocaſſe ab alijs. quod ita tenuit Innoc. in cap. Cum. M. ad finem. de conſtitut. & ita quotidie ſeruatur in curia, vt cauſſa ſemel ad Papam delata, non poſsit ab eo extrahi, niſi de eius certa ſcientia. Put. deciſ. 240. nume. 2. libr. 2. ergo nulliter per Epiſcopum proceditur contra d. Manſionarium.

Quod iſta cauſa fuerit in manu Papæ mediante Reuer. Epiſcopo Nouariæ delegato, non eſt neceſſe probare, cum ſit adeò noto-
7 rium † quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. capit. Tua noſ. de cohab. Cler. & mul. ſed ſufficit eam allegare iuxta Gloſ. in Clem. appellanti. in littera E. de appel. imò ſufficit inferiorem habuiſſe notitiam. ad trad. per Lancell. vbi ſupra, num. 23. & ſic omnia attentata poſtea ſunt reuocanda. Ex quibus reſultat cōcluſio, quod ſi cauſſa iſta eſſet ſimoniaca; (qd tamen non eſt dicendum, ſaltem ex parte Manſionarij, vt infra dicetur) intelligeretur remiſſa; ex quo Papa contra eum vlterius

non

8 non proceſsit;quia data ſcientia † Suæ Sancti-
tatis;per tollerantiam, intelligeretur remiſſa
ſimonia de iure poſitiuo introducta: ad quod
oſtendendū aduerto,ꝙ duplici modo dicitur
aliquid eſſe ſimoniacū: Primò qñ aliquid eſt
prohibitum quia ſimoniacum. Secūdò qñ eſt
Simoniacum quia prohibitum: & inter iſta eſt
9 maxima differentia; nam prohibitum, † quia
eſt ſimoniacum, eſt de iure diuino; vt vende-
10 re Sacramenta & ſimilia. ſed Simoniacum, †
quia prohibitum,eſt de iure poſitiuo.vt ita no
tat Gl.in cap.Ex parte,il 1.in verbo, dimitte-
te.de offic.deleg.& in ca.Cum pridem. in ver-
11 bo,Illicite.de pact.& in his,† quæ ſunt de iu-
re poſitiuo,ſcientia,& tollerantia Papæ excu-
ſat.Lancell.de attent.in 3.part.ca.29. num. 55.
& 56.Innoc.in c.Quia circa. de conſang. & af-
12 fin. dum dicit quod diſsimulatio † habet vim
diſpenſationis:ad quod facit optima Gl.in ca.
Aqua.in verbo Tolleramus. de conſec. Eccleſ.
vel altar.Caſſad.qui loquitur in terminis. de-
ciſio.2.num.4.de Simon.vbi concludit quod in
his,quæ ſunt Simoniaca,quia prohibita, Papæ
tollerantia excuſat; quod etiam probat ſecū-
dum Armill,tit.de Simon. num. 8. Syl.etiam
in ſumm.eiuſdem tit.ſub num.4. eo ipſo quod
13 Papa † habet notitiam rei illicitæ, & nihil fa-
cit, intelligitur purgatum vitium de quo eſt
text.cum Gloſ.in verbo,Ex iuſsione.in ca.Niſi
eſſent. de præben. ex quibus datur intelligi;
quod nulliter proceditur contra. d.Manſiona-
rium;tum ex defectu iuriſdictionis;tum etiam
quia quatenus Simonia aliqua fuiſſet ex par-
te d.Manſionarij (quod eſt à veritate alienū,
vt infra demonſtrabitur) intelligeretur eſſe
purgata.

Modo ad cognitionem iſtius caſus, An ſci-
licet iſte manſionarius commiſerit Simoniam?
eſt aduertendum quod ſimonia in his, quæ
ſunt iuris poſitiui,vt tradunt Canoniſtæ in Ru
brica iſtius tituli de Simon. & præſertim Ho-
14 ſtien.in ſumm.eſt dare;† vel recipere aliquod
temporale, pro ſpirituali,vel ei annexo: ſecū-
do autē Theologos,de quibus ſummiſtæ eod.
tit. eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel venden-
di aliquid ſpirituale, vel annexum ſpirituali:
vnum autem hoc eſt, quod ſimonia committi-
tur dando,vel recipiendo aliquid temporale
pro ſpirituali,vel annexis; ſi modo id fiat ani-
mo deprauato. ſicuti tradunt Doct. in eo. tit.
Ergo à contrario ſenſu non erit Simonia dan-
do aut recipiendo quid temporale pro aliquo
15 non ſpirituali, vel annexo:ſed penſio, † quæ
non ſit data in titulum beneficij, conſiſtit in
ſola,& mera temporalitate;vt notat Felin. in
c.Ad audientiam il 2.verſic.4.concluſio.de re-
ſcript. Card.in Clem.2.quæſt.9.de offic.Ordin.
Hieron.Gig.de penſ.quæſt.7.& quæſt.21.cum
16 ibi alleg.quæ † non venit appellatione bene-
ficij. vt in d. cap. Ad audientiam, vbi Abb.in
17 1. notab.dicit quod Penſio † impoſita, ſuper
fructibus beneficij non poteſt dici benefi-
cium: quia eſt quid temporale: quod proſe-
quitur Gom. in regula de Trienn. poſſ. quæſt.
50. dicens quod onus penſionis impoſitæ ſu-
18 per fructibus eſt temporale, & eius cauſa †
eſt profana.& eſt tex in c. Quamuis vbi Fran.
19 Anch.& alij.de præben. in 6 & penſio, † quæ
non ſit data in titulum beneficij, cadit in Lai-
cum,qui non tenetur dicere Officium; de quo
late Gig.eod.tit. de penſ. quæſt. 30. & in tan-
tum quod cum eo poſſet diſpenſari, vt ſi ma-
20 trimonium † contraheret licitè penſionem
haberet.Imol.in c.Diuerſis.nu.5. de Cler. con-
iug.& communiter Doct.in c.1.eod. tit. Cuch.
in ſua inſtituta Canonica.titu. de hor. Canon.
21 num.17.vbi dicit quod penſio † non eſt bene-
ficium,& poteſt dari mero Laico. Dediſſe igi-
tur ſcutos 50.Reuer.Domino Mediatori inter
Epiſcopum, & Manſionarium non facit ſimo-
niam, nec etiam ex parte d.mediatoris, licèt
22 fuerit turpis quæſtus: quia vendere † Offi-
cia Eccleſiaſtica temporalia non conſtituit
ſimoniam,ſed ſolum facit turpes quæſtus. In-
nocen.in cap.1 ne Præl. vic ſu. quem ſequitur
Gond. Villad. titu. de legat.quæſtio.15.nume.
41.dicens quod vendere Officia Eccleſiaſtica,
quæ ſpiritualitatem non habeant annexam,
non eſt ſimoniam committere; licet ſit abſti-
nendum propter ſpeciem mali: ergo in caſu
propoſito non eſt ſimonia.Caccialup.de penſ.
23 quæſt.10.hinc eſt quod ſola † partium volun-
tate penſio poteſt remitti,& caſſari ſine Papæ
auctoritate. vt tenuit. Lud. Gom. in regula de
infirm.reſsign.quæſt.16. qui multa ad propoſi-
tum præſentis caſus notat, & eſt videndus: &
24 in ſpecie dum dicit, quod penſiones † æqui-
parantur contractibus profanis; & ideò in eis
non poteſt fieri ſimonia; ſicuti non comitti-
25 tur vendendo † præbendam temporalem:
quod tenuit Rot. anno Domini 1552. quarto
Aprilis; vt refert Paul. Caputaq. deciſio. 237.
26 in 3.part.præbenda † verò temporalis illa eſt,
quæ non habet Canonicatum annexum: ſicut
not.Ioan.de Selu.tit.de beneſ. quæſt. 7.nume.
4.ita,& pari ratione penſio, quæ non ſit data
in titulum beneficij, cum ſit quid temporale,
27 non conſtituit ſimoniam. Quæ autem ſint †
ſpiritualia,vel ſpiritualitati annexa fuſius ha-
betur per d.Ioan.de Selu.in eo loco nume. 43.
& 44. in quibus non eſt facta mentio de pen-
ſione licet de præbenda, quæ ſit Canonicatui
annexa: ergo non eſt cur in iſto caſu agatur de
ſimonia. ſed ſolum de turpi quæſtu: ad cuius
reſtitutionem ille mediator teneretur.

Nec obſtat quod hodie penſiones nō impo-
nātur niſi à Papa.ideò ille mediator,& Caſalis
nō poterat extinguere illud qđ nō erat in eſſe:
& quod in caſibus etiā in quibus penſio aucto-
ritate Papæ, ſit conſtituta,non debet extingui

ſine eius auctoritate,dando,vel tecipiendo pe
cuniam pro annatis ad tollendam ſuſpenſio-
nem rei illicitæ.Quia primæ obiectioni reſpō-
deo,quod iuxta regulam Cancellariæ non poſ-
28 ſunt expediri † penſiones niſi de conſenſu par
tium:vt refer t Felin.in d.cap.Ad audientiam.
verſic. 3. concluſio.de reſcrip,vbi dicit quod ſi
quis renuntiat beneficio,ea intentione,& tra-
ctatu præhabito,quod ſubinttans, etiam ſi eſ-
ſet illius amicus,ſoluat ei penſionem obtinē-
dam à Papa,non ineutrit aliquam Simoniam :
quia in beneficio non fuit facta conuentio : &
ſic eſt in caſu præſenti, quia in beneficio nulla
fuit facta conuentio illicita; neq; pro collatio
ne beneficij fuit aliquid datū, aut receptum;
ſed tantum actum fuit de penſione admitten-
29 da per Papam , coram † quo non cadit Simo-
30 nia , & ſufficit quod ſupplicatio † ſit ſignata
etiam ſine Literarum intimatione, vt agi poſ-
ſit ad eam habendam. Gig. latè d.tit. de penſ.
31 quæſt.34.num.3.& 4.quia ſola ſupplicatio† ſi-
gnata probat,& perficit gratiam. Caſſad.titu.
32 de penſ.deciſ.2.nu.10.vbi dicit, quod literæ †
expeditæ tantum operatur,vt pœnæ in eis cō-
tentę poſsint fulminari contra non ſoluentē.
& ſic infero ad ſecundam oppoſitionem quod
Caſalis habuit iuſtam eauſſam ſoluendi ſcutos
50.pro extinctione decem,ſtante maximè mā-
dato ad conſentiendum 50. pro penſione, qui
veriſimiliter potuit eredere Papam admitte-
re in 50.& quia litteræ nondum fuerant illi
intimatæ, vt ſcire potuiſſet Papam voluiſſe
penſionem ſolum in 40. reſeruatam: quæli-
33 bet enim cauſa, † etiam beſtialis, excuſat à
dolo.Caſſad.vbi ſupra.num.5.Paul.deciſ. 108.
in fin.in 3.part.Gramat.vot.19.num. 6. vbi di-
34 cit procedere etiam ſi ſit † cauſa iniuſta, quæ
ſit de genere prohibitorum: itaque eſt iudi-
candum nullum ſuiſſe delictum. vt ipſe Paul.
atteſtatur in deciſ.137.nu.4.in 3.part.ad quod
faciūt tradita per Gig.d.tit.de penſ.quæſt. 87.
nu. 7. vſq; ad finem.& ex iſtis concludi poteſt
d.manſionarium indebitè moleſtari; & liberā-
dum eſſe:Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM XXII.

Matrimonium ſecundum,an probari debeat, vt ſecundus vir habeat dotem.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio debet probari per ſcripturam.*
2 *Notarij fides non probat: & quando num. 8.*
3 *Dotem non debet habere maritus,qui vxorem non alit.*
4 *Maritus negligens curare vxorem infirmam expellitur ab eius ſucceſsione.*
5 *Conditiones ab vxore fieri poſſunt de non habitando in certo loco.*
6 *In fauorem matrimonii in dubio eſt iudicandū.*
7 *Vnico aſſerenti de matrimonio creditur contra plures atteſtantes.*
8 *Notario creditur de geſtis in eius ſcriptura.*
9 *Filia infamando matrem excluditur à ſucceſsione: & eſt ingrata, num. 10.*
11 *Regula Cancellariæ non attenditur extra curiā.*
12 *Diſpenſatio, ſicut alia res, probari poteſt per teſtes.*
13 *Maritus non tenetur alimentare vxorem, quæ dotem non dedit.*
14 *Dos datur ad onera matrimonii ſuſtentanda.*
15 *Vxor ſeorſum à viro habitans non habet alimenta.*
16 *Vxor quando ſequi debet virum, non obſtantibus pactis.*

Adſit Spiritus Sanctus.

FACTI SPECIES.

Dominus Orphæus accepit in vxorē
D.Eleonoram viduam, quæ ex pri-
mo viro reliquit D.Agnetem filiam
& hæredem; qua D. Eleonora mor-
tua D. Orphæus petit dimidium dotis, quod
vigore ſtatuti lucratus fuerat; ſed quia inter
ipſum,& d.D.Eleonoram erat affinitas; d. D.
Agnes opponit de inualiditate matrimonij;
ad quod probandum D. Orphæus producit fi-
dem Notarij Eccleſiaſtici fori,in qua aſſeritur
per d.D.Orphæum præſentatam fuiſſe diſpen
ſationem Papæ; eamq; iuſtificatam admiſſam
fuiſſe: & licentiam conceſſam dictis Dominis
Orhhæo, & Eleonoræ contrahendi.Modo quæ-
ritur, An ſufficiat ad validitatem matrimonij,
& conſequendum.d.dimidium dotis?

Et videretur concludi poſſe matrimonium
non fuiſſe probatum;quia quando requirit di-
1 ſpenſationem;diſpenſatio† debet probari per
ſcripturam, nec teſtes ſufficiunt. vt in regula
Cancellariæ.56.in antiqua impreſsione, & 46.
in moderna:& tradit Ioſeph.Maſcard.in 1.vo-
lum.de probat.concl.523.num.2. nec creditur
2 † fidei Notarij:niſi probet de commisſione ſi-
bi delegata.Nicoal. Boer. de poteſt.leg. à lat.
in prin.num.30.Innoc.in c.Cum in iure.num.4.
de Offic.deleg. Et data validitate matrimonij
3 non videtur† locus dimidio dotis;quia expen
ſas infirmitatis,& ſepulturæ nullas fecit.l. qđ
in vxorem.iuxta Glo.C.de negot. geſt. Bald.&
4 alij in d.l. quod in vxorem. maritus † enim qui
negligit curare vxorem infirmam;priuatur ſuc
ceſsione.Fran.Caldaſ.in l.ſi Curatorem. in ver
bo,Sua facilitate. num.21.C.de in integ.reſtit.
Nec videtur obſtare quod vir requirat vxorē
5 ſeorſum habitantem. quia adetat † conditio,
vt ipſe habitaret Mutinæ,& valuit. Syluest. in
ſumm.in verbo.vxor.num.8.Abb.in cap.1.num.

4 qui

4 qui mat.accenſ.poſſ.

6 Tamen quia in fauorē † matrimonij ſemper eſt iudicandum in dubio. cap. fin.de re iud. &
7 ſtatur vnico † teſti deponenti ad eius fauorem, licèt plures ſint contrarij. Felin. in c.1. de de ſponſ. Abb. But. & Hoſtien. in cap. Si uir. de cogn.ſpirit. Cuch. in ſua inſtit.can. titu. de Sacram.mat.nu.157. contrarium pro concluſione haberi debet. & tāto magis exiſtente fide Notarij, qui nedum de præſentatione diſpenſationis, ſed de ſententia lata atteſtatur; cui ſtā
8 dum † eſt ad tradita per Ioſeph. Maſcard. concluſ.4. nume.23. verſic. Veruntamen. nec obſtat alia eius concluſio 522. quia loquitur de incōpatibilitate beneficiorum; cuius de facile non præſumitur diſpenſatio; ſed ſecùs in matrimonio. & ibi. num. 8. etiam coutrarium recitat ex Anch. opinione.

9 Nec attēdi debet oppoſitio eius filiæ, † quæ notando matrem de infamia, eſſet repellenda ab eius hęreditate. Auth. Vt cum de appel. cognoſ. §. Cauſſam. coll. 8. & Auth. non licèt C. de
10 lib. præter. ingrata † enim eſſet. Specul. de nat. ex lib. vent. num. 12. & 13. & conſequenter debetur dimidium dotis ad diſpoſitionem ſtatuti. Neq; regula Cancellariæ obſtat. quia illa
11 ſolum † habet locū in curia Romana; & edita fuit ad vtilitatem, d. Cancellariæ; extra Cu-
12 riam verò diſpenſatio, † ſicut aliæ res, probari poteſt per teſtes. vt tradit Borgn. de irregul. tit. de probat. diſpenſ. num. 7. in 2. part.

13 Nec tenebatur † vxorem alimentare; tum quia dos ei data non fuerat. Alex. in l. Si cum dotem. §. Sin autem in ſucceſſio. num. 8. ff. ſol.
14 mat. deciſ. Pedem. 132. nume. 8. & dos † datur viro ad onera matrimonij ſuſtinenda. l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. Dotis fructuus ff. eod. tit. tum etiam, quia cum illo non habitabat:
15 vxor † enim ſeorſum à viro habitans non poteſt petere alimenta: Gl. in cap. Significaſti. in verbo, materiam. de diuort. nec obſtant conditiones de habitando Mutinæ, ſecūdum Syl-
16 ueſt. in verbo vxor. nume. 8. quia illud non habet locum quando † alibi vir habeat domicilium ex cauſſa. vt illic Sylu. & Abb. in loco allegato, & ita iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

CONSILIVM XXXVIII.

Prouiſus Apoſtolicus an præferatur præſentato.

SVMMARIVM.

1 *Papa non videtur derogare Iuri patronatui, niſi expreſſè dicat.*
2 *Iuri patronatui ex præſcriptione derogatur ſine expreſſione, contra infra num. 5.*
3 *Ceſſat ratio ne laici retrahantur, quando iuſpatronatus non ſit ex fundatione.*
4 *De quaſi poſſeſsione præſentandi debet etiam fieri mentio in litteris Papæ.*
6 *Beneficium iuſpatronatus per immemorabile tempus tollit coniecturam ne laici retrahantur.*
7 *Literæ Papales non facientes mentinnem de pendentia litis ſunt nullæ.*
8 *Vltimus ſtatus præſentandi non tollitur, ſi in litteris Papæ nō ſit facta mentio iuriſpatronatus.*

Auxilium à Domino.

ACTI SPECIES.

VAcante beneficio, ſeu Capellania S. Catherinæ: dum agebatur an familia de Muzzarinis haberet ius patronatum, & Reuer. D. Paulus præſentatus admitti debuiſſet: quidam Reuer. D. Iulius Cæſar obtinuit a Papa. d. beneficium, & præſentatis litteris collationis, habuit poſſeſsionem ex decreto Ordinarij, qui tamen reſeruauit iura patronorum, & ipſius præſentati; declarans huiuſmodi poſſeſsionem nullum præiudicium afferre nec illis de Muzzarinis, neq; ab eis præſentato: & poſtea fuit dara ſententia, declarando Muzzarinos habere ius præſentandi; & ab eis præſentatus fuit admiſſus, & in poſſeſsionem miſſus: vnde quæritur quænam prouiſio valeat; illa ſcilicet Papæ, in qua non fuerat facta mentio Iuriſpatronatus, nec etiam per verba (vt aſſeritur) an prouiſio Ordinarij?

Et prima facie videretur concludi poſſe collationem Papæ valere: nam quamuis non vi-
1 deatur † derogare Iuri patronatui, niſi expreſſè dicat. cap. Decernimus 16. queſ. 7. c. Illud. in fine de iur. patron. illud tamē procedir qn̄ iuſpatronatus ſit acquiſitū, dotatione, vel fundatione, aut contractione: quia ibi agitur de ti-
2 tulo: ſecùs † verò ſi tractetur de præſcriptione & conſuetudine: quia in iſto ſecundo caſu ceſ-
3 ſat † fundamentalis ratio, quæ eſt, ne laici retrahantur ab huiuſmodi operibus. cum nihil de ſuo poſuerint. ſicut probat Caſſad. deciſ. 4. num. 3. de probat, ſequendo Fed. de Sen. in cō. 65. Infraſcriptæ quæſtiones, in prin.

Sed in præſenti caſu contrarium eſt verius; nam etiam quando quis eſt tantum in quaſi poſſeſsione præſentandi, acquirit tale ius, qđ
4 ſi in prouiſione Papæ † non fuerit facta mentio de iſta quaſi poſſeſsione, non afferat præiudicium: vt ita expreſsè tenet Card. in conſi. 69. num. 6. & Ferret. in conſ. 293. num. 10. in 2.
5 part. dicens quod Papa † per ſuam liberā collationem non videtur derogaſſe inri patronatui, nec quaſi poſſeſsioni præſentandi. id quod tenuit etiam Per. Rebuff. in pract. benef. in 3. part. ſignar. nu 24. dicens, faciendam eſſe mentionem in litteris Papæ, de quaſi poſſeſsione præſentandi; quia difficilius Papa concederet. quod maximè procedit in iſto caſu: vbi fuit
6 probatum quod beneficium † per immemorabile

Digitized by Google

bile tempus fuit in ſeruitute iuriſpatronatus quo caſu tollitur coniectura libertatis & præſumitur quod ab initio fuerit acquiſitum fundatione, ſeu dotatione, vel conſtructione. vt probat Felin.in tit.quando Literæ Apoſt. noc. pat.ad finem.& ipſe Caſſad.in deciſ. 4. allegata,nume.7.nam ineſt illa ratio, ne Laici retrahãtur.Et in iſto caſu magis hoc procedit,quia nedum Papæ non fuit narratum de iure patro-
7 natu, ſed neq; de litis pendentia.vnde litteræ
† remanent vitiatæ prout probat Felin. in ca. Super litteris. colum. 7. in 6. reg. de reſcrip.& Caputaq; in deciſ.189.in 3.part.dicit quod vl-
8 timus ſtatus † præſentandi per collationem Papæ non tollitur, quando non ſit facta mentio iuriſpatronatus ex quibus cognoſci poteſt gratiam Papæ fuiſſe ſubreptitiam; & inſtitutionem de præſentato præualere.Laus Deo,& B.M.ſemper Virgini.

CONSILIVM XXXIX.

Clauſula, parito iudicato, quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,parito iudicato, habet effectum ſolum in ſimplici reſcripto reſtitutionis.*

2 *In profanis non habet locum clauſula, parito iudicato.*

3 *Parito iudicato non operatur in caſu mixturæ.*

4 *Remedium appellationis eſt contrarium clauſulæ, parito iudicato.*

5 *Ratione exceſſus etiam clauſula, parito iudicato, nõ operatur.*

Diuino poſtulato ſuffragio.

FACTI SPECIES.

Clauſula parito iudicato, vt habeat locũ requiritur,quod cauſſa
1 ſit in ſimplici reſcripto † reſtitutionis in integrum; vel propter tres ſententias conformes; vel propter lapſum fatalium: in quo caſu curia Romana concedit, ſignaturam cum clauſula, parito prius iudicato, & conſtito de bono iure: vt per Ferret.conſ.42.volum.1. Staſil. de lit. grat. & iuſt. ad fin. veſtr.in prat.cur. Roman.lib.8.tit.de reſtit.in integ.nu.10. quia in huiuſmodi caſibus virtus. d. clauſulæ hoc operatur,vt prius relaxetur poſſeſsio,& fructus reſtituantur, ſoluanturq; expenſæ, vt Ferret. in eo loco.num.7.& ſequitur Odo. Sfor. de reſtitu.in integr.par.2.quæſt. 72.num. 62.& 63.& Lancell.de attent.c.18.num.127. fol.mihi 386. quod procedit ſolum in beneficialibus cauſſis;
2 ſecùs vero in profanis, † in quibus pendente cauſſa reſtitutionis, ſuſpenditur executio; vt declarat Sfort.in allegato loco.num. 63.verſic. ſed tu aduerte.

Sed quando non agitur de ſimplici caſu re-
3 ſtitutionis; ſed de quadam † mixtura; prout eſt appellationis,& nullitatis dictionis, ac reſtitutionis in integrum,addita clauſula, parito iudicato; ea non operatur effectum de quo ſupra; vt in terminis probat Cagnol. in l. res iudicata.nume. 9.ff. de reg. iur.ea ratione quia appellatio & nullitatis dictio ſuſpendit iudi-
4 catum:nempe quia remedium † appellationis eſt contrarium effectui. d. clauſulæ, parito iudicato: quod etiam habet locum in exceſſus dictione;nam talis appellatio retardat executionem.Lancell.de attent.tit.de attent.appel. pend.limit.83.num.25.vſq; ad num.31.& idem
5 eſt dicendum ratione exceſſus † vt d. clauſula non operetur: quod Rot. Rom. tenuit die 15. Nouembris 1560.per Reuerendiſs. Paleotum. deciſ.454.incipit. latis tribus conformibus. & eſt in terminis,quod ſcilicet illa clauſula operatur ſolum quando ſumus in ſimplici reſtitutione in integrum; ſed in alijs remedijs ſimul intentatis,& mixtis,de quibus ſupra, non habet locum:ſicut probant iura ſuperius allegata.& ſic illa clauſula operatur tum quando omiſsis alijs remedijs ſolum petitur reſtitutio in integrum: in alijs verò remedijs, appellationis, nullitatis, & exceſſus ceſſat illius virtus: & ita cenſeò.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM XL.

De exemptione colonorum, & emphyteutarum Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Serui Eccleſiarum non poſſunt grauari à ſæcularibus.*

2 *Ruſtici Eccleſiarum non ſunt ſubiecti foro ſeculari pro rebus Eccleſiæ.*

3 *Emphyteutæ Eccleſiæ non ſunt ſubiecti Laico Iudici.*

4 *Immunitas conceſſa rebus tranſit ad quoſcunq; eas poſsidentibus.*

5 *Nemo debet duplici onere grauari.*

6 *Emphyteutæ Eccleſiæ poſſunt ab ea collectari, & num.10.*

7 *Emphyteutæ Eccleſiæ non poſſunt grauari à ſæcularibus.*

8 *Emphyteutæ priuati tenentur ad collectas domino temporali.*

9 *Laicus non habet iuriſdictionem in Eccleſia.*

11 *Coloni Eccleſiæ non tenentur domino temporali pro rebus Eccleſiæ.*

12 *Conductores rerum Fiſcalium non obligantur ad collectas.*

13 Maior

13 *Maior eſt dignitas in Eccleſia, quàm in Principe ſæculari,*
14 *Coloni Eccleſiæ non tenentur ad onus extraordinarium ſæculare.*
15 *Immunitas tranſit ad conductorem, & emptorem.*
16 *Conſuetudo habet vim priuilegij.*
17 *Conductores cameræ intelliguntur cōtraxiſſe iuxta ſolitum.*
18 *Nemo transfert in alium quod non habet.*
19 *Colonus partiarius non poſſidet, ſed ſolum detinet.*
20 *Fructus dicuntur expenſis deductis.*
21 *Coloni, qui ſumptibus domini colunt, tenentur ad collectas.*
22 *Emphyteutæ, & Coloni Eccleſiarum, ratione Canonis quē ſoluunt, non tenentur ad collectas.*
23 *Fructus emphyteuſis, & coloni ſunt obligati Eccleſiæ.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

FVit immemorabilis conſuetudo, quod coloni, & emphyteutæ Eccleſię Carpenſis pro rebus Eccleſiaſticis fruerentur immunitate; & cum ratio fortilitij, viarum, & pōtium refectione occurrebat, vnanimiter cum clericis concurrebant, tanquam vnū corpus cum ipſis: & ex decretis etiam Ducalibus coloni erant exempti in venditione ſuorū animalium, pro concurrenti quantitate honorantiæ, quam ſoluebant ſuis dominis pro poſſeſſionibus Eccleſiaſticis: nunc modernus conductor Gabellarum prætendit eos nequaquam immunitate frui poſſe: & conſultus reſpondi, vt infra.

In Concilio Toletano, de quo in c. Eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2. ſtatutum fuit, quod ſerui Ec-
1 cleſiarum, † vel cuiuſuis clerici, non fatigarentur à Iudice ſæculari, aut publico exactore in aliquo angariarum genere, ſub Eccleſiaſticæ cō munionis priuatione: quod eſt præcipuum in
2 ruſticis † circa pertinentiā ad poſſeſſiones Eccleſiarum; vt non ſubſint ſæculari foro; ſed Eccleſiaſtico. c. Iudicatum. 89. diſtin. quare collectari non poterunt à ſæculari, id enim minimè licet, niſi in ſubditis, vt tradit Bertha. in princ. primæ part. tract. de Gabel. quod eſt etiā cau-
3 tum pro emphyteutis; † quod latè probat Pet. Duen. in reg. 100. in 2. & 3. ampliatione; nam
4 immunitas † conceſſa rebus tranſit ad quoſcunque res habentes. l. Aetatem. §. Rebus. ff. de cēſ. Io. And. in add. ad ſpecul. de exact. verſ. tractauit Vbertus de Bobio. & latè Decian. reſponſ. 51. in 3. vol. qui eſt videndus: & ſic emphyteuta. & colonus, ratione rerum Eccleſiarum, quas poſſident, & colunt, non poſſunt grauari à ſæculari Principe, ſeu Iudice: tum quia ſæculares perſonæ non debent habere ius in rebus Eccle-
5 ſiaſticis: tum etiam quia nemo † debet duplici onere grauari. l. nauis. §. Cū autem. ff. ad l. Rhod.
6 de iact. Illi enim † grauari poſſunt ab Eccleſia: vt refert, & probat Pet. de Vbal. in conſ. 2. poſt tract. quem facit de collect. vbi concludit do-
7 minum temporale † non poſſe eos grauare, nec in liuello, nec etiam in melioramentis in re Eccleſiaſtica factis. & idem tenuit Boſ. in tit. de prin. & priuil. eius. num. 128. qui titulus eſt inſertus in eius tractatu criminali: Et rationem adducit, quia ſatis grauantur ab annuo liuello loquendo de emphyteutis. Et ad hoc facit doctrina Bart. in l. Priuatæ. C. de excuſ. mun. libr. 10. cuius dictum procedit de iure, licet ipſe dicat non ſeruari Peruſiæ, quod adhuc cōtra fuit in caſu propoſito. quia emphyteutæ, & coloni reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum à ſæcularibus fuerunt immunes: & conſeruari debent potiſſimum alia ratione; quia emphyteutæ
8 † priuati tenentur ad collectas domino temporali. l. 2. C. de iur. emphy. aliàs dominus propriètatis teneretur. l. Obſiſtere. c. De anno, & tribu. lib. 10. vbi Bar. in 3. lectura: Eccleſia verò nō te-
9 netur, in quam † laicus non habet iuriſdictionē, nec iure diuino, nec canonico; neque ciuili: vt de diuino habetur in c. 7. primi lib. Eſdræ. ibi. Vobis quoque notū facimus. De iure canonico. eſt tex. in c. Non minus. de immun. Eccleſ. Syluestr. videndus in ſum. verbo immunitas t. n. 16. & infra, & de iure ciuili in l. Placet. C. de Sac.
10. San. Eccl. & cōſequēter emphyteuta † Eccleſiæ qui pro domino Eccleſiaſtico teneretur, reſpectu rei Eccleſiæ; vt tenet Petr. de Vbal. in d. cōſil. 2. num. 7. Acceſſorium enim ſequitur ſuum principale. cap. Acceſſorium de reg. iur. in 6. &
11 hoc procedit etiam in colonis, † qui non tenentur domino temporali ad aliquod onus; ſed Eccleſiæ. l. ſi penes. C. de agric. & cenſ. libr.
12. 11. & illic Bart. & ſicut conductores † prædiorum fiſcalium non obligantur ad collectas. l. Semper. §. Conductores. ff. de iur. immun. & d. l. Priuatæ. de excuſ. mun. lib. 10. vbi in ſpecie loquitur de emphyteutis Principū, qui nō tenētur: & à fortiori non tenentur emphyteutæ
13 Eccleſiæ, aut eius coloni; cū ſit maior † dignitas in Eccleſia quàm in Principe. ca. Duo ſunt. & c. ſequenti. 96. diſtin & ideo nec emphyteutæ, nec coloni, pro rebus Eccleſiæ ad inſtar re-
14 rum Principis: imò magis non tenentur † ad aliquod onus extraordinariè impoſitum. l. 1. C. de priuil. dom. Augu. lib. 11. quia ſicut onus
15 tranſit ad emptorem, ſeu conductorem, ita † immunitas. ad not. per Bart. in l. Licitatio §. Mercatores. ff. de pub. & vectig. & faciunt ſupraſcripta iura: nam immunitate cōceſſa rebus Eccleſiæ gaudent etiam qui eas colunt. Gloſ. in Clem. 1. verbo excolendas. de decim. Rot. in antiq. dec. 363. alias 5. de priuil. & tradit Ferret. in conſ.

Digitized by Google

conſ.102 num.13.& tantò mangis quia eſt immemorabilis conſuetudo quod non ſoluantur aliquæ collectæ; & in caſibus in quibus Clerici auxiliantut Laicis, quod emphyteutæ, & coloni concurraut cum Clericis; quæ conſue-
16 tudo † habet vim ptiuilegij à Principe emanati:& in tantum quod per ſe ſola ſufficit. ca. Super quibuſdam.§.Præterea. vbi Gloſ. in expreſſo cum ibi allegatis.de verb. ſignif.& tradit Caputaq.deciſ.56.lib.3.& Ferret.in conſil. 249.nume. 18.in 2.part.quam conſuetudinem moderni conductores tenentur obſeruare:ſe-
17 cundum quam † intelliguntur contraxiſſe cũ ſereniſsima Camera;niſi in expreſſo fuiſſet cõceſſum de collectando inſolita: quod validis argumentis probat Pariſ.de Put. tit. de Synd. § Conſuetudo,num.5.quod tamen non haberet locũ in Clericis, nec eorũ colonis, aut em
18 phyteutis per iura allegata .cum nemo † poſſit in alium plus iuris tranferre,quam ipſe habear.c.Nemo de reg.iur.in 6.

Nec obſtat text.in l.Si pendentes.§.Siquid Cloacarij.ff.de vſufru.nec Fed.de Sen.in conſ. 3.quia ille text.loquitur de vſufructuario ſim-
19 pliciter,qui poſsidet iure ſuo; ſed colonus † partiarius non poſsidet,ſed ſolum detinet. vt ita probat Alex.in conſ.35.num.2. & 12.vol. 4. & eadem ratio militat in emphyteuta; quia ille non dicitur ſimpliciter poſsidere,qui percipit fructus loco expenſarum,& operum: nã
20 fructus † dicuntur deductis expenſis,& laboribus. l. fructus. vbi communiter Doctores. ff. ſol.mat.& habetur in extrauag. comu. in titu. de decim.verſic. in ſoluendo decimam. & illa
21 ratio fortaſsis,procedit in illis, qui † ſumptibus Domini colunt: ſecùs verò eſt in his qui proprijs ſumptibus colunt. & ita tenet Abb. in cap.Ex parte.nu.20. de decim. hi enim non ſunt obnoxij;vt paſsim tradit deciſio.Pedem.
22 .83.nu.3.qui ratione † Canonis,quem ſoluunt & expenſarum,ac laborum, non tenentur; &
23 cuius ratione fructus † rerum quas habent, & colunt ſunt obligati Clerico, ſeu Eccleſiæ. Decian.reſpon.50.in prin.& volum.3. ita reſideo,quod emphyteutæ,& coloni Eccleſiarum non poſsint collectari, nec grauari pro rebus Eccleſiarum à ſeculari: ſaluis tamen rationibus allegatis infra conſil.27.in fine:Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XL.

Prouiſus Apoſtolicus an præferatur præſentato.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Papæ eſt præferenda,cęteris paribus.*
2 *Primo miſſus in poſſeſſionem eſt anteponendus.*
3 *Omne beneficium præſumitur liberum, & nu. 6.*
4 *Papa habet plenitudinem poteſtaris in beneficijs.*
5 *Iuſpatronatus acquiritur ex fundatione, ſeu dotatione, vel multiplicatis præſentationibus.*
7 *Papa non tenentur facere mentionem de iurepatronata quod non eſt per fundationem, vel dotationem.*
8 *Prædo etiam eſt manutendus in poſſeſſione.*
9 *Poſſeſſio habet plus facti quàm iuris.*
10 *In poſſeſſorio non quæritur an quis poſſideat iuſtè.*
11 *Præſentatus in poſſeſſorio non tenetur oſtendere titulum.*
12 *in poſſeſſorio non admittitur oppoſitio, niſi conſtet de non iure agentis.*
13 *Poſſeſſor eſt præferendus proprietario.*
14 *Concilium loquitur de tit.in c.9.ſeſſ.25.*
15 *Prouiſio Papæ non valet in præiudicium poſſeſſionis,non facta mentione de ea.*
16 *Mentio proprietarij non eſt facienda ſed poſſeſſoris.*
17 *Teſtes de fama in antiquis probant.*
18 *Verba enunciatiua,concurrente longa poſſeſſione probant in antiquis.*
19 *Tempus 85. annorum ſufficit pro immemorabili, & num.20.*
21 *Ratio legis eſt anima legis.*
22 *Viuere 100.annos omnis præſumebatur.*
23 *Ceſſante ratione,ceſſat lex.*
24 *Omnis diſpoſitio per rationem reſtringitur.*
25 *Tempus excedens annos 40. hodie habetur loco annorum 100.*
26 *Iuſpatronatus acquiritur de iure communi præſcriptione.*
27 *In præſcriptione tria requiruntur.*
28 *Bona fides probatur probando per annos.20.poſſediſſe.*
29 *Veritas præſumitur ex immemorabili.*
30 *Epiſcopus in bulla aſſerens iuſpatronatum præſumitur dicere veritatem.*
31 *Iuſpatronatus acquiritur etiam per ſolam antiquam poſſeſſionem.& 32.*
33 *Declaratio congregationis in c.9.ſeſſ. 25. Concilij.*
34 *Probata ſeruitute præſumitur pro ea, ſicut pro libertate.*
35 *Titulus reſultat ex immemorabili, & num.36.*
37 *Duo vincula magis ſtringunt quàm vnum.*
38 *Papa non cenſetur derogare iuri in re, nec ad rem.*
39 *Natura legis eſt dare remedium futuris.*
40 *Gratia Papæ eſt nulla, ſi non ſit facta mentio pendentiæ litis.*

Dominus

Dominus dabit mihi verbum virtute multa.

VAcante Capellania. S. Chaterinæ
quidam prætenſi patroni præſen
tarũt Reuer. Paulum;& facta ad-
miſsione, ſi & inquantum, infra
tempus citationis ad valuas Ec-
cleſiæ ad formam.c. fin. de elect.
lib.6.patroni præſenrarunt quatuor inſtrumẽ-
ta:primum de anno 1485.in quo conſtabat fa-
ctá fuiſſe præſentationem, & inſtitutionem:
ſecundum in quo Vicelegatus Bononienſis cõ
tulerat Capellaniam derogando pro ea vice
iuſpatronatui.de anno 1527. tertium de anno
1529. in quo facta fuit alia præſentatio cum
inſtitutione,& aſſertione Ordinarij quod eſſet
de iurepatronatu. quartum de anno 1567. in
quo facta fuit præſentatio; & poſtea diligens
inueſtigatio, examinatis tribus teſtibus de au
ditu per tempus antiquiſsimum in fauorem
patronorum: & nouiſsimè probarum fuit ca-
pellam inſtauratam fuiſſe ab vno de conſorti-
bus patronorum.Et antequam daretur ſentẽ-
tia comparuit prouiſus Apoſtolicus cum bul-
lis, in quibus nulla fiebat mentio iuriſpatrona
tus, & fuit miſſus in poſſeſsionem ſine præiu-
dicio præſentati,& patronorum:& poſtea fuit
ſententiatum in fauorem iuriſpatronatus, &
præſentatus miſſus in poſſeſsionem. Quare mo
ta lite inter prouiſum Apoſtolicum, & præ-
ſentatum, quæritur quid iuris? ſtante maximè
diſpoſitione Concilij Tridentini, ca.9.ſeſſ.25.
de reform.

Et quod attinet ad poſſeſſorium videtur
quod ille qui à Papa fuit prouiſus ſit præfe-
rendus: tum ratione dignitatis eius collatio
1 † eſt anteponenda, cæteris paribus. tum etiam
2 quia fuit † primò miſſus in poſſeſsionem: vt
de vtroq; caſu compertum eſt in ca. ſi à Sede.
de præbend.in 6.

Et hoc procedit etiam ſi agatur de petito-
rio, quia in dubio præſumitur pro collatione
3 Papæ: nempè quia omne beneficium † præſu-
mitur liberum;& ad Ordinarium ſpectare niſi
probetur contrarium. c. Cum ex iniuncto. in
fin.de hæret.Fed.de Sen.conſ.234.num.4. ver-
4 ſic.Præterea: Papa † enim habet pleniſsimam
poteſtatem in beneficijs.Clem.1. vt lit.pend.
& in iſto caſu, præſertim vbi non videtur ſuf-
ficienter probatum de iure patronatu ad di-
ſpoſitionem Conc.in d.c.9.& ſicut notant Ca-
noniſtæ in Rubrica tituli, de iur.pat. Nec qua-
ſi poſſeſsio præſentandi videtur obſtare; quia
ad acquirendum iuſpatronatum ad formam
5 Concilij requiritur † fundatio, vel dotatio; vel
aliàs præſentatio per immemorabile tempus.
aliàs præſumitur vſurpatio. Ant.de But. in ca.
dilectus.de offic.leg.Achil.deciſ.158.alias be-
6 neficium † præſumitur liberum,& prouiſio-
nem ad Ordinarium ſpectare.Clem.vnica. iun
cta Gloſ.in verbo diſpoſitionem. de ſuppl ne-
gl.Præl.quam Gloſ. notabilem ſequitur Abb.
7 in c.1.nume.10. de electio. vnde non † tenetur
Papa facere mentionem de iurepatronatu;
quod non conſtabat per fundationem, vel do-
tationem.Caſſad.deciſ.4.de præb.nume. 3.vbi
de communi:& ſequitur Mand.in regula 32.q.
4.num. 8.& Felin. in tit. quando literæ Apoſt.
noc.pat.limit.11.

Quibus tamen non obſtantibus opinio con-
traria videtur de iure verior,& quo ad poſſeſ-
ſorium,& quo ad petitorium. In poſſeſſorio e-
nim non videtur dubitari poſſe, quin ſint in
poſſeſsione manutenendi;& cõſequenter præ-
ſentatus: c.conſultationibus.de iur.pat.in qua
8 † et prædo eſt manutenendus.c. In literis. de
reſtit. ſpol.& tenuit Rot.Romana, in terminis
præſentis conſultationis deciſ.7.de iur.pat.in
nouiſs. Caputaq. deciſ.317. in 2.part. & maxi-
mè in caſu iſto, in quo præſentatio ab Ordina-
rio fuerat admiſſa: vt ita iudicauit Rot. anno
Domini 1581, coram Domino Seraphino; vt
per eius deciſ.70 in 2.lib.manuſcrip. vbi dici-
tur, quod etiam ſi in petitorio iuſpatronatus
veniret annullandum: tamen in poſſeſſorio
9 præſentatus eſt admittendus; quia poſſeſsio †
habet plus facti quàm iuris. l.deniq; ff.ex quib.
10 cau.maior. quia in iſto iudicio † non quæritur
an quis iuſtè, vel iniuſtè poſsideat; ſed ſolum
an de facto poſsederit. d.cap. in literis, & l. 3.
ff. vti poſsid. & ſufficit poſſediſſe auctoritate iu
dicis. vt per Stafil.de Grat.expect.§.Spoliatus.
num.5.& Ioſeph.Lud.concluſ. 42. ampliat. 13.
& magis in caſu præſenti in quo nedum præ-
ſentationes ſemper fuerunt admiſſæ, ſed vlte-
rius Ordinarius ſententiauit pro patronatu;
ideò poſſeſsio nullatenus eſt auferenda d.præ
ſentato. Caputaq. deciſ.337.in 2. lib. in tantum
11 † quod neq; tenetur oſtendere titulum. l.Co-
gi.ff.de pet.hæred. cui neq; opponi poteſt de-
fectus proprietatis; quæ oppoſitio non admit
12 titur † in iudicio poſſeſſorio, niſi quando con-
ſtat de non iure agentis per confeſsionem, vel
rem iudicatam. Rot. per Seraph. deciſ. 135. in
2.lib.& Caſſad. deciſ. 3. de reſtit.ſpol.nume.5.
imò ſi eſſet controuerſia inter proprietarium,
13 & poſſeſſorem, poſſeſſor † eſt præferendus,
Lamb.de iur.pat.19.artic.3.q.prin.1.part.2. li-
br.num.3. quia ſemper attenditur vltimus ſta-
tus. c.Cum Eccleſia.de cau.poſſ.& not.Fed. de
Sen. in conſil. 234. & ita fuit iudicatum anno
1552. in Rota in vna Vicentini beneficij. Ca-
putaq. deciſ. 189. in 3. libr. & quo ad hoc non
obſtat Concilium in allegato loco. quia loqui-
14 quitur † de titulo,& ſic de petitorio: ſicut tra-
dit Cæſar Contar.in l.1.C.ſi de mem.poſſ.q.13
num.77.& 78.& dum abrogat poſſeſsionem lo-
quitur de beneficijs exiſtentibus in cathedra-
libus,

libus,et collegiatis:imò ſi prouiſus Apoſtolic⁹
ageret petitorio, eſſet excludendus; quia in
ſua prouiſione nulla fuit facta mentio nec de
iure patronatu, neq; de quaſi poſſeſsione; de
15 qua etiam fieri debebat; aliàs prouiſio † non
valet in præiudicium quaſi poſſeſsionis. Fer-
ret.in conſ.293.num.10.in 2.part.& ita iudica-
uit Rot.anno 1546.in vna Bononienſi. per cōſ.
Card.69.num.6.vt refert Put.deciſ.404.2.libr.
vbi fuit cōcluſum non valere prouiſionem ſine
mentione quaſi poſſeſsionis. imò ſi apparerēt
16 patroni † proprietarij, de illis in prouiſione
nō erat faciēda mentio.ſed de illis q eſſent in
quaſi poſſeſsione præſenrandi; de quibus om-
miſſa mentione, prouiſio corrueret; ſicut pro
conſtanti tenuit Dec.in conſ.126.nume. 4.vbi
multa ad propoſitum: & in conſ.129.nume.e-
tiam 4.

Et ſi agamus de petitorio etiam ex Conci-
lij diſpoſitione dicendum eſt cōſtare de iu-
repatronatu ex proceſſu formato, in quo te-
ſtes examinati de anno 1566.deponunt de fa-
17 ma, & alijs adminiculis in factis antiquis †
probantibus;vt plenè tractat Crauet.in tit.de
antiq.temp.1.part.in vltima particula,nu.26.
Qui teſtes etiam in his,quæ loquuntur de au-
ditu in antiqnis,probāt.c.Licet ex quadam.de
teſt.l.Si arbiter.ff.de probat.Alex.in conſ.187.
num.21.in 2.volum.& eò fortius, ſtantibus in-
ſtrumentis præſentationum,& admiſsionum:
imò ex collatione Vicelegati; in qua aſſeritur
per verba enunciatiua de dicto iurepatrona-
18 tu,quæ † in antiquis, concurrente longa poſ-
ſione,planè probant.vt poſt Crau. in loco.al-
legato tenet Ioſeph Maſcardus concluſ. 106.
per totum,& præcipuè nu.12.in 1.part.de pro
batio. Quæ collatio Vicelegati fuit de anno.
1527. à quo tempore citra effluxerūt anni 60.
in qua collatione aſſeritur eſſe de Iuribus pa-
tronatus; & teſtes examinati de anno 1566.
ætatis annorum 70 & 78.& deponunt de tem-
pore,quo meminiſſe potuerunt,& de fama; &
ſic probatum eſt de annis pluſq; 85. in quibus
conſtat de quaſi poſſeſsione præſentādi;quod
19 tempus ſufficit pro immemorabili ad acqui-
rendum titulum:& poteſt allegari quiſquis ſi-
ue dotationis, ſiue fundationis: ſicut tenuit
Rot.Roman.anno Domini.1541. vt atteſtatur
Put.deciſ.212.1.lib. & imò fortius, quia in iſto
caſu vltra ſcripturas adſunt teſtes; quorum
primus annorum 66. deponit de ſua ætate
pueriliſ:ſecundus annorū 78. deponit de iuuē-
tute ſua.& quartus annorū 70. deponit de an-
nis 50.& de ſcientia:per dictos annos. 50.& vl
terius ſe audiuiſſe à patre quod d. Capellania
erat de iurepatronatu; & omnes concurrunt
ſuper fama ſufficienter: quare dicuntur depo-
20 nere de tempore † immemorabili:ſicut in ſpe
cie tenet.Ioſeph Maſcard.in d.1.par. de prob.
concluſ. 103. num.9.& 10. vbi collegit deciſio.
Put.& aliorū. Et præfata faciunt ad oſtenden-
dum quod ſatisfactum eſt diſpoſitioni Conci-
lij in d.cap.9 ſeſſ.25. etiam ſi oporteat docere
de titulo; quia ſatis eſt iuxta eius diſpoſitio-
nem quod oſtendantur multiplicatæ præſen-
tationes per antiquiſsimum temporis curſum
qui hominum memoriam excedat. Et quamuis
aliàs quilibet viuere vſq; ad centum annos
præſumebatur: & ſic tempus immemorabile
dicebatur centum annorum: tamen his tempo
ribus ſufficit quod tempus excedat vitam ho
21 minis;vt ſit ſatisfactum Concilio;nam ratio †
legis eſt anima legis.l.ſcire oportet.§.aliud au
tem.ff.de excuſ.earū Gloſ.in [illegible] verbo, Ant
legem.C.quæ ſit long.conſuet. ratio autē quia
introductum fuerat tempus immemorabile
22 eſſe 100.annorum illa fuit, quia tanto † tem-
pore homo præſumebatur viuere. l. fin. C. de
23 Sacroſant. Eccl. ſed ratione † ceſſante ceſſare
etiam debet diſpoſitio legis. ad trad. per Ti-
raq. in ſuo opuſculo. ceſſ. cau. ceſſ. effect.in 1.
part.num.125. vel reſtringi debet ad vitam ho
minis; quia omnis diſpoſitio, † quamuis gene-
24 lis,per rationem reſtringitur vt Tiraq.ibi nu.
139. Sed vita hominis moderni temporis eſt
breuis,vt dicit Alex.in conſ.90.nume. 10.11.&
12.in 6.volum. dum vult quod in antiquis pro
25 plena probatione ſufficiat † tempus excedēs
annos 40.quia non habet hodie locum regula,
quod quilibet præſumatur viuere vſq; ad 100.
annos: & poteſt inter miracula ſcribi, ſi quis
viuat vſque ad 100.annos.Vnde quandocumq;
præſentationes multiplicatæ excedant vitam
hominis,ſatisfactum eſt concilio, vt acquiſitū
ſit ius patronatus; quod in caſu de quo agitur
probatum fuit;& vt dixi aliàs requiſitus.

Imò,ſi rectè perpendatur diſpoſitio conci-
liaris (quod ſine interpretatione ſit dictum,
ſed ſolum pro mea opinione) Concilium non
ſe reſtringit ad tempus immemorabile tantū,
ſed ad omnem alium modum propter quem
poſſit acquiri iuſpat.dum dicit, aliàſue ſecun
26 dum iuris diſpoſitionem:iuſpatronatus † verò
ſecundum ius commune poteſt per Laicos ac-
quiri præſcriptione; vt ſecundum communem
Doctorum ſententiam meminit Dec. in conſ.
117. num.2.verſic.& primo.ſed in præſcriptio-
27 ne † tria ad effectum validitatis requiruntur,
ſcilicet bona fides. Secundò, quod præſenta-
tiones ſint admiſſæ,& Tertiò, quod præſenta-
tus ſteterit in poſſeſsione.vt ibi Dec.verſ.quæ
28 requiruntur. Bona fides † probatur, quando
præſentatus ſteterit per 20. annos in poſſeſsio
ne, vt fuit deciſū in Rota in vna Salamant.Ca
pellaniæ 1545. Coram Puteo, vt in eius deciſ.
243.lib.2. & ſupraſcripta omnia concurrunt in
29 præſenti caſu;ex quibus præſumitur † veritas,
etiam ex ſolo curſu temporis;vt probat.Fran.
in c.Vnico. ad finem.de iur.pat.in 6. quem ſe-
quitur Lamb.eod.tit. in 4. artic. 10. q. prin. 2.
part.

part. 2. lib. nume. 2. & 3. vbi dicit quod iſta erit
bona probatio in petitorio; quando Epiſcopus
aſſerat in bulla inſtitutionis præſentantem eſ-
30 ſe patronum; nam talis † aſſertio habetur pro
veritate. Caputaq. in attenta deciſio. 337. ac-
31 quiritur etiam per ſolam antiquam † poſſeſ-
ſionem; & præſumitur fuiſſe ſufficienter pro-
batum de iurepatronatu, vt per Ant. Corſet. in
ſingul. ſuis, in verbo iuſpatronatus quia ex ſo-
32 la † quaſi poſſeſsione præſentandi longo tem
pore acquiritur etiam ſine alio titulo: vt de cõ
muni atteſtatur Decian. in reſponſ. 28. in fin. 1
num. volum. 3. & hoc non diſcrepat à Concilio
vt nouiſsimè vide declarationem Sacræ Con-
gregationis, 4. notab. 1581. ſuper verbis Con-
cilij, primi temporis curſum, dum declarauer-
runt ea verba intelligi ſecundum iuris diſpo-
ſitionem. Hæc omnia cõcurrunt in præſenti ca-
ſu. ergo imò ſatis probatum fuit tempus im-
memorabile: quia per ſcripturas fuit probatũ
tempus annorum 60. & per teſtes pluſq; 85. ex
quibus reſultat concluſio quod ſit probatum
de iurepatronatu legitimè ſicut Illuſt. Sacræ
33 Congregationis † Conc. in c. 9. ſeſſ. 25. dixerũt.
in hæc verba ſcilicet Congregatio cenſuit ius
patronatus probari ex inſtrumento dotatio-
nis, vel fundationis per multiplicatas præſen-
tationes ſupra hominum memoriam, quanquã
in dictis præſentationibus nulla appareat mẽ-
tio facta fundationis, vel dotationis, ſed ſic
eſt, quod ex ſuprafcriptis probatum fuit per
multiplicatas præſentationes quo ſuum ſorti-
tę fuerunt effectum; excedentes etiam homi-
num memoriam; quibus reſultat concluſio
quod liqueat de iure patronatu; & quod præ-
ſentatus non ſit ammouendus à ſua poſſeſsio-
ne, reiecto prouiſo Apoſtolico. Et quamuis ex
ſuprafcriptis ſatis ſit reſponſum contrarijs
pro motiuis adductis. in ſpecie tamen reſpon
deo,

Et primò, quod attinet ad libertatem be-
neficij, quæ præſumitur: reſpondeo, illud pro-
cedere tantum quando nõ probetur ſeruitus,
34 qua probata † pro ea præſumitur æque, vt de
libertate, donec contrarium probetur. Caſſad.
in d. deciſ. 4. num. 7. de prob.

Secundò, quod opinio tenentium Papam
non tenere exprimere quaſi ius præſentandi
ſed ſolum quando adſit titulus; quia illa opi-
nio procedit ſolũ quando adſit ſola quaſi poſ-
ſeſsio, & talis, quæ non prębeat titulum: ſecus
35 verò ſi ſit immemorabilis, ex qua † reſultat ti-
tulus: vt eſt in caſu noſtro, & conſequenter in
eſt illa ratio, ne Laici retrahantur; vt idem Fe-
lin. tenet in d. tit. quand. Literę Apoſt. noc pat.
in 11. limit. verſic. Conſidera tertio, nam ſit cõ-
ciliatio opinionum; vt prima procedat in præ-
ſcriptione ordinaria; ſecunda verò in imme-
36 memorabili: quia in ea † adeſt titulus. de qua
conciliatione refert, Lud. in concluſ. 42. ampl.
12. quod ita iudicauit Rot. Put. deciſ. 404. libr.
2. ſuper allegata.

Tertiò, reſpondeo quod iura allegata lo-
quuntur de ſimplici caſu iuris præſentandi ex
conſuetudine; de quo non oportet Papam mẽ-
tionem facere: nos verò loquimur, & de iure
præſentantis, & de præſentato admiſſo, & in
37 poſſeſsionem miſſo; & conſequenter duo †
vincula magis ſtringunt quàm vnum. Staſil. de
Grat. expect. in 6. part. princ. incipiente. Nunc
videndum. eſt num. 4. & tamen non facta ali-
qua mentione neq; de patrono, neq; de præ-
38 ſentato admiſſo, & in poſſeſsionem cui iuri †
Papa non cenſetur derrogaſſe; imò neq; ſoli
iuri ad rem, vt refert Rot. de præb. deciſ. 17. a-
liàs 244. in nouiſſ. quam tenet Dec. in rubrica
de indic. nume. 5. vbi alia allegat, concludens
quod Papa non intendit derrogare, ſeu præiu-
dicare præſentato.

Quartò, reſpondeo quod Concilium diſpo-
39 nit de futuro; nam eſt natura legis † dare re-
medium caſibus futuris. l. leges. C. de leg. ſed
caſus multò ante Concilium fuit, ergo remã-
net in diſpoſitione iuris communis.

Vltimò, reſpondeo quod quia non fuit facta
mentio de pendentia litis; quæ pendebat co-
ram Ordinario; qui poſteaſententiauit pro pa
40 tronatu; gratia † etiam ex hoc eſt nulla. ad
trad. per Felin. in cap. Super literis. in 7. col. in
6. reg. de reſcrip.

Nec vim facio in poſſeſsione habita per pro
uiſum Apoſtolicum; quia vltra ſuperius al-
legata, ſtantibus rebus vt ſtant, illa non poteſt
dici poſſeſsio; iuxta Doctrinam Put. deciſ. 32.
lib. 1. & ſic reſideo in 1. cõſultatione. Laus Deo,
& B. M.

CONSILIVM XLII.

In cauſſa Simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Simonia ceſſat vbi non ſit fraus.*
2 *Penſio eſt quid temporale, & non facit ſimoniam cum alia temporali.*
3 *Penſio non poteſt commutari cum beneficio ſine vitio ſimoniæ.*
4 *Penſio, & beneficium non benè inuicem conueniunt.*
5 *Pecunia poteſt dari ad tollendam vexationem.*
6 *Non eſt turpe redimere ius ſuum pecunia.*
7 *Ius in beneficio acquiritur, ſi poſt electionem detur adminiſtratio.*
8 *Vexatio eſt procurare rem alienam litigando habere.*
9 *Simoniam non committit inferior dando pecuniã potentiori ad tollendam vexationem.*
10 *Ad ſimoniam tria requiruntur vt ſit punibilis.*
11 *Voluntas non accedens ad actum exteriorem non facit ſimoniam punibilem.*

12 Effectus voluntatis facit delictum punibile.
13 Si effectus voluntatis non ſequitur, non punitur delictum.
14 Delicta leuiora ſunt ea, quæ cōtingūt ꝑ imperitiā.
15 Clericus non punitur pro delictis leuioribus.
16 Dolus eſt in delicto, quod de ſui natura non requirit dolum, vel dolus verſatur in re modica.
17 Dolus regulariter non præſumitur.
18 Confeſſio qualificata eſt attendenda.
19 Omnis cauſſa ſufficit ad excludendum dolum.
20 Cauſſa ſi eſt iuſta excuſat à dolo, & à culpa.
21 Pactio illicita poſt electionem non inducit ſimoniam.
22 Pactio ſuper re temporali tamen, non inducit ſimoniam.
23 Simonia non committitur circa contractum fructuum, & penſionum.
24 Illicitæ pactiones non inducunt ſimoniam, ſi purā eam non continent.
25 Iura loquentia de ſimonia, debent intelligi de vera, & propria.
26 Vicinitas actuum non arguit ſimoniam.
27 Delictum non dicitur conſumatum conditione appoſita non ſecuta.
28 Conuentio non eſt perfecta ſi conditiones nō ſint adimpletæ: & poteſt quis pœnitere.
29 Penſio eſt portio ſeparata à beneficio; & commodum temporale.
30 In expeditione literarum penſionis, datur iuramentum quod non interuenerit aliqua conuentio ſimoniaca.
31 Penſio ſi transfertur, vel annihilatur, non facit ſimoniam.
32 Conuentio de ſoluenda penſione in actu conſequendi beneficium poteſt fieri ſine vitio ſimoniæ.
33 Extrauagans Vrbani IV. & Pauli II. ſolum procedit contra ſimoniacos in ordine.
34 Titulus coloratus cum triennali poſſeſſione defendit à ſimoniæ pœna.
35 Præſumptiones pro imputato ſimoniæ, defendunt à pœna.
36 Recipiens pecuniam pro extinctione penſionis cū fraude, dicitur turpiter lucrari.
37 Socius criminis, vt quis dicatur, requiritur tractatus ad maleficium.
38 Effectus non extenditur ad ignorata.
39 Delictum, vt ſit punibile requirit voluntatem.
40 in contractibus do, ut des, vel facias, requiritur effectus, & non verba.
41 Promiſſio pro conſequendo aliquo emolumento, ſi non conſequatur, non repellit à teſtimonio.
42 Confeſſio non præcedentibus legitimis inditijs non nocet confitenti.
43 Confeſſio coram incompetenti Iudice nihil operatur.
44 Socius criminis vt repellatur à teſtimonio, debet eſſe etiam ſocius muneris.
45 Socius admittitur contra ſocium in delictis difficilis probationis.
46 In crimine ſimoniæ ſufficiunt præſumptiones.
47 Pœnitere, de eo, quod quis non commiſit, nemo tenetur.
38 Metus reuerentialis excuſat.
49 Delictum, quod non conſtat niſi per confeſſionem non eſt punibile.
50 Confeſſio ſine querela in his delictis, in quibus nō remanent veſtigia, non eſt ſufficiens ad condemnationem.
51 Confeſſio qualificata non facit delictum punibile.
52 Confeſſio delicti, etiam punibilis, ſola, non punitur pœna ordinaria.
53 Confeſſio qualificata non poteſt pro parte accipi & pro parte reijci.
54 Actus cum aliqua addictione non poteſt pro parte accipi, & pro parte non.

Spiritus Domini repleat corda noſtra.

FACTI SPECIES.

ALias conſului Reuer. Dominum Io. Baptiſtam Caſalem, & Maſſionarium iniuſtè moleſtati pro imputata ſimonia: & nunc idem repeto, non obſtantibus contra ipſum adductis; pro vt Iudices, ſi Deū præoculis habeant, videbunt, & iudicabunt: & in primis obiecta reprobabo; & inde veritatem in iſta materia oſtendam.

Et quoad primum obiectum reſpondeo: q̄d ſolutio 50. aureorum non fuit facta aſpirando ſeu anhelando ad beneficium, vt præſupponit Gig. in q. 87. num. 6. de penſ. poſt Paul. de Rom. eod. tit. quia ſi pro conſequendo beneficio pro certa penſione paciſcatur, & poſtea extinguēda p anticipatis ſolutionib⁹, erit ſimonia; quia intentio fuit deprauata ſuper beneficio obtinendo; & per indirectum videtur pactum ſu-
1 per beneficio: ſed ſi ceſſat † illa fraus, ceſſat etiam præſumptio ſimoniæ. vt tenet Gig. in eo loco, ſi rectè intelligatur. Vnde caſus iſtè valde diſtat ab oppoſito: quia Caſalis non dedit 50. aureos pro conſequendo beneficio, quod iā habuerat, ſed ſolum pro extinguenda penſione ſuper impoſita: quod ei facere licuit, ſicut aliàs oſtendi.

Secundum oppoſitum non obſtat; quia diſpoſitio. c. Cū Clerici. & illic But. Abb. & Imol. cū alijs allegatis, loquitur in caſu, in quo Clericus, vt conſequeretur beneficium, fecerat pactum de augenda penſione, & ſic intentio fuerat deprauata in beneficio: quia eſt vēdere, & emere beneficiū: ſed ſi nulla pro conſequēdo beneficio ſit pactio facta; licet poſtea agatur de pēſione extinguēda, & maximè auctoritate Papæ, nō arguit de ſimonia, q̄ vt cōmitatur neceſſario requiritur q̄d detur, vel redimatur tē-

potale

poralę pro ſpirituali, vel annexo; quod in iſto caſu non euenit; ſed ſolum de redimenda
2 penſione, † quæ in temporalitate conſiſtit, vt aliàs dixi, & non contrahitur ſimonia. Ferret. in conſil. 373. per totum in 2. part. & Deci. in conſi. 118. etiã per totum, vbi in fortioribus terminis tenuerunt, quod quamuis conuentio eſſet facta ante collationem, quando non fuiſſet facta reſpectu collationis fiendæ, non poteſt argui de ſimonia. imò verius ex d. capitu. Cum Clerici, cum ibi notat. per doct. arguitur ſimoniam abeſſe in caſu præſenti; nam ſi in eo caſu eſt ſimonia augendo penſionem pro conſequendo beneficio; cum ſimonia ſit dare temporale pro ſpirituali; datur intelligi quod penſio ſit quid temporale; ergo ſi pecunia eſt etiam quid temporale; quomodo ſtabit quod dare 50. aureos pro extinctione penſionis ſit ſimonia? & videmus quod pen-
3 ſio † non poteſt commutari cum beneficio ſine vitio ſimoniæ. Caccialup. quæſtio. 14. ea ratione; quia penſio eſt temporalis, & benefi-
4 cium ſpirituale; vnde non bene † inuicem conueniunt: vt tradit Cardin. in Clemen. prima, quæſt. 17. de reb. Eccleſ. non alien. & ſic cum in præſenti caſu penſio, & 50. aurei ſint quid temporale: retorquetur argumentum contra opponentem.

Tertium beneficium non obſtat, vt copioſè tractant doct. in capit. Dilectus il 1. de ſimon.
5 vbi tradunt licere † vnicuiq; dare pecuniam ad tollendam vexationem. iuxta illud Apoſtoli: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, & notant Raim. & Armill. in ſumm. huius tituli de Simon. ille fol. 781. alter fol. 471. quod maximè procedit; cum quis habeat ius in re; & habet poſſeſsionem: vt pro certo tenet Abb. in d. cap. Dilectus. & S. Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſt .... artic. 2. quia non eſt
6 † turpitudo ex parte dantis ius ſuum redimere. Gloſ. in ca. Prohibeas. de magiſt. & quod d. Caſalis habuiſſet ius ex ipſa electione, licet nundum collationem haberet, probatur arg. cap. Cum inter Canonicos. de elect. & per Gloſ. ordinariam. in ca. Quanto. 63. diſtin. quod
7 infallanter eſt verum, quando † poſt electionem, electus conſequutus ſit adminiſtrationem rei, quod notabiliter tenet Archid. in ca. Is cui. de elect. in 6. & ſic Caſalis iam electus, qui habebat adminiſtrationem beneficij, & poſſeſsionem, poterat redimere vexationem pecunia. Syluest. in ſumm. de ſimo. numero 13. verſicu. Si verò iam electus erat. Imò quando etiam quis non habeat ius in re, oportet quod vexatio ſit circa beneficium, & quod vexator habeat ius vexandi: in quo caſu loquitur Innoc. & alij in allegato. ca. Matthæus de ſimon. quod non erat in iſto caſu; quia vexatio non fuit circa beneficium, ſed circa penſionem: imò nec etiam fuit vexatio, ſed hortatio ad redimendum decem aureos: quia ve-
8 xatio † vt doct. intelligunt in locis allegatis eſt cum aliquis litigando procurat rem alienam tollere: & ſi quis eſſet, vel etiam non eſſet in poſſeſsione, poſſet abſq; labe ſimoniæ vexationem redimere pecunia, ſi vexaretur à potentiori; quia eſt limitatio quod impotens
9 ad ſuſtinenda litigia non committat ſimoniam dando pecuniam potenti, vt liberetur à vexatione. quod latè tradit Ferret. in conſil. 235. numero 2. in ſecunda parte, vbi de communi. ſed bene eam recipiens remanet inuolutus. vbi Ferret. & ſic omnino tolluntur obiecta, & remanet vera concluſio quod indebitè d. Reuerendus moleſtetur: quæ licet ſufficiant, tamen animi mei complacentia naturam iſtius caſus oſtendere decreui.

Diuino igitur repoſtulato ſuffragio caſus iſte nullo modo eſt ſimoniacus, ſaltem ex parte dantis; & quando ſit; non eſt punibilis. Ad
10 hoc enim vt ſimonia † introducatur, & ſit punibilis, tria neceſſariò, & copulatiuè requiruntur: intentio, ſcilicet, conuentio, & executio. Intentio namq; vt quis intendat emere, vel vendere. Conuentio; vt fiat pactum ſuper re ſpirituali. Executio, vt detur, & recipiatur prætium, vna cum traditione rei; aliàs ſi quis non intendat emere: vel ſi intendat, & conueniat; & det prætium, ſi res inde non ſequatur; non eſt ſimonia. Et iſta probantur in Summa Armilla. in verbo, ſimonia, numero 4. & 5. verſicu. Quandoque aliqui conueniunt. In his enim; quæ ſunt ſimoniaca, quia pro-
11 hibita, ſola voluntas, † quæ non accedat ad actum exteriorem, non facit ſimoniam, ſaltem punibilem ab homine. vt eſt textus rotondus in cap. Cogitatio. de pęnit. diſtinct. prima. Et ſi accedat ad actum exteriorem, tunc aut ſequitur effectus voluntatis, aut non: ſi
12 ſequatur † non eſt dubium quin delictum ſit perfectum, & punibile, nec ſola pænitentia deletur. l. Qui ea mente. in ſin. ff. de furt. Si ve-
13 rò non ſequatur, † etiam ſi non potuerit ſequi præter voluntatem agentis, non punitur ab homine, ſaltem iure Ordinario. leg. prima, §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iuris. quod ſaltem procedit in leuioribus delictis, vt notat. Gemin. in capitu. Quicunq; 1. quæſtio.
14 1. leuiora verò delicta † ſunt ea omnia, quæ contingunt per imperitiam; vel culpam ſine dolo: vt per Abb. in capitu. Tuæ diſcretionis, numero tertio, de penſ. quem ſequitur Foller. in pract. crimin. Can. capitulo
15 28. num. 9. in quibus ſi Clericus † delinquat, nec deponitur, nec priuatur beneficio.
16 vt illic Abb. numero quarto, dolus autem † tunc dicitur abeſſe, vel quando committitur delictũ, quod de ſui natura non requirit dolũ.

vt Abb. loco præcitato; vel ſi tequirat do-
lum, dolus verſatur circa rem modicam. leg.
17 ad ea quæ.ff.de regul.iur. Regulariter † enim
dolus non præſumitur.l. Dolum.& ibi Bart.C.
de dol.vnde ſi perſeueretur, An Reuer.Caſalis
ſit punibilis, quia confeſſus eſt ſe dediſſe 50.
aureos Reuer.domino Orio:nec aliter cõſtat,
18 niſi per eius confeſsionem; attendenda † eſt
eius confeſsio qualificata.l.Si quidẽ. vbi Gl.&
Bart.Cod. de except.& tradit Milleuſ. in ſua
pract.crimin.titulo reorum interrogandorum.
in 2.cõſtituto; in addit.ita & præcipuè in caſu
ſimoniæ, tenuit Alciat.in conſil.2.num.13. vo-
lum.1.& ſic quia confeſsio fuit qualificata, ſci-
licet pro extinguenda penſione,& credens eſ-
ſe in caſu eam extinguendi ceſſat ab eo omnis
culpa, & dolus. ad ea quæ notat Iacob. No-
uell.in ſua pract.crimin.ad defenſ. reorum. C.
reſponſiones reorum in conſtitutis, nume. 26.
ex quo deficit intentio committendi ſimoniã;
quæ (vt ſupra dixi) ſemper requiritur: & ita
19 ceſſat etiam dolus; à quo excludendo † om-
nis cauſſa ſufficit; vt aliàs probaui,& eſt com-
mune dictum: vt per Iul.Clar.in §.fin.ſuæ prat.
crim.quæſt. 60.verſicu.& generaliter ſcias. in
quo loco etiam diſtinguit inter delicta, in qui
bus dolus eſt de ſubſtantia; & in quibus non
eſt; dicens: quod in his in quibus dolus eſt de
ſubſtantia; quelibet iniuſta cauſſa excuſat à
dolo:& ſi verſetur in his, in quibus dolus non
eſt de ſubſtantia; cauſa iniuſta excuſat à dolo,
20 ſed non à culpa;& ſi cauſa † ſit iuſta excuſat à
dolo, & a culpa: & tunc non eſt locus pœnæ
ordinariæ, neq; ettraordinariæ: quod probat
etiam Franc.perſon. in ſua pract.Crim. quæſt.
17.num.47.48.& in caſu præſenti hoc maximè
procedit, vbi nulla illicita pactio fuit facta an-
21 te electionem; quæ facta poſt † electionem nõ
poteſt inducere ſimoniam.c.Artaldus.8.quæſt.
3.& tenet Alciat. in d.conſil.2.num.17. & quæ
illicita factio, quateuus eſſet illicita non indu-
xit ſimoniam, ſicut aliàs dixi, quia fuit facta
tantum ſuper penſione, & ſic ſuper re tempo-
22 rali † nulla habita intentione ad beneficium
quod ſequitur Staſil. de Grat. expect. §. nona
forma, numero 13. & 14. & in terminis anno-
tauit Crauet. in conſil. 873. numero 7. & Ge-
min.in conſil.17.numero. 10. dicens quod cir-
23 ca contractum † fructuum, & penſionum non
committitur ſimonia. Et quamuis penſiones
non extinguantur anticipatis ſolutionibus ni-
ſi auctoritate Papæ, tamen non inducitur ſi-
24 monia punibilis; quoniam illicitæ † pactio-
nes non continentes veram, & puram ſimo-
niam, licet de ea aliqualiter ſapiant, non in-
ducunt, vt ille cui ſit collatum beneficium
ſit de eo priuandus. vt latè demonſtrat Pa-
riſ.in conſilio 29. numero 10.& per totum, vo-
lumine 4. qui loquitur in fortioribus termi-
nis, vbi illicitæ pactiones fuerunt factæ in be-
neficio;& tamen non cadit priuatio ipſius be-
25 neficij. Iura † enim loquentia de ſimonia de-
bent intelligi de vera, & pura ſimonia, non
autem de ficta, & impropria. vt ibi Pariſ.nu-
mero 11. & 12. & licet ante collationem fue-
rit tractatum de extinctione; tamen ex vici-
26 nitate † actuum non poteſt argui de ſimo-
nia vt not.Put. deciſ.171. in 2. lib. Quare con-
cludendum eſt (vt aliàs dixi,) quod dictus
Reuerendus Caſalis non commiſit aliqnam
ſimoniam; tum quia non habuit de ea inten-
tionem, quæ principaliter adeſſe deber: tum
quia egit ſolum de penſione, nulla habita mẽ-
tione beneficij: nec intentione illud per hoc
conſequendi, vt erat in caſu. c. Cum Clerici.
de pactis. tum quia nullus dolus fuit neque
culpa: tum etiam quia res non fuit inde ſe-
27 cuta;& ſic conditione † non ſecuta, delictum
quando ſit delictum, non fuit conſumatum;
quod requiritur in ſimonia, vt puniri poſsit:
iuxta Armill.in loco ſupra allegato.& Alciat.
in d. conſilio ſecundo, numero 36. dicentem,
quod quando partes egerunt quod fieret in-
28 ſtrumentum, conuentio † nunquam eſt perfe-
cta, niſi eo celebrato;& poterunt ſemper par-
tes pœnitere: id qđ diffinitio verbi iſto caſu
oſtendit: dum ſimonia, nil aliud eſt niſi eme-
re, vel vendere aliquid ſpirituale pro tem-
porali: ergo actus requiritur perfectus.

Et Si quæratur quid iuris in caſu præmiſſo?
dico quod fuit illicita pactio, quia non da-
tur redemptio anticipatis ſolutionibus, ſiue
auctoritate Papæ; & erat nullius momenti;
perinde ac ſi non fuiſſet extincta; ſed tamen
non fuiſſet Simonia, quia penſio iuxta diffi-
nitionem traditam à Cardin. in Clemen. pri-
ma, §.1.numero quarto, de ſuppl. neglig. Præ-
29 lat.& alijs ſæpe, eſt certa portio † ſeparata à
beneficio ad tempus, & eſt commodum tem-
porale tantum, quando non ſit data in titulum
beneficij; quia tunc eſt ad inſtar beneficij; &
tunc non poteſt in ea cadere ſimonia, quæ ſo-
lum inducitur dando temporale pro ſpiritua-
li: imò committeretur ſimonia, ſi daretur pen-
ſio, vel ageretur, aut diminueretur ſine Papa
pro conſequendo beneficio, ea ratione, quia
conſiſtit in temporalitate: quod eſſet ſecùs, ſi
non ageretur de beneficio;& ſic in caſu de quo
agimus; redemptio illa de decem aureis ſine
Papa, eſt nulla non tamen eſt ſimonia: & qui
habuit illa decem tenetur ad reſtitutionem:
nec vicinitas actuum, mandati ſcilicet ad cõ-
ſentiendum penſioni pro beneficio habendo;
& extinctio illorum decem arguit eam; quia
præterquam quod datur interuallum trium
menſium, tractatus fuit circa aliam rem. Put.
in d.deciſ.171.lib.2.

30 Nec obſtat, quod in expeditione † literarũ

ſoleat

ſoleat apponi clauſula, quod detur iuramen-
tum, quod nō interuenerit aliqua cōuentio ſi-
moniæ: ſicut refert Felin. in c. Ad audientiã, il
2. col. 3. de reſcrip. quia illud procedit quando
agitur de conſequendo beneficio, non autem
de extinguenda penſione: quia in primo caſu
tractatur de re ſpirituali, in ſecundo verò ſo-
lum de temporali, ut ſupra annotaui, & in tan
31 tum quod non eſſet ſimonia † etiam ſi inter-
uentu pecuniæ transferratur penſio, vel anni-
hiletur, vt preter ſupra annotata fuſius tractat
Gig. de penſ. quæſt. 99. nume. 7. vſq; ad finem:
32 imò partes etiam in actu † conſequendi bene-
ficium poſſunt paciſci ſine vitio ſimoniæ de
ſoluenda penſione ante expeditionem lite-
rarum: vt docet Nicol. Boer. tit. de poteſt. leg.
à lat. nume. 134. & Rebuff. in conſtitut. Regn.
titu. de Chirograph. nume. 40. in 1. volum. &
Gig. lat. de penſ. quæſt. 34. num. 3. & 4. & iſdem
Felin. in d. cap. Ad audientiam, num. 3. verſic.
3. concluſio. & ſic reſtat firmiſsima concluſio
Reuer. Caſalem nullam commiſiſſe ſimoniam;
& conſequenter non eſſe excommunicatum
neq; beneficio priuandum ad diſpoſitionem
33 extrauag. Vrbani IV. & Paul. II. diſpoſitio †
enim illa ſolum procedit contra ſimoniacos
in ordine, vel beneficio: à qua caſus iſte eſt
alienus; & ſic vexatio ei data eſt illicita; qui
etiam quod commiſiſſet ſimoniam antequam
beneficium ei fuiſſet collatum, & ſic ante-
quam haberet titulum; tamen ſuperueniens
34 † ei titulus coloratus; in quo pacificè ſtetit
per triennium, defendi poſſet: vt probat
Gom. in regula de triennali quæſt. 12. Sed verè
ab ea eſt alienus: pro quo ſufficerent præſum-
35 ptiones † ad obtinendam abſolutoriam. Bel-
lem. in deciſio. 112. Ferret. in conſil. 388. nume.
13. volum. 2. ſimonia enim iſto caſu ex parte
dantis non eſt conſiderabilis, licet ex parte
recipientis, qui dolo recepit illos aureos, ſciẽs
penſionem fuiſſe modificatam a Papa; quos
36 tamen † turpiter voluit lucrari: & ita in caſu
ſimili conſuluit Ferret. in conſil. 235. per to-
tum conſilium volumine ſecundo, & tenuit e-
tiam Abb. in cap. Cum in Eccleſia, ad finem. de
ſimon & eum ſequitur Armill. eod. titu. nume.
26.

Neq; obſtat regula illa quod ſocius crimi-
nis non faciat indiciũ: quia, præterq̃ quod iſto
caſu Reuerendus Caſalis non erat ſocius; nãq;
37 vt quis dicatur ſocius † requiritur probatio
tractatus ad maleficium; & ita tenet Roman.
Curia, ad Caputaq. deciſio. 277. in 3. part. Sed
hic nullus præceſsit tractatus; imò Caſalis
ignorabat quod Papa diminuiſſet penſionem;
& ideo non poteſt argui de iſto delicto, quia
38 effectus † non extenditur ad ignorata. l. ma-
ter decedens. ff. de inoffic. teſtam. neq; eius
confeſsio probat delictum, quod neſciebat
39 committere: nam ad delictum † ſaltem puni-
bile requiritur voluntas: & præcipuè in de-
licto ſimoniæ, vt ſupra oſtendi, nimirum re-
gula de ſocio criminis ei applicari non poteſt:
& eò fortius, quia eius animus extendebatur
ſolum ad extinctionem illorum decem aureo-
rum, auctoritate Papæ: ſed quia effectus pro
vt putabat non euenerit; re ſecuta non poteſt
40 dici ſocius criminis: quia in contractibus †
do, vt facias, vel des; attenditur effectus, &
non verba. Bald. in l. 2. Cod. commod. quando
41 enim promittitur, † vel datur aliquid pro
conſequendo aliquo emolumento, ſi illud non
conſequatur, non repellitur à teſtimonio: vt
probat Gemin. in cap. 1. nume. 7. de teſtib. in 6.
42 imò confeſsio facta † non præcedentibus le-
gitimis indicijs non nocet confitenti. vt latè
tradit Maſcard. de probatio. concluſio. 351. in
prin. & in ſeq. concluſ. nume. 6. vbi plus dicit,
43 quod confeſsio † facta, coram incompetenti
Iudice, & ſine legitimis indicijs nihil opera-
tur.

Inſuper illa regula ita ſolum habet locum
44 ſi ſocius † criminis fuerit etiam ſocius mu-
neris. capit. Veniens il 1. de teſtib. & ita dixit
& intellexit Gemin. in d. capit. 1. de teſtib. &
tradit Gloſ. in d. cap. Veniens. Imò quando
agitur de crimine dificilis probationis, ſocius
45 † admittitur contra ſocium. Decian. reſponſ.
18. nume. 67. in primo volumine. Cephal. in cõ-
ſi. 75. num. 44. etiam in primo volumine. & ma-
ximè ſi crimen ſit de exceptuatis. vt pro com-
muni tenet Gomez. in titu. de Delict. capit. 12.
numero 18. verſicu. Sed his non obſtantibus:
46 ſicut eſt crimen ſimoniæ in quo † ſufficiunt
præſumptiones. cap. Sicut, il 1. vbi Abb. de ſi-
mon. & ſequitur Albe. de Roſa. in titulo de
Teſtib. § expedita. nume. 32. & 33. & hæc om-
nia faciunt contra eum qui fraudauit d. Re-
ueren. Caſalem, qui omnino eſt immunis de
his, quæ contra ipſum tractantur: & qui, licet
poſtea quam cognouit fraudem non reclama-
uerit, excuſatur: tum quia pœnitentia de deli-
cto q̄ non erat à parte ſua, non requiritur: &
47 nemo † tenetur pœnitere de eo, quod non cõ-
miſit: tum etiam quia licet pœnitere, & recla-
48 mare potuiſſet, † metus reuerentialis eum
excuſat. vt notat Marc. Anton. Cuch. de im-
pedim. matrimon. nume. 133. vbi concludit
quod tantum operatur metus reuerentialis
erga ſuperiorem; qualis metus erga patrem:
& hic agebatur de eius ſuperiore, qui recipit.
d. ſcutos 50.

Et ex abundanti non ommitto, quod quan-
49 do non conſtat † de delicto aliter quàm per
confeſsionem prætenſi rei; confitens non po-
teſt condemnari. leg. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de
quæſtio. Grammat. in conſilio crimin. numero
60. ad nume. 9. & 10. & in deciſio. ſecunda, nu-
mero 38. Iul. Clar. in pract. crimin. quæſt. 55. ver
ſi. poteſt etiam, & verſ. ſequenti, vbi diſtinguit

Digitized by Google

inter generalem, & ſpecialem confeſsionem: & de ſpeciali inter delictum facti tranſeuntis. vt eſt furtum, adulterium, & ſimilia, in quibus non ſolent veſtigia remanere; & tunc ſola
50 † confeſsio ſine quærela non poteſt operari cōdemnationē: & inter delictū facti permanētis, in quo ſolent veſtigia permanere: & tunc etiam ſola confeſsio ſine apparitione delicti non ſufficit ad condemnationem. Et ex his reſultat firma cōcluſio, quod nulla quærela, neq; vllo indicio apparente, d. Caſalis non poteſt moleſtari. Cui non obſtat confeſsio ſe dediſſe dictos 50. ſcutos; quia præterquam quod eſt †
51 qualificata, non inducit delictum punibile, Roman. in conſil. 113. num. 4 & 5. Crau. in con-
52 ſil. 415. nu. 13. & tunc quando eſſet † delictum punibile, non poſſet pœna ordinaria puniri. Abb. in cap. Auditis, nu. 32. de præſcript. quem ſequuntur communiter Doct. vt refert Ioſeph Lud. in deciſ. Lucenſi. 19. nu. 6. 7. quoniam non
53 poteſt eam iudex in parte † acceptare; & in parte reſpuere. & Doctrina Abb. procedit in quocumq; delicto vt ibi Ioſeph Lud. num. 12.
54 quia quando fit actus † cum aliqua adiectione; nō poteſt pars recipi, & pars reijci. Rebuff. in prat. benef. de reſsign. condit. nu. 7. in 2. par. ex quibus abſolute, d. Caſalis eſt abſoluendus Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XLIII.

Emphyteuſis Eccleſiæ an tranſeat? & quando ad extraneos, & quando ad Eccleſiam?

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ non tranſit ad extraneos de ſua natura.*
2 *Reſcripta regulantur ad ſupplicationem.*
3 *Omnis diſpoſitio tria requirit.*
4 *Poteſtas requiritur in diſponente.*
5 *Voluntas etiam requiritur.*
6 *Modus etiam requiritur.*
7 *Non ſeruans modum dicitur exeedere fines mandati, & iuris.*
8 *Reſcriptum eſt ſtricti iuris.*
9 *Reſcriptum refertur ad petitionem.*
10 *Delegatio cenſetur facta pro vt de iure.*
11 *Mandatum Papæ eſt reducendum ad ius commune.*
12 *Delegati non habent iuriſdictionem in non commiſſis.*
13 *Iuriſdictio delegati eſt odioſa.*
14 *Pro delegatione non præſumitur.*
15 *Delegatus debet ſeruare formam.*
16 *Delegatus excedens tenetur interdicto, vnde vi.*
17 *Voluntas talis præſumitur qualis eſſe debet.*
18 *Voluntas cognoſcitur ex factis, & verbis.*
19 *Verba ſunt ſigna paſſionum. quæ ſunt in animo.*
20 *Modus exceditur re, tempore, loco, & cauſa.*
21 *Exceſſio facit nullum quod agitur.*
22 *Eccleſia amittit vtile dominium ſi concedat perpetuo emphyteuſim.*
23 *Perpetuitas durat in deſcendentes; & num. 25.*
24 *Vtilitas conſideratur etiam ad futura.*
26 *Verbum perpetuum non facit tranſire in extraneos emphyteuſim Eccleſiæ, niſi ſit conſuetudo.*

Diuino Auxilio implorato.

FACTI SPECIES.

SVpplicatum fuit Papæ pro habēdo conſenſu concedendi quaſdā terras Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam qui commiſit certis iudicibus, vt de continentia ſupplicationis ſe informarent. & ſi inuenirent emphyteuſim in euidentē vtilitatē Eccleſiæ cedere; licentiam prædictam concederent, Iudices verò delegati, habitis certis informationibus, declarauerunt emphyteuſim cedere in euidentem vtilitatem Eccleſiæ; & & licentiam dederunt eam faciendi, prout facta fuit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; in perpetuum cuius virtute ille primus acquirens decedendo ſine filijs d. emphyteuſim reliquit extraneo. Modò quæritur An valuerit illa conceſsio; an verò bona prædicta recuperari poſsint?

Et pleniori conſilio alius conſulens tenuit contractum non valuiſſe; emphyteuſimq; ab Eccleſia recuperari poſſe, cum præſertim em-
1 phyteuſis † Eccleſia de ſui natura nō tranſeat ad extraneos, ad Gloſ. communiter approbatam in l. etiam ff. ſol. mat. Caſtrenſ. in conſ. 189. volum. 2. Alex. in conſ. 120. nume. 7. in 1. volum. Iul. Clar. in lib. ſent. § emphyteuſis. q. 28. verſic. Quicquid tamen. cum alijs allegatis: & potiſſimum quia commiſsio ad hoc non ſe extendebat; cum ſolum fuiſſet ſupplicatum pro licentia concedendi in perpetuum, nulla habi-
2 ta mentione extraneorum: & reſcripta † regulari debent ad ſupplicationem cap. Inter dilectos. de fid. inſtru. Gramat. deciſ. 103. nu. 201. & alij allegati.

Quam concluſionem approbo. nam omnis
3 diſpoſitio † ad ſui validitatem tria neceſſariò requirit; poteſtatem ſcilicet, voluntatem,
4 & modum. Oportet enim quod qui † diſponit habeat poteſtatem. l. Imperium. ff. de iuriſdic. omn. Iud. aliàs omne diſpoſitum eſt nullum. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iur. Re-
5 quiritur † etiam voluntas, ſcilicet quod tale quid velit agere, aliàs nihil valet quod agitur, c. Cum ſuper abbatia. de offic. deleg. l. Si filio. C. de don. ant. nup. l. Non omnis. ff. ſi cert. pet.

&

& accedente poteſtate, & voluntate;ſi modus
6 † non ſeruetur,tota diſpoſitio corruit.Specul.
de ſent.§ 8.verſic.Item eſt nulla.eſt enim modus de forma l. Cum eorum. C. de ſent. & qui
7 non † ſeruat modum dicitur excedere fines
mandati,& fines iuris.Innoc.in c.Super de offic. deleg. Hæc enim tria in præſenti materia
defecerunt, quorum aliud ſufficiebat ad inualidandum contractum. Poteſtas etenim defecit quia, vt doctiſsimè per Excellentem conſultorē fuit demonſtratū:illi delegati non habuerunt in commiſsione poteſtatem concedendi licentiam alienandi in extraneos; quia
ſignatura gratiæ hoc non demonſtrabat; neq;
8 ad hoc extendi poterat; quia reſcriptum † de
ſui natura ſtrictè interpræ randum eſt , vt non
extendatur ad non expreſſa. c. p. & g. de of-
9 fic.deleg. ſed ſemper † ad petitionem refertur.
Bald.in l.eam quam.colum.2.verſi.Item ibi ſequentes.C.de fideicom. Dec. in conſ. 4 ... num.
5. ad finem. & conſequenter quod non erat in
petitione non erat in commiſsione; vnde de-
10 legatio † in dubio intelligitur facta prout de
iure. Rot.per Graſſ.decіſ.349.num.6.in 1.part.
11 nouiſſ. quoniam mandatum, † etiam ... eſt
ſemper ad ius commune reducendum. Gemin. in conſ. 47 num.3. Caputaq. deciſ.145 in 2. par.
nec poterāt delegati illi excedere fines com-
12 miſsionis, quia in non † commiſsis nullam ha
13 bebant iuriſdictionem: nam iuriſdictio † delegati eſt odioſa.c.1.de offic.deleg.in 6. & quicquid in actis vltra commiſsionem eſt nullum
cap. Cum dilecta. de offic.deleg. neque pro †
14 ea eſt præſumendum. Sebaſt. Vant. de nullit.
proceſſ. tit. de nullit. ex def. iuriſd. nu. 28. qui
enim in vim ſpecialis commiſsionis agit, de-
15 bet † ſeruare formam. c. is qui de præben. in 6.
16 & ſecus agens † tenetur de interdicto. vnde
vi ſecundum Innoc. in cap. Si quando, de offic.
deleg.

Defecit etiam voluntas delegantis;quia cū
17 non expreſſerit,voluntas † eius præſumitur eſſe qualis de iure debet. Alex.in cōl. 54.n.22.in
18 4.vol. Imò talem fuiſſe voluntatem † dicere
debemus,qualem ex verbis & facto dignoſcitur.l.de quibus.ff. de leg.l.paulus reſpondit ff.
19 rem rat hab. verba † enim,& voces ſunt ſigna
earum paſsionum,quæ ſunt in animo. l. labeo.
ff.de ſuppel.leg.Sed iuxta petita conceſſit,ergo ad non cogitata debemus dicere non habuiſſe voluntatem.

Modus tandem defecit in ipſis delegatis;
20 quia modus exceditur † re,tempore, loco, &
cauſſa.inſtit. de actio. §. plus.defecerunt re;
quia pluſq; erat in mandatis diſpoſuerūt; vt
in d. §.plus. vnde quando plus agitur,quàm ſit
21 in rescripto,dicitur exceſsio:& omne quod agitur extra illum,ſpecul.de fruct. & inter.§.5.verſic.hoc autem. Defecerunt etiam in cauſſa: nā
poteſtas illis fuerat data quatenus in euidentē vtilitatē cederet Eccleſiæ; ſed conceſsio in
perpetuum , etiam in extraneos , vertitur in
22 damnum Eccleſiæ , quia † perpetuò amitte-
bat vtile dominium.vt declarat Dec.in conſil
141.num. 5. nec refert quod iuxta petitionem
conceſsio fieri poſſet in perpetuum quia iuxta regulas iuris communis, & ſecundum allegata ab Excellenti dño Cōſulēte, perpetuitas
23 † durabat ſolum in deſcendentes acquirentis,
& ſic poterat caſus eſſe in quo per lineam finitam deueniret ad Eccleſiam: ſed in extraneos tranſeundo perpetuò Eccleſia erat priuata vtili dominio . Imò euidens vtilitas non
ſolum conſideratur ad tempus contractus, ſed
24 ad futurum , vt ſcilicet adueniente tempore,
etiam ſemper ſit vtile pro Eccleſia.Iacob.Alb.
in conſ.34.nu.19. & tradit Borgn. deciſ. 46. nu.
141. & 268 quia ſi in futurum etiam excurſu
temporis reperiretur rem iam in emphyteuſim datam eſſe minus vtilem;cōtractus reſcindi poſſet:iuxta tradita per d. Alb. & Borgn. &
præcipitanter illi delegati proceſſerunt. Borgn.ibi num.436.

Et quamuis in ſupplicatione fuerit dictum
quod concedatur in perpetuum;id tamen non
arguit vt tranſeat ad extraneos contra pro-
25 priam naturam;ſed in ſolam † deſcendentiam
illius acquirentis; vt pro communiori,& verio
ri tenuit Alex.in d.conſ.9.volum. 2. & Clar. in
d.§. emphyteuſis quæſt. 28. de qua ſupra, & alij per Excellentem Conſulentem allegati.

Nec refragatur Soнc. in conſ.266.colum.13.
verſ. Secundò præmiſſa confirmantur . vol.2;
quia caſus Sonc.erat diuerſus, agebatur enim
de emphyteuſi conceſſa pro ſe , hæredibus, &
ſucceſſoribus in perpetuum , & non affirmat
quod verbum perpetuum importet tranſitum
ad extraneos:dum dicit quod ſi iſta duo ſeparata hoc non inducerent , tamen ſimul iuncta inducere debent . Et ſic in caſu ſuo tenet,
quod quando emphyteuſis ſit conceſſa pro hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum, poſsit
ad extraneos habere tranſitum nos autem loquimur de ſolo verbo in perpetuum, cum ad
extraneos non potuerit per illos delegatos cō
cedi;quod verbum ſolum hoc non importat.

Neq; obſtat dictum Anc.in conſ.443. nume.
8.nec Abb.in conſ. 74.num.3.volum.1.quia non
26 affirmāt verbum † perpetuum in Eccleſiaſtica emphyteuſi importare tranſitum in extraneos ;niſi vbi ſit conſuetudo quæ in Lombardia, & præcipuè in iſta regione , non adeſt; &
conſequenter emphyteuſis, de qua in thema-
te,poterit reuocari.ca.Siquis præsbiterorum .
de reb.Eccleſ.non alien.Laus Deo,& B.M.ſem
per V.ſaluo tamen.

CON-

CONSILIVM XLIV.

Feudum Eccleſiaſticum quando deuoluat cum melioramentis: & quando ſit nouum; & detur reſtitutio minori.

SVMMARIVM.

1 *In dubio præſumitur pro ſententia.*
2 *Feudum Eccleſiaſticum ſine ſolemnitatibus eſt nullum.*
3 *Referens debet probare relata.*
4 *Relatio refertur ad relata.*
5 *Relatio non ſuffragatur in his, quæ ſunt contraria.*
6 *Inſtrumentum referens aliud non probat, ſi illud non producatur.*
7 *Statur inſtrumento producto ſi aliud non producatur.*
8 *Vaſſalli perdunt feudum ob inueſtituram non renouatam.*
9 *Feudum etiam ipſo iure ammittitur.*
10 *Vendens feudum iure proprio negat feudum.*
11 *Melioramenta ammittit feudatarius ob delictum.*
12 *Feudum quando ſit nouum, & num. 37.*
13 *Inueſtituram non petens dicitur delinquere in dominum.*
14 *Feudum reuertitur ad dominum propter delictum.*
15 *Solemnitas non præſumitur.*
16 *Totum feudum deuoluit ſi medietas alienetur.*
17 *Defectus ſolutionis partis facit totam rem perire.*
18 *Allegans minorem ætatem debet eam probare.*
19 *Appellatio in cauſſa feudi agens poſſeſſorio non procedit.*
20 *Appellans debet probare cauſſam, & eam habere in promptu.*
21 *Appellatio eſt friuola, ſi non probetur cauſſa.*
22 *A ſententia confirmatoria non appellatur.*
23 *Tempus ad appellandum, & proſequendum currit minori.*
24 *Sententia tranſit in iudicatum ob lapſum fatalium.*
25 *Executio debet dari poſt annum.*
26 *Qui non proſequitur appellationem dicitur acquieuiſſe.*
27 *Præſumitur calumnia ſi poſt lapſum fatalium agat.*
28 *Malitioſè petit, qui inſtat poſt lapſum fatalium.*
29 *Appellans debet proſequi infra tantum tempus, quantum ſe læſum eſſe prætendit.*
30 *Executio petita ante petitam reſtitutionem, eam impedit.*
31 *Reſtitutio minori ſuccedenti patri, qui nulliter contraxit, non datur.*
32 *Reſtitutio non datur ei, qui notoriè ius non habet.*
33 *Reſtitutio non datur minori, qui iurauit.*
34 *Reſtitutio non datur minori delinquenti.*
35 *Reſtitutio non datur ei qui impedimentum potuit remouere.*
36 *Delictum patris nocet filio.*
38 *Poſſeſſor triennalis eſt tutus.*
39 *Negligentes priuantur commodo.*
40 *Præſcriptio currit minori ſine ſpe reſtitutionis.*
41 *Inſtantia currit minori, & num. 42.*
43 *Appellatio eſt deſerta, ſi inſtantia non proſequatur.*
44 *Reſcriptum non iuuat lapſo anno.*
45 *Negligentibus iura non ſubueniunt.*
46 *Appellatione deſerta ſententia ſtat firma.*
47 *Maior quando non gaudet priuilegio reſtitutionis cum minori.*

Ieſus Auxiliatio mea.

FACTI SPECIES.

Viſa declaratione caducitatis feudi, & toto proceſſu inter Reuerendum Archipræsbiterum plebanum Mutilenæ, & fratres de Oliuis, arbitror ſententiam, & ſuperinde executionem Canonice latam & datam; & iuxta commiſsionem Illuſtriſsimi Legati imponendum eſſe perpetuum
1 ſilentium. & magis quia etiam in dubio † præſumitur pro ſententia. l. Miles. §. decem. ff. de re iud. Gab. conſil. 151. in princ. Crau. in conſil. 188. num. 8. Cum alijs, quæ allegari poſſent.
2 Si quidem feudum † nulliter fuit factum, nulla interueniente, auctoritate Ordinarij, nec Pontificis conſenſu, ad Pauli II. diſpoſitionem; de qua in extrauang. Ambitioſè, & in maximum detrimentum Eccleſiæ. cum 12. iugera terrarum laboratiuarum pro ſex vncijs ſpecierum fuiſſent alienata: neq; appareat feudum fuiſſe antiquum, ita quod præſumi potuiſſet alienabile; licet partes referant alias fuiſſe
3 conceſſum; quod tamen non fuit † probatum, ſicut oportebat. l. ait Prætor. §. Si iudex. ff. de
4 re iud. Dec. in conſil. 647. num. 2. relatio † enim refertur ad relata. l. Aſse toto. ff. de hæred. inſtit. Dec. in conſil. 182. num. 13. ad finem. Crau. in conſ. 45. nume. 4. & faciunt notata per Alex. in conſil. 81. viſa conſultatione, num. 8. 9. & 10.
5 lib. 6. & relatio † non ſuffragatur in his, quæ eſſent contraria. Rot. per Aldob. poſtea Papam decif. 529. in 1. part. nouiſſ. num. 3. inſtrumen-
6 tum † namq; faciens mentionem de alio, non probat, niſi illud relatum producatur. Auth. Siquis in aliquo. C. de eden. Alex. in conſ. 6. nu.
7 8. vol. 4. Afflict. decif. 273. & ſtandum † eſt inſtrumento producto. Paul. de Caſt. in conſ. 462. Viſis, & diligenter examinatis. verſic. ex quibus apparet. & verſic. Reſpondeo, in 1. volum. ita quod ſtandum fuit inſtrumento de quo in proceſſu, in quo nulla fuit auctoritas Ordina-

rij

rij nec Papæ conſenſus: & conſequenter nulla
fuit alienatio.

Et quandocunq; infeudatio legitima fuiſ-
ſet; vaſſalli hæredes illius primi acquirentis
amiſerunt beneficium: tum quia renouationē
8 † inueſtituræ non petierunt, neq; ab anteceſ-
ſore d. plebani, neq; ab ipſo, ſicut teneban-
tur. c. 1. de capit Corrad. c. Imperialem. §. præ-
terea. de prohib. feud. alien. per Fed. & cap. 1.
quæ ſit prima cau. benef. ammitt. in vſib. feud.
Iul. Clar. in lib. ſent. in 4. lib. §. Feudum. quæſt.
49. in princ. Hoſtien. in ſumm. de feud. §. quib.
mod. feud. ammitt. & quamuis aliqui teneant
quod requiratur ſententia: Anc. tamen in cōſ.
6. inter cōſ. Cald. tit. de feud. tenet quod ipſo
9 † iure ſint priuati: id quod fuit etiam proba-
tum per Afflict. deciſ. 255.

Et hoc ſine dubio procedit in iſto caſu; vbi
præter delictum non prætendi inueſtituram,
alienauerunt vltra duos tertios dictarum ter-
tiarum ſine cōſenſu plebani, imò iure proprio
cap. 1. in fin. quæ fuer. prima cau. benef. ammit.
cap. Imperialem, verſi. Nemini liceat. de proh.
feud. alien. per Loth. c. 1. de alien. feud. & eſt
communis opinio. Curt. Iun. conſi. 174. num. 34.
tum, & magis; quia vendiderant iure proprio
10 & ſic videntur † negaſſe feudum ab Eccleſia
proceſsiſſe c. 1. § Vaſſallus, ſi feudum. tit. Si de
feu ſit contro. int. dom. & agnat. Afflict. deciſ.
307. num. 12. quare ceciderunt in commiſſum;
11 & feudum † ad dominum reuerſum eſt cum
melioramentis. Iaſ. in l. 1. num. 30. Cod. de iur.
emph. & in l. 2. num. 27. Brun. in conſ. 105. num.
7. Bero. q. 96. nume. 4. verſic. Aut vaſalli magna.
impenſa. cum ibi attentis Paul. de Caſt. in cōſi.
45. nume. 36. in add. in 3. part. & fuſius cum ſit
12 † nouum Iul. Clar. § feudum. quæſt. 66. verſic.
& hec quidem concluſio: & quod ſit nouum.
Paul. de Caſt. in conſ. 462. de quo ſupra. Afflict.
deciſ. 248 nume. 8. & maximè non apparente
alia inueſtitura ſicut probat Caſtren. in d. cōſi.
262. verſ Reſpondeo. imò quando etiam fuiſ-
ſet antiquum: ex quo delictum non petendi
13 inueſtituram fuit delictum † in dominum, vt
tenet Alex in conſi. 30. volum. 1. & eum ſequi-
tur Boſſ. tit. de bonorum pub. num. 57. circa me
14 dium: reuertitur † ad dominum, vt ſupra pro-
batum eſt, & pro veriori tradit. Guid. Pap. de-
ciſ. 164. num. 1. & 2. Grat. reſpon. 9. num. 62 libr.
1. Quintil. Mand. tit de ingrat. 78. & 79. ſpecie
ingratitudinis, cum alijs ſub eo accumulatis:
& ſic declaratio fuit iuridicè facta. tum ob nul
litatem alienationis; ex defectu ſolemnitatis,
de qua nullum verbum in inſtrumento, & quæ
15 † aliàs non præſumitur. l. ſciendum. vbi Do-
ctores. ff. de verbor. oblig. & latè per Lamb. de
iur. par. libr 2. primæ partis, artic. 12. quæſt. 2.
prin. nu. 10. Rot. de appell. in nouiſſ. deciſ. 30. a-
lias 190. cum propter alienationem; & alia de
licta de quibus ſupra quæ operantur reuerſio-

nem ad dominum, etiam ſi à principio feudū
tenuiſſet: vt ſupra probatum eſt. Quæ omnia
vindicant ſibi locum quo ad totum illum a-
grum, quamuis totum non fuiſſet alienatum:
16 nam quando † medietas ſit alienata, ſufficit,
vt totum feudum deuoluat. text. eſt expreſſus
tit. quib. mod. feu. ammittatur. §. aut ſi liuella-
rio. in 1. libr. feud. Et faciunt notata per Sylu.
in ſumm. tit Emphyteuſis, nu. 10. dicens, quod
17 defectus † ſolutionis vnius partis facit totā
rem perire: & in caſu propoſito fuerunt alie-
natæ x. bubulcæ cum dimidio illius agri, qui
non excedebat. xij. bubulcas. Quibus ſtantibus
Canonicè fuit deuentum ad priuationē: quod
ex ſerie proceſſus cognoſci poteſt. nam anno
1592. 22. Ianuarij. Io. Ant. Filius domini primi
acquirentis, & pater Io. Baptiſtæ prætenſi ma-
ioris, vendidit iure proprio Bub. 3. d. terrarum
Paulo Roman. in proceſſu fol. 16. 17. Anno 1596.
14. Septembris d. Io. Bapt. eius filius, vnà cum
Petro eius fratre, vendidit Bub. quatuor d. Ro
mano, & ſeu in liuellum dedit. fol. 20. Anno
1596. 5. Decembris, vt fol. 28. Vincētius etiam
iure proprio vendidit Hoſpitali del Biſetto
Bub. 3. tab. 22. & ſemper ſine conſenſu pleba-
ni.

Declaratio fuit facta die 30. Decēbris 1596.
fol. 30. poſſeſsio ad regulam datam à Iaſone.
in l. 2. Cod. de iur. emphy. Et citantur illi de
Oliuis 23. Ianuarij 1597. fol. 37. & iudicium a-
ctum fuit. Die verò 13. Maij. 1597. allegata fuit
minor ætas d. Io. Baptiſtæ, quæ tamen non fuit
18 probata, † ſicut oportebat. Odo. Sfor. de reſtit.
in integ. quæſt. 27. artic. 1. nu. 3. verſic. Sed cōtra
eſt veritas. Fran. Cald. in l. Si Curatorem. Cod.
de in integr. reſtitut. in verbo, Minoribus, num.
10. vnde ab hinc ad ſententiam quæ lata fuit
30. Iunij. defluxerunt dies 47. præcedentibus
citationibus, & notificationibus ſicut conſtat
in proceſſu: Quare non poteſt dici quod dicti
de Oliuis non habuerint tempus ad oſtendē-
dam minorem ætatem, & quin non fuerit pro-
ceſſum ſeruatis ſeruandis.

Die verò 7. Iulij, fuit appellatum, & prætenJ
dens appellationem non obſtare, fuit petita
executio die 18. Iulij 1598. fol. 51. & intentio e-
rat fundata ſuper iuris regulas: nam in cauſſa
19 † feudi quando agitur poſſeſſorio non admit-
titur appellatio: vt poſt Capit. deciſ. 77. tenuit
Contard. cū allegatis in l. 1. Cod. ſi de momen.
poſſ. § 8. limit. 2. nume. 35. & quando ſecundum
Canonica iura poſsit appellari in alijs cauſsis
20 ſtatim cauſſa † eſt exprimenda, & debet eſſe
in promptu. vt poteſt alios tenet iſdem Con-
tard. in ea l. in 3. limit. n. 29. & limit. 12. n. 1. aliàs
21 appellatio † eſt friuola. ad Bal. conſ. 217. quem
ipſe allegat & notat Marant. in ſuo tract. iudi-
ciario. in vlt. par. act. prin. num. 171. nec impe-
dit executionē. Marc. Mant. problem. 78. Neq;
22 appellatio inſuper datur † à ſententia con-
firmatoria

firmatoria, neq; reſtitutio: vel ſaltem non ſu-
ſpendit executionem. Afflict. deciſ. 261. & ſe-
quitur Marant. in loco citato, nume. 174. &
23 ſic allegabatur quod tempus, † & ad appel-
landum, & ad proſequendum currebat etiam
minori; etiam probata minori ętate; etiã quod
daretur appellatio. l. Properandum. C. de Iud.
& eſt commune dictum vt ibi doct. ad Gloſ. in
verbo. Conceſſerunt. Cod. in quib. in integ. re-
ſtit. & latè per Franc. Cald. in d. l. ſi Curatorẽ.
in verbo, Sua facilitate. num. 36. 37. & 38. & hic
non erat probata minoritas; & agebatur de
poſſeſſorio feudi, & de ſententia confirmato-
ria declarationis prius factæ. Et dum diſputa-
tur fuit iterum allegata minotitas, & poſtea
ptobata: & die 30. Ianuarij. 1599. ſol. 60. præ-
ſentata commiſsio delegati; quæ tamen ſolum
in actis fuit regiſtrata, nihilq; poſtea actitatũ
vſq; ad 20. Iulij 1599. ſol. 69 vbi petitur denuo
executio, ob lapſum ſatalis: & quia oppone-
batur ſecundum ſatale, ex minori ætate, &
paupertate, vt ſuerat ſupplicatum, nihil aliud
fuit dictum vſq; quo, & ſecundum, & tertium
fatale ſuit expiratum. & de anno poſtea. 1602.
8. Iunij petitur executio, & citantur aduerſa-
rij fol. 71. 72. & tandem datur executio 23. De-
cembris 1602. ſol. 74. & ſic lapſo tertio fatali:
24 ex quo † ſentẽtia tranſiuit in iudicatum. Rot.
deciſ. 807. in 1. lib. diuerſ. nouiſſ. & Canonicè da
batur executio, ncdum ob lapſum tertij fata-
25 lis, ſed primi: quia poſt annũ ſemper executio
dari debet. l. fin. ff. de requir. reiſ. Rot. deciſio.
136. nu. 2. in 1. parte, & nouiſſ. quod procedit
etiam ſi ſententia ſuiſſet data in contuma-
ciam, pro qua præſumitur, vt ſupra probatum
eſt.

Nec obſtabat delegata commiſsio: quia
cum ea præſentata nihil agendo, permiſerint
labi ſecundum fatale, imò tertium, præſume-
26 bantur † acquieuiſſe ſententiæ: tenebantur
enim infra tantum tempus cauſſam proſequi:
ſicut pro indubitato tenet Veſt. in pract. Cur.
Rom. lib. 8. num. 18. Lancell. de attent. pend. re-
ſtit. in integ. ad appel. capit. 14. nume. 30. & 31.
Odo. Sfor. de reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 41. nu.
43. qui eſt videndus Put. deciſ. 456. nume. 2. lib.
2. & erat executio danda. l. Eos. Cod. de appel.
27 Imò † præſumitur calumnia, ſi poſt laſpum fa-
talium inſurgant. Lancel. in d. cap. 18. 2. part. de
attent. reſtit. in integr. pend. num. 68.

28 Et ſemper præſumitur malitioſè † peti, quã
do qui inſtat, non proſequitur ſuam inſtantiã.
Bart. in l. de rebus. ff. de recept. arbitr. quam in
fra tantum tempus, quantum prætendit ſe læ-
ſum fuiſſe, proſequi opportet. vt Veſt. loco an-
29 tedicto. & Lancel. & Odo. Sfor. & conſequen-
ter priuatur beneficio reſtitutionis. Quæ, etiã
ſi in tempore opportuno eã proſequutus fuiſ-
ſet, etiam ex capite minoris ætatis, dari non
poterat.

Primò, quia antequam petita fuiſſet reſti-
tutio, ſeu pręſentata commiſsio: fuerat petita
30 executio: quo caſu † deneganda eſt reſtitutio.
vel ſaltẽ non impedit executionem. Odo. Sfor.
de reſtitu. 1. part. quæſt. 43. artic. 1. limit. 19. Put.
deciſ. 285. lib. 2. Rot. deciſ. 346. num. 5. in 1. vol.
diuerſ. nouiſſ.

31 Secundò, quia reſtitutio non darur † minori,
qui ſuccedit patri, qui nulliter contraxit. Rot.
in d. deciſ. 346. & in deciſ. 130. num. 2. etiam in
1. diuerſ. nouiſſ. neq; etiam ex cauſſa pauper-
tatis. Rot. deciſ. 603. etiam in 1. diuerſ. nouiſſ.
& habet locum cõtra illum etiam, qui nulliter
cõtraxit, ſed ille Io. Baptiſta ſucceſſit patri, &
auo, qui nulliter contraxerant, ergo &c.

32 Tertiò, quia quando notoriè † conſtat de nõ
iure petentis denegatur reſtitutio. Caſſad. de
reſtit. ſpol. deciſ. 1. Bellem. deciſ. 342. in fin. In-
nocen. in cap. Conſtitutus de fil. præsb. & in c.
In literis, ad finem de reſtit. ſpol. Mand. in reg.
27. quæſt. 14. num. 3. quod apparet in inſtrumẽ-
tis, & feudi nulliter conceſsi, & alienatio-
num.

33 Quartò, quia ſi minor † vel in mandato, vel
in lite iurauerit; non poteſt poſtea conſequi re
ſtitutionem. Fran. Cald. in d. l. ſi curatorem. C.
de in integ. reſtit. in verbo minoribus. num. 2.
& eſt commune dictum, vt atteſtatur pratic.
Pap. de form. lib. ſuper petit. reſtit. in integ. in
add. incipit minor. ad finem.

34 Quintò, quia minor, † qui deliquit non au-
ditur petens poſtea reſtitutionem. Imò, quãdo
ex gratia Principis fuiſſet reſtitutus, non poſ-
ſet per hoc recuperare bona alienata, vt pro-
bat multis auctoritatibus Fran. Cald. in d. l. ſi
curatorem. in verbo implor. in integ. reſtitut.
num. 17. & 18.

35 Sextò, quia minor non reſtituitur † ſi impe-
dimentum potuiſſet remouere, & non amouiſ-
ſet. Rot. per Aldobr. qui fuit Papa Clemens
VIII. dec. 603. nu. 2. in 1. part. diuerſ. nouiſſ. Odo.
Sfor. in 2. part. de reſt. in integ. quæſt. 69. artic.
3. num. 21. & 23. ſed hic labitur tertium fatale;
nec aliquid agitur: imò nec etiam fuit allega-
tum aliquod impedimentum.

Et prædicta tantò magis procedebant con-
tra præfatum minorem, qui ſucceſſit patri de-
linquenti in feudo, ob non petitam inueſtitu-
ram, & alienationum rei feudalis factam nomi
36 ne proprio; delictum † enim patris nocet filio.
Caccialup. de feu. artic. 6. nu. 32. Si'lim. eod. tit.
num. 28. l. 2. vbi Bal. C. de lib. & eorum lib. Zaſ.
eod. tit. de feu. num. 99. & num. 106. 107. & 111.
c. Si vaſallus culpam. tit. ſi de feu. fue. cont. &
c. 1. Si vaſallus. feu. priuet. Et tantò magis, quia
37 vt ſupra oſtenſum fuit, feudum iſtud † erat no
uum. c. 1. §. 1. in tit. de ſucceſſ. feud. & notat
Capr. in reg. 77. num. 25. & infra, & ſupra fuit
oſtenſum. Quibus ſtantibus apertè conſtat q
declaratio, & inde ſecuta confirmatio, & exe-
cutio

cutio fuit canonicè facta: vnde orta eſt illa
concluſio : quod qui à Iudice ſit ſpoliatus
non reſtituitur, ſecundum Rot. per Caputaq.
deciſ.175.in 2.part.& quod aduerſarij malitio
ſè ſtudent inquietare Eccleſiam:quæ poſt da-
tam à Iudice poſſeſsionem in ea pacificè vl-
tra triennium parmanſit; vnde ſuccedit fauor
38 triennalis poſſeſſoris; qui tutus † eſt, etiam
ſi cum mala fide poſsideret: nam præſcripſiſſe
dicitur rem Eccleſiæ.cap.1.de præſcrip. & ad-
uerſarij etiam ſi aliquod ius habuiſſent vti ne-
39 gligentes † priuati eſſent.l.1. ff. de vſucap. &
tradũt Doct.in l.Traditionibus. Cod. de pact.
40 præſcriptio enim † currit, etiam contra mi-
norem, abſq; ſpe reſtitutionis. vt notabiliter
notat Paul.de Caſt.in l.fin.colum.2. C.in quib.
cau.in integr.reſtitut.non eſt neceſſ. & eſt cõ-
munis opinio, vt ibi tenent Doct.ſicut inſtan-
41 tia † contra minorem currit (vt ſupra vidi-
mus,) & tradunt omnes in capitu. Ex ratio-
42 ne. de appell. quæ tempora † currunt etiam
minori propter iuris rigorem conſeruandum.
in Authen.de appell.& intra quæ temp.& tra-
dit Gloſ.in l. Auxilium.in verbo ceſſauit. ff.de
43 minor. & conſequenter appellatio † fuit de-
ſerta; ſententiaq; tranſiuit in iudicatum.Cle-
men.ſi appellationem.de appell. neq; potue-
runt amplius dicti de Oliuis ſe iuuare reſcri-
pto commiſsionis cauſſæ, cum nedum infra
44 annũ † fuerint negligentes illo vti, ſed nun-
quam infra triennium. capit. Plerumq; de re-
45 ſcript.ius enim † negligentibus non ſuccurit.
l.non enim. ff. ex quib.cau. maior.& ſic appel-
46 latione † deſerta, ſententia, tanquam non
fuiſſet appellatum, ſtat firma, & tranſit in iu-
dicatum. l.Quoniam. Cod. de appellat. l. fin.
§.Illud.Cod.de temp.appellat.Rot.deciſio. 1.
de appell. in nouiſſ.& deciſ. 76. in antiq. eod.
titu.

Et quando minor ſit in caſu obtinendæ re-
ſtitutionis; non poſſet prodeſſe fratribus ma-
ioribus: nam vt conſortes litis gaudeant pri-
uilegio minorum, oportet quod res ſit indiui-
ſibilis, ſuper qua igitur, & quod maiores ex
parte ſua habuerint iuſtum impedimentum,
& tale, quale minori iuuaſſet: ſed ſi res ſit di-
uiſibilis, & ipſi non probauerint impedimen-
tum ex parte ſua, non gaudent huiuſmodi pri
uilegio. vt poſt alios tenet Odo. Sfor. in eod.
tractat.de reſtitut.part. 1. quæſt.46. artic.3.4.
& 5.& dixi infra conſil.148.per totum.

Et ex prædictis clarè apparet quod Cano-
nicè fuit proceſſum ad ſententiam, & eius
executionem: conſequenterq; iudicandum,
& ſilentium eſt imponendum perpetuum ve-
xationi Eccleſiæ datæ ob malitiam. Et ita
iuris eſſe arbitor, ſaluo &c, Laus Deo, & B. M.
Virg.

CONSILIVM XLV.

Homicida ad Eccleſiam fugiens.

SVMMARIVM.

1 *Confugientes ad Eccleſiam immunitate Eccleſia-ſtica gaudent declaratur num. 2.*
2 *Greg.XIV. Pontifex præfiniuit caſus, in quibus fugiens ad Eccleſiam gaudere poſſit, vel non, immunitate.*
3 *Proditoriè quomodo intelligatur.*
4 *Proditor eſt homicida, qui ſocium amicum occi-dit.*
5 *Aſſaſsinus propriè dicitur, qui recipit pecuniam pro delicto.*
6 *Aſſaſsinus etiam eſt, qui ſine pecunia, ob gratiam alicuius occidit; vel acceptu ſola promiſſione præmij.*
7 *Contra non eſt aſſaſſinus qui certam pecuniam nõ habet.*
8 *Neque qui ob gratiam occidit.*

Dominus auxiliatio mea.

FACTI SPECIES.

CONſiderato proceſſu contra N.homicidam ad Eccleſiam poſt homicidium fugientem; in quo apparet eum occidiſſe. N. in eius domo, in qua hoſpitium habuerat; in gratiam vxoris. d. occiſi, arbitror ipſum proditorem: ex infraſcriptis.

Aliàs enim de iure communi, multi erant
1 caſus, in quibus delinquentes † ad Eccleſiam
confugientes, immunitate Eccleſiaſtica, gau-
debant: multique reputabantur indigni: de
quibus latè per Couuar. in lib. 2. variar.reſol.
cap.20. num.7. 8. & infra. Iul.Clar. in lib.ſent.
§.fin. in prat.crimin.quæſt.30. textus, & Gloſ.
in cap.1. de homic. in 6.Boer. in dec. 215. Sed
2 Greg.XIV.Pontifex † in extrauag. incipit: Cũ
aliàs nonnulli prædeceſſores. totam ſeriem re
duxit ad certos ſpecificatos caſus; in quibus
aſſaſsinus; & proditor homicida, excluditur
ab immunitate: ſuper quibus in caſu præſenti
eſt inſiſtendum. Et ſi in altero adſit, procul
dubio à Summo Pontifice caſus eſt exceptua-
tus, ad quod elucidandum oportet diffinitio-
nem, & declarationem vtriuſque verbi oſten-
dere iuxta intelligentiam doctorum.

3 Verbum namq; proditoriè, † iuxta ſenten-
tentiam Io.Andreæ, in cap.1.de homic.in 6.nu.
8.quẽ ſequitur Io.de Anan.in conſi.44.in prin.
accipitur quandocumque homicidium per-

pe-

Digitized by Google

petretur ſine diffidatione, iuris, aut Iudicis auctoritate, quod etiam requirit Afflict. in deciſ. 265. num. 64. Bart. verò in l. Reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. tenet illum proditorè delinquere, qui tanquam ſocius in itinere, nulla rixa precedente percutiat. Octau. Vulp in lib. ſuo crimin, reſponſ. 59. nume. 1. dicit, quod ille dicitur proditor, qui per ſimulationem amicitiæ nefariè procedit. & alij ſex caſus enumerantur à Gl. in c. Clericus. il 1. 46. diſtin. & proditorem arbitrar homicidam de quo in themate, ſalua tamen veritate; cum nō intendam contra immunitatem Eccleſiæ, neq; ad alterius iacturam præiudicium afferre. Namq; de primo caſu non videtur dubium: & de ſecundo licèt verba. Bart. in d. §. delinquunt; loquantur de itinere, & reus dixerit, quod habuit rixam cum occiſo ex cauſa ludi, tamen poſtea etiam dixit ſe rixam huiuſmodi diſsimulaſſe, vt deueniret ad occiſionem; & conſtat quod cum eo habuit hoſpitium; & quod in gratiam eius uxoris id perpetrauit: & ſic iuxta opinionem Bart. dicendus † eſt proditor.
4 imò etiam iuxta tertium caſum d. Gloſ. in ca. Clericus. de quo ſupta malitioſè ſe geſsit. ad ca. Cupis 16. quæſt. 1, & ad hoc Remig. de immun. Eccleſ. fall. 14. tit. Ille qui aliq. per inſid. fol. 150.

Et magis eſſet dubium an fuerit aſſaſsinus,
5 qui propriè † dicitur ille, qui accepta pecunia homicidium cōmittit. & de hoc loquitur text. in cap. 1. de homic. in 6. & tradit Bart. in l. Ciceto. ff. de pēn. & licèt Alex in l. Non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & Io. And. in ca. pen. de Cler. non reſid. & Gram. in not. 9. dicant quod
6 etiam † qui non habent pecuniam, ſi alicui obediant, vel faciant in gratiam, ſunt nihilominus
7 aſſaſsini: tamen alij contra, † vt Alciat. in conſil. 21. nu. 19. tom. 1. lib. 1. Parif. in conſ. 166. libr. 4. & Octau. Vulp. in allegato lib. reſpon. 143. n. 5. 6. & 7. cum ibi per eum allegatis, qui concludunt quod licèt pecunia ſit promiſſa; dummodo non ſit certa, & etiam adſit ſpes conſequē-
8 di premium; aut fiat per gratiam † non dicitur aſſaſsinus. Quod etiam ſequitur Boſſ. in tract. de mand. ad homic. num. 34. & 35. & ego hanc partem ad fauorem immunitatis Eccleſiæ teuerē: concludens quod homicida de quo quæritur non ſit aſſaſsinus, ſed potius proditor, & non poterit frui immunitate, vt latè per Remig. de immun. Eccleſ. in 13 fallen. tit. de homicida inſidioſo. vbi multas auctoritates congerit fol. 143 ſaluo. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XLVI.

Baptizans Baptizatum quando incurrat irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Baptizans Baptizatum, etiam ignoranter, eſt irregularis.*
2 *Baptizare volens debet perquirere, an puer ſit Baptizatus.*
3 *Qui iuſtè ignorat Baptizatum Baptizans, non eſt irregularis.*
4 *Baptizatur cum conditione; quando neſcitur an ſit Baptizatus.*
5 *Ignorantiam probabilem habens debet tamen Baptizare cum conditione.*

FACTI SPECIES.

Quidam Sacerdos Baptizauerat infantem expoſitum, aliàs à commatre Baptizatum; ignorans tamen Baptiſmū; unde queritur an ſit irregularis? & concluſi-
1 ue reſpondi quod † ſic per text. in cap. Qui his ignoranter de conſec. diſtin. 4. & c. 2. de Apoſt.
2 vbi doct. debebat † enim adhibere diligentiā; & perquirere an fuiſſet Baptizatus. ſicut poſt alios tradidit Nauar. in ſuo manual. capit. 22. num. 6. verſic. 2. & cap. 27. num. 246. & quamuis
3 qui iuſtè † ignorat puerum Baptizatum, non videatur irregularis, c. Placuit. de conſec. diſt. 4. vt eſt ſi Baptizat filios infidelium, vel ſi expoſitus nullum habeat ſcriptum, aut ſignum de Baptiſmo: tamen ſi nullam adhibet diligētiam in perquirendo de Baptiſmo, & abſq; cōditione Baptizauerit illum, qui prius fuerat Baptizatus, eſt irregularis: vt in d. ca. Qui his. nam etiam ſi in nemore puer inueniatur ſine aliqua ſcriptura de Baptiſmo, erit Baptizan-
4 dus cum illa conditione, de qua in c. 2. de Baptiſ. & per Syluestr. in ſum. verbo Baptiſmus. 4. in 9. quæſt. idest, Si non es Baptizatus, ego te Baptizo. & trad. Nauar. in d. cap. 27. eod. nume. 246. vbi dicit quod ille habebit probabilem ignorantiam qui adhibita debita diligentia ſcire non potuit an qui offertur ſit, vel non Baptizatus; & tunc erit Baptizandus † ſub ea
5 conditione, Si non es Baptizatus: vt in d. cap. 2. de Baptiſm. & ſequitur ſumm. Armill. in verbo, Baptiſmus, num. 32. vbi dat exemplum de inuento in nemore: vel ad oſtium alicuius: ſed iſte Sacerdos, nullam diligentiam adhibuit; & Baptizauit ſine illa conditione: ergo eſt irregularis. Laus Deo, & B.M.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM XLVII.

Indultum conſerendi beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Tenor breuis eſt attendendus.*
2 *Indultum ſimplex nõ extenditur ad beneficia reſeruata.*
3 *Affectio ſemel inducta non tollitur, niſi per collationem Papæ.*
4 *Conceſsiones reſpiciunt futura.*
5 *Beneficia vacantia in curia non comprahenduntur ſub indultis.*
6 *In generali conceſsione non veniunt ea, quæ ſibi Papa ſpecialiter reſeruauit.*
7 *Beneficia reſignantium in curia vigore reg. de infirm. non comprahenduntur in indulto.*
8 *Reſignata beneficia vigore regulæ de infirm. dicũtur vacare in curia, & ſi reſignantes decedant in partibus.*
9 *Indultum non comprahendit beneficia reſeruata in extrauag. Ioan. XXII. & Bened. XII.*

Adſit Ieſus.

FACTI SPECIES.

Illuſtriſs. & Reuer. Cardinalis Gonzaga habet indultum à Papa conferendi beneficia vacantia in ciuitate, & diœceſi Regienſi; ſed neſcitur tenor eius breuis; qui
1 † eſſet attẽdendus. c. Porrò. de priuil. ſed ſi ſimpliciter conceſſum fuiſſet; dubitatur an poſſet cõferre beneficia reſeruata occaſione col-
2 lectoriæ decimarum: & videtur abſolutẽ † qđ non poſsit iuxta deciſ. 3. aliàs 119. incipit: Legatus. de off. de leg. in nouiſs. tradit Aene. de falc. in 6. effect. num. 9. de reſeru. benef. & facit etiam Rot. deciſ. 14. aliàs 410. in antiq. vbi ha-
3 betur quod affectio † ſemel inducta, vnunquàm tollitur niſi per collationem Papæ poſtea ſequutam, quod probatur per extrauag. Pauli. II. in extrauang. comun. incipit. Ad Romani Pontificis, & tenet Staſil. tit. de Grat. expecta. de mand. de prouid. in 3. forma, nu. 14. vbi dicit qđ conceſſo indulto Regi de nominãdo ad beneficia vacantia; non poterit Rex nominare ad præbendas reſeruatas, & hoc maximè iudicio meo procedit in beneficijs collectorum ante conceſsionem indulti deputatorum: niſi de eis expreſſa ſit mentio facta: quia conceſsiones, &
4 prouiſiones † regulariter futuris non præteritis dant remedium: iuribus vulgaribus.

Imò ſi in indulto eſſet expreſſum quod poſſet etiam beneficia reſeruata conferre, licèt
5 poſſet ea conferre; tamen ſi vacarẽt † in curia: non poſſet talia conferre: Rot. deciſ. 4. aliàs 95. habens poteſtatem. in nou. & ſequitur Aene. de Falcon. in d. effect. 6. nu. 12. verſ. Quinto quæ-
6 to. quia in generali † conceſsione nõ comprahenduntur ea, quæ ſibi Papa ſpecialiter reſeruauit: & ſic poteſt concludi, quod licèt d. Illuſtriſs. Cardinali fuiſſet data facultas conferẽdi quæcunq; beneficia in diœceſi Regienſi, etiam
7 reſeruata ſedi Apoſtolicæ: quod non poſſet † tamen conferre vacantia in curia, ſeu decedẽtium in Curia, neque eorum qui vigore regulæ de infirm. reſign. reſignaſſent ſua beneficia in curia: quia apud eam dicerentur vacare, vt adnotauit Aene. de Falcon. in ſupradicto loco, nu. 12. verſic. Ex iſta ratione infero. & ſi reſignantes moriantur intra viginti dies, benefi-
8 cia † dicũt vacare in curia per obitũ, iuxta reg. prædictam, etiam ſi decederent in partibus. Roman. in conſil. 342. quo ad primum & tradit Sarn. in reg. de infirm. reſsign. quæſt. 33. ad finẽ
9 ſicut conferre non poſſet † beneficia eorum, qui numerantur in extrauag. Ioan. XXII. de elect. incipit. Ex debito. & Bened. XII. Ad regimen. de præben. in extrauag. communia, quia talia beneficia vbicunq; vacant, in curia dicũtur vacare. vt ibi: & ita teneo ſaluo iure. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XLVIII.

In cauſſa mortui transferendi.

SVMMARIVM.

1 *Fratres non habent populum; ſed ſolum ius ſepulturæ.*
2 *Quilibet ſepeliri debet in ſua Parochia, & ſepulchro maiorum.*
3 *Quilibet habet electionem ſepulturæ.*
4 *Locus religioſus magis, & minus, eſt vbi celebrãtur officia magis, aut minus.*
5 *Electio ſepulturæ eſt pars teſtamenti.*
6 *Eccleſia electa põt reuocare corpus alibi ſepultũ.*
7 *Cadauer debet reſtitui Eccleſiæ electæ infra decem dies.*
8 *Ordinarius cogit ad reſtitutionem corporis alibi ſepulti.*
9 *Eccleſia electa debet petere reſtitutionem corporis, & probare electionem.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

Adoleſcens quidam teſtando Ferrariæ iuſſit corpus ſuum, cum à ſpiritu dimittebatur, ſepeliri in Eccleſia Fratrum S. Franciſci de obſeruantia in Terra Carpi: qui poſtea deceſſit in ea, & parẽtes ignorantes teſtamentum fecerunt ſepeliri illud corpus in Eccleſia Fratrum S. Franciſci Conuentualiũ: ſed habita notitia teſtamẽti, mater defuncti, & fratres obſeruãtes petunt illud corpus transferri in iã electã p teſtatorẽ Eccleſiã. ſed Fratres Cõuentuales cõtradicũt:

vnde conſultus reſpondi, vt infra.
Et ad euidentiam præmitto quod, fratres
1 † non habent populum; ſed ſolum ius ſepe-
pliendi in ſuis Eccleſijs per priuilegium, vt in
Clem. dudum §. huiuſmodi. de ſepult. dum ex-
preſsè dicitur, quod habeant liberam in Ec-
cleſijs, & locis ſuis ſepulturã; ita quod omnes
qui in eis elegerint ſepeliri; habeant faculta-
tem, & electionem.
2 Et quamuis regulariter quilibet † ſit ſepe-
liendus in ſua Parochia, & in ſepulchris ſuo-
rum maiorum; illud tamen procedit ſi moria-
3 tur nulla facta electione; ſed ſi elegerit; † ſe-
peliri debet in loco electo, cap. 1. & cap. In
noſtra. de ſepult. etiam ſi minus religioſus fue-
rit. vt in capit. 2. ad finem. eod. titu. in 6. & in
decretali eiuſdem tituli. cap. In noſtra. iuncta
4 Gloſ. Ille verò † dicitur magis, vel minus Re-
ligioſus locus, vbi frequentius, vel minus, ce-
lebrantur diuina officia pro viuis, & Defun-
ctis. cap. Fraternitatem. eod. titu. & iſta liber-
5 tas eligendi tolli non debet, quia eſt pars †
vltimæ voluntatis. ad Gemin. in cap. 1. §. ſi verò
nume. 5. eod. titu. Imò quando cadauer ſit ali-
6 bi ſepultum, Eccleſia † illa ad quam, ratione
electionis, ſepeliri debebat, poterit illud re-
petere, & ſiue oſſa, quando corpus ſit reſolu-
tum. capit. Cum liberum. vbi doct. de ſepult. &
Eccleſia vbi iam fuerat ſepultum, tenetur †
7 illud reſtituere, ſi petatur, infra decem dies;
alias ipſo iure incurrit pœnam interdicti, in
qua tamdiu permanet, quamdiu corpus, & om
nia ad eam, occaſione ſepulturæ, peruenta
reſtituerit. cap. 1. eod. titu. in 6. & tradit Gloſ.
in d. capit. 1. §. Si verò. in verbo, Faciendam, &
8 ad hoc cogendi † ſunt ab Ordinario; quia pro
pria auctoritate facere non poſſunt, l. Oſſa. ff.
9 de relig. fun. debent † tamen fratres, in quo-
rum Eccleſia erat ſepeliendus per electionẽ,
petere, & probare electionem vt tradit. Abb.
in cap. Ex parte. ad finem. numeri primi. de ſe-
pult. quem allegat, & ſequitur ſumm. Armil.
in verbo ſepultura. nume. 22. ad finem. ex qui-
bus concludo quod Fratres Conuentuales, de
quibus in themate, poſſunt cogi ad reſtituen-
dum corpus illius adoleſcentis. ſaluo &c. Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM XLIX.

Fratres tertij Ordinis an ſint religioſi? Et an Statutum de compromiſsis liget Clericos?

SVMMARIVM.

1 *Fratres tertii Ordinis habent naturam mixtam Religionis, & Laicorum.*
2 *Fratres tertii Ordinis habentur vt Laici, in his quæ non ſunt ſcripta in priuilegiis.*
3 *Fratres tertii Ordinis non ſunt æquè priuilegiati, vt Clerici.*
4 *Clerici cogi poſſunt ad compromittendum.*
5 *Fratres tertii Ordinis poſſunt cogi ad compromiſſum.*

Adſit Dominus.

FRatres tertij Ordinis non adæ-
1 quantur Clericis, quia habent †
quendam naturam mixtam natu
ræ Laicorum, & religionis; imò
plus habent Laicorum quàm Re
2 ligioſorum; & ideo in his, † quæ
non ſunt ſcripta in eorum priuilegijs, haberi
debent vt Laici. ſicut notabiliter tradit Ge-
min. in conſil. 41. pro clariori, & conſequenter
3 non † ſunt æquè priuilegiati, ſicut Clerici: &
à fortiori cogi poterunt ad compromittendũ;
4 cum etiam † Clerici cogantur. ſicut latè pro-
ſequitur Marc. Blanc. in tract. de comptomiſſ.
quæſt. 3. nume. 32. vbi poſt diſputationem ad
partes, in verſic. in hac quæſt. Puto id poſſe di-
ci. concludit eos poſſe cogi. cui breuitatis cau-
ſa me remitto, & concludo quod dicti Fratres
5 tertij Ordinis, † cogi poſsint ad compromit-
tendum. Saluo tamen iure. Laus Deo, & Bea-
tæ Matri.

CONSILIVM L.

De præcedentia Clericorum, & Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Primò nominatus eſt dignior.*
2 *Primò nominatus in altiori loco ſedere debet.*
3 *Ex ordine ſcripturæ, & prima nominatione arguitur de prælatione.*
4 *Perpetuus præcedit in honoribus.*
5 *Prioratus eſt dignitas.*
6 *Canonicatus non eſt dignitas.*
7 *Habens dignitatem præfertur non habenti.*
8 *Prior tempore eſt potior in iure.*
9 *Prior tempore dicitur, qui Prior eſt in ordine ſcripturæ.*
10 *Primus eſt quem nemo antecedit.*
11 *Vita contemplatiua eſt melior actiua.*
12 *Electus eſt quaſi opus manuum eligentis.*
13 *Clericus eſt dignior* Monacho, *& num. 20.*
14 Cœtus Clericorum *eſt nobiliori cœtu Monachorũ.*
15 *Monachus non ſedet ante Clericum.*

Clericus

16 Clericus eſt dignior ratione originis.
17 Nobilior eſt qui à Principe eſt decoratus.
18 Clericus fuit à Deo inſtitutus.
19 Monachi a Sanctis ſunt inſtituti.
21 Clerici ſunt milites cæleſtis curiæ.
22 Monachus dicitur ſeruus.
23 Monachus habetur pro mortuo.
24 Monachus non debet ſe immiſcere ſecularibus negotijs, & num. 126.
25 Non poteſt ſtatui contra Clericos.
26 Ordinarius non poteſt connalidare quod agitur contra Clericos.
27 Ius commune difficilius tollitur quàm priuilegium.
28 Condere ſtatuta eſt meri Imperij.
29 Ius alterius non poteſt tolli niſi per Papam, vel Imperatorem.
30 Statutum tollens ius alterius non valet, & num. 41. & 44.
31 Quod maior cedat minori eſt contra ius publicum & naturale.
32 Conſuetudo quod minor præferatur maiori non valet.
33 Conſuetudo, quod minor præferatur maiori, eſt ſcandaloſa.
34 Prælatio non pendet à voluntate partium.
35 Ordini iuris naturalis renuntiari non poteſt.
36 Conſuetudo contra ius publicum non valet.
37 Qui locum maioris vſurpat eſt reus ſacrilegij.
38 Et eſt mittendus in vltimo loco.
39 Deus fecit diſtinctionem perſonarum.
40 Quæ contra ius fiunt pro infectis habentur.
42 Statutum non tollit ius Clerici.
43 Clericus eſt exemptus à lege temporali.
45 Statutum non extenditur vltra caſum expreſſum.
46 Statutum non extenditur neq; in ſimili.
47 Caſus ommiſſus remanet in diſpoſitione iuris.
48 Conſtitutio debet eſſe vſu recepta.
49 Conſtitutio interpratanda ſecundum obſeruantiam.
50 Obſeruantia in prælatione habet locum inter Canonicos.
51 Conſtitutio non obſeruata non nocet.
52 Obſeruantia non requirit præſcriptionem, ſed aliquos actus, & num. 78.
53 Interruptio in vno actu, non interrumpit alios, & num. 56.
54 Renuntiatio non extenditur ad actus non renunciatos.
55 Obſeruantia ſuperat omnes aliàs probationes.
56 Conſuetudo eſt obſeruanda in actibus obſeruatis.
58 Iuri publico renunciari non poteſt.
59 Iura ſingularium perſonarum non tolluntur ſine eorum conſenſu.
60 Scriptura alterius alteri non nocet.
61 Aſſertioni Notarij non ſtatur, & quando, nume. 62. 63.
64 Antecedens requirit ſequentem, & num. 66.
65 Priuatio præſupponit habitum.
67 Subſcriptio vnius alteri non nocet.
68 Conſequenti deſtructo, eſt deſtructum antecedens.
69 Concurſus ſequitur in ſcribendo.
70 Actus vt præiudicent, debent eſſe de propinquo.
71 Actus attribuitur cauſſæ proximæ.
72 In actionibus hominum cauſſa immediata debet inſpici.
73 Quod ex occaſione euenit non conſideratur.
74 Priuilegium à iure conceſſum non perditur per vnum actum.
75 Priuilegium quando ammittatur, numero 76. & 77.
79 Vſus conſiſtit in duabus vicibus.
80 Initium eſt à primo actu.
81 Interruptio debet durare per decem annos.
82 Poſteriora tempora ſunt ſpectanda.
83 Vltimus actus declarat voluntatem agentium.
84 Actus contrarius, vt noceat debet fieri de proximo, & animo parato.
85 Voluntas non dicitur mutata ex actibus, qui non ſunt inuicem contrarij.
86 Contraria conſiſtunt in eodem ſubiecto.
87 Occaſio probatur ex actu ſequenti.
88 Quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur.
89 Actus ex modeſtia factus non præiudicat.
90 Vſus de iure inductus non tollitur niſi ſpatio illius temporis per quod tollitur lex.
91 Conſtitutio vſu recepta, per contrarium vſum tollitur.
92 Statuta tolluntur ſpatio decem annorum ignorãte Principe.
93 Statuta tolluntur per aliquot actus ſciente Principe.
94 Vſus magis rationabilis attenditur, quando ſit diuerſus.
95 Electo priore, habet prælationem à iure communi.
96 Sententia contra diſpoſitionem iuris lata eſt nulla.
97 Sententia contra notorium iuris, eſt nulla.
98 Clericus non debet iudicari à ſecularibus.
99 Mixtura Clericorum, & ſecularium in iudicando Clericum non poteſt fieri.
100 Epiſcopus non poteſt conſentire quod Laici iudicent Clericos.
101 Ordo ſcripturæ non attenditur contra diſpoſitionem iuris.
102 Prælatio habet locum iuxta ordinem ſcripturæ, quando ſit æqualitas inter nominatos: ſecus ſi non ſit.
103 Attenditur quod lex ſtatuit, non obſtante ordine ſcripturæ.
104 Ordo ſcripturæ ſolum debet attendi circa illud, quod diſponit.
105 Vices gerens debet habere locum eius, cuius vices gerit.

106 *Maior in ordine, licet ſit poſterior in ſcriptura, præcedit.*
107 *Poſterior decoratus à principe præfertur.*
108 *Perpetuitas ſolum attenditur inter æquales.*
109 *Dato concurſu meritorum, ille præfertur, qui habet maiorem dignitatem.*
110 *Dignitas Guardianatus habet locum ſolum inter monachos.*
111 *Dignitas in Prioratu ſolum procedit in perpetuo Prioratu.*
112 *Prioratus clauſtralis non eſt dignitas.*
113 *Canonicatus eſt dignitas largo modo.*
114 *Canonicatus eſt ma nus honor.*
115 *Priuilegia Doctorum quæ ſine*
116 *Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, procedit data paritate perſonarum.*
117 *Secus ſi quis habet maiora.*
118 *Neq; regula procedit in Eccleſiaſticis honoribus.*
119 *Primus eſt qui à iure dicitur.*
120 *Locus eſt factus propter homines, non homines propter locum.*
121 *Honor a ſolo Principe emanat.*
122 *Qui habet contemplatiuam, & actiuam præcedit habentem contemplatiuam ſolum.*
123 *Clericus agit actiuam, & contemplatiuam.*
124 *Electus præfertur facta electione.*
125 *Monachus non habet ius eligendi.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

IN principio erectionis Montis Pietatis Terræ Carpi fuerunt factæ quædam conſtitutiones pro bono regimine d. Montis; in quibus nominantur Archipræsbyter, dominus. d. Terræ, & Guardianus S. Nicolai, Ordinis. S. Franciſci de obſeruantia, pro tribus perpetuis præſidentibus: & vnus Clericus, & alij quinq; ſeculares, qui annuatim eligãtur, & ex ipſis vnus Prior, qui alios ad congregationes vocari faciat, negotia proponat, & alia de quibus in dictis conſtitutionibus. Et ſemper fuit electus in Priorem Clericus; & poſt erectionem collegiatæ, electio fuit facta de Canonico, qui in ſedendo, & ſcribendo renuit primum locum, ante Guardianum: & præfuit omnibus negotijs d. Mõtis.

Nunc verò Archipræsbytero Giraldo præſidente orta eſt controuerſia inter Priorem, & Guardianum; qui in ſubſcriptionibus prætendit habere præcedentiam: Et nulla iudiciali facta inſtantia; neq; termini aſsignatione, nec ad ſententiam citatione, ille Archipræsbyter Ordinarius vnà cum magnifico Prætore dictæ Terræ, & alio Laico Doctore, ſentẽtiauit Guardianum eſſe præferendum in omnibus actibus gerendis pro d. Sacro Monte: Canonici verò, de quorum præiudicio agebatur, cum vnus eorum quotannis eligatur pro Priore, inſtabant ſententiã reuocari: & interim conſulebant de iuribus partium & ego vt infra reſpondi.

Et pro Guardiano faciunt multa iura. & pri
1 mò, quia ille † qui primò eſt nominatus, pro
digniori haberi debet. l. 1. ff. de alb. ſcrib. & ſe-
cundum allegata notat Bald. in l. cum quidam
2 in 3. oppoſitione C. de verb. ſignif. ideo † in al-
riori loco ſedere debet. inſtitut. de bon. poſſ. §.
3 aliam. cum ſua Gloſ & ſic ex ordine † ſcriptu-
ræ & priori nominatione, arguitur quod quis
præferri debeat. Dec. in conſ. 160. pro Domi-
no præpoſito, num. 2.
Secundò, illa perpetuitas, quæ datur Guar-
diano arguit illum habere ius potentius ad
trad. per Decian. reſponſ. 129. num. 54. in 3. vo-
4 lum. in dignitatibus † enim & officijs ille præ-
cedit, qui eſt perpetuus. l. nemo. Cod. de offic.
magiſt. offic.
5 Tertiò, Guardianatus, & ſic Prioratus † eſt di-
gnitas. Glo. in Clem. & ſi principalis. in verbo,
6 conuenturalem. de reſcrip. Canonicatus † ve-
rò non eſt dignitas. c. Statutum. eod. tit. libr. 6.
7 ſed habens † dignitatem præfertur non habẽ-
ti. Doct. in cap. 1. de maior. & obed.
8 Quartò, quia regulariter ille eſt potior † in
iure, qui prior eſt tempore. cap. Qui prior. de
9 reg. iur. in 6. & ille dicitur prior † tempore, qui
in ordine ſcripturæ eſt prior. Neguſ. in tract. de
pign. in 4. membr. 2. part. nume. 110. ergo. cum
Guardianus ſit primò ſcriptus, debet habere
potiora iura.
10 Quintò, & ille primus † dicitur, quem ne-
mo antecedit. Bald in Rubrica ad finem. Cod.
de ſeru. fug. Guardianus autem reſpectu Cle-
rici eſt primus; vt not. idem Bald. in l. Si quis
§. talem. verſic. Modo pone. Cod. de ſecund.
nup. & tanquam primus eſt ponendus in pri-
mo loco d. l. quibus. Cod. de nou. cod. comp.
Sextò, quia monachus agit vitam contem-
11 platiuam, & Clericus actiuam: ſed melior †
eſt vita contemplatiua, quàm actiua. S. Lucas
in Euang. c. 10. in fine. dum ait; Maria optimam
partem elegit. & eſt text. in cap. Niſi cum pri-
dem. §. Verum. de renuntiat. ergo eſt præfe-
rendus.
Septimò, & vltimò quia Guardianus vti ter
tius regens perpetuus, cum alijs de collegio,
12 eligit priorem; vnde videtur quaſi † opus
manuum ſuarum; vt de patrono tractat. Roch.
de Curt. de iurepat. in verbo, honorificum. nu-
me. 88. ergo videretur concludendum, ſenten-
tiam eſſe conſonam iuri communi; & Guar-
dianum debere præcedere Canonicum in ſe-
dendo, ſcribendo, & omnes alijs actus facien-
do ad d. Montem pertinentes.

Quibus

Quibus tamen non obſtantibus contraria
ſententia in pnncto iuris eſt probabilior: nam
13 ſecundum iuris diſpoſitionem Clericus † eſt
nobilior, & dignior monacho. cap. Alia eſt cau-
ſa 16. quæſt. 1. vbi in ſpecie traditur quod mo-
14 nachus debet poſt Clericum ſedere. cœtus †
enim Clericorum eſt nobilior. Gl. communiter
approbata in c. Qualiter, & qñ il 2. de accuſat.
c. 2 Subdiacono, & ibi Gl. 93. diſtin. & latè per
Ioan. Montag. titu. de auctor. concil. nume. 8.
Gulielm. Duran. de mod. gener. conc. celeb. Ru-
bric. 53. tit. de monach & eorum cond. vbi præ-
15 ciſè dicit, quod monacho † non licet ſedere
ante Præsbiterum. quod etiam tradit text. in
cap. Legi epiſtolam. 16. quæſt. 1. vbi Archid. ex-
ponendo verbum melius: ait vt ſe facilius poſ-
ſint eligi ad aliquid melius: ideſt ad dignitatẽ
Eccleſiaſticam, & Clericalem Ordinem, qui
maior, melior, & dignior monachali reputatur
ratione officij, & ordinum.

16 Et maior, † & dignior eſt etiam ratione ori-
ginis ſtatus: vt latè proſequitur Felin. in Rub.
de maior. & obed. col. 3. & loquitur in termi-
nis: & facit text. in cap. Statuimus. de maior. &
obed. & d. l. 1. ff. de alb. ſcrib. & inſtit. de rer. di-
uiſ. §. ſingulorum, ibi, à vetuſtiore. l. 1. §. Quibus.
C. de nou. cod. fac. ibi, ita tamen quod ordo
temporum: & quando verſatur circa perſo-
nas eodem tempore nobilitatas honoribus,
17 & dignitatibus, ille eſt † maior, qui à Principe
ſit decoratus. l. 2. ff. de alb. ſcrib. cap. Hi qui. de
præb. in 6. & latè Dec. in cap. Clerici, num. 5. de
iud. cap. Per tuas. de maior. & obed. ſed Cleri-
18 cus † à Deo ſummo Principe fuit inſtitutus.
19 cap. Dominus noſter. 93. diſtin. monachi † ve-
rò à ſanctis. vt refert Felin. in Rubr. de maior.
20 & obed. col. 4. ergo ſunt † maioris dignitatis. ad
Gloſ. in d. cap. Dominus noſter. In verbo elegit
qua ratione datur intelligi, quod ſecundum
iuris diſpoſitionem Clerici præcedunt mona-
chos: qui ex ſolo Clericatu efficiuntur nobiles
21 & dicuntur milites † celeſtis curiæ. ad trad. per
Bon. de curtil. in tit. de nobil. in 2. part. nu. 220.
22 & † monachus dicitur ſeruus. cap. Multos. 54.
diſtin. Gemin. ad finem primi numeri, & quo
23 ad mundum † habetur pro mortuo. c. Placuit.
16. quæſt. 1. vbi Gloſ. illam mortem æquiparat
24 morti naturali: in tantum quod non debet †
ſe immiſcere ſecularibus negotijs. cap. Addi-
cimus. & ca. de Præſentium. 16. quæſt. 1. id quod
fuſius adnotauit Gugliel. Duran. in d. titu. de
mod. gener. conc. celeb. Rubr. 53. & ſic ratio de-
cidendi ea eſt, quod Clericus præcedit mona-
chum.

Ex quibus inferri poteſt, quod etiam ſi con-
ſtitutiones d. Sacri Montis in ſpecie darent
præcedentiam monacho, quod non eſſet ſer-
uanda: quia illi compilatores non potuiſſent
25 † contra diſpoſitionem iuris ſtatuere: & ma-
ximè ad præiudicium Clericorum. ad trad. per
Martin. Landen. in tit. de prin. quæſt. 335. & ha-
betur in c. Inferior. 21. diſtin. & in Clem. ne Ro-
26 mani. de elect. ad quod non poteſt † conuali-
dare auctoritas Archipræsbyteri. cap. Quod
ſuper his. de maio. & obedien. quod ſolum po-
tuiſſet Papa. ad Gloſ. & Doct. in cap. Propoſuit.
27 de conceſſ. preb. difficilius † enim tollitur ius
commune, quàm priuilegium. l. Eius militis. §.
28 militiæ. ff. de milit. teſtam. & condere † ſtatu-
ta nedum eſt iuriſdictionis, ſed meri imperij:
Iaſ. in l. Omnes populi. nume. 22. ff. de iuſtit. &
iur. & eſt ſolius Principis: ex quibus infertur
quod conſtitutio illa, quando daret præcedẽ-
tiam monacho, non valeret; quia priuilegium
29 † per quod tollitur ius alterius, non poteſt
concedi niſi per Papam, vel Imperatorẽ. Mar-
tin. Land. tit. de priuil. & reſcrip. quæſt. 26. & in
hac ſpecie prælationis ita tenuit Decian. re-
30 ſponſ. 8. num. 69. in 3. volum. neque valeret †
ex cauſa rationis naturalis, cui repugnaret. l.
2. vbi Bal. ff. de vſuf. earum rerum, quæ vſu con-
31 ſum. ſed quod maior † cedat minori eſt con-
tra ius publicum, & naturale. cap. eſt ordo. 33.
quæſt. 5. Dec. in rubr. de appel. num. 2. Decian.
abundè pro Sereniſs. Duce Ferrariæ. reſpon. 19.
nu. 40. in 3. volum. & num. 42. 43. & habetur in
cap. Conſuetudo. diſtin. 12. vbi dicitur quod
32 non valet † conſuetudo quod minor præfera-
tur maiori, & ſequitur Abb. quaſi in termin.
conſil. 21. volum. 1. qui eſt videndus. & Aret.
in conſ. 23. in præſenti conſultatione ad finem,
33 dicit, quod talis conſuetudo † eſſet ſcandalo-
34 ſa, & deſtructiua veritatis. Prælatio † enim nõ
dependet à voluntate partium, ſed vel à iure
communi, vel à conſuetudine generali; vel à
nutu Imperatoris, vt ibi Decian. in d. reſponſ.
8. nu. 69. & in reſponſ. 19. nu. 40. oſtendit quod
gradus dignitatum ſunt inducti fauore pu-
blico, & iure naturali, vt ſcilicet dum minor
non tentat excedere ſuum gradum, humana
35 ſocietas conſeruetur in pace. Cui ordini † e-
tiam expreſsè renunciari non poteſt, & ſequi-
tur Roch. de Curt. tit. de conſuetud. num. 243.
36 omnis enim conſtitutio, † vel conſuetudo, quæ
ſit contra ius publicum, non valet. capit. Erit
37 autem lex. 4. diſtin. omnis † namq; qui locum
maioris ſibi vſurpat, reus eſt ſacrilegij. l. 1. C.
vt dign. ordo ſeruet. libr. 12. & eſt remouendus
38 † & in vltimo loco ponendus. cap. Præcipimus
93. diſtin. facit enim contra ius diuinum. c. Ad
hoc. 89. diſtin. & c. 1. 21. diſtin. In quibus locis ha-
39 betur quod à Deo † in veteri teſtamento fa-
cta fuit diſtinctio perſonarum, facit etiam cõ-
tra ius naturale. d. capit. Eſt ordo. 33. quæſtio.
5. & contra ius Canonicum, vt ſupra proba-
tum eſt. & contra ius ciuile. l. Vt gradatim. ff.
40 de mun. & honor. & ſic quæ contra † ius fiunt,
pro infectis habentur. cap. Quæ contra. de re-
41 gul. iur. in ſexto, & ſtatuta † quæ tollunt
ius alterius non valent. leg. Antiochenum

ff.de priuileg. cred.ſtatutum igitur.dicti Sacri
Montis,ſi diſponat circa actum præcedentiæ,
42 non †poteſt tollere ius Clerico, ad quod fa-
ciunt vltra prodicta not. per Grammat.in de-
43 ciſ.61.num. 11. Clericus † enim eſt exemptus
à lege temporali:ſed quantò magis eſt abſur-
dum velle quod detur præcedentia monacho
cum hoc expreſsè non dicat; & abſurdum eſt
44 velle† extendere ad ius tollendum alteri.l. Si
ſerui veſtri. Cod. de noxal. actio.l. Adigere.§.
45 Quamuis.ff.de iurepat. vltra enim caſus†ex-
preſſos non debet extendi. l. 3. §. Hæc verba.
Vbi Bart.ff.de negot.geſt. & tantò magis cum
agitur de ſtatutis eorum, qui non habent iu-
riſdictionem.cap,Vt Animarum. de conſtitut.
46 libr. 6. quæ † neq; in ſimili,neq; in principali
extenduntur.cap.Quæ à iure.de reg. iur. eod.
lib.6. ſed cõſtitutio d.Montis non loquitur de
præcedentia;ſed tantum de perſonis interue-
nire debentibus ad regimen : ideò non debet
extendi ad caſum de quo non loquitur; qui
47 caſus † ommiſſus remanet in diſpoſitione iu-
ris communis. Iaſ. qui multa congeſsit in l.
ſcimus iam §.In computatione. num. 12. Cod.
de iur.delib.l.Quicquid aſtringendę. in princ.
ff.de verb.obligat.l.Si verò.§. de vero.ff.ſolut.
mat.& l. Si cum dotem. eod. tit. & ſic non ex-
tenditur ad hunc caſum; neq; quo ad perſonã:
neq; quo ad ſtatum.Innoc. in ca. *Dilectus*, nu.
3.de Capell.monach.

Verum dato,non tamen conceſſo,quod illa
conſtitutio loqueretur de iſto caſu, & quod
compilatores habuiſſent auctoritatem ſuper
48 hoc ſtatuendi;oportebat † quod moribus vtẽ-
tium fuiſſet approbata.cap.in iſtis.§.leges.di-
ſtinct.4.l.de Quibus.ff.de leg.Ioſeph.Lud.con-
cluſ.45.& vbiq; tenet Doct.ſed nedum nõ fuit
vſu recepta,ſed pro contrario obſeruata: nam
Canonicus ſemper præceſsit monachum in
ſcribendo,ſedendo, & omnibus alijs actibus:
ergo &c.

Conſtat enim quod Canonicus ſemper ha-
buit primum locum in omnibus actibus ante
49 monachum,vnde illa conſtitutio ita eſt † in-
terpretanda, vt diſponat iuxta quod fuit ob-
ſeruata ad alleg.per Ioſeph.Lud.in conclu.38.
illat.24.& illat.40 & illat.100.vbi allegat.Me-
noch.conſ.52.lib.1.& maximè in num. 153.vbi
dicit quod in ſeſsionibus, & collegijs illud eſt
obſeruandum quod per obſeruantiam hacte-
nus obſeruatum eſt: etiam ſi nobilior ſedere
deberet in loco inferiori. id quod maximè in-
50 ter † Canonicos dicit eſſe obſeruandum. iux-
ta Bero.conſil.7.num.7.lib.1.vnde quia illa cõ-
ſtitutio non fuit pro Monacho vſu recepta;ſed
51 pro Canonico,non poteſt † præiudicare Cle-
rico, etiam ſi ſpecialiter pro monacho loque-
retur.Cephal.in conſil.136.num.18.in 1.volum.
Iaſ.in l.Rem non nouam.à num.4.vſq; ad finẽ.
52 Cod.de iud.neq; requiritur † tempus,aut præ-
ſcriptio;ſed ſufficit quod per aliquos actus ita
fuerit obſeruatum.Alex.qui ab alijs allegatur
in conſ.107.pro inueſtigatione, nume. 21.in 2.
volum.Decian.reſponſ.44.num.16.in 2. volum.
Roch.de Curt.in tit.de conſuet.quæſt.4. num.
26.& quæſt.5.num.48.Pur.deciſ.283.libr. 1.Pa-
riſ.in conſ.105.num.8.in volum.4.& Felin.latè
in capit.1.propè finem.de tregu. & pac.& illic
Abb.num.4.verſic.Ego ſic diſtinguerem . quã-
to magis erit manutenendus in poſſeſsione ſe-
dendi ante monachum, & aliorum actuum, in
quibus ſine vlla varietate ſemper ſtetit;etiam
ſi in ſcribendo aliquando fuiſſet variatum, de
quo infra dicam; & eius poſſeſsio,quo ad eum
actum fuiſſet interrupta : nam qui habet plu-
res actus poſſeſsionis,ſi in aliquibus interrum
53 pitur† poſſeſsio, in cęteris non dicitur inter-
rumpi. vt ſingulariter dicit text. cum Gloſ. in
verbo interrupta.in cap. Auditis ad finem. de
præſcript.& illic Abb.num.9. & ſequuntur In-
noc.& alij Canoniſtæ.& Balb.in d.tit.in 4 par.
3.part.6.part.principalis.q.5.n.51.& facit etiã
text.in cap. Cum olim.eod.tit. & ratio proce-
dit etiam ſi proceſſum eſſet per viam renun-
54 ciationis,quia renunciatio † non noceret quo
ad actus in ſpecie non renunciatos.Dec.in cõ-
ſil.379.requiſitus,num.3.Decian. in d. reſponſ.
8.nume.75.volum. 3.ex quibus datur intelligi
quod illa cõſtitutio ſit interpretanda ſecundũ
55 obſeruantiam ſubſequntã; quæ † ſuperat om-
nes alias probationes. Decian.in reſponſ. 124.
num.13,14.& 15. eod. lib. addens quod quan-
do illud quod fuit obſeruatum proceſsit ſciẽ-
te,& patiente Principe inducta eſt conſuetu-
do,& priuilegium : & ſic in actibus obſeruatis
56 per vnum actum interruptum † non cenſetur
renunciatum:ad trad.per Decian.pro Sereniſ.
Duce Ferrariæ in d.reſponſ.19.nu. 57.in 3.vol.
57 & in iſtis † actibus obſeruatis conſuetudo eſt
obſeruanda l.obſeruare.Verſic.Magni enim fa-
ciunt.ff.de offic.proconſ.& facit text.in ca.Cũ
dilectus.de conſuet.imò ſi quandoq; in ſcribẽ-
do Canonicus poſterior monacho fuiſſet de
quo infra dicam non diceretur per hoc am-
58 miſiſſe ius ſuum;nam iuri † publico renuntia-
ri non poteſt.cap.Quæ ad perpetuam,& capit.
Omnia decretalia.25.quæſt.1.& capit.Memini
17.quæſt.4.l.vltima.§.Sed quia.Cod. de iuram.
calum. l. Ius publicum.ff.de pact. Decian.in d.
reſpon.19.num.40.Felin. in cap. Contingit. in
prin.de ſent.excom.

Ex quibus infertur quod licet in libris de-
terminationum d.Sacri Montis quandoq; non
adſit ſubſcriptio Canonici, & quandoq; etiam
ſit vltimus ſubſcriptus, aliquando poſt mona-
chum, & aliquando etiam poſt Laicos, non
eſt inducta obſeruantia contra illum:quia iura
59 † ſingularium perſonarum non tolluntur ſine
eorum conſenſu.l.venditor. §. ſi conſtat. ff.co-
mu.pręd.& l.nõ debet alteri.ff.de reg.iur. neq;

ſcriptura

Digitized by Google

60 † ſcriptura aliorũ,potuit nocere ei l. Si vnus. §. ante omnia.ff. de pac. in tantum quod etiã
61 ſi Notarius † hoc affirmaret, non eſſet ſtandũ eius aſſertioni. Maſcard.in conſil.143. lib. primo,neq; Principis,cum agatur de præiudicio tertij.Crau.in conſil.171.num.11.Staſil.de cõmiſſ.& literis inſtit.§.in ptimis.ad finem. nam
62 licet verba enarratiua † inſtrumenti, & Papæ quandoque probent, illud eſt,ſi nulla oriatur quæſtio: Sed ſi oriatur,non probant. vt ſingulariter tradit Math.Mattheſ.in ſuis notab.notabili 80.& ſequitur Alex.in conſ. 136.viſo, & examinato,num.12.in 1.volum. vbi dicit quod
63 licet probẽt † ita actum fuiſſe, tamen ſi poſtea contingat diſputari, non probant. & ita tenet Dec.in conſil.118.viſo inſtrumento, nu. 5.& conſi.539.num.2. nec argui poteſt de præcedentia monachi;quia in determinationibus in quibus non eſt ſubſcriptio Canonici non eſt
64 incluſa prælatio: nam requiritur † vt poſt antecedentem ſequatur ſubſequens:quia ſtãt inter ſe vt habitus ad priuationem:quia priua-
65 tio † præſupponit habitum.l.decem.ff.de verbor.obligat.l.Manumiſsiones.ff.de iuſt. & iur. & conſequenter cum poſt monachum Canonicus non reperiatur ſubſcriptus, ceſſat ratio antecedentiæ,vt pro ſimili de exemplari ad exẽplatum tradit text. in l. humanitatis. Cod. de
66 impub.quia vt ſit antecedens† requiritur neceſſariò ſubſequens.l. 2.vbi not.ff. de iuriſd. omn. Iud. nec ſufficit ad acquirendam præla-
67 tionẽ ſubſcriptio † vnius,ſine altero.l.Vnde.§. Hoc autem.ff.de itin.actuq;princ.quia deſtru-
68 cto † conſequenti,in quo ſtat ratio antecedẽtis,deſtruitur etiam antecedens.l.Apud anti-
69 quos.Cod. de furt. concurſus † enim require-
70 batur vtriuſq; in ſcribendo;& quod actus † eſſent de proximo,& non à remotis. l. Procuratoris.§.ſi propter.ff.de trib.actio. Bart. in l.vxori quis.ff.de aur.& argen.leg. & in l.ambitioſa.colum.5.verſi.Sed quæro.ff.de decret.ab ordin.facien.& latè proſequitur Steph.de Fede. tit.de interp.iur.à nu.72.vſq; ad num.78.actus
71 † enim ſemper cauſſæ proximæ attribuitur,& ab ea denominatur,& non à remota.ſicut probat Tiraq.in tit.ceſſ.cau. ceſſ. effect.limit.20.
72 num. 5. quia in omnibus † actionibus hominũ inſpicitur cauſſa immediata,& remota ad Gomez.in reg.de iur.quæſ.non tollen. quæſtio.3. verſic.& tenendo iſtam partem, & ſic non poteſt per hoc præiudicium eſſe Canonico; qui non eſt ſubſcriptus: potuit enim eſſe quod in illa congregatione non adeſſet; vel alia occaſione non potuiſſet ſubſcribere:& quod occa-
73 ſionaliter † euenit non eſt in conſideratione, neque parit præiudicium. Tiraq.vbi ſupra, & Gom.in d. 3.quæſt. actus enim,quo ad generãdum Canonico præiudicium, non fuit perfectus,& eſt tanquam non fuiſſet.l.Pluribus. vbi Bart.ff.de verbor.obligat.Din. in reg. factum, legitimè.nume.3.de reg.iur.in 6.& ſic infertur etiam ad caſum in quo aliquando ſubſcripſiſſet poſt fratrem,& alios;quia ex accidenti potuit eſſe quod ſuperuenerit facta iam ſubſcriptione illius actus, vel parte; pro vt euenit etiam fratri,ſeu Monacho;vt eſt compertum in illis libris determinationũ; & nullum per hoc eſt ei factum præiudicium : quia priuilegium
74 † à iure conceſſum non perditur per vnum actum contrarium,etiam de propinquo.c. Cum tempore.de arbitr.Decian.d.reſponſ.8. nume. 74. in 3. volum. & tantò magis quia de proximo Canonicus poſtea fuit primus in ſcribendo,vt videtur in actu celebrato de anno 1515. poſt quem actum, continuauit in prælatione, & licèt ab illo anno vſq; ad annum 1532.monachus non acceſſerit ad congregationes; tamen etiam poſtea, illo interueniente Clericus fuit primus in ſcribendo & conſequenter mo-
75 nachus † ammiſiſſet priuilegium prælationis quatenus ei fuiſſet conceſſum.cap. Priuilegiũ. vbi Gloſ. 11.quæſt. 3.l.1.ff.de nundin vbi dici-
76 tur quod perditur † per ſpatium decem annorum : quod tantò magis procedit ſi ſit factus actus priuilegio contrarius;quia tunc priuilegiatus præſumitur renunciaſſe priuilegio. But.in cap.Accedentibus 2. colum. verſic. Per
77 prædicta de priuil.& fortius † quando ille actus contrarius ſit ſortitus effectum.Felin.in c. Cum acceſſiſſent.colum.3.verſi. Sexto limita. de conſtitut.Balb in tit.de præſcrip.in 4.part. princ.6.part.quæſt.4.nume.2.10.de Sylu.in rit. de benef.in 3.part.quæſt.36.num.3. & hoc maximè procederet in iſto caſu,etiã ſi illa conſtitutio concederet iſtud priuilegium monacho, vt præferretur Clerico: quia per vſum poſtea contrarium,nedum per decennium illud am-
78 miſiſſet: ſed per paucos † actus contrarios,etiam ſine curſu temporis : vt ſupra probatum eſt,& latè proſequitur Roch.de Curt.in d.tit. de conſuetud. ſuper Gloſ.in verbo Rationabi-
79 lis,nume.249.quia vſus † conſiſtit in duabus, vel tribus vicibus.ad Gloſ.in §.quia verò multi,in verbo,ſæpè.in Auth.de teſtib. coll.7.Imò quando etiam requireretur tempus decennij;
80 cum initiũ ſit à primò actu.vt Roch.de Curt. eod.tit.de conſuet.num.281.& 282. quia ſufficit quod à principio fuerit incœpta præſcriptio,vt currat a primo actu ad vltimum, & ab anno 1515.vſq; ad annum 1532. monachus non interueniſſet:& inde poſtea ipſo præſẽte Clericus continuatè fuit primus in ſedendo, & ſcribendo,vſq; ad annum 1575.nulli poteſt eſſe dubium quin illud priuilegium amiſiſſet: quo tempore Clericus reperitur vltimus poſt omnes ſubſcriptus.cum tamen a b illo actu poſtea fuerit primus vſq; ad annum. 1579. vbi & fuit vltimus; & inde poſtea continuauit; pro indubitatò haberi debet; quod illud occaſionaliter euenerit ; vt ſcilicet non eſſet præſens à

prin-

principio;ſed poſtea ſuperuenerit; quod etiã
eſt credendum eueniſſe monacho, quãdo poſt
Laicos quandoq; reperitur ſcriptus: & ideò
curſus tanti temporis non eſſet interruptus:
& quandocunq; per illam varietatem eſſet in-
troducta interruptio, approbat quod duraſſet
81 † per decennium.Roch.de Curt.vbi ſupra,nu.
405.& 409.& ſi denuo Clericus fuiſſet primus ſi
illa interruptio nihil valuiſſet;quia monachus
82 amiſiſſet priuilegium; quia poſteriora † tem
pora ſunt ſpectanda.l.mela.§.ſed ſi alimenta.
ff.de alim.& cib.leg.Rot.de prob.deciſ. 22. a-
lias 486. in antiq. & poſteriora tempora ſunt
ab anno 1579. vſq; ad annum 1588. quia vlti-
83 mus † actus cum alijs poſtea ſucceſsiuis decla
rat voluntatem agentium,innctis præcedenti-
bus.l.Si ſeruus pluriũ.§. fin.ff.de leg.1.quia ad
84 hoc vt actus † contrarius præiudicet,oporte-
bat quod fuiſſet continuatus, & de proximo;
& animo ad hoc parato.Abb.in cap.Pro illorũ.
num.4.de præb.ſed quod fit ex neceſsitate,vel
occaſionaliter,non dicitur fieri ſponte. vt ſu-
85 pra probaui: neq; dicitur voluntas † mutata
ex actibus,qui ad inuicem non ſunt contrarij.
Bart.in l.de Quibus.col. 6. in fin.ff.de leg. con-
86 traria verò † conſiſtunt in eodem ſubiecto;&
ſubiectũ debet ſe habere æqualiter ad vtrunq;
vt de vno,& altero probat.Diu. Thom. in 2. 2.
quæſt.10.arti.2.circa medium,& 2.2.quæſt. 24.
artic.10.in reſponſ. ad primum argumentum,
ſed hic actus non cõuenit æqualiter;quia vnus
non eſt poſt alium, ſed Clericus eſt poſt om-
nes: in actibus verò vbi Canonicus eſt primus
benè ſuccedit prælatio, quia immediatè mo-
nachus eſt poſt Clericum: & quod illa vltima
87 ſubſcriptio fuerit occaſionaliter facta † pro-
batur ab actu ſubſequenti, in quo Canonicus
eſt primus.ſicut probat text.in cap.Si quæ fœ-
88 mi.l.diſtin.c.Si quis.31.quæſt.1.ea † enim,quæ
incontinenti fiunt,adeſſe videntur. l. Lecta.ff.
ſi cert.pet.poteſt etiam dici quod illa vltima
89 ſubſcriptio ex modeſtia, † & vrbanitate fue-
rit facta,& nõ præiudicat.Decian.in d.reſpon.
8.num.77.in 3.vol. & ſic poteſt concludi quod
vſus contrarius monacho fuit præſcriptus, &
nunquam interruptus: & tantò magis quia il-
la conſtitutio non loquitur de prælatione, &
quãdo loqueretur, eſſet contra ius commune;
& vſus contrarius ſecundum ius cõmune (quo
caſu habet vim legis, quia conſuetudo ſecun-
dum ius) dicitur imitatio iuris.Barto.in d. l.de
quibus. in 10.oppoſ.Bal.in l.fin.c.Quæ ſit long.
conſuet.non tollitur. ex quo fit quod ad tollẽ-
90 dum vſum † pro Canonico inductum require-
batur illud tempus, quod requiritur ad tollẽ-
dam legem.Gl.in c.1.in verbo facti.de conſtit.
in 6.

Et ex prædictis apparet qđ quando illa cõ-
91 ſtitutio † à principio fuiſſet vſu recepta, ni-
hilominus per contrarium vſum fuiſſet ſubla-
ta:vt pro concludenti tenet Felin.in Rubr.de
tregu.& pac.ad finem.verſic.Demum aduerte,
92 vbi dicit quod,ius ciuile, † & ſtatutorum tol-
litur ſpatio decem annorum,ignorante prin-
93 cipe: & ipſo † ſciente ſufficiunt aliqui actus:
& ita tenet Rot.Roman.per Put.deciſ.1. lib.1.
& in nouiſ.deci.6.de cõſuet.& in deciſ.22.alias
486.de prob.in antiq. & Ant. Auguſt.in 1.par.
ſui repert. de conſuet. ad finem. imò quando
94 diuerſitas vſus reperiretur ille eſſet † atten-
dendus,qui ſit magis rationabilis.capit. Cum
Olim. de conſuet. & ſic ſemper eſt locus Cle-
rico.

Neq; ommitto quod ſi Præſidentes, dicti
Montis habent auctoritatem ſibi eligẽdi prio-
95 rem; electione facta, prior † ex iuris diſpoſi-
tione omnes de collegio antecedit. ca.Niſi eſ-
ſent.de præb. cap.Tranſmiſſam. de elect. cum
alijs ſimilibus.Gemin.in conſ.15.nume.5.& eſt
notum in electione. Summi Pontificis, in ele-
ctione Regum,Imperatorum;& aliorum Prin-
cipum, & Prælatorum. & ſic remanet firmiſsi-
ma concluſio quod ſententia lata contra Ca-
nonicum nullo iuris ordine ſeruato,ſit ipſo iu-
re nulla; tum ex iuribus vulgaribus: tum ſen-
96 tentia † lata contra expreſſam iuris diſpoſi-
tionem, eſt ipſo iure nulla. Alex. qui de com-
muni atteſtatur in conſ.53.quæritur,nume.15.
97 in Quinto volum. Tum quia eſt lata † contra
iuris notorium.Felin.in cap.Quoniam, nu. 26.
de prob. tum etiam quia in in ea ferenda ade-
rat concurſus duorum laicorum; ſed clericus
98 † à ſecularibus iudicari non debet.cap. Bene
quidem. cum multis alijs 96.diſtin. c. Nullus.
de for.compet.& quamuis cum illis adeſſet or
99 dinarius; illa mixtura † non potuit fieri,& fuit
nulla: vt probat Hoſtien.in ſumm. tit.de iudic.
§.quæ ſit differentia.vbi tenet quod neq; Epi-
100 ſcopus † poſsit conſentire quod Laici iudi-
cent Clericos,& ſequitur Gram.dec.61. nu. 8.
& 9.Quare concludo quod Canonicus, non ob
ſtante illa ſententia, debeat habere primum
locum ante monachum.

Et licet ex prædictis tollantur Contraria,
in ſpecie tamen reſpondeo, & quo ad primum
101 dico quod ordo † ſcripturæ non attenditur
contra diſpoſitionem iuris.l.Cũ pater §. fidei.
ff.de leg.2.

Secundò,reſpondeo quod regula illa proce-
102 dit ſolum quando inter nominatos † adſit
æqualitas;quia tunc ſecundum ordinem ſcri-
pturæ habet locum prælatio: ſecus verò ſi in-
ter nominatos, aliquis habet maiorem quali-
tatem, aut plures gradus: vt exemplificando
tradit Staſil. de Grat. expect. §. videndum. in
prin.quia qui habet plures gradus honoris nõ
cedit habenti vnum tantum.

Tertiò, reſpondeo, vt reſpondet I. C. in l.
Nec enim.ff. de ſolut. ſcilicet quod non inſpi-
citur ordo ſcripturæ,ſed quod ex iure ſummi-
tur.

Digitized by Google

103 tur,vnde non obſtante † ordine ſcripturæ,at
tenditur illud, quod lex ſtatuit, & ait Bal. in
l.fin.C.de hæred.inſtit. quod debet magis at-
tendi ordo intellectus,quàm ſcripturæ.

Quartò reſpondeo quod ordo ſcripturæ nõ
attenditur quando non verſatur circa ſubſtã-
tiam actus de quo tractatur: quia debet ſo-
104 lum † attendi circa ordinem,quem dat,aliàs
ſecus.Feli. in c. Cum dilecti. in 5. declara-
rione.verſ. declara. de reſcript. Conſtitutio
verò de qua loquimur non dat ordinem præ-
cedentiæ,ſed ſolum quo ad concurſum per-
ſonarum,qui regere dictũ Montem habeant:
& ſæpe in iure Canonico, primò nominatur
qui minorem habet dignitatem; & tamẽ quo
ad præcedentiam non habet primum locum.
ut in c.2.de indit.c.fin.de offic.deleg. in 6.c.
fin. ne ſed.vacant. & alijs infinitis. & tractat
diffuſè Nicol.Boe.de ordin.grad.1.part.num.
5.& Signorol. de Homod.de præced. Doct.&
milit.n.84.Ex quibus patet reſpõſio ad conſil.
Decij 160.cuius dictum retorquetur; nam il-
le Præpoſitus erat ordine antiquior, & vltra
præpoſituram erat Doctor, & vices gerens
Abbatis;nec mirũ ſi plus debebat honorari,
105 quia locum † Abbatis habere debebat. cap.
fin.93.diſtin.& ipſe Dec.affirmat.

Non obſtat ſecundo loco allegata perpetui
tas,quæ conſideratur ſolum in dignitatibus,
& officijs tẽporalibus, & ſeu ſecularibus;ſed
106 inter perſonas Eccleſiaſticas,qui maior † eſt
in ordine, licet ſit poſterior in inſtitutione,
præcedit.c.Statuimus.de maior.& obed.& po
107 ſterior † decoratus à maiori,præfertur alteri
priori;vt in ſpecie tradit Martin. Lauden. in
tit.de dignit.quæſt.32.ita quod perpetuitas,
108 † in caſu de quo loquimur, operatur ſolum
effectum inter eos,qui ſecundum iuris diſpo
ſitionem habent æqualem prærogatiuam; ſe-
cus verò inter quos alter habeat maiorem.
Præterea quando fuerunt factæ illæ conſtitu
tiones de anno 1505. nundum aderãt Cano-
nici;quia illa collegiata fuit erecta de anno
1513.vnde non eſt credendum,quod illi com
pilatores voluiſſent præferre Fratrẽ Canoni-
co; qui poſtea,circumſcripta obſeruantia,ſẽ
per præceſsit,& ſemper fuit prior; vnde po-
teſt dici quod etiã ipſe ſit perpetuus, licet
perſona mutetur,nam in dignitate, ſeu offi-
cio eſt perpetuus; & ſic in vicem monachus,
109 & prior concurrunt;& tunc † qui habet ma-
iorem dignitatem præfertur.Alciat.in conſi.
5.num.11.lib.1.

Tertiò, non obſtat dignitas conſiderata in
Guardianatu;quia illud ita demum habet lo-
110 cum † inter monachos, non autem extra in-
ter alios.ſicut in ſpecie dicit Innoc.in cap.1.
de maior.& obed,ibi in his quæ ſunt eiuſdem
ordinis.Secundò reſpondeo quod illud pro-
111 cedit in perpetuo † Guardianatu, ſeu Prio-
ratu conuentuali,aut ſeculari.ca. Niſi eſſent.
de præben.Ferret.in conſi.365.nume.11.in 2.
part. quod non procedit in ammouibili; pro
vt eſt huiuſmodi;nam quotannis,ſeu in bien-
nio, aut triennio mutatur.ita tradit Bellem.
112 deciſ.203.imò Prioratus † clauſtralium nullo
modo dicitur dignitas,ſed officium. Cardin.
in Clem.quia regulares.§.fin.in priu.de ſupl.
negl.prelat.& in Clem.& ſi principalis. num.
2.ibi, nego enim Prioratum clauſtralem eſſe
dignitatem.eod.tit.& iura contraria loquun
tur de prioratibus ſecularibus; vt ibi per eũ.
113 Imò Canonicatus, † ſaltem largo modo, eſt
dignitas.Achil.deciſ.1.in prin.de reſcrip. vel
114 ſaltem negari non poteſt, quin ſit † magnus
honor,& preeminentia; iuxta Innoc.in capit.
Fraternitatem de ſepult.& Rot.deciſ.2.aliàs
136.de fil.præsb.in nou.Præterea in collegia-
ta adſunt vnus Archidiaconus, vnus Præpo-
ſitus;vnus Decanus dignitates,duo Canoni-
ci Doctores in Theologia; & quattuor alij in
iure Canonico, & ciuili; qui ſecundum ordi-
nem ſunt Priores in d.Sacro Monte,& abſur-
dum eſſet,& contra omnia iura,quod qui non
habet dignitatem eos præcederet, quorum
115 dignitates † & priuilegia videri poſsũt apud
Pet.Lonaud.in 2.part de priuil.doct.

Quartò, reſpondeo quod illa regula. Qui
116 prior † eſt tempore, eſt potior in iure;pro-
cedit ita demum, ſi adſit paritas perſonarũ.
117 l.Titius.ff.qui por.in pign.hab.ſecus † autem
ſi ex aliqua cauſſa poſterior eſſet magis pri-
uilegiatus.l.Interdum.ff.eod. tit.& l.priuile-
118 gia.ff.de priuil. cred. neq; illa regula † pro-
cedit in honoribus Eccleſiaſticis, vt ſupra
probaui ad Martin.Laud.de dignit.quæſt.32.
& paſsim Doct.in Rubr.& in cap.1.de maior.
& obed.

Ad quintum,reſpondeo ſecundum ſupra al
legata;quod non poteſt ſtatuto, aut conſue-
tudine tolli Clerico illud, quod ei ſit ex di-
ſpoſitione iuris conceſſum; quia ille primus
eſt qui ſecundum ius factus eſt primus:vt in
reſponſione ad primum dubium probaui.

Secundò, reſpondeo, quod aut conſidera-
mus illud verbum,primus,ſecundum ius, aut
ſecundum naturam: ſi ſecundum ius, ille di-
119 citur primus, † qui à iure primo loco poni-
tur.Bal.in l.eam quam.colum.1.C.de fidei-
com. ſed Clericus ſecũdum ius habet præla-
tionẽ,vt ſupra fuit oſtenſum. ergo,&c.& eſt
exemplum de eſau & Iacob. de quo in capit.
Queretur.§.item opponitur.22.queſt.11.ſi ve
rò conſideramus ſecũdum naturam; primus
non eſt, aut non antecedit ſecundum habẽ-
tem beneficium iuris: vt etiam ſupra oſten-
di.

Tertiò,reſpondeo quod,& ſi extra illum lo
cum Clericus habeat primum locum; vide-
tur tamẽ quod illo loco debeat cederẽ;ratio

tamen

120 tamen non militat; quia locus † eſt factus
propter homines, non homines propter lo-
cum; vt in lib.2.Machab.c.5.vbi dicirur, quod
Deus non propter locum genrem, ſed locũ
propter gentem elegit. de quo Nat. gloriatur
in conſil.637.nume. 49. in 3.part. coucludens
illum præferri debere, qui antiquiorem ha-
bear dignitarem; & quam habeat à maiori
poteſtate; & qui habeat plures dignitates; &
quod dato, quod illa conſtitutio hoc com-
prehendat, illi compilatores hoc ſtatuere nõ
potuerunt, vt ſupra probarum eſt; nam honor
121 † & dignitas à ſolo Principe emanat. Bal. in
cap.1.in princ.tit. Quis dic. dux vel comeſ. in
vſib. feud. Ideò locus ille nõ poteſt dare mo-
nacho prælationem in præiudicium Clerici.

Quartò, reſpondeo quod illud capitulũ non
concludit, quod de neceſsitare Clericus eli-
gatur Prior: ſed ſimpliciter quod ex præſi-
dentibus vnus eligatur; & ſic vnuſquiſq; etiã
Laicus, ſecundum illud capitulum, poterat e-
ligi: ſed vſus poſtea hoc introduxit, vt Cleri-
cus eligeretur, & eo modo, quo præſcriptus
fuit, eſt obſetuandus. vt probatum eſt.

Ad Sextum, reſpondeo quod illa ratio pro-
cedit ſolum inter habentem contemplati-
uam ſolam, & actiuam ſolam; pro vt de ſolã
erat in Maria Magdalena, & Martha: ſecus
122 verò quando agitur de habente † actiuam
procedenrem à contemplatiua. vt not. Sylu.
in ſumm. titu. religio. 1.num.4. Clericus verò
123 agit actiuam ſimul, & contemplatiuam. cap.
Niſi cum pridem §. Verum. de renunt. c. Cum
in cunctis. in prin. de elect. ergo &c.

Ad vltimum reſpondeo: quod licet mona-
chus concurrat cum alijs in eligendo prio-
rem, non infertur ad prelationem; imò, vt ſu-
124 pra probaui, facta † electione, Prior antefer-
tur; & haberur in d. cap. Niſi eſſent. de præb.
& in cap. Tranſmiſſam. de elect. & per Gemin.
in conſil.15.nu.5. & eſſet abſurdum quod Lai-
ci qui eriam concurrunt in electione, præce-
derent Canonicum.

125 Secundò reſpondeo quod monachus † non
habet ius eligendi. Fed. de Sen. in conſil. 104.
nu. 3. qui eſt videndus. & Lamb. de iur. patr.
11. artic. 2. part. quæſt. princ. 1. part. 2. lib. & ma
lè agit aſsiſtendo negotijs: quia neq; aſſeſ-
126 ſor, aut aliquo modo ſe immiſcere † ſimili-
bus negotijs poteſt: vt per d. Feder. de Sen.
& Lamb. conſequenter omnia quæ allegan-
tur pro ipſo ſunt contra ius commune: & ita
reſideo quod non poſsit in aliquo actu præ-
cedere Canonicum, & quod ſententia ſit ip-
ſo iure nulla: ſaluo tamen &c. Laus Deo, & B.
Mariæ ſemper Virgini.

CONSILIVM LI.

Onus in beneficio quando imponi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *In beneficialibus omnis pactio ceſſare debet.*
2 *Dando temporale pro conſequendo beneficio, eſt ſimonia.*
3 *Onus non imponitur beneficio poſt liberam fundationem.*
4 *Diſtributiones non dantur ſtudentibus:*
5 *Onus in beneficio requirit conſenſum Papæ.*
6 *Onus poteſt imponi beneficio in ipſa erectione, & etiam poſtea.*
7 *Onus in beneficio iuriſpatronatus imponitur à patrono cum conſenſu Ordinarij.*
8 *Omnis conditio beneficij imponitur, quæ ſit ſecundum ius.*
9 *Conditiones beneficio contra ius etiam imponuntur ex cauſſa.*
10 *Conſenſus Ordinarij purgat vitium impoſsibilitatis.*
11 *Magiſtro, & Theologo ſunt deputandi fructus beneficij, vt gratis doceat.*
12 *Eccleſia dicitur pati ex carentia virorum Doctorum.*
13 *Onus beneficio imponi poteſt ex vtilitate Eccleſiæ.*
14 *Simoniacè habens beneficium priuatur.*
15 *Simonia tria requirit.*
16 *Conuentio ante collationem non inducit ſimoniã.*
17 *Vacante beneficio poteſt imponi onus ad vtilitatem Eccleſiæ.*
18 *Executio eius, quod à iure diſponitur non inducit ſimoniam.*
19 *Omnes conditiones vtiles Eccleſiis licitè imponuntur poſt erectionem.*
20 *Lectio grammaticalis, æquiparatur Theologiæ.*
21 *Diſtributiones habentur loco præbendæ vbi nulli alij ſunt redditus.*
22 *Onus quod præbendis imponi poteſt habet locum vbi redditus ſunt in communi.*
23 *Conſuetudo operatur, vt diſtributiones dentur etiam abſentibus.*
24 *Incompatibilitas verſatur circa duo.*
25 *Imcompatibilitas non eſt, ſi vnus duo onera ſuſtinere poteſt.*
26 *Dignitas, & Canonicatus haberi poteſt in eadem Eccleſia.*
27 *Vbi ſit eadem ratio, idem ius eſſe.*
28 *Electio requirit confirmationem.*
29 *Qui habet commodum habere debet onus.*

In

In Domino confido.

FACTI SPECIES.

ALias conſului Ordinarium non poſſe diſpenſare habentem Canonicatum cum onere legendi, & docendi Grãmaticam, vt diſtributiones quotidianas habeat; licet horis Canonicis non interſit: nunc vero magis opponitur, quod illud onus imponi non potuerit: etiam ſtante diſpoſitione Concilij Tridentini in cap. 1. ſeſſ. 5. Primo
1 quia in † beneficialibus omnis pactio ceſſare debet, cap. fin. de pact. quæ reddit actum ſimo-
2 niacum ca. Significaſti de elect. dando † enim, vel promittendo, aut remittendo aliquid temporale in conſequendis beneficijs, ſimoniacè dicitur agi. Felin. in cap. Cum M. Ferrarienſ. nu. 20. de conſtitut. & illic Dec. num. 28.

Secundò, & dato quod non ſit ſimonia, vide-
3 tur tamen actus, † qui fieri non poſsit poſt fundationem liberam beneficij Abb. in cap. Præterea il 2. nu. 6. de iur. patron. & Card. in Clem. quia contingit, §. vt autem. in 3. notab. de relig. domi.

Tertiò, quia & ſi diſpoſitio Conc. velit quod introducatur lectio Sacræ Scripturæ, vel ſaltem Grammaticæ, non tollit conſuetudinem ſoluendi per modum ſtipendij Lectori, imò confirmat, ſed vult prouideri, vbi nulla ſit prouiſio, ſed in caſu propoſito aderat conſuetudo dandi ſtipendium magiſtro Scholæ, ergo non erat imponendum onus aſſerto Canonicatui.

Quartò, & quatenus fuiſſet locus prouiſioni, hoc fieri debebat in præbenda, quæ aliud onus incõpatibile nõ haberet, vt in d. c. 1. Cõc. verſic. In Eccleſijs autem: ſed Canonicatus, de quibus in themate, non habent præbendas, ſed
4 tantum diſtributiones, quæ † nec etiam ſtudentibus in Sacra Theologia dari poſſunt. ca. Licet vobis, de præben. ergo incompatibile onus imponi non debuerat.

5 Et Concilium loquitur de Theologo introducendo, cui vult præbendam aſsignari; nos verò loquimur de magiſtro Grammaticæ: & ita diuerſa ratio conſiderari debet.

Vltimò, & quando onus imponi poſsit; de-
5 bet à Papa † confirmari; vt fuit actum in c. Significatum de præben.

Quibus tamen non obſtantibus concludé-
6 dum eſt contrarium: nam onus †. imponi poteſt beneficio in ipſius erectione, & etiam poſtea, quando vacat: quia tunc nõ fit conuentio text. eſt apertus, & magiſtralis in cap. Significatum. de præben. & ibi Glo. & alia Gl. in ca. penul. in verbo præbendæ. ad fin. de magiſt. & ita tenuit Rot. per Caputaq. deciſ. 277. in 2. par. in hæc verba: oneris Theologalis impoſitio legẽdi Sacram Scripturam facta per Ordinarium in collatione beneficij vacantis, valet; cum ſit conſona iuri Canonico; per d. cap. Significatũ: & idem dicit Fab. Accoramb. deciſio. 40. in 2. part. dicens quod Canonici poſſunt iniungere onus beneficio vacanti: & idem in deciſio. 43. eod. libr. & hæc concluſio procedit nedum in beneficijs liberis, ſed etiam iuriſpatronatus,
7 quando onus † à patrono cum conſenſu Ordinarij imponatur. Roch. de Curt. tit. de iure pat. in verbo pro eo. quæſt. 13. Lamb. exclamat in 1. part. 1. lib. 9. quæſt. princ. num. 90. verſ. reſtrin-
8 go 2. nempe, quia omnis † conditio, quæ ſit ſecundum ius, imponi poteſt: ſicut eſt illa de qua loquimur, ex d. ca. Significatum. imò procederet etiam, ſi conditio eſſet contra ius: quia ſi
9 aliqua † vrgeat cauſſa, ad petitionem patroni poteſt Ordinarius imponere conditiones; licet ſint contra ius. Lamb. eod. tit. in 4. articulo quæſt. 4. prin. 2. part. 1. lib. ad finem; quia con-
10 ſenſus † Ordinarij purgat vitium impoſsibilitatis, & facit actum poſsibilem, & honeſtum. Lamb. in 9. quæſt. princ. 1. part. 1. lib. nu. 50. verſic. Tu aduerte. Quare cum diſpoſitio Concilij vrgeat ad habendum Grammaticum, vbi Theologus commodè haberi non poſsit: vt erat in diſpoſitione Canonum, c. 1. & cap. pen.
11 de magiſt. & vt gratis † doceat, ſunt deputandi fructus alicujus beneficij d. c. 1. & penul. de magiſt. & diſponit Conc. c. 1. ſeſſ. 5. etiam ſi cõditio fuiſſet contra ius, teneret.

Et nedum in propoſita cauſſa vrgebat diſpoſitio Concilij, ſed neceſsitas, & Eccleſiæ
12 vtilitas; nam Eccleſia † dicitur pati ex carentia virorum litteratorũ c. fin. de magiſt. & tradit Fab. Accoramb. in prædicta deciſ. 43. ad finem: & viris literatis illuſtratur, d. cap. fin. & c.
13 Cum ex eo de elect. in 6. quapropter onus † in beneficio imponi poteſt pro vtilitate Eccleſiæ: quod ſatis eſt expreſſum in cap. 1. tit. de magiſt. & in concil. loco ſupradicto. & in caſu propoſito fuit impoſitum à patrono, & ab Ordinario; non perſonæ, ſed beneficio tempore vacationis, pro neceſsitate, & vtilitate Eccleſiæ nec infringi poteſt.

Nec obſtant contraria: & primò quod in beneficialibus non fiat pactiones ſine vitio ſimoniæ, quia reſolutio ex ſupradictis patet: nam nulla fuit facta conuentio cum beneficiato, ſed onus legendi beneficio, ſede vacante; fuit impoſitum ad diſpoſitionem legis: & poſtea collatũ: alias ſequeretur quod omnes Canonicatus Theologales, & penitentiales eſſent ſimo-
14 niacè collati: & illos habentes † priuare oporteret. c. Inſinuatum. de ſimon. ſed ad inducen-
15 dam ſimoniam †. tria requiruntur, intentio ſcilicet, conuentio, & rei executio: ſunt. Armil. poſt alios, in verbo, Simonia, numero 4. & 5. ſed iſto caſu, nec intentio, neq; conuentio interuenit, ergo &c. Imò etiam ſi facta fuiſſet con-
16 uentio † ante collationem, non eſſet ſimonia: quia

quia non reſpectu collationis, ſed exequutio-
nis Canonum fuiſſet conuentum; de quibus in
tot. titu. de magiſt. & Concilium. c. 1. ſeſſ. 5. ita
probat Dec. in conſil. 118. & Ferret. in conſil.
372. in 2. part. & eſt ratio (vt ſupra dixi) quia
17 vacante † Eccleſia, ita diſponente lege, po-
teſt onus imponi, & maximè vtilitati Eccleſiæ
proſpiciens: quod etiam tenet Abb. in c. Sicut
noſtris. in 1. notab. de iureiur. & Petr. Lenau. de
priuil. Doct. quæſt. 55. actus enim huiuſmodi
non eſt nouus: cum à lege fuiſſet diſpoſitum.
vt in d. c. 1. ſeſſ. 5. conc. & tot tit. de magiſt. ſed
potius executio, eius quod prius fuerat di-
18 ſpoſitum; & tunc † non inducitur ſimonia. cap.
Ad audientiam il 2. & ibi Felin. de reſcript. &
ibi etiam Gloſ. 2.

Secundò, non obſtat, quia omnes conditio-
19 nes † vtiles Eccleſijs, vel ſaltem non præiudi-
ciales licitè imponuntur etiam poſt liberã ere
ctionem, vt probat Roch. de Curt. & Lamb. in
locis allegatis: & quod iſtæ conditiones ſint
vtiles. videatur Conc. in d. c. 1. ſeſſ. 5. & tit. al-
legatus de magiſt.

Tertiò, non obſtat quod Conciliũ videatur
prouidere Eccleſijs, quibus nulla prius erat
prouiſio: quia loquitur de ſtipendio perpetuo:
vt gratis legat, vel doceat: vt colligitur in eo;
ibi, & quatenus in ipſis Eccleſijs nulla, vel non
ſufficiens præbenda: & ita Sacra Congregatio
Cardinalium ibi declarauit: ex quo datur in-
telligi quod certum, & ſufficiens perpetuum
præſtimonium debet aſsignari per beneficiũ;
quod habetur per ipſam declarationem: dum
inquit; quod ſi fuerit aſsignata præbenda, &
Canonicatus, non debet aliud beneficium ſim
plex aſsignari, ergo debebatur conſtituere be
neficium: tum quia ſalarium libr. lx. quod da-
batur magiſtro ſcholæ; nec erat ſufficiens, nec
perpetuum: quia erat per capitulum ammo-
uibile, & tanto magis quia Concilium manda-
bat electionem Sacræ ſcripturæ; vt etiam in-
ſtitutum fuerat in Cathechiſmo, & erectio le-
ctionis Scholaſticæ Theologiæ, eſt ſatisfacere
20 Concilio: & eſt lectio † Grammaticæ: vt ita
dixerunt Illuſtriſsimi Domini de Congrega-
tione in d. c. 1. ſeſſ. 5. conc.

21 Quartò, reſpondeo quod diſtributiones †
habentur loco præbendę, vbi nulli alij ſint red
ditus. Crau. in conſil. 294. nu. 5. Decian. reſponſ.
43. in 1. vol. Put. deciſ. 374. libr. 2. & ita ſtatuit
Sacra Congregatio in loco allegato ſicut agi-
tur in propoſito caſu: neq; illa ratio procedit
22 in Eccleſijs † quæ habent redditus in commu-
ni, vt eſt in caſu. ſed ita demum vbi ſint præ-
bendę diſtinctę. Gloſ. in d. cap. Licet verbis. de
præben. in verbo, Diſtributiones. & Gl. in cap.
de Cler. non reſid. in 6. Put. in deciſ. 375. nume.
23. 4. 2. libr. Imò quando adſit conſuetudo † quod
diſtributiones dentur etiam abſentibus præ-
bendas habentibus, illa ratio non procede-
ret. Roch. de Curt. in tit. de conſuet. num. 132.
Bertran. conſ. 93. num. 6. in 3. volum. Rot. Rom.
per Seraph. deciſ. 10. lib. 2. Neq; incompatibi-
litas eſt docere Clericos, & horis intereſſe,
quia intereſſentia non continuat totam diem:
24 & poteſt vtrunq; adimplere: nam circa duo †
verſatur incompatibilitas, quæ non poſsint
adimpleri. c. Non poteſt. vbi doct. de præben.
25 in 6. alias ſi vtrunq; † fieri poſsit, non eſt incõ-
patibilitas. Gl. not. in Clem. gratię. in verbo, nõ
26 poſſet. de reſcrip. & vnus poteſt habere † di-
gnitatem, & Canonicatum in eadem Eccleſia
c. Poſtulaſti. de conceſ. præb. Clem. fin. de præb.
Imò magiſter intereſſe diuinis tenetur etiam
ex diſpoſitione. d. Conc. in d. c. 1. ſeſſ. 5. dicens
quod beneficium magiſtro aſsignato non de-
fraudetur debito obſequio.

Quintò, reſpondeo quod eadem ratio eſt
in magiſtro, quod in Theologo: & in vtroq; eſt
27 idem † onus, & per conſequens idem ius. l. à
Titio. ff. de verb. oblig. imò Conc. loquitur etiã
in ſpecie de magiſtro, & in Canonicatu magi-
ſtrali tenuit Rot. ex diſpoſitione. c. de Cerero
& c. Ad audientiam de Cler. non reſid. in deci.
25. in part. 1. per d. Fab. Accoramb.

Vltimò, reſpondeo, quod confirmatio Papæ
interuenit. in cap. Significatum: quia agebatur
de electione confirmanda: quia aliàs ſine inſti
tutione non procedit cap. Beneficium. de reg.
28 iur. in 6. tamen ſufficit confirmatio † eius, cu-
ius eſt inſtituere. Lamb. de iur. pat. in 1. par. li-
br. 9. quæſt. prin. num. 93. verſ. limita, & quintò.
& cum inſtitutio ſpectet Ordinario, onus cum
eius cõfirmatione tenet per ſupradicta, & ille
29 qui † habet. d. Canonicatum; debet retinere
cum ſuo onere, regula qui ſentit onus. de reg.
iur. in 6. & ita iuris eſſe cẽſeo: ſaluo &c. Laus
Deo, & B. M. V.

CONSILIVM LII.

Salarium an hæredes prælati defuncti teneantur dare ſeruis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor dicitur habere iuſtam ignorantiam.*
2 *Salaria debent peti infra annum.*
3 *Salaria non dantur vltra tres annos, imò duos nu me. 4.*
5 *Salaria non debentur, ſi non ſint conuenta.*
6 *Mercenarius eſt dignus ſua mercede.*
7 *Conuentio habet vim legis.*
8 *Hæredes compelluntur ſoluere ſalaria ſeruis prædefuncti.*
9 *Salarium promiſſum etiam nudis verbis debetur.*
10 *Mens diſponentis eſt attendenda.*
11 *Mens eſt tanquam anima ad corpus.*
12 *Virtus legis conſiſtit in mente conditoris.*
13 *Mens eſt potentior verbis, & voce loquentis.*

14 *Vbi*

14 Vbi verba nõ cõueniunt nõ eſt locus diſpoſitioni.
15 Ignorantia iuris non excuſat.
16 Ignorans factum debet eſſe alienus à facto.
18 Ignorantia affectata habetur pro ſcientia.
18 Et æquiparatur ignorantiæ iuris.
19 Hæredes præſumũtur ſcire facta defuncti, et n. 20.
21 Caſus ommiſſus remanet in diſpoſitione iuris, & num. 38.
22 Actio durat vſq; ad 30. annos.
23 Obligatio oritur factis cõputis cũ cõsẽſu debitoris.
24 Obligatio parit vinculum, quo ad ſoluendum adſtringimur.
25 Cõputa facta iuſſu debitoris, cẽsẽtur facta ab ipſo.
26 Scriptura priuata recognita plenè probat, & nu. 27. & 28.
29 Scriptura recognita meretur executionem, & parit iudicatum.
30 Præſcriptio non currit habenti malam fidem.
31 Præſcriptio eſt inducta dummodo nõ fiat peccatũ.
32 Sciens deberi non præſcribit.
33 Diſpoſitiones præſupponunt bonam fidem.
34 Ceſſante cauſſa ceſſat diſpoſitio. & nu. 36. & 37.
35 Natura legis eſt ad futura proſpicere.
39 Fraus non præſumitur, niſi probetur.
40 Fraudem allegans eam probare debet.
41 Debitum defuncti præſumitur etiam debitum hæredum, & num. 43.
42 Petitio facta defũcto de credito, nocet hæredibus.
43 Debitum dicitur probatum ex computis factis iuſſu defuncti.
44 Hæredes tenentur approbare factum defuncti.
45 Hæredes finguntur vna, & eadem perſona cum defuncto.
46 Hæredes tenentur exonerare animam defuncti.
47 Hæredes ammittunt hæreditatem ſi non exonerant animam defuncti, & num. 48.

Dabit mihi Dominus verbum.

FACTI SPECIES.

CAſus de quo quæritur conſultatio ita ſe habet. Quidam Præsbiter ad multos annos ſeruiuit cuidam Epiſcopo, conſtituto ſalario, duorum ſcutorum pro quolibet mẽſe; qui viuẽte Epiſcopo petijt ſua ſalaria, & ille Reuerẽdiſs. mandauit ſuo Maiori domus, vt faceret computa cum d. Præſbytero; & ei ſatisfaceret de eo, & omni in quo reperiretur creditor, & cõputis factis ille Maior domus non habens pecuniam ad manus, rogauit d. Præsbyterum, vt expectaret vſq; ad meſſem, quia tunc ſolueret omne debitũ: ſed anteq; veniret tẽpus meſsis ille Epiſcopus deceſsit: quo defuncto præsbyter ab hæredibus petijt ſuũ creditũ. ipſi verò negãt deberi: & inſtant ipſum rationem reddere de adminiſtrãtis in ſeruitio Epiſcopi.

Ad cuius difficultatis elucidationem prima facie videtur quod hæredes ad nullum ſalariũ teneantur: poſſunt enim iuſtam ignorantiam prætendere; imò credere fuiſſe ſolutum: quia
1 qui in alterius locum† ſuccedit, iuſtam ignorantiam dr̃ habere. l. Qui in alterius. ff. de reg.
2 iur. & infra† annum à die mortis Epiſcopi petere debebat, aliàs audiri non debet. ſicut probat Petr. Rebuff. in 2. libr. com. tit. de famul. ſalat. Gl. 10. & Gl. 11. in prin. Imò quando etiã infra annũ petijſſet, non poſſet ſalaria conſequi
3 † vltra tres annos. vt ait Rebuff. in d. lib. & tit. Gl. 12. quia præſumuntur ſoluta: cum nõ ſit veriſimile quod tandiù expectaſſet; & Paul. III. Papa, & poſt eum Pius V. in extrauagantibus ſuis, ille in extrauag. nu. 43. incipit, Sicut nobis, & alter n. 33. Cupientes. ex eiſdem cauſſis ſtatuerunt, quod ſerui, & familiares prælato-
4 rũ vltra duos † annos non audiantur ad petẽdum ſalaria; & hoc videtur procedere quando
5 ſit de ſalario conuentum; quia ſi non† eſſet cõuentum, nullum, nec etiam ad bieunium, ſalarium deberetur. l. Salarium. C. mand. Put. deciſ. 43. libr. 2. Rot. deciſ. 659. in 1. lib. diu. nouiſſ. ex quibus videtur qđ hæredes prædicti Reuerẽdiſs. defuncti nõ teneantur ad aliquod ſalariũ; vel ſaltem non teneantur vltra biennium.

Sed iſtis non obſtantibus ego contrarium
6 arbittor: nã mercenarius † eſt dignus ſua mercede: ſicut per os Domini noſtri Ieſu Chriſti atteſtatur Lucas Euãgeliſta. c. 10. & Matthæus. ẽt c. 10. & ipſe Deus ſtatuerat antea. vt in Leuit. c. 19. in his verbis videlicet. Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; ad mane. & in Deuteron. c. 24. Non negabis mercedẽ indigetis, & pauperis fratris tui, & aduenæ, q tecũ moratr̃ in terra, & ĩtra portas tuas eſt; & ſed eadẽ die reddes ei pecuniã laboris ſui ante ſolis occaſũ: qa paup eſt, & ex eo ſuſtẽtat animã ſuã: ne clamet cõtra te ad dñum & reputet tibi ad peccatũ. Et in Thob. c. 4. Quicunq; tibi aliquid operatus eſt, ſtatim mercedẽ reſtitues, & merces mercenarij tui apud te oĩno nõ remaneat. qđ ſine difficultate ꝓcedit qñ de ſalario fuerit
7 cõuentũ, quia cõuentio† hẽt vim legis. Alex. in l. Diẽ functo. n. 6. de offi. aſſeſ. & pri⁹ dixerat Io. de Imol. in c. Propter ſterilitatẽ. n. 34. de loc. cõdu. & poſt ipſũ Rebuff. in tit. de fenr. prou. att. 3. Gl. 7. n. 5. in 1. lib. com. & facit tex. in l. qui hoc anno. ff. de verb. obl. ex qb⁹ datr̃ intelligi, qđ hære
8 des† huiuſmodi cõpelli dẽnt ad ſoluẽdũ ſalaria ꝑdicta. c. Quicũq; iuncta Gl. not. 12. q. 2. vbi dr̃,
9 qđ ẽt ſiquis nudis † verbis, & ſine ſtipulatione promittat ſalariũ; tenetur. & in c. Charitatẽ. 12. q. 1. ad fin. dicitur: Iuſtũ nanq; eſt, vt illi conſequantur ſtipendiũ, qui pro tempore ſuum reperiuntur commodaſſe commodũ. & in c. Cum Secũdum Apoſt. de præb. hęc leguntur verba videlicet. Qui ad onus eligitur, repelli nõ debet à mercede. ex q̃bus reſultat cõcluſio qđ. d. Reuer. Præsbyter dẽt habere ſalaria ei promiſſa.

Et non obſtant cõtraria ſuperius allegata: ad quæ reijcienda duo ſunt præmittenda. Primò
10 qđ in quacunq; diſpoſitione, mens† diſponentis ſemper eſt attendenda; quæ habetur tan-
11 quam anima † & verba tanquam corpus. cap

Digitized by Google

Sedulò. 38. diſtinct. & ſicut anima anteponi-
nitur corpori: ita mens anteponitur verbis. di
citur enim in Sacra Sriptura, vt in c. 19. prouer.
qđ qui verba tantũ ſectatur, nihil habebit: qui
autem poſſeſſor eſt mẽtis diligit animam ſuã.
12 virtus† namq; legis non conſiſtit in proprie-
tate verborum, ſed in ſenſu, & mente condi-
toris. Caſſad. in reg. cancell. deciſ. 32. num. 9. &
13 tradit S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 6. mens namq; †
eſt potentior nedũ verbis, ſed voce loquẽtis.
ad not. per Simo. de Pret. in 2. lib. interpret. vl-
tim. volun. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 2. nu. 30.
14 Secundò, quod vbi verba † non conueniunt
non eſt locus diſpoſitioni. l. Dies cautioni. §.
ait prætor. ff. de damn. infect. cũ alijs ſimilibus.
Quibus præmiſsis venio ad refutationem
contrariorum; & primò quò ad ignorantiam
15 reſpondeo; quod ignorantia iuris non excuſat
c. Ignorãtia. de reg. iur. in 6. ſed ignorare quod
mercenarius ſit dignus mercede, eſt quid iuris,
16 ergo non excuſat. Ignorare † verò factum, vt
quis excuſetur, debet omnino alienus eſſe ab
illo facto, aliàs ſi ſcire potuit, dicitur ignoran-
17 tia † affectata, & habetur pro ſcientia. Gloſ. in
verbo affectata. in c. Eoſ. de temp. ordin. in 6. ſe-
quitur Pariſ. de Put. in tit. de Syndic. §. Contra
18 num. 8. Similis enim ignorantia† æquiparatur
ignorantiæ iuris. ad B. Antonin. in c. 37. n. 2. de
excommun. Sed iſti hæredes ſcire potuerunt
computa facta. & creditũ. d. Præsbyteri, adeſ-
ſeq; mandatum illius prædefuncti Epiſcopi, vt
19 & ſolueretur; Imò ſcire † præſumũtur. l. fin. C.
de impub. & alijs ſubſt. auth. de iureiur. à mo-
20 rien. præſtit. §. 1. quia qđ ſciebat † defunctus, p-
ſumunt ſcire ẽt hæredes. l. Si ego. §. Si hæredes
ff. de publ. ergo allegata ignorãtia nõ nocet.
Secundò, oppoſitio de petendo creditũ in-
fra annum non facit ad caſum noſtrũ: quia hic
Præsbyter nedũ petijt ab hæredibus infra an-
nũ; ſed in vita Epiſcopi; & computa fuerũt fa-
21 cta; vnde cũ ſit caſus ab illa regula ommiſſus†
remanet in diſpoſitione iuris; ſecundũ quã a-
22 ctio† durat vſq; ad 30. annos. l. Sicut. C. de præ-
23 ſcrip. 30. ann. & qñ factis cõputis† fiat ſcriptura
de debito cũ conſenſu debitoris oritur obliga
tio. inſtit. de oblig. ex cõſen. quæ parit vinculũ,
24 † quo neceſsitate adſtringimur ad ſoluendũ.
inſtit. de oblig. in prin. Computa verò fuerunt
25 facta iuſſu Epi; & conſequenter cenſentur† fa
cta ab ipſo. reg. Qui per alium. de reg. iur. in 6. l.
Diuus Claudius. §. item. ff. ad l. Corn. de falſ. l. Si
26 ego. §. dotis. ff. de iur. dot. quæ† qñ ſit recognita
plenè probat. l. publ. ff. depoſ. l. Cũ antiquitas.
C. de teſtam. neq; ſit caſus quod ſit approbata
27 per Notarium; quia ẽt ſcriptura† priuata reco
gnita plenè probat. l. Cũ de indebito. §. fin. ff.
de probat. Alex. in conſ. 191. viſa ſcriptura. poſt
28 prin. vol. 2. & tantũ effectũ † operatur, quantũ
inſtrumentum. l. 1. & tot. tit. ff. de confeſſ. & me
29 retur † exequtionem, quia confeſsio parit iu-
dicatũ. l. vnica. C. de confeſſ. ex quibus põt ha-
beri etiam reſponſio ad illud quod dicitur de
tribus, & duobus annis, præter ea quæ inferius
30 dicã; quia in iſto caſu nulla† currit præſcriptio
fauore habentis malam fidem. c. Vigilanti. & c.
31 fin. de præſcript. nã fauor præſcriptionis† fuit
inductus, dummodo præſcribens non incurrat
peccatum. ſicut probat Balb. in tract. de præ-
32 ſcrip. in 2. par. 3. partis. q. 14. vnde qui† ſcit, vel
ſcire potuit eſſe debitorem, nullo tẽpore præ-
ſcribit: & hoc precipuè procedit in caſu, quo
creditor fuit rogatus ad expectandam ſolu-
tionem; ſicut ipſe Rebuff. ait in eod. tit. de mer
cat. minut. vẽden. art. 1. Gl. 20. n. 7. in 2. lib. cõmẽ.
Tertiò, tempus trium, vel duorũ annorum,
de quo ſupra, non obſtat; quia illæ diſpoſitio-
33 nes † præſupponunt bonam fidem, quæ ceſſat
hic; quia Epiſcopus ſciuit debitũ, & iuſsit ſol-
ui; & hæredes ignorare nõ poſſunt: & mens ſta
tuentium ea fuit quod hęredes ignorarent: ob
quam cauſſam, & ad obuiandũ fraudibus moti
34 fuerũt: qua cauſſa† ceſſante ceſſat etiã diſpo-
ſitio. Abb. in c. Cũ ceſſante. de appel. l. genera-
liter. C. de Epiſc. & Cler. & maximè qñ cauſſa
habet tractũ ſucceſsiuum. l. Cura. §. deficiẽtiũ.
ff. de mun. & honor. vt eſt in iſto caſu in quo
cauſſa reſpicit tempus futurũ; quod eſt de na-
35 tura † legis. l. leges. C. de leg. ſcilicet quando
ſerui, & familiares peterent cũ fraude id, qđ
hæredes difficilè ſcire poſſent nã ceſsãte illa
36 † cauſſa, ceſſat ẽt diſpoſitio. l. adigere. §. quis.
ff. de iur. patr. l. qđ dictum. & ibi Bart. ff. de pact.
& fuſius proba. Tiraq. in opuſculo ceſſ. cau. ceſſ.
effect. in 1. par. n. 125. & in eod. loco. nu. 148. di-
cit quod procedit ſine difficultate qñ lex, vel
ſtatutũ habeat ſecũ ſcriptã rationẽ annexam:
quod eſt in præſenti caſu, in quo Papa inten-
dit obuiare fraudibus, ne ſcilicet ſerui petant
37 quod haberẽ nõ debẽt; ergo ceſſante † fraude,
ceſſare debet diſpoſitio. Secũdò præſuppouit
quod debitum ſit iam ſolutum: Tertiò quod
non appareat de debito: & quartò, quod hæ-
redes difficilè ſcire valeant, an ſit ſolutum.
& hæc omnia ceſſant in præſenti caſu: fraus
enim nõ põt præſumi; quia apparet de debito
per ſcripturam: & hæredes ſcire poſſunt, imò
ſciunt debitum, & mandatum defuncti; ergo
38 verba illius diſpoſitionis † ceſſant; & conſe-
quenter diſpoſitio. cap. Indemnitatibus. §. pen.
de elect. in 6. l. Si ſeruum. §. nõ dixit. ff. de acqui.
39 hæred. & d. l. Dies cautioni. Imò fraus † præ-
ſumi non poteſt, niſi probetur. l. Quoties. §.
40 qui dolo. ff. de probat. eamq; † probare debet
allegans. vt ibi ait lex. hæredes igitur tenentur
ad ſoluendum illud quod iuſſu defuncti reda-
ctum eſt in ſcriptura, quia præſumitur vnum
41 debitum defuncti, & hæredis Ioan. And. in ad-
dit. ad ſpecul. in Rubrica de fideiuſſ. ad finem.
42 & petitio facta † per d. Præsbyterum defun-
cto Epiſcopo, ſibi prodeſt cõtra hæredes; quia
habentur tanquã duo rei debendi: vt determi
nant Doct. in l. Mora. ff. de verb. obli. & ſequitur
Rebuff.

Rebuff. in d. tit. de famul. Sal.Gl. 15.n.3. & 4.
Neq; vim facio ſuper petira ratione adminiſtrationis: quia cum ratio, & computa ſint facta iuſſu Epiſcopi dicuntur facta ab ipſis hæredibus, & conſequenter ſunt facti debitores,
43 & debitum† dicitur probatum. Bar. in l. Nuda. poſt priu. ff. de donat. & in l. Publia. §. fin. ff. depoſ. qui tenentur
44 † approbare factum Defuncti l. Cum à mater. C. de rei vend. nã finguntur
45 † vna, & eadem perſona cum ipſo. l. Mortuo. ff. de fideiuſſ. Auth. de iureiur. à morien. præſtit. poſt principum: ergo eorum petitio eſt inanis, quia factis computis Epiſcopus fatetur ſe debitorem, & petit dilationem ad ſoluendum, & conſequenter remanet grauatus: cuius animã
46 † ipſi tenentur exonerare. aliàs in cenſuris incurrũt. c. fin. vbi Ant. de But. de ſepult. & de iu-
47 re ciuili, & Canonico ammittunt † hæreditatẽ. c. Nos quidẽ. de teſtam. Auth. hoc amplius. C. de fideicõ. & in Auth. vnde ſumitur. de hæred. & falc. §. Si quis vero. coll. 1. imò fortius quãdo ẽt defunctus præſcripſiſſet contra creditorem
48 tenentur ẽt † exonerare eius animam. Ant. de But. & Imol. in c. Si diligenti, de vſucap. & ita eos ad ſalaria prædicta puto compellendos eſſe. Saluo tamen ſaniori iudicio. Laus Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini.

CONSILIVM LIII.

Bona patrimoniaria Clericorum an gaudeant immunitate.

SVMMARIVM.

1 *Omnis poteſtas à Deo eſt.*
2 *Lex humana habuit originem à lege æterna.*
3 *Lex eſt quoddam donum Dei.*
4 *Omnes leges, vel diuinæ, vel humanæ.*
5 *Lex diuina tolli non poteſt ſtatuto, aut conſuetudine hominum.*
6 *Imperator à Deo habet poteſtatẽ condendi leges.*
7 *Lex debet eſſe regulata à ratione.*
8 *Minor non habet poteſtatem in maiorem, nec in æqualem.*
9 *Quod ex Deo eſt diſſolui non poteſt.*
10 *Clerici cum Laici nihil habent communes.*
11 *Laici non habent poteſtatem in Clericos.*
12 *Imperator non habet poteſtatem in lege diuina.*
13 *Deus priuilegia dedit Clericis, ne Laicis ſubiaceant.*
14 *Religioſi ſunt à iure diuino exempti.*
15 *Imperator non habet poteſtatem ſuper rebus Clericorum.*
16 *Clerici à iure diuino ſunt exempti.*
17 *Tollere exemptionem Clericorum eſt ſacrilegiũ.*
18 *Sacrilegium eſt non præbere legi reuerentiam.*
19 *Quæ Religioſis adhærent, religioſa ſunt.*
20 *Accedens aſſumit naturam eius, cui accedit.*
21 *Bona acquiſita per Clericos aſſumunt priuilegia eis conceſſa.*
22 *Mutato ſtatu perſonæ, mutatur ſtatus rerum.*
23 *Maius dignum, trahit ad ſe minus dignum.*
24 *Inferior à Deo, & Papa non poteſt infringere immunitatem.*
25 *Extraordinaria quæ ſint.*
26 *Cũ res perueniat ad Clericum Imperator eam grauare non poteſt.*
27 *Bart. refutatur, qui dixerat poſſe fieri ſtatutum faciens tributaria bona.*
28 *Onera ordinaria ſunt inuariabilia.*
29 *Clerici nec in Ordinarijs grauantur.*
30 *Conſuetudo non poteſt induci quod Clerici ratione rerum conueniantur in foro ſeculari.*
31 *Bona patrimonialia Clericorum gaudent immunitate.*
32 *Bona quæ ad Clericos peruenerunt ſunt exempta.*
33 *Bona Clericorum non tenentur ad Gabellas, nec ad introitum portæ.*
34 *Qui grauat bona Clericorum dicitur raptor, & ſacrilegus.*
35 *Grauans bona Clericorum eſt excommunicatus.*
36 *De iure nouo Clerici non ſubiacent oneribus.*
37 *Clerici non tenentur ad onera pro acquiſitis à ruſtico.*
38 *Munus ſordidum, ordinariũ, et honeſtum quid ſit.*
39 *Extraordinarium onus eſt quod ab improuiſo imponitur.*
40 *Refectio pontium, & viarum non eſt appellatione pietatis.*
41 *Clerici non tenentur ad collectas poſitas ſuper carne, & vino, & ſimilibus.*
42 *Patrimonialia adequantur bonis Eccleſiæ vbi ſit eadem ratio.*
43 *Ordinarijs oneribus quando Clerici teneantur.*
44 *Imperator non poteſt tollere legem diuinam.*
45 *Bona in titulum beneficij ſunt exempta.*
46 *Cõſuetudo contra libertatem Eccleſiæ non valet, & num. ſeq.*
48 *Contra libertatem Eccleſiæ dicitur tribus modis.*

Da mihi verbum Domine, & ego loquar veritatem.

FACTI SPECIES.

ISta materia quantò difficilior apparet, & maximè quia à poteſtate ſeculari, ſecularibus eſt attributa, tantò altius eſt indaganda. & ideò tù pijſsime Deus, qui verus, es fons luminis ſapientiæ, & linguas infantium facis eſſe diſertas, linguam meam dignare erudire, & da mihi addiſcendi facilitatem, intelligendi acumen, interpretandi ſub-
1 tilitatem, & loquendi gratiam, Tu, à quo omnis † poteſtas dependet. Paul. ad Roman. cap. 13. in princ. cap. 1. de homicid. in 6. ibi, ac omnis poteſtas. & ore tuo dixiſti Pilato: Non ha-

beres vllam poteſtatem in me, niſi tibi data
eſſet deſup. vt apud. Io.c.19.præbe mihi quo-
modo aut quid loquar, & ego annuntiabo veri
tatem.

Et ad elucidationem præſentis caſus præ-
2 mitto quod omnis † lex humana habuit origi-
nem à lege æterna; ſicut affirmat D.Auguſt.in
1.lib.de liber.arbit.dum ait; quod in lege hu-
mana nihil eſt iuſtum, ac rectum, quod à lege
æterna homines ſibi non deriuauerint, & hoc
idem aſſeritur in l.2.ff.de leg.vbi dicitur, quod
3 lex † eſt inuentio quædam, & donum Dei, de
qua habetur in ca.fin.§.His itaq; 6.diſtin. om-
4 nes † enim leges aut diuinæ, aut humanæ ſunt.
5 c.Omnes diſtin.1. & lex diuina, † ſtatuto, aut
conſuetudine hominum abrogari non poteſt.
c.fin.de conſuet.humanam aũt legẽ cõdere Im
6 perator põt, ex † poteſtate ſibi à Deo data.c.
Si Imperator.96.diſtin.l.bene à Zenone.in fin.
C.de quad.præſc.& habetur in Sacra Scriptu-
ra in c.8.prouerb.ibi, Per me reges regnant, &
legum conditores iuxta decernunt: ſed op-
7 portet quod lex † cõdenda ſit ratione regula-
ta.c.Erit autem lex. diſtin. 4. & quatenus iure
diuino obſiſteret, eſſet excludenda.c.fin.9.di-
8 ſtin.minor † enim non habet poteſtatem in
maiorem, imò nec in æqualem.ca. Innotuit.de
elect.nec manum apponere vbi maior poſuiſ-
ſet.c.inferior Sedes.21.diſtin.Clem.ne Roma-
ni. de electio, dicitur enim in actibus Apoſto-
9 lorum.c.5.ad finem, quod illud † quod ex Deo
eſt, diſſolui nõ poteſt: ex quibus infertur quod
ſi inueniatur aliqua lex communis, vel parti-
cularis, quæ Clericis, & Religioſis perſonis, &
eorum bonis aduerſetur, nullius eſt valoris, &
iſtis præmiſsis deſcendo ad materiam propo-
ſitam.

10 Perſonæ † Eccleſiaſticæ nihil habere cõe
cũ Laicis debent; vt legitur in Deuteronom.c.
18.in prin. Nõ habebunt Sacerdores, & leuitæ
& oẽs, qui de eadẽ tribu ſunt, partẽ, & hæredi-
tatẽ cũ reliquo populo Iſrael, ex quo datur in-
11 telligi qđ Laici † nullã hẽnt poteſtatem in Cle
ricos, & alias perſonas Religioſas; neq; in eo-
rũ bona; qđ ẽt Deus ſtatuit in c.7.Eſdræ propè
finẽ.ibi: Vobis quoq; notũ facimus de vniuer-
ſis Sacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ia-
nitoribus, nathinneis, & miniſtris domus Dei
huius, vt vectigal & tributum, & annonas non
habeatis poteſtatẽ imponendi ſuper eos. vnde
lex iſta diuina infringi minimè põt per huma-
12 nas perſonas ſup quibus nec ẽt † Imperator
hẽt poteſtatẽ.c.Cum non ab homine de iud.&
tradit Abb.in c.Nouit.n.4.eod.tit.quibus om-
13 nipotens Deus † priuilegia dedit ne Laicis ſu
biaceant; c.duo ſunt.& c.Si Imperator.96.diſt.
Card.in Clem.1.q. de offic. ordin. quod Reli-
14 gioſi † à iure diuino ſint exempti; tenet etiã
Abb.in c.Si quis.nu.3.de maior.& obed.& di-
cit text.in c.Quanquam de cenſ.in 6. vbi Gl.in
verbo diuino, recitat verba geneſis.in c.47.&
ſunt ea ad propoſitũ, ver.Subiecitq; eã, præter
15 terrã Sacerdotũ. ſuper quibus † neq; Impera-
tor hẽt poteſtatem.c.Cum non ab homine. de
iudic.& not. Abb.in c.nouit.n.4.eod.ti.& cũ eo
Gig.de penſ.q.94.n.11.vbi probat qđ ſunt exẽ-
16 pti † de iure diuino, cũ quo concordat ius Ca-
nonicum.in.c.Non minus.& c.Aduerſus.de im
mun.Eccl.vbi Abb latè.& in ca. 1.& c.Clericis.
eod.tit.in 6.& Clem.vnica ẽt eod.tit.& in Clẽ.
præſenti. de cenſ.imò, & ius ciuile. l.Placet. &
Auth.caſſa.C.de Sacroſ.Eccl.l.1.& 2.C.de Epi.
& Cler.& auth.ſtatuimus.Alex.conſ.145. nu.8.
vol.7.Slyu.in ſum. verbo, immunitas 1.nu.16.&
infra. ex quibus reſultat concluſio quod Laici
nullam habent poteſtatem ſuper eos, & conſe-
quenter neq; ſuper eorum bonis: tum quia de
iure diuino eſt prohibitũ, & eſſet ſacrilegium
17 † infringere talia priuilegia.c. Cauſſa Carpẽ-
18 ſis.de verb.ſign.nam eſt etiam ſacrilegiũ † qñ
non impeditur reuerẽtia legi Canonicæ; vt re-
fert gl.in c.Sacrilegium.17.q.4. quod extendi-
tur ad bona patrimonialia. Abb.in c.Cæterum.
nu.17.de iudic.cum quo concordat S. Thom.2.
2.q.99.& iſtud iuſtum. & honeſtum videtur, &
nemo contradicit quo ad perſonam: ſed cum
bona ſint eis tanquam acceſſoria, eorum natu-
ram ſequi debent. iuxta regulam acceſſorium.
19 de reg. iur. in 6. nam † Quæ † religioſis adhæ-
rent, religioſa dicuntur. l. Quæ religioſis. ff. de
rei vendic. nam bona ſequuntur conditionẽ per-
20 ſonæ.l.In feudum.ff.de vſu.& omne accedens †
aſſumit naturam eius, cui accedit: vnde merito
21 bona, quæ † eis ſucceſsione, vel alio modo ac-
quiruntur, aſſumunt priuilegia eis concessa; ꝙ
probat Oldr.in conſ 4.quod laicus delinquẽs.
& ibi annotationes; dicens quod ſi laicus delin
quat, & poſtea efficiatur clericus non poteſt
poſtea puniri à ſæculari Iudice, quia per muta
22 tionem † ſtatus perſonæ, mutatur etiam ſta-
tus rerum.l.1. C. de impon. lucrat. deſcript. &
refert Din. in reg.nemo.nu.3.de reg.iur. in 6.&
facit textus in l.Si ſpadonẽ. verſ. Si autẽ quis.
& in l. iuris peritos. ff. de excuſ.tut. & quod
tradit Ioan. And. in c. Cum quidam num.2.de
excep.in 6.qui exemplificat in laico debitore,
qui ſecundum ſtatuta poterat ſe tueri præſcri-
ptione quinquenij contra creditorem; ſecus ſi
poſtea fiat clericus; ea ratione quod, mutata
conditione perſonæ, mutetur, & ſtatus rerum.
23 & poteſt eſſe ratio; quia maius † dignum ad ſe
trahit minus dignum.c.Quòd in dubijs.de cõ-
ſec.Eccl.vel alt.Lege igitur diuina, & canonica
ſtatutum eſt, quod laici non imponãt onus cle-
24 ricis, neq; eorũ bonis: ergo null. † Deo; & Põ-
tifice inferior, poterit lege, aut alio modo eo-
rũ immunitatẽ infringere.c.1.& 2.de cõfirm.v-
til.vel inutil.ꝙ ſine difficultate pcedit in extra
25 ordinarijs & extraordinaria † intelligo, vt de-
clar.Iaſ.in d.l.Placet.n.22.C.de ſac.ſan.Eccl.vt
ſint

Digitized by Google

ſint omnia ab infetiotibus à Romano Impe-
26 tatore impoſita:ſed neq; Imperator† poterit
ea grauare, poſtquam peruenerint ad manus
Clericorum;vt infra dicam,& eſt ſupra proba-
tum quam immunitatem probat etiam Abb.
in c.Eccleſia S.Mariæ.in antepen.col.de cōſtit.
& in c.Cum ſit generale,col.2.de for. comp. &
Oldr.in conſ.83.vbi tefert coutraria. Card. in
Clem.præſenti.in 2.notab.de cenſ.Arch.in ca.
Clericum il 1.11.q.& in c. Eccleſiarum ſeruos.
12.q.2.Soc.in conſ.65.in propoſita quæſt.nu.8.
vol.1.antiquæ impreſsionis:Bald.& Iaſ. in d.l.
27 Placet.C. de Sacroſ.Eccl.qui refutant † Bart.
& alios ita teſutate affirmāt, qui dixerat poſ-
ſe fieri ſtatutum in quo fierent omnia prædia
tributaria:quia ſi poſtea trāſitent in Clericos,
tranſirent cum illo onete.per tex.in c.Paſtora-
lis.& in c. Cum non ſit ab homine. de decim.
in c.Si quis Laicus.16.q.1.c.Tributum. 11.q.1.
c.Tributum.23.q.8.l.Si conuenerit.§.Si fundus
ff.de pign.actio.l.Alienatio.ff.de contrah.emp.
quæ iura procedunt ſecundum tegulam;Res
tranſit cum ſuo onere.& quæ regula ſolum ha-
bet locum in onere ordinario, & inuariabili
nunquam autem in extraordinarijs:imò ordi-
48 naria† debēt eſſe certa,inuariabilia,& à prin-
cipio impoſita ab habente auctoritatem;aliâs
29 Clerici† nec in Ordinarijs tenentur iuxta cō-
cluſionem Damaſi in reg. 103. vbi poſt fallen-
tias dicit,quod onera rei cohærentia, ſi tran-
ſeant ad priuilegiatum,ille non tenetut ad il-
la ſolita onera;& hæc concluſio: concordat cū
alia ſuperius allegata.per d.l.Quæ teligioſis.
Et quamuis aliqui quos,refert Steph. Aufr.
in tit.de poteſt.ſecul:ſuper Eccl.perſonis.in 2.
reg.fallen.4.dicant quod ſecundum conſuetu-
dinem, Clericus ratione terum poſsit conue-
niri in foro ſeculari:illud ipſe etiam reprobat
30 † pro communi opinione,vt in verſ.contrariā
tamen opinionem:pro qua adeſt deciſ.Rot.7.
de iudic.ad finem, in nou.in quo loco conclu-
31 ditur quod bona † patrimonialia Clericorum
gaudent immunitate.Abb.in ca.Cum ſit gene-
rale.nu.4.de for.comp.& in conſ.13. vol. 2. qui
eſt videndus,& tenuit etiam Specul. in tit.de
Cler.coniug.§.1.nu.11. dicens quod poſtq; res
peruenit ad manus Clericorum eſt exempta:
quod ſequitur Card.in Clem.diœceſanis.q.13.
& q.17.de vit.& hon.Clet.& Rom.in ſing.451.
vbi excipit ſolam præſcriptionem à rebus Ec-
cleſiæ.& Bertach.in tit.de Gabel.in 7.par.prin.
nu.10.tradit in propoſita materia, quod poſt
quam res peruenit ad Clericos,non eſt affecta
33 onere† Gabellatum;neq; ad introitum portæ,
vel pro tranſitu, neq; ſubiacet collectis, vt in
eo loco.nu.13. & nu. 19.cum quo in propoſita
materia tranſit Franc.Pauin. de viſitat. q. 7.1.
part.nu.38.vbi dicit per d.c.Cauſſa Carpenſis,
34 & alios allegatos,quod qui Clericos† pro bo-
nis ſuis,talleis, collectis, exactionibus, anga-
rijs,& ſimilibus grauat, eſt raptor, & ſacrile-
gus.& B.Ant.in tit.de excomun.c.25. & 26. di-
35 cit quod eſt † excōmunicatus. quod ſequitur
Naua. in ſuo man.c.17.n. 203. qui eſt vidēdus.
Pet.etiā Antilob.in tract.de muner §.4.tra-
ctat diffuſè hanc materiam:& tandem conclu-
dit pro iſta parte,incipiendo à nu.28.verſ.Qđ
aūt dixi;& n.51.ver.Sed quicquid iura antiqua
36 atteſtatur quod de iute nouo† eſt expeditum
quod Cletici non ſubiaceant oneribus:per de
cretalem,Quia nonnulli.de immun. Eccl. in 6.
37 addens quod neq; tenentur ad onera † bono-
rum acquiſitorum a ruſtico per d.decretalem,
& c.Non minus.& ca.Aduerſus. c. 1.de cenſ.&
Auth.item nulla cōmunitas.C.de Epiſ.& Cler.
38 & in eod.tit.§.3.declarat quid ſit minus† ſor-
didum,quid honeſtū,quid Ordinariū, & quid
extraordinarium,dicēs quod illud eſt ſemper
39 extraordinarium † quod ab improuiſo impo-
nitur.cū quo tranſit Sylu.in ſum.verbo,immu-
nitas 1.nu.16.vſq; ad finem: dicens quod onus
extraordinarium eſt illud,quod non eſt certū,
perpetuū,& inuariabile; ad quod Cletici non
tenentur niſi ex pietate,vel neceſsitate;affit-
40 mans quod inſtructio† pontium,& viæ nō ve-
nit appellatione pietatis: & neceſsitatem di-
41 ſtinguit.addens quod neq; tenentur † ad col-
lectas,ſuper carne,vino,& ſimilibus impoſitas:
neq; lex Imperialis poteſt eos arcere, iuxta
Doctrinā Abb.in d.c.Aduerſus,de immu.Eccl.
ex quibus remanet irrefragabilis concluſio qđ
tum de iure diuino,quod abrogari non poteſt
vt ſupra extitit probatum:tum de iure Cano-
nico,& ciuili, Cletici ſunt immunes à quibuſ-
cunq; oneribus extraordinarijs.
Nec obſtat dictum aliquorum de quibus Fe
lin.in d.c.Eccleſia.S.Mariæ de cōſtit.col.4.ver-
ſi.ſed nihilominus: quæ fuit diſtinctio Abb. in
c.fin.de uit.& hon.Clet.& in c.Ex literis.de pi-
gn.ſcilicet quod bona prædicta patrimonialia
42 † non adequantur in omnibus Eccleſiarū im-
munitatibus;ſed ſolum vbi ſit eadē ratio, vel
in iure ſit caſus expreſſus.quia in propoſita q.
ſatis eſt quod caſus eſt expreſſus,vt ſupra pro-
batū eſt,& tradit.Card.in d.Clem. diœceſanis
q.13 & q.17 & 18.imò nec ad aliqua onera te-
43 nentur † Ordinaria niſi infraſcripta concur-
rat.videlicet quod à principio ab Imperatore
ſint iniuncta,& habeant certam,& inuariabilē
præſtationem.quod eſt ex iuxta tegulam, tes
tranſit cū ſuo onere.Sicut copioſè tradit Par-
pal.in d.l.Placet.de Sacroſ.Eccle.in verſ & iſta
deciſ.& verſ.eſt igit.& Bar.in l.1.§.hic titulus.
ff.de pub.nec aliter Imperator poſſet ſtatuere
Abb.in d.c.Aduerſus. & alij allegati. & maxi-
mè quia poteſtas ei data condendi leges,non
44 ſe extendit† ad tollendā legē diuinā,vt ſupra
probatū eſt;neq; legē canonicā.Imperiū.n.de-
pendet ab Eccleſia,ſecūdū cōem opinionē:de
qua Reſtau.Caſtal.de Impe.q.50.n.8. Neq; illa

regula ꝓcedit in bonis datis in titulũ Clerico,
neq; Eccleſiæ adhærẽtib' vt ipſe Fel. atteſtaẽ
in loco prædicto, & pro cmuni tenuit Dec.õin
d.c.Eccleſia,S.Mariæ.& per Gl.in c.Epiſcopus
de præben.Et quia refertur opponi de conſue
tudine,ex qua ſolent patrimonialia ſeu Cleri-
ci pro ipſis grauari, quamuis ex ſupra allega-
tis poſsit haberi reſponſum; & præcipuè per
dicta Afured. in tit.de poteſt.ſecul. ſuper Ec-
cleſ.bon.in 2.reg.fallen.4.in verſi. Contrariam
tamen opinionem, vbi pro communi tenet nõ
valere conſuetudinem, quod ratione rerum
Clerici conueniantur in foro ſeculari. Aduer-
46 tendum eſt quod nulla † conſuetudo poteſt
induci in præiudicium libertatis Eccleſiaſti-
cæ.ad quod facit extrauag. vnica. de conſuet.
in commun. extrauag. imò quandocunq; non
ageretur de infringenda libertate; ſi tamen
47 conſuetudo † eſſet in præiudicium Eccleſiæ,
& perſonarum Eccleſiaſticatum;eſſet irrita;c.
1.vbi Abb.& alij Canoniſtæ.de conſuetud.ſed
magis ſuſtineri poteſt quod ſit contra liberta-
48 tem:quia tribus modis†dicitur venire contra
libertatem Eccleſiæ. Primò quando tolluntur,
vel diuiduntur priuilegia conceſſa Eccleſijs,
vel Eccleſiaſticis perſonis. vt refert Innoc. in
c Nouerint.de ſent.excom.& Bart.in Aut.caſ-
ſa.de Sacroſant.Eccleſijs.& Felin. Lat. in cap.
Eccleſia.S.Mariæ.de conſtitut.Secundò, vt at-
teſtatur ipſe Bart.in d.Auth.caſſa:& Felin.vbi
ſupra quando per ſtatutum, vel conſuetudinẽ
Laicorum, Clerici efficerentur timidiores.
Tertiò,quando Clerici impediuntur facere,ea
quæ ſibi iure communi licent, vel eis gaude-
re,prout iſdem Felin.vbi ſupra refert. in 2.q.
principali: & ſequitur ibi Imol. & de hoc ſa-
tis conſtat apud.Roch.de Curt.in tit. de con-
ſuetud.num.453.vſq; ad num. 460. & ita iuris
eſſe cenſeo,ſaluo tamẽ &c.Laus Deo Optimo
Maximo,& eius Sanctiſsimæ Genitrici.

CONSILIVM LIV.

Miſſa de S.Maria,an celebretur in diebus Feſtiuis ex deuotione.

SVMMARIVM.

1 *Populus ex præcepto tenetur audire Miſſam in Parochia diebus Feſtiuis.*
2 *Cui licet quod eſt plus,licet quod eſt minus.*
3 *Clerus cum populo poteſt ſolemnizare diem, qui non ſit de præcepto.*
4 *Oblationes à populo ſunt faciendæ,& quo modo, num:22.*
5 *Cauſſa illa dicitur,quæ ex verbis legis colligitur.*
6 *Cauſſa illa eſt,quæ ad aliquid ordinatur.*
7 *Et eſt mens,& anima legis.*
8 *Præceptum de audienda Miſſa Conuentuali, & non priuata,non procedit in collegiatis.*
9 *In collegiatis duæ Miſſæ quotidie debẽt celebrari.*
10 *Ceſſante cauſſa retrahendi populum à Conuentuali,ceſſat diſpoſitio.*
11 *Non eſt malum audire Miſſam priuatam.*
12 *Quilibet poteſt audire miſſam vbi ſibi placet: & num.13.& 16.*
14 *C.Miſſas,de conſec.diſtin.1. non eſt de præcepto.*
15 *Miſſæ poſſunt celebrari in prima hora diei: etiam priuatè.*
17 *Præceptum quod Miſſa non celebretur ante horã tertiæ,intelligitur de ſolemni.*
18 *Præceptum de audienda Miſſa Conuentuali eſt abrogatum.*
19 *Conſuetudo de audienda Miſſa priuata eſt obſeruanda.*
20 *Non peccat qui Miſſam Conuentualem nõ audit.*
21 *Miſſæ priuatæ poſſunt celebrari in diebus Feſtiuis,quando non dimittatur Conuentualis.*
22 *Oblationes ſunt voluntariæ, & bonorum operum & num,26.*
23 *Oblationes de quibus in exod.cap.23.intelliguntur cerimoniales.*
24 *Qui ſeruit altari,de altare viuere debet.*
25 *Oblationes ſunt voluntariæ.*
27 *Parochialis ſaltem ſcutos centum habeat.*

Sancta Dei Genitrix Virgo,ſucurre mihi famulo tuo,& ego celebrabo tuã Sanctam Commemorationem,

FACTI SPECIES.

FVit immemorabils ritus ex deuo-
tione Cleri, & populi Carpenſis
celebrare Miſſam ſolemnem Bea
tæ, & ſemper Virginis Mariæ in
aurora Sabbati, etiam cõcurren-
te feſto duplici, ad eius Altare
in Eccleſia collegiata ſub titulo Aſſumptionis
nec ideò ommittebant in hora tertiæ cantare
Conuẽtualem.Nunc verò reuocatur in dubiũ;
imò affirmatur,id non poſſe fieri; quia popu-
1 lus † ex præcepto tenetur audire Conuentua-
lem.

Et fundamentum fortaſsis poteſt fieri ex
diſpoſitione text.in ca. Quidam Laicorum. de
celeb.Miſſ.& ca.vt Dominicis de Paroch. cap.
Miſſas.& ca. Ex hoc attendendum. de conſec.
diſtin.1.per Lap.allegat.58.Abb.in c.1.num.8.
de hon.Cler.& in d.c.vt Dominicis.de Paroch.
Card.de Tur.Crem.in d.cap.Miſſas. & Henric.
Bot.de Synod. Epiſcopi,nu. 208. cum ibi alle-
gatis.vnde quæritur quid iuris?

Ego verò conſultus teneo affirmatiuam: &
2 & moueor primo per regulam.Cui†licet quod
eſt plus, licèt etiam quod eſt minus. vt in 6.
3 decretal.tit.de reg.iur. nam Clerus † ille cum
populo poterant ex deuotione etiam totam
diem ſolemnizare,præcipiendo ne fierẽt ope-
ra ſeruitia.c.fin.de ferijs.& ca.1. de conſec.di-
ſtin.

ſtin.3.& ſi ea die occurriſſet aliud feſtum, mi-
nus dignum, transferre oportuiſſet, & ſolem-
nizare dignius; vt in Rub.Breuiarij, & Miſſalis;
ergo, & quod eſt minus, potuerunt ad honorē
B.Mariæ cantare Miſſam in aurora; nec per eā
populus retrahitur: imò potius ſublata illa
cōſuetudine retrahitur populus à deuotione.
Secundò, moueor per cauſſam finalem illius
diſpoſitionis, quæ fuit, nè populus retrahatur
4 à conuentuali; & vt faceret † oblationes; de
quibus habetur in cap. Omnis Chriſtianus. de
conſec.diſtin.1.& in exod.c.23.ibi: Non appa-
5 rebis in conſpectu meo vacuus: illa enim † di-
citur cauſſa, quæ colligitur ex verbis legis.l.3.
§.1.ff.de admin.tut.l.Patri. ff. de adult. & pro-
6 priè illa † dicitur cauſſa, quæ ad aliquid ordi-
natur.l.Si mulier.ff.de rerum ammot.& dicitur
7 mens † legis l.Cum mulier.in prin.ff.ſol.mat.
& eſt anima ipſius legis.l. Adigere. §. Quam-
uis.ff.de iur.pat.Qua ceſſante, ceſſat etiam di-
ſpoſitio.c. Cum ceſſante.de appell.l.Generali-
ter.C. de Epiſcop. & Cler. Tiraq. in ſuo opu-
ſculo.ceſſ.cauſſ.ceſſ.effect.in 1.part.num.11.
Cauſſa verò huiuſmodi diſpoſitionis appa-
ret in iuribus pro contrario adductis, nè ſcili-
cet populus retrahatur: & vt fiant oblationes;
prout etiam videtur ſentire Concilium Tri-
dentinum.ſeſſ.22.cap. 1.de euitan. & obſer. in
celeb.Miſſæ, verſic. Moneant: ſed ceſſantibus
iſtis cauſsis, ceſſat diſpoſitio: & quod ceſſent
clarè patet ex ſe de prima cauſſa, quia Miſſa
Conuentualis ad horam debitam cantatur: &
8 illa diſpoſitio † non habet locum in collegia-
tis, in quibus dicuntur plures Miſſæ, ſed ſolum
in priuatis, vbi vna tantum Miſſa celebratur.
vt ita diſtinguendo tradit Abb.in d.c. Quidā.
2.notab.& eſt ſecundum verum intellectum.d.
c.Et hoc attendendum: in quo non prohiben-
9 tur Miſſæ priuatæ. In collegiatis † autē quoti-
die debent duæ Miſſæ celebrari; vna conuen-
tualis, & altera pro Defunctis.c. Cum creatu-
ra. vbi Canoniſtæ.de celebr. Miſſ. & dicitur in
Rubr. Miſſalis; quotieſcunq; enim celebratur
conuentualis, cęteri Clerici poſſunt ex deuo-
10 tione alias celebrare; quia † ceſſat illa cauſſa
retrahendi, & conſequenter non eſt locus di-
ſpoſitioni.c.Indemnitatibus.§.pen. de elect.in
6.l.Si verò.ff.ſol. mat. & quando poteſt audire
11 populus conuentualem, non † eſt malum au-
dire priuatam.vt ait Gl.in d.c.Quidam.in ver-
bo non fiat.
Et diſtinctionem Abb. amplectitur Raim.in
ſumm.titu.de miſſ.integ.§.Miſſa reſurrexi, ver-
ſic.Dubitatur 1.Angel.etiam in ſum.tit. Miſſa,
num.33.verſic. De quo Miſſa debet celebrari:
ſumm.Pacifica. in præcepto de ſatiſ.feſt. verſi.
Nota hic: vbi dicit quod cap. vt Dominicis.de
12 Paroch.eſt abrogatum, & quod quilibet † po-
teſt audire Miſſam in quocunq; loco ſibi pla-
cet, ſi non faciat in contemptum proprij Pa-
rochi: quod ſumm.Armill. confirmat in verbo
13 Miſſa.num. 31. dicens quod non eſt neceſſe †
audire Miſſam in propria Parochia; quia ſatiſ-
fit vbicunq; audiatur Nam ca.Quidam, & cap.
14 Miſſas † non loquuntur de neceſsitate, ſed de
congruitate: & idem ſequitur Sylu.in ſum.ver
bo Miſſa primo, nume.4.& Miſſa ſecundò, etiā
num.4.& refert Arch.ita tenere.Goffre. etiam
in ſum.rit.de celebr.Miſſ.verſ. Miſſa celebran-
da, dicit, quod in diebus Dominicis, & Feſti-
15 uis poſſunt in prima parte† diei celebrari ſo-
lemnia Miſſæ.per c.Neceſſe. de conſec. diſtin.
1.& Gl. 1.ibi recitat ita Leonem Papam reſpō-
diſſe.Ex quibus reſultat irrefragabilis conclu-
ſio quod in Eccleſia Carpenſi Miſſa B. Mariæ
poteſt cantari in aurora; quicquid oppoſitum
fuerit; quia illa ratio ceſſat, nec populus retra-
hitur, cum ſemper conuentualis in hora tertiæ
cantetur; & ſtant ſimul (vt ait Cald. in conſ. 6.
num.2.de relig.dom.) vt in aurora poſsit popu
lus, & etiam in hora tertiæ audire Miſſam: ſi
16 ceſſat contemptus proprij Parochi, quando †
etiam non audiat conuentualem: ſicut probat
etiam Hoſtien.in ſumm. rit. de conſec. Eccleſ.
vel Alta.num.16.verſic. In conuentualibus au-
tem: addens quod quando dicitur quod Miſſę
17 non celebrentur † ante horam tertiam, intel-
ligitur de ſolemnibus, & conuentualibus: ergo
abſurdum eſt allegare quod populus peccat:
quia etiam ſi lex non eſſet de conſilio, ſed de
præcepto; cum poſsit audire conuentualem;
18 ceſſat diſpoſitio; & conſuetudine † contraria
illud fuit abrogatum; vt not. Abb.in d.c. 1. de
vit.& hon.Cler.Raim.in d.ſua ſum. de integr.
& vtil.Miſſ.aud.verſ.Conſuetudo tamen.Marc.
Ant.Cuch.in ſua inſtituta.titu.de Miſſa. libr.5.
num.59. vbi etiam illud addit, quod non fuit
de præcepto.ſed de conſilio: quod etiam tra-
ditum fuit à Sacra Congregatione in d. cap.1.
conc.ſeſſ.22.de euit.& ob S.in celeb. Miſſ.verſ.
Moneant.dum dicitur, populum monendum
eſſe, non cogendum; & à conſuetudine prædi-
19 cta non † eſt recedendum; quod tradit Sylu.
in loco allegato, num.5. & concludit quod nec
Epiſcopus poteſt eam tollere; & in iſta opinio
ne tranſit Naua.in ſuo manual.c.21. num.5.di-
cens quod Ordinarius non poteſt abrogare ta
lem conſuetudinem; & recitat Leonem X. Pa-
20 pam, & Pium V. declaraſſe quod populus † nō
non peccat licèt Miſſam conuentualem non
audiat; quandocunq; illud non faciat in con-
temptum proprij Parochi; & quod conſuetu-
do iſta eſt ſeruanda, nec tolli poteſt: & tandē
Abb.videndus.in conſ.99.videtur t. in 2. part.
ponit falcem in Meſſe; & reſpondendo omni-
21 bus obiectis, concludit quod Miſſæ † priuatæ
poſſunt celebrari in conuentualibus, & colle-
giatis Eccleſijs, quando non dimittatur Miſſa
de feſto; etiam ſi ſint Miſſæ Defunctorum, in
Dominicis, & feſtiuis diebus; quod etiam tra-
ditur

ditur in Rub.Miſſalis.
Neq; obſtat alia ratio allegata de oblatio-
22 nibus: quia non ſunt neceſſariæ, ſed volunta-
riæ.vt not.Cardin.in d.conſ.6. ad finem de re-
lig.dom & ſequitur Gl. in verbo Vacuus. in d.
c.Omnis Chriſtianus.& ibi Arch. dicens quod
illa diſpoſitio eſt de conſilio: & quod intelli-
gitur de oblationibus bonorum operum; &
23 quod dictum in Exod.c.23.eſt dictum† cerimo
niale:& in Deuteron.c.16.probatur illud idem
quod oblationes ſunt de conſilio. ibi, & cele-
brabis idem feſtum hebdomadarum domino
Deo tuo,oblationem ſpontaneam manus tuæ.
& poſſet procedere ſecundum primitiuam Ec
cleſiam,quia Sacerdotes viuebant de oblatio-
nibus; vel quando non haberent aliud vnde
24 viuere: quia Qui ſeruit † altare de altare vi-
uere debet.ca. Cum ſecundum.de præben.ſed
hodie per Conc.prouiſum eſt quod omnis Pa-
25 rochialis † habeat ſaltem ſcutos centum: &
26 quod ſint † voluntariæ tradit etiam ſum.Ar-
mil.in verbo oblatio,num.3 & ita pro conclu-
denti tenendum eſt, quod non obſtantibus op
poſitis Miſſa ſit celebranda iuxta conſuetudi-
nem,& deuotionem Cleri,& populi: à qua non
ſunt retrahendi, & ita ego ſentio. ſaluo &c.
Laus Deo,& Sanctiſsimæ eius Genitrici.

CONSILIVM LV.

Legatum mulieri quando nupſerit,an & quando ſit caducum?

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando ſit caducum.*
2 *Mens teſtatoris in primis eſt attendenda, & nume.8.*
3 *Mens ex coniecturis cognoſcitur, & num. 9.*
4 *Legatum purum tranſmittitur.*
5 *Tenere aliquem ſub eius diſciplina denotat tutèlam.*
6 *Vſufructuaria omnium bonorum,inſtituto extraneo,dempta falcidia,habet totum vſufructum.*
7 *Vſufructuaria omnium bonorum, inſtituto filio, habet ſolum alimenta.*

Domine labia mea aperies, & ego annuntiabo veritatem.

FACTI SPECIES.

TEſtator reliquit Cæciliæ eius nepti quingentos aureos; & inſtituendo vxorem vſufructuariam in omnibus bonis, grauauit eam ad dandum dictæ eius nepti dictos quingentos aureos, quando nupſerit; & eam tenere apud ſe, & tenere interim ſub eius diſciplina,& obedientia: Quæ
Cęcilia antequam nuberet deceſsit: relinquēs
poſt ſe Iulium Fratrem vniuerſalem hæredē:
modo quæritur. An legatum ſit caducum: vel
tranſmitatur in hæredem?
Et prima facie videtur concludi poſſe le-
1 gatum fuiſſe caducum. vt l.Vnica §.ſin autem
aliquod.C. de cadu. toll.l. Hæres meus. ff. de
cond.& demon.
Verum conſideratis verbis, & intentione
2 teſtatoris, ſeu mente, quæ † in primis eſt at-
tendenda.l. In conditionibus primum locum:
3 ff.de cond & demon.quæ etiam † ex coniectu-
ris ſummitur.l.Licèt Imperator.vbi Bar. ff. de
leg.1.l.Cum auus.ff.de cond.& demon.l. Cum
proponeretur.in fin. ff. de leg.2. aliter in iure
4 repetitur; nam regulariter legatum † purum
tranſmittitur in hæredem.l. Ex his. C. quando
dies leg.ced.vbi Cyn.Bald & Salycet.l. Thais.
§.Splendoforus.ff.de fideicom.lib. & l. Vnica.
C.de cadu.toll.cum alijs ſimilibus, loquuntur
de legato conditionali, et caſus iſte remanet
in ſimplici legato: nam illa verba, quādo nup-
ſerit,non ſonant in conditionem, ſed in pro-
rogationem ſolutionis ſtantibus alijs verbis,
5 quod vxor eius d.legatariam tenere † debeat
ſub eius diſciplina, & apud ſe: quæ ſonant in
vim tutelę.l.Seius ſaturninus. in fin.ff.ad Treb.
l.Firmio. §. 1. ff. quando dies leg. ced. & ideò
oppoſuit tempus ad ſolutionem dictorū 500.
aureorum quia interim remanebat ſub tutela,
& voluit eam alimentari,& cuſtodiri.
Et dies ſolutionis etiam fuit oppoſitus fa-
uore vxoris, vt ſcilicet totum vſufructum ha-
beret; quæ relicta vſufructuaria† inſtituto ex-
traneo importabat totū vſufructum, deducta
falcidia.Bart.& alij.in l. Titia.§.Titia.ff.de leg.
2.Bal.in l.Lege,nume.5. Cod. de indict.viduit.
7 toll & inſtituto † filio, importabat ſolum ali-
menta.Dec.in conſ.418.num.1.& conſ.454.nu.
1.& licèt dies incerta ſolutioni videatur indu-
cere legatum caducum, quando legatarius de
cedit ante diem: ſecus eſt quando apparet de
8 mente teſtatoris; quæ ante † omnia eſt atten-
9 denda, vt dixi, & ſufficit apparere † per con-
iecturas: & ſic in iſto caſu, relinquēdo neptem
ſub tutela; licet voluerit legatum ſolui tem-
pore nuptiarum, videtur illud liberum reli-
quiſſe, & propterea tranſmittere eius Fratri.
Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM LVI.

Tranſactioni an poſsit contraueniri?

SVMMARIVM.

1 *Frangenti fidem, fides eidem frangatur.*
2 *Contrauenientes tranſactioni, incidunt in pœnam. l.Si quis maior.C.de tranſ.*
3 *Pœna l.Si quis maior. Cod. de tranſact. non habet locum de iure Canonico in foro ſpirituali.*

4 *Statur*

4 *Statur Iuri Canonico quando contrarium non eſt expreſſum de iure ciuili.*
5 *Purgatio moræ, quando habeat locum.*
6 *Mora non habet locum quando pars aduerſa paſſa ſit damnum.*
7 *Pœna l. Si quis maior. habet locum in his, qui ſunt de collegio.*
8 *Contrauentio pacti iurati habet ſecum pœnam. l. Si quis maior.*
9 *Doli capaces ſubiacent pœnæ. l. Si quis maior.*
10 *Pœna adimpletur in odium contrauenientis.*
11 *Monachi tenentur ſicut cæteri ad obſeruantiam pacti iurati; & quando.*
12 *Succeſſores tenentur ad obſeruantiã pacti iurati.*
13 *Pactum obſeruatum per aliquot annos, obſeruandum eſt.*
14 *Obligatio in forma Cameræ afficit ſemper.*
15 *Contrauenientes tenentur ad refectionem damni.*

Adſit Spiritus Sanctus.

FACTI SPECIES.

ABbas, & Monachi, S. Benedicti capitulariter fecerunt tranſactionem cum
certis liuellarijs ſuis, & virtute tranſactionis per nõnullos annos recepe
runt pecuniam conuentam; & promiſerant nõ
contrauenire ſub pœna periurij, & alijs pœnis: nunc ex parte ſua contrauenerunt, & nihilominus petunt emphyteutas obſeruare promiſſa ex eorũ parte. Quare videndum eſt quid iuris.

Pro qua reſolutione habemus text. in l. Cũ
proponas, la. 2. C. de pact. & ibi Iaſ. dum diſpo-
1 nitur quod frangenti † fidem fides frangi de-
bet. ex qua concluſione reſultat deciſio, quod
Monachi, qui contrauenerunt pactis tranſa-
ctionis, ſunt excludendi à petitione obſernã-
2 tiæ per emphyteutas: imò † incidunt in pœnã,
l. Si quis maior. C. de tranſact.
Nec obſtat dictum aliquorum, qui dixerũt
3 quod lex illa non habet locũ † de æquitate Ca-
nonica, quia illorum dictum procedit ſolum in
foro pœnitentiali: ſecus in foro contentioſo:
iuxta doctrinam Alex. in l. Si quis inſulam. co-
lum. antepenult. verſ. 12. fallit. ff. de verb. oblig.
quam ſequitur Dec. in conſ. 452. col. pen. num.
15. verſic. 2. per rationem communiter allega-
4 tam: nam quando non reperitur † deciſum cõ-
trarium de iure Canonico, ſtandum eſt iuri ci-
uili. c. 1. & 2. de oper. nou. nunt. ſed in iſto caſu
tenentes illam opinionem fundant ſe quod. l.
Si quis maior. vult ꝙ qui contraueniat ipſo iu
5 re incurrat peccatum: & æquitas † Canonica
admittit purgationem moræ: ſicut referunt
omnes Doctores in d. l. Si quis maior. & l. Si
inſulam. vt eſt quando deſiſtunt à contrauen-
tione; ſed Monachi iſti non deſiſtunt à con-
trauentione, nec purgant moram: quam nec
etiam purgare poſſunt; perſeuerantes in ſua
pertinacia. Alex. in l. Vbi pactum. col. 3. num. 5.
C. de tranſact. & ratio contraria vlterius pro-
6 cedit † quando pars non ſit paſſa damnũ pro-
pter moram: ſecus ſi ſit damnificata. ad Bart. in
d. l. Si quis inſulam, in 1. & 2. oppoſ. ff. de verb.
oblig. & ſequitur Iaſ. ibi num. 10. & Alex. num.
25. Sed in caſu mora non eſt purgata, quia Mo
nachi non deſiſtunt neq; purgari poteſt. ergo
7 concludendum eſt ipſos incidiſſe in † pœnam
d. l. Si quis maior. quæ habet etiam locum in
collegijs cõtrauenientibus, ſicut atteſtatur Iaſ.
in d. l. Si quis maior. in 3. notab. quod ſine dif-
8 ficultate procedit, quando † interuentum ſit
iuramentum, ſicut in caſu præſenti, & ita de-
clarat Curt. iunior. in d. l. Si quis maior. col. 5.
nume. 22. & Hieron. Cagnol. col. 4. verſic. iuxta
prædicta, num. 17. aſſignans rationẽ: quia ſunt
9 doli † capaces, & poſſunt periurio inuolui. &
tradit Fel. in ca. Dilectus. de except. in odium
10 † enim venientis contra contractum iuratum
pœna poteſt adimpleri. Pet. Anch. in conſ. 148.
apud antiquos verſic. Verum, & Caccialup. in
tractat. de tranſact. quæſt. 15. num. 4.
Et dato quod pœna d. l. Si quis maior. non
haberet locum: Monachi tamen tenentur ad
obſeruationem contractus per eos iurati: qui
11 omne iuramentum, † ſicut cæteri homines,
obſeruare tenentur; præſertim quando non ſit
in detrimentum ſalutis. c. Quamuis. de pact. in
6. & tranſactio facta cum Abbate, & capitulo
12 præiudicat † etiam Monachis poſtea venien-
tibus. ad Dec. in conſ. 474. num. 5. & nu. 10. vbi
dicit quod religioſi ſunt repræhenſione digni,
qui contractui ſolemniter celebrato non ve-
rẽtur cõtrauenire: & hoc maximè procedit cũ
13 illa tranſactio per multos annos fuerit obſer-
uata: & cuius virtute monachi exegerunt mul
tas pecunias. l. contingit. ff. de tranſact. ibi, ſi
fuerit aliquot annis obſeruata. ex quibus con-
cludi poteſt, quod monachi perſeuerantes in
contrauentione, non poſſunt virtute illius trã
ſactionis aliquid petere, & repelli debent ab
actione, ſi non ipſo iure; ſaltem ope exceptio-
nis. vt per Bal. & alios in l. Si fratris. C. de tran-
ſact. & Paul. de Caſtr. in l. Si pactum. col. 2. nu. 4.
eod. tit. & Caccialup. in eo tract. quæſt. 18. & de
bent reſtituere pecunias eis ſolutas virtute
tranſactionis, & incidunt in pœnã legis. & præ-
ſertim cum in tranſactione interuenerit obli-
14 gatio † in forma cameræ, in qua eſt clauſula
rato manente pacto, vt dicit Alex. in d. l. vbi
pactum. in 1. notab. & ibi omnes. & adeſt iura-
mentum: Abb. in c. Per tuas. num. 14. de arbitr.
& omnes legiſtæ. in d. l. Si quis maior. & qua-
tenus de benignitate Canonica poſſent pur-
gare moram, & deſiſtere à contrauentione,
15 debent † tamen reficere omnia damna, & ex-
penſas litis factas propter eorum contrauen-
tionem,

tionem. ſicut not. Bar.in d.l.§Si inſulam, cum
alijs ſupra allegatis,& ita iuris eſſe cenſeo.ſal
uo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LVII.

De legitimitate filiorum, & matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Multum refert ſcire an principaliter, vel inci-
denter agatur de matrimonio.*
2 *Intereſt ſcire an ſint filij ſecundi matrimonij.*
3 *Fauor legitimitatis ſi non ſint filij ſecundi matri-
monij, multum importat.*
4 *Fily primi matrimonij admittuntur ad ſucceſſio-
nem, ſi agitur de legitimatione principaliter.
& num.5.*
6 *Sufficit colorata poſſeſſio ad probandam legitimi-
tatem.*
7 *Filij primi matrimonij, etiam præſumpti, admit-
tuntur cum filijs ſecundi ad ſucceſſionem.*
8 *Probationes ſtrictiores requirũtur in matrimonio
ratione peccati.*
9 *In antiquis ſufficiunt leuiores probationes.*
10 *Fama ſufficit in matrimonio antiquo.*
11 *Teſtes de auditu ſufficiunt in antiquis.*
12 *Legitimitas probatur ex ſola tractatione vti fi-
lios.*
13 *Tractatio vti filios prodeſt eis, etiam ſi poſtea pa
rentes negarent.*
14 *Filij conſtituuntur in quaſi poſſeſſione legitimita
tis, & parentum legitimitate.*
15 *Quaſi poſſeſſio ſufficit in caſu legitimitatis.*
16 *Reputatio filiorum probat legitimitatem.*
17 *Filij ſecundi matrimonij non præiudicant primis,
etiam in præſumpto matrimonio.*

Da mihi verbum Domine.

FACTI SPECIES.

PEtrus Frãciſcus accepit Dianã in
vxorem, ſed eã ad propriã domũ
nõ duxit timore patris, qui ſuum
nõ dederat conſenſum, ex qua fi-
lios habuit:& poſtea accepit ſecũ
dam vxorẽ, nullos ex ſecunda fi-
lios habens, & deceſſit relicto fratre; qui ne-
gabat legitimitatem filiorũ, ex quo Dianã pri
mam vxorem nunquã ad ꝓpriã domũ duxerat;
& conſequenter negabat matrimonium; quia
ante Concil. Triden.matrimonia minus ſolem
niter multoties fiebant,& tenitebatur illis fi-
lijs dare hæreditatẽ paternam. Super qua re,
præmitto quod ad deciſionem caſus multum
1 importat † videre, An agatur principaliter de
matrimonio, vel de legitimitate, prout not.
Gemin.in cõſ.27.col.2. verſ. quandoq; agitur
Secundò, præmitto quod in propoſito caſu
non agitur de præiudicio filiorum ſecundi ma
trimonij; quia conſtat quod D. Petrus Franci-
ſcus ex ſecunda vxore nullam habuit prolem:
2 quo caſu etiam multum † importat ad deciſio
nem; ad not.per Innoc.in cap. Per tuas. qui fil.
ſint legit.

Tertiò, præmitto quod in iſta quæſtione nõ
cadit hodie conſideratio peccati, vt ſcilicet
maritus perſeueret in peccato cum vna ma-
gis quàm cum alia, vt quando eodem tempo-
re duas habuiſſet vxores; quia vna,& altera iã
3 diu ſunt mortuæ; ſed militat † fauor legitima-
tis.vt per Abb.in c.Ex parte.num.22. verſ.Sed
non generaliter.de reſtit.ſpol. & Imol. ibi co-
lum.fin.

Quartò, præmitto quod ſumus in facto ve-
teri; nam D. Diana contraxit, & habuit filios
ante annum 1586.& Magdalena ſecunda vxor
poſtea venit;& teſtes omnes, qui per alios no-
minatur fuerãt præſentes matrimonio Dianę,
& conſtat eos fuiſſe mortuos, & iſti examina-
ti atteſtantur ab illis audiuiſſe ſe fuiſſe præ-
ſentes matrimonio: quo caſu faciliores proba-
tiones admittuntur: vt infra dicam.
4 In præſenti cõſultatione cum agatur † prin-
cipaliter de legitimitate filiorum,& inciden-
ter de matrimonio, ex probationibus factis
res eſt ſine dubio, quod filij prædicti debent
admitti ad hæreditatem paternam ex infra
dicendis:

Publica enim vox,& fama per multos teſtes
ſufficienter eſt probata, quod in tota ciuitate,
& vicinia erat notum quod D. Petrus Franci-
ſcus deſponſauerat D. Dianam multis perſo-
nis præſentibus, ſpecialiter nominatis; & ha-
bebantur, & reputabantur coniuges: & filij
ex eis nati exiſtimabantur nati ex legitimis
coniugibus. Et quod inuicem nominabantur
coniuges: & ipſe Petrus Franciſcus corã mul-
tis nobilibus aſſeruit Dianam eſſe eius vxo-
rem, ſicut aſſerebat ipſa Diana ſe eſſe vxorem
Petri Franciſci; ſed quod timore patris eam ad
paternam domum non ducebat: nec non ſuffi-
cienter extitit probatum quod d. Petrus Fran
ciſcus tractabat eam vt vxorem, faciendo ei
expenſas victus,& veſtitus, & ſalariando eius
ancillas: quæ omnia, imò vnum quodq; ſufficit
ad probandam legitimitatem: Licet aliqui te-
neant quod quando agitur principaliter de
matrimonio, ſit dubium: omnes tamen conclu
5 cludunt quod quando agitur † principaliter de
legitimitate,& incidẽter de matrimonio: hu-
iuſmodi probatio ſufficit fauore filiorum: In-
noc.in ca.Per tuas, qui fil.ſint legit.& ibi Abb.
& Præpo.in c.Peruenit.eod.tit. per c. Illud de
præſumpt.& ibi Fel.col.fin. verſ. & adde. Ant.
de But.in c.2.qui fil. ſint leg. in 5. not. vbi di-
6 cit, quod ad probandum † legitimam prolem
ſufficit colorata opinio,& quaſi poſſeſſio ma-
ritalis,

Digitized by Google

ritalis, excluſa proprietate veri matrimonij: quia ad probandam legitimam prolẽ non exigitur veritas matrimonij, ſed ſufficiunt ſigna prædicta. Innoc. in cap. Ex parte de reſtit. ſpol. col. fin. in princ. verſi. Licèt forte. Abb. in c. Lator. col. 2. num. 6. qui fil. ſint legit. Dec. in conſi. 153. & conſ. 54. verſic. Non obſtat. vbi dicit eſſe communem opinionem. Alex. in conſil. 51. vol. 1. Salyc. in l. Non nudis. col. fin. verſic. Si autem. C. de prob. Gemin. in conſ. 27. col. 2. verſ. Quandoq; agitur: vbi in fortioribus terminis dicit
7 quod quando concurrunt filij † primæ, & ſecundæ vxoris; licèt primum matrimonium ſit præſumptum; ſecundum verò plenè probatũ: filij primi matrimonij admittuntur, vt legitimi, cum filijs ſecundi ad hæreditatem: & ſequitur Curt. Iun. in conſ. 52. col. 1. Alciat. in tit. de præſumpt. reg. 2. in 5. præſumptione. Pariſ. conſ. 13. vol. 2. Paleot. in tract. de ſpur. & noth. c. 22. vbi multa ad propoſitum: & ratio eſt cur facilius probetur matrimonium ad effectum legitimitatis, fauor eius, & maximè in iſto caſu, vbi non fit præiudicium alijs filijs; qui non adſunt: & quando agitur principaliter de ma-
8 trimonio; ea ratio eſt vt requirantur † ſtrictiores probationes propter præiudicium peccati; ne quis fortè habeat vxorem prohibitam: & prædictam rationem aſsignat Innoc. in ca. Ex parte. in colum. fin. in princ. verſ. Licèt fortè & Imol. ibi de reſtit. ſpol. & Abb. in d. c. Lator. cũ alijs ſupra allegatis.

Et prædicta adiuuantur quod agitur de facto antiquiſsimo, vnde impoſsibile redditur habere proximiores probationes: & conſtat quod omnes, qui matrimonio fuerant præſen-
9 tes ſunt mortui; vnde † ſufficiunt leuiores probationes, ad Bar. in l. Si quidem. C. ſolut. matr. Ant. de But. & Abb. in c. Veniens. il 1. num. 8. de teſt. Bar. & Iaſ. in l. In illa. ff. de verb. oblig. Alex. in conſ. 24. 2. vol. num. 26. Guid. Pap. deci. 357. & Præpoſ. in cap. Peruenit. & in d. c. Lator. qui fil.
10 ſint leg. tenet quod in matrimonio † antiquo ſufficit ſola ſama: & ideò in caſu præſenti ſufficiunt teſtes de auditu; & ſunt multi teſtes qui dicunt audiuiſſe à quatuor ab eis nominatis; quod ipſi interfuerant deſponſationi; qui iam ſunt mortui; inter quos vnus dixerat ſe in domo patris prædictæ Dianæ talia vidiſſe, & audiuiſſe. & xj. teſtes deponunt quendam Philippum dixiſſe ſe interſuiſſe deſponſationi: & affirmant alium quendam Galeſium affirmaſſe eidem deſponſationi ſe interfuiſſe; & ſic plures teſtes atteſtantur ſe audiuiſſe à pluribus, & grauibus perſonis iam mortuis illas interfuiſſe matrimonio; cum ſit de tempore antiquiſsimo probant. c. licet ex quadam. de teſt. vbi Abb. & But. in 4. & 5. notab. dicens, quod in
11 antiquis † teſtes de auditu ſufficiunt. & idem Abb. in c. Super eo. il 2. num. 2. de teſt. vbi afferit quod in tali caſu ſufficiunt duo teſtes de auditu. Corn. in conſ. 19. in princ. vol. 2. Alex conſ. 116. vol. 5. in fin. Dec. in conſ. 638. nu. 7. Pariſ. conſ. 13. num. 16. vol. 2. Rot. deciſ. 8 de reſtit. ſpol. in nou. Gozad. conſ. 13. nu. 35. Et his accedat dictum xij. teſtis: qui aſſerit ſe audiuiſſe verba inter Petr. Franciſcum, & Dianam, quæ ſignificabant inter eos matrimonium.

Et præterea omnes teſtes affirmant iſtos filios ſuiſſe habitos, & nominatos vt filios legitimos, & naturales à patre, educatos in domo paterna, & in diſciplinis inſtitutos: & ex eis Ioannem miſſum ad ſtudia; & Claram cum magna dote nuptui traditam vti filiam legitimã, & naturalem D. Antonio Ollano nobili Taruiſino: ex quo probatur legitimitas eorum,
12 cum ſimus † in antiquis, & teſtes qui interfuerant matrimonio ſint mortui: vt ita probat Præpoſ. in d. c. Lator. col. 4. verſi. Quæro vltimò. qui fil. ſint leg. & in tantum procedit iſta opi-
13 nio; vt ſi poſtquam parentes † filios tractauerint vt legitimos, poſtea inciperent negare eos legitimos filijs non noceret. vt per Barto. in l. 2. §. 1. ff. de lib. agnoſc. & latè per Canoniſtas in c. Per tuas. de probat. & in c. Michael. de præb. quia ex iſta tractatione filij conſtituun-
14 tur † in quaſi poſſeſsione legitimitatis, vt per Dec. in conſ. 54. col. 1. verſic. Sed prædictis, & in conſ. 272. in 2. & 3. col. in tantum quod iſta quaſi
15 † poſſeſsio ſufficit, quãdo agitur de quaſi poſſeſsione parentum: iuxta allegata per Dec. in d. conſ. 54. col. fin. verſic. Non obſtat. vbi affirmat de communi opinione. & idem tenet Pariſ. in conſ. 10. nu. 110. vol. 2. Corn. in conſ. 1. nu. 22. vol. 3. Alex. in conſ. 51. nu. 3 vol. 1. Paleot. in d. tract. de ſpur. c. 22. Gozad. in conſ. 12. & 13. Felin. in cap. Per tuas. de prob & multa dixi ad propoſitum ſuper in conſ. 11.

Et tantò magis exiſtente fama publica, & communi reputatione, totius ciuitatis quod habebantur pro filijs legitimis, & naturalibus d. Petri Franciſci, ex Diana prædicta, vt omnes teſtes affirmant. Ex qua reſultat firma conclu
16 quod iſta reputatio, † iunctis alijs adminiculis, de quibus ſupra, probat legitimitatem. ad concluſionem Abb. in d. ca. Lator. & Dec. in d. conſ. 54. & cæteri Doctores. in d. c. Per tuas. cũ alijs allegatis: & ſine difficultate in iſto caſu, vbi non ſunt filij ſecundi matrimonij, quibus fiat præiudicium: Innoc. in ca. Per tuas. qui fil. ſint leg. & alij ſupra allegati; imò quandocũq; ex ſecundo matrimonio procreaſſet filios, nõ
17 eſſet in præiudicium † primi matrimonij, quo ad legitimitatem filiorum, & ſucceſsionem cũ filijs ſecundi, verè probati vt in terminis tenet Gemin. in d. conſ. 27. cum alijs allegatis. & ideò nulla à fortiori remanet difficultas, quin iſti filij debeant ſuccedere eorum patri, excluſo patruo. & ita ſentio. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LVIII.

Præpoſitus collegiatæ S.Proſperi Regien.præcedit Canonicos Carhedralis.

SVMMARIVM.

1 *Vnicus actus poſſeſſorius ſufficit in his quæ de facili non conceduntur.*
2 *Vnicus actus ſufficit ad acquirendam generalem iuriſdictionem.*
3 *Canonici Cathedralis præcedunt omnes Clericos aliarum Eccleſiarum.*
4 *Bené agit qui vtitur iure ſuo.*
5 *Ius ſuum probatur, probando publicam vocem, & famam.*
6 *Succeſſor prælatus rectè agit poſſeſſorio nomine, ſuæ Eccleſiæ.*

Ieſus illuminatio mea.

AD elucidationem propoſitæ queſtionis præmitto, quod quando agitur de poſſeſsione iurium Ec-
1 cleſiæ ſufficit † probare vnicum actum poſſeſſorium; quando ſumus in caſu qui de facili concedi non ſolet, qualis eſt actus præcedentiæ. Abb. in c.Cum Eccleſia.nu.22.verſ.aduerte.de cau. poſſ.& prop.& ibi Innoc.nu.4.& in c.Bonæ memoriæ. de poſtul. & ſequitur Bart.in l.1.§.Hoc interdicto.verſic.Venio.ff.de itin. actuq; priu. Miliſ.in ſuo repertorio. in verbo Poſſeſsio in
2 iuribus.1. verſi. Sicur per vnicum † actum acquiritur poſſeſsio generalis iuriſdictionis Rot.deciſ.2.num.3.de præſcrip. in nouiſſ.

Et in caſu præſenti à fortiori cõſtar de pluribus,& iteratis actibus publicis;vt omnes teſtes deponunt à ſua recordatione vidiſſe in proceſsionibus, tàm publicis, quàm funeralibus, Reuer. Præpoſitum præcedere omnes Canonicos Cathedralis: & incedere cum Archidiacono,& Archipræsbyter.d.Cathedralis,ex quo fit argumentum iuris præcedentiæ: quia
3 de iure cõmuni Canonici † Cathedralis, præcedunt omnes Clericos aliarum Eccleſiarum. Domin.in c.Quamuis.de præben. in 6. Nec eſt credendum quod tolleraſſent d. Propoſitum eos præcedere, niſi ius haberet. & actus iſtius præcedentiæ eſt fundatus in communi ſama, & opinione,de qua teſtes affirmãt;quod ſcilicet capitulum Canonicorum Cathedralis, & collegiatæ olim fuerat vnum; & erant 24. Canonici:& ad honorem glorioſi S.Proſperi, qui fuit Epiſcopus Regij: & ad augumentum deuotionis, & cultus diuini; fuit fundata Eccleſia ad titulum eiuſdem Sancti, & erecta in collegiatam, atq; in ea conſtituti octo Canonici ex illo numero Cathedralis, cum Reuer. Præ-
4 poſito:vnde ipſe Præpoſitus vtitur † iure ſuo: vt dixit Bar.in d.l.1.§.Hoc interdicto. & Abb. in d.cap.Cum Eccleſia.num.26. quare probata
5 † publica voce, & fama, ſatis eſt probatum de iure.d. Præpoſiti; ad ea quæ in ſimili caſu tradit Domin.in c.Quamuis.§.Quanquam.de præ ben. in 6. vbi volens dare exemplum de duobus collegijs vnitis, exemplificar in Canonicis Cathedralis,& collegiatæ S. Proſperi in Ci
6 uitate Regij: & quilibet nouus † Præpoſitus ſucceſſor poſſet agere poſſeſſorio nomine ſuæ Eccleſiæ.vt habetur in deciſ.Rotæ.de reſtitur. ſpoliat.deciſ.1.in nouiſſ.& deciſ.9. de cau.poſſ. & prop.in antiq.Doct.in c.Quærelam.de elect. & Miliſ. in repertorio. in verbo poſſeſsio quæ erat apud prælatum: & ita cõcludi poteſt modernũ Præpoſitum manurenendum eſſe in ſua poſſeſsione,Laus Deo,& B.M.ſemper Virgini.

CONSILIVM LIX.

Papa poteſt ex cauſſa alienare bona Eccleſiarum inferiorum.

SVMMARIVM.

1 *Papa pro ſuo debito non grauat Eccleſias inferiores.*
2 *Papa præeſt omnibus Eccleſijs.*
3 *Alienatio bonorum Eccleſiæ non poteſt fieri ſine auctoritate Papæ.*
4 *Vtilitas,neceſſitas, & pietas eſt legitima cauſſa alienandi bona Eccleſiæ.*
5 *Vitam exponere tenemur pro defenſione fidei.*
6 *Hortari alios debemus ad defenſionem fidei.*
7 *Patriam bello defendere tenemur, & ab iniuria parrutes.*
8 *Defenſio fidei,eſt vniuerſalis.*
9 *Ad id quod omnes tangit, omnes contribuere tenentur.*
10 *Notorium non eget probatione.*
11 *Narratiuæ Papæ ſtatur in his quæ pertinent ad eius officium.*
12 *Papa eſt pater omnium Chriſtianorum,*
13 *Papa congregat populum.*
14 *Papa prouidet de neceſſarijs pro fidei defenſione.*
15 *Papa, & Conciſtorium totum mundum regit.*
16 *Solus Deus iudicat Papam.*

Ieſus Auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

IN propoſita conſultatione, An Papa poſſit alienare bona Eccleſiarum inferiorum prima facie videtur obſtare Doctrina, Bellem.in c.Non liceat.12.q.2.nu.52. vbi dicit quod pro ſoluendo† debito particulari,

vel

vel Eccleſiæ Romanæ, Papa, niſi ſit in neceſsitate, non poteſt ponere manum ad Eccleſias inferiores; ſed dēt ſoluere de ſuo, & de bonis Eccleſiæ Romanæ, & vendere vaſa ſua pretioſa, non autem grauare Eccleſias inferiores.

Sed illa Doctrina, ſi rectè cōſideretur, nō eſt contraria, imò prodeſt: ad qđ oſtendendū, præ-
2 mitto qđ Papa † præeſt omnibus Eccleſijs mūdi, & habet omnimodā poteſtatē in beneficijs Clem. 1. §. fin. vt lit. pend. c. Cuncta per mundū 9. q. 3. & ſatis cōſtat in iure Canonico. qđ nulla
3 † bonorū Eccleſiaſticorū alienatio fieri pōt ſine auctoritate Papæ. vt in c. 1. & tot. tit. de reb. Eccl. nō alien. in 6. & Decretali. & in extrauag. Paul. II. eo. tit. incipit Ambitioſè. ex quib' patet qđ Papa præeſt oībus Eccleſijs: & cōſequēter qđ pōt ex cauſſa facere alienationē, nedū bonorū Eccleſię Romanę ſed aliarū inferiorū.

Et maximè cū bona Eccleſiaſtica poſsint a-
4 lienari ex cauſſa † neceſsitatis, vtilitatis, & pietatis. vt apertum eſt in c. Sicut. & ſeq. & c. Sine exceptione. 12. q. 2. & in c. 1. vbi Fran. de reb. Eccl. non alien. in 6. nu. 19 & ſeq. cum alijs quæ allegari poſſent. & prædictæ cauſſæ omnes cōcurrūt qñ (vt in præsēti caſu) ſuccurrēdū ſit Chriſtianis contra Turchas. nā nedū bona tempo-
5 ralia, ſed vitam † exponere tenemur: ex qua actione cęleſte pręmiū nobis promittitur. c. Om-
6 ni 23. q. 8. c. Pro membris. 23. q. 4. ad quē actū † debemus omnes hortari. c. Quicunq; § his ita. 23. q. 8. imò bona ſubminiſtrare, & conferre. ca.
7 Suppliciter. ead. cauſſ. & q. patriam † enim bello defendere; & proximos ab iniuria tueri tenemur. c. Fortitudo. & c. Non inferenda. 23. q. 4. &
8 multò magis fidē Chriſti. Nam defenſio † fidei eſt vniuerſalis; & ad eā Clerici; & Laici tenentur. c. Vbi nam, & ibi Bellem. & Card. de Turrecremat. 96. diſtin. c. Principes. 23. q. 5. & tradit. Reſtaur. in tract. de Imperat. q. 94. nu. 2. & cum
9 bellum Turcarū omnes † tangat, ad illud repellendū omnes contribuere tenentur. Glo. fin. in d. c. vbi nam. 96. diſt. c. 1. 66. diſtin. & notant omnes in c. fin. & ibi Gl. de his quæ fiunt à prælat. Ex quibus reſultat reſpōſio ad Bellem. quia ipſe agit qñ tractatur ſolū de intereſſe Papæ, & Eccleſiæ Romanæ: Imò eius dictū confert: cum & ipſe concludat ſecus eſſe qñ agat de neceſſitate, vel vtilitate omniū Eccleſiarū; & qđ cōſtat in caſu præsēti de huiuſmodi cauſsis ſatis eſt notorium, bella Turcarū contra Imperatorē Romanū, & de depopulatione ciuitatū Chriſtianorum, & deturpatione Eccleſiarum: vnde niſi opponatur furori eorū, imminet maximū periculum, qđ tranſeant illi canes in finibus
10 Italiæ & cum ſit notorium † non eſt opus alia probatione. c. de manifeſta. & c. ſeq. & ibi Canoniſtæ, 2. q. 1. c. Veſtra. & ibi Gl. & Abb. de cohab. Cler. & mul. & c. Cum olim. de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 1. nu. 24. vol. 3. & ſatis ēt extitit probatū per Bullam Pontificis, dum narrat calami-
11 tates Chriſtianorū: cui † narratiuæ ſtandū eſt, cū agat de his, quæ ad eius officiū pertinent. Rom. in conſ. 369. nu. 38. & alij allegant p Crau.
12 in conſ. 135. nu. 42. quia Papa † eſt pater oīum Chriſtianorū. c. Ad Romanā. 2. q. 6. & ad ipſum
13 pertinet † congregare populū pro defenſione fidei. c. Igitur. cum duobus ſeqq. 23. q. 8. conſe-
14 quenter ad eum ſpectat † prouidere de neceſſarijs ad defenſionē Chriſtianorū: nec poteſt aliquis contradicere, & maximè cū per Cōci-
15 ſtoriū reſolutio defenſionis ſit facta: nā Papa † & Cōciſtorium totū mundū regit. c. Duo ſunt. 96. diſtin. & eſt caput Chriſtianorum. c. Fundamenta. de elect. in 6. Abb. in prædicta ſua q. nu.
16 14. & cuius facta niſi à ſolo † Deo iudicari poſſunt. c. Nemo & c. Aliorū. 9. q. 3. de quibus redditur irrefragabilis concluſio quod ex cauſsis prænarratis nedū pōt ſubſidiū quærere ab inferiorib' Eccleſijs, ſed ēt poſſet eorū bona alienare: & ita cenſeo. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LX.

Beneficia hæreticorum Vacant ipſo iure: & poſſunt conferri.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia hæreticorum vacant ipſo iure.*
2 *Verba, ipſo iure, importās ſententia cōdēnatoriā.*
3 *Exequutio differtur ad declaratoriam; quando lex priuat ipſo iure.*
4 *Beneficium hæretici, ſtatim poteſt conferri.*
5 *Ordinarius cautè facit conferrendo ſtatim beneficium vnius hæretici.*
6 *Verbum, liberè, intelligitur non vocato reo.*
7 *Beneficia hæreticorum ſtatim poſſunt impetrari.*
8 *Nemo eſt priuandus ſua poſſeſsione, niſi citetur.*
9 *Priuationes, quæ fiunt per ſententiam, requirunt citationem.*
10 *Hæretico reuerſo, ex miſericordia reſtituūtur ablata.*
11 *Reſtitutio præſupponit priuationem.*
12 *Dominiū rei legatæ remanet apud hæredē, donec legatarius declarauerit ſe acceptare legatum.*

Illumina cor meum Domine.

FACTI SPECIES.

Rector Capellæ S. Chriſtophori in Ciuitate Mutinæ incidit in hæreſim; ex qua
1 † ipſo iure dr̄ vacare beneficiū: nec requiratur alia ſententia condemnatoria; qa lex
2 ipſa condemnat. c. 1. 24. q. 1. quia hoc importāt † illa verba ipſo iure. Fel. late. cū ibi per eū allegatis in c. Rodulphus. de reſc. & in c. Cū nō ab homine. de ind. & ſeq. Alex. in apoſt. ad Bar. in l. Imperat. ff. de iur. fiſc. vnde quæritur, An poſsit conferri ante ipſius rei citationem?

Super quo articulo animaduertēdū eſt, quod licet poſſeſsio capi non poſsit; ſed exequutio
3 † differatur ad declaratoriā. c. Cum ſecundum in fin. de hæret. in 6. non eſt tamen quin totum ius non ſit abdicatum ab iſto Rectore; & quin
4 beneficium † poſsit liberæ, ac ſtatim conferri,

vt ita probat tex.in d.c.Cum ſecundũ.§. fin. & Gl.in c. Cõmiſſa. §. 1.in verbo,Iuſto impedimẽto. de elect. in 6. vbi habetur quod huiuſmodi beneficia poſſunt conferri alteri,ẽt reo nõ vocato:& Franc.ibi.in fine priuilegij dicit, quod

5 cautè † facit ordinarius,qui ſimile beneficium confert, anteq̃ vocet reum.& facit tex. ad idẽ in c.1.circa finem.de homic.in 6.ibi.& illa alijs liberè conferat.vbi Gl.finalis exponit illud ver

6 bũ liberè.ideſt.nõ vocato reo : quod approbat Rebuff.in ſua prat.benef.in 3.par.fol.mihi 355. nu.4.& prob.c.Alma.nu.8.de ſent.excom.in 6. vbi dicit,quod beneficia huiuſmodi vacant an

6 te declaratoriam, & † poſſunt impetrari: Iura enim ſtatim ſunt ab hæretico abdicata; & ſola exequutio differtur ad declaratoriã,&cõſequẽter titulus beneficij; tanq̃ verè vacãtis , alteri conferri : ſed poſſeſsio differt ad declaratoriã.

Nec obſtat.tex.in c.Licet Epiſcopus.de præben.in 6.cũ alijs ſimilibus;q̃a loquitur de poſ

8 ſeſsione ; ſcilicet q̃ nemo† debet priuari poſſeſsione,niſi citetur:Neq; obſtat dictũ Specu. in §.de excuſat.ſenten.ad finẽ:cuius dictũ ſuit Inno.in c. Qualiter.il 2.de accuſ.quia loquitur

9 de † priuationibus,quæ fiunt per ſententiam; & non ipſo iure : in quo caſu loquitur etiam Rot.dec.86.in antiquis .

Neq; obſtat dictum aliquorũ, qui volunt q̃d bona hæreticorum non ſunt verè cõfiſcata an

10 te declaratoriã:quia hæretico† poſtea reuerſo reſtituunt de miſericordia.vt in c.Vergẽtis. & ibi Gl.in verbo,miſereri.de hęret. quia imò per illud verbũ,reſtituantur, conſtat q̃d prius

11 erãt priuati;quia reſtitutio† præſupponit priuationẽ & ita pro ſimili videmus in legato:q̃a ſtatim adita hæreditate,dominium rei legatę transfertur in legatariũ;ſed reuocabiliter, q̃a ſi legatarius nõ declarauerit acceptare legatũ

12 dominium† remanet apud hæredẽ.text.eſt in l.ſi tibi homo.§.Cum ſeruus.& ibi Gl. & Bar.ff. de leg.1.ita in propoſito ſtatim hęreticus amittit dominiũ;q̃d verè acquiritur Fiſco , vel prouiſo;ſed cõmutabiliter,quia ſi reuertatur ; de miſericordia reſtituitur : ſed non eſt quin ſtatim omne ius non fuerit tranſlatũ:& ſic beneficia verè vacãt ante declaratoriã,& poſſunt conferri : pro vt concludo.d. Capellanũ poſſe conferri:ſaluo tamen &c.Laus Deo,& B. M.

CONSILIVM LXI.

Remiſsio Canonis in re emphyteutica an fiat.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas debet habere ſpatium in circuitu murorũ.*

2 *Muri Ciuitatis dicuntur Sancti .*

3 *Non licet anguſtiare viam, quæ eſt in circuitu murorum Ciuitatis .*

4 *Remiſſio Canonis rei emphyteuticæ pro parte dãnificata non fit,niſi tota pereat.*

5 *Canon rei emphyteuticæ ſoluitur pro recognitione,non ratione fructuum .*

6 *Remiſſio rei emphyteuticæ non fit,ſi remaneat tãta pars,quæ ſufficiat ad Canonem .*

Adſit Dominus .

FACTI SPECIES.

EMphyteuta cuiuſdam vineæ petit remiſsionem Canonis pp viam quæ fit inter muros vrbis, & ipſam vineam : quare conſultus reſpondi non eſſe locũ remiſsioni:ex infra dicẽdis.Primò, quia de

1 iure cõi omnis ciuitas† debet habere in circuitu murorum ſpatium liberum quod I. C. appellat Pomerium.l.Cui.ff.de ſeru. exportan. & debet eſſe ſaltem 15.pedũ.l. 1. C.de acq. duct. lib. 11.& l.Si cui.C. de ædif.priu.l.Præſcriptio. & l.ædificia.C.de oper.pub.Aret.& alij.inſt.de

2 rerũ.diuiſ.§.Sacræ. Nam muri† vrbis dicuntur Sãcti.vt in d.§.Sacræ.l.Sanctũ.§.In municipijs. ff.eod.tit.de rer.diuiſ.Secundò quia pp vineã,

3 vel aliud priuatum non licet† coanguſtare viã, quæ debet eſſe in circuitu murorũ.l.2.§.air prętor.Ne quid in loc.pub.Tertiò quia ppter dãnũ

4 † partis rei emphyteuticæ non fit remiſsio Canonis:ſed ſolum ſi tota res pereat.Abb. qui de cõi atteſtatur.in c.Potuit.nu.16.loc. & cõd.

5 & But.ibi nu. 20. & eſt ratio quia iſte Canon † ſoluitur ratione recognitionis,nõ ratione fructuum; pro vt in locatione:in qua deficiẽtibus fructibus deficit ſolutio:& hæc ratio non militat in emphyteuſi,in qua ſoluitur ad recognitionem; & ſic non ceſſat ob diminutionẽ par

6 tis,& maximè quãdo remanet† tanta pars,quę ſufficiat ad Canonem ſoluendum. & ita tradidit Bar.in l.1.C.de iur.emphyt.& Abb.in d.c. Potuit.& latè Iaſ.in d.l.1.C.de iur. emph.in 6. not.nu.13.vſq; ad nu.21.vbi de cõi.n.77.& ſeq. & ita reſideo in cõcluſione q̃d in iſto caſu non ſit locus remiſsioni.ſaluo &c.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM LXII.

Terræ aſsignatæ pro dote Eccleſiæ, vel in titulũ beneficij : an ſubiaceant oneribus ?

SVMMARIVM.

1 *Onerum quædam merè realia,quædam perſonalia, & quædam mixta .*

2 *Onerũ realiũ alia ordinaria,et alia extraordinaria*

3 *Onera,etiam ordinaria, non imponuntur Eccleſijs.*

4 *Res tranſit cum ſuo onere,procedit in his , quæ à principio ab Imperatore ſunt ordinata .*

5 *Eccleſia non debet erigi , niſi dotetur .*

6 *Clerici ad onera extraordinaria nõ tenẽtur,et nã.*

7 *Onera perſonalia Clerici non ſubeunt .*

8 *Onera mixta nec Clericis imponuntur .*

9 *Onera mixta imponuntur perſonis pro rebus.*

11 *Onera mixta etiam ſi eſſent allibrata per ſolidum & libram non imponuntur Clericis.*

12 *Res tranſit cum ſuo onere , intelligitur de onere certo,perpetuo, & inuariabili .*

13 *Clerici ſeruiunt in ſpiritualibus, & liberant populum à peccatis .*

Da

Da mihi verbum Domine virtute multa:

FACTI SPECIES.

Fuit erecta noua Eccleſia à quodam
Laico cum auctoritatæ Sedis Apo-
ſtolicæ, & fuit dotata bub. 20. Terra-
rum reſeruatis iuribus Parochialis
Eccleſiæ, & Commune illius villæ prætendit
dictas Terras grauare ad inſtar aliarum in d.
Communi: vnde quæritur quid iuris?

Et pro declaratione præſentis quæſtionis
1 aduerto quod tria ſunt genera† onerum, quæ-
dam quæ ſunt merè realia, quædam perſona-
lia, & quædam mixta: vt ita cõiter Doctores.
tradũt. vt Bar. in l. Placet. in 1. & 2. lectura. C. de
Sacroſ. Eccl, & ibi Iaſ. in 2. lect. nu. 2. & 6. vſq; ad
nu. 8. & Paul. de Caſt. nu. 4. Abb. & cæteri Cano
niſtæ. in c. Non minus. de immun. Eccl. Franc. in
c. 1. eo. tit. in 6. Bal. in l. fin. C. ſin. cenſ. col. 2. One-
2 rũ† realium, alia ſunt ordinaria, & alia extra-
ordinaria; de quibus latè dixi ſupra in conſ. 53.
3 à num. 39. vſq; ad num. 42. & iſta onera† etiam
ordinaria non poſſunt imponi rebus Eccle-
ſiæ. vt in d. conſ. probaui. & eſt commune dictũ
per Auth. Item nulla communitas. C. de Epiſc.
& Cler. & in l. Placet. C. de Sacroſ. Eccl. vbi Bal.
Iaſ. Salic. & alij. c. Non minus. & c. Aduerſus. vbi
latè Abb. de immunit. Eccl. & regula illa quod
4 Res† tranſit cum ſuo onere: in d. conſ. fuit de-
clarata quod procedat in his quæ à principio
ab Imperatore fuerunt ordinata; inuariabili-
ter, & antequàm ad Eccleſias peruenirent: &
tamen non intelligitur habere locum quando
res illa onerata onere ordinario ſit poſtea ef-
fecta dos Eccleſiæ; quia tũc liberatur, cum res
5 Eccleſiæ debeant eſſe liberæ: nã Eccleſia† fun-
dari non poteſt ſine dote libera. c. 1. de cenſ. &
ibi Gl. Hoſt. in ſum. de immun. Eccl. §. à quibus
nu. 5. verſ. excipe: & in tit. de Eccl. ædif. §. cuius
auctoritate. Abb. & Inno. in d. c. Non minus. de
immun. Eccl. & eſt caſus præſentis conſultatio-
nis. de extraordinarijs latè dixi. in d. conſ. 51.
6 quib'† Eccleſiæ, nec Clerici ſunt obnoxij. One
7 ra† verò perſonalia minus imponi poſſunt per
ſonis Eccleſiaſticis: c. Non minus. & c. Aduer-
ſus. vbi Abb. & cæteri Canoniſtæ. de immun.
Eccleſ. & c. 1. eod. tit. in 6. l. Placet. vbi Bart. Bal.
Salyc. Paul. de Caſt. Iaſ. & alij C. de Sacroſ. Ecc.
& d. Auth. nulla cõmunitas. C. de Epiſ. & Cler.
8 Onera verò mixta, quæ† perſonis imponũ-
tur pro rebus, Clerici non ſubeunt: Bar. in l. Re
ſcripto §. collectę. & in l. Munerũ. la 2. §. patri-
monium. ff. de mun. & oner. & in l. 1. nu. 19. C. de
mul. & in quo loco. lib. 10. Alex. in conſ. 86. Vi-
ſo. in prin. nu. 3. vol. 2. & in conſ. 52. Viſis his. in
prin. vol. 5. Imol. in cõſ. 48. in caſu præmiſſo. &
9 eſt ratio quia imponũtur† pſonis pro rebus. &
Clerici non ſunt ſubditi Laicorum. Bar. in l. Li-
berorum. § ſola. ff. ad municip. & dixi in d. cõſ.
10 51. & ad extraordinaria† onera non tenentur,
vt in d. conſ. meo. 51. & eſt expreſſum. in c. 1. de
immun. Eccl. in 6. Abb. Ant. de But. & alij in d.
ca. Non minus. & c. Aduerſus. Specul. in tit. de
Cleric. coniug. verſic. Ad huius autẽ. Iaſ. & Bar.
in d. l. Placet. & ex alijs iuribus in d. conſ. 51. de-
ductis; quod procedit, etiam ſi talia bona, an-
11 teq; peruenirẽt ad manus Eccleſiæ, eſſent† al-
librata in libro æſtimi per ſolidum, & libram;
quia huiuſmodi onera ſunt variabilia. vt per
Paul. de Caſt. in d. l. Placet. nu. 7. Bar. in l. de his.
C. de Epiſc. & Cler. Rip. in lib. 1. reſponſ. nu. 14.
& Franc. in d. c. 1. de immun. Eccl. in 6. qui dicit,
qđ Clerici ſunt immunes ab iſtis collectis, et
ſi eſſent bona deſcripta in lib. æſtimi per ſoli-
dum, & libram, anteq; venirent ad Eccleſiam:
& idem tenet Bar. Paul. de Caſt. & Iaſ. in d. l.
Placet: & Abb. & cæteri Canoniſtæ in d. c. Non
minus. & c. Aduerſus: quod etiam tenuit Guid.
Pap. in q. 381. Specul. in d. titu. de Cler. coniug.
Ruin. in conſ. 111. nu. 9. verſi. & Propterea. vol. 5.
dum concludunt quod Clerici etiam pro bo-
nis allibratis in libro æſtimi non tenentur; niſi
12 onera eis impoſita ſint† ordinaria, certa, &
inuariabilia: vt eſt in reg. Res tranſit cum ſuo
onere. quæ vt in d. cõſ. 51. ita intelligi debet: ex
quibus reſultat concluſio, quod terræ datæ in
dotẽ d. nouæ Eccleſiæ grauari nõ poſſunt: neq;
13 Rector aſſumptus; nam Clerici† deſeruiunt in
diuinis officijs pro communi ſalute totius po
puli, & Laicis miniſtrant ſpiritualia; pp quæ li-
berantur à peccatis: vt ita notat Anch. in cõſi.
61. incipit. Iſta quæſtio. & ſequitur Lapuſ. alleg.
101. incipit, In Ciuitate Florentiæ. n. 24. Roch.
de Curt. in tract. de conſuet. in repet. ca. fin. nu.
678. verſ. 3. limita. Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ. n.
53. in 2. limit. de conſt. Paul. de Caſt. in cõſ. 423.
vol. 2. & maximè ſine difficultate hoc eſt verũ:
qa ſuccedũt loco dotis, ſeu mãſi, qui aſsignari
vnicuiq; Eccleſiæ debet. per ſupradicta, & ita
iuris eſſe cenſeo. Saluo. &c. Laus Deo. & B. M.

CONSILIVM LXIII.

Cardinalis habet iura Epiſcopalia in Eccleſijs
ſui tituli.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis hẽt plenũ ius Epiſcopale in ſuo titulo*
2 *Ius Epiſcopale cõtinet inſtitutionẽ, et deſtitutionẽ*
3 *Inſtitutio, & deſtitutio continet collationem.*
4 *Collatio beneficiorũ cõnumeratur inter fructꝰ Epiſco*
5 *Conferre beneficia, eſt iuriſdictionis [illegible] (pales.*
6 *Qui habet iura Epiſcopalia põt conferre beneficia.*
7 *Tituli Cardinaliũ æquiparantẽ Eccleſiis Epiſcopalib.*
8 *Epiſcopi habent liberã collationẽ in liberis Eccle-*
ſiis, et inſtitutionem, & confirmationem in his
quæ ſunt iuriſpatronatus, & nu. 12.
9 *Cardinales, ſicut Epi, prouidẽt Eccleſijs iuriſpatro*
natus, quando patroni ſunt diſcordes, & nu. 13.
10 *Verba, Eccleſias cum populo, & pertinentijs, de-*
notant plenam ſubiectionem.
11 *Verbum pertinentijs, continet omnia, quæ lege,*
Statuto, vel conſuetudine ſpectãt ad Eccleſiã.
14 *Omnes Eccleſiæ ſunt in dubio ſub iuriſdictione il-*
lius, in cuius ſunt iuriſdictione poſitæ.
15 *Ius præſentandi perditur per non vſum.*

Ieſus Auxiliator meus.

IN propoſita quæſtione ommiſsis his,quæ
ad diſpoſitionem induci poſſent;conclu-
do,ſine veritatis præiudicio;Illuſtriſs.Car
din.habere ius conferendi beneficiũ Ec-
cleſiæ.S.Agnetis ſub tit.eius Cardinalatus;ex-
cluſis Parochianis:qui prætendunt habere ius
1 præſentandi: nam patet quod Cardinalis † in
ſuis titulis habet plenum ius Epiſcopale, & in
Eccleſijs ſubiectis.quod probat Ioan.Monach.
in c.Vnico.de maior.& obed. in 6.vbi Gemin.
col.fin.Innoc.in c.Dilectus. de capel. Monach.
nu.4.& Card.in Clem.ne Romani.§.irritum.q.
2 2.de electio.ius autem † Epiſcopale, inter cæ-
tera,continet inſtitutionem,& deſtitutionem
beneficiorum ca. Conquærente. & illic omnes
3 Doct.de offic.ordin.& † inſtitutio, & deſtitu-
tio,continet collationem;vt per Abb. in d.ca.
4 Conquerente:& alios Canoniſtas.& collatio†
beneficiorum connumeratur inter fructus Epi
ſcopales.Abb.in c.Cum olim. poſt Gl.in 2. col.
de maior.& obed.& in c.Mandatum. de reſcri.
5 & c.Cum Eccleſia.de elect.& ſic conferre†be-
neficia:eſt iuriſdictionis Epiſcopalis.Gl.& Do
cto.in c.Tranſmiſſam. de elect. vnde Card. qui
6 habet † iura Epiſcopalia poteſt conferre be-
neficia ſuis titulis ſubiecta.Fel.in ca. Cum ve-
nerabilis,nu.34.in 1.fall.de except. & traditur
in c.Quærelam de elect.dum apparet quod Ec
cleſia.S.Saluatoris pertinet ad collationẽ Car
dinalis.S.Suſannæ. & idem tradit Felin.in cap.
His qui.de maior.& obed.Innoc.in d.c. Dilect.
de capel.Monach.num.4.Gemin.in ca.in ſumi
in 5.col.dict.20.prob.in d.c.Vnico.de maior.&
obed.in 6.Card.in d.Clem.ne Romani. §. irri-
7 tum.q.3. vbi dicit, quod tituli † Cardinalium
æquiparatur Eccleſijs Epiſcopalibus; & ſic ha-
bent iura Epiſcopalia.d.c.Conquærente.de of
fic.ordin.& conſequenter poſſunt conferre be
neficia Eccleſiarum ſuis titulis ſubiectarum:&
facultas conferendi intelligitur ſecundũ qua-
8 litatem beneficiorum:quia ſi Eccleſiæ† ſunt li-
beræ,habent liberam collationem : ſi verò ſint
ſubiectæ Iuri patronatui, & iuri præſentandi
habent inſtitutionem,ſeu confirmationem:ca.
Decernimus.& c.Piæ mentis.18.q.7.Gl.in cap.
Quanquam.de elect.in 6. & c.Quærelam.de e-
9 lect.& quando patroni† diſcordant in præſen-
tando ipſi,ſicut Epiſcopi,prouident Eccleſijs.
c.Si vero.& c. Quoniam in quibuſdam. de iur.
pat.quod autem Eccleſia.S.Agnetis ſit ſubie-
cta,ſatis conſtat in bulla titulari Cardinalatus
dum Papa dicit quod bona,res,& Eccleſiæ,ſint
ſubiectæ,cum populo, & pertinentijs ſuis; &
nominando Eccleſiam.S. Agnetis. intendit eã
ſubiacere cum populo,& pertinentijs.nam il-
10 la† verba denotant plenam ſubiectionem:præ
ſertim quia Eccleſia intelligitur pro cætu fi-
delium.c.Eccleſ.de conſec.diſtin.1.Iaſ. & Alci.
in l.1.C.de Sacroſ.Eccl.& verbum pertinentijs
11 † continet generaliter omnia,quæ,lege, ſtatu
to, aut conſuetudine ſpectãt ad Eccleſiam : vt
per Innoc.poſt Gl.in c.Cum ad ſedem.de reſti.
ſpol. ex qua quidẽ bulla apparet quod omnes
Eccleſiæ ſubiectę titulo Cardinalatus, perti-
12 nent ad diſpoſitionem† Cardinalis,liberam ſi
ſunt liberę:& ſi ſunt iuriſpatronatus;habet ius
Epiſcopale,ideſt inſtitutionem: vel confirma-
tionem.d.c.Decernimus.& c.Piæ mentis. 18.q.
13 7.cum alijs ſupra allegatis : & ſi patroni † ſint
in diſcordia ; nè Eccleſia detrimentum patia-
tur, põt ei prouidere.d.c.Si vero. & c. Quoniã
in quibuſdam.de iur.pat.& tantò magis, quia
non apparet quod Parochiani vnquã habue-
rint Iuſpatronatum,vel ius præſentãdi: & ſunt
plures collationes liberæ, in quibus nulla fit
14 mentio Parochianorum:nam in† dubio omnes
Eccleſiæ ſunt ſub iuriſdictione illius Ordinarij
in cuius ſunt iuriſdictione poſitæ.c.Omnes Ba
ſilicæ.& c.Nullus.16.q.7.c.Cum ex iniuncto. in
fin.de hæret.c.1.& 2.de capell.Monach.cũ alijs
ſimilibus: imò quando probaretur quod anti-
quo tempore Parochiani præſentabant, ſi non
appareat in omnibus fuiſſe ſatisfactum diſpo-
ſitioni Concilij Tridẽt.ſeſſ.24.c.18.de reform.
nullum ius haberent:& fortius in iſto caſu, in
15 quo per † non vſum tanti tẽporis,in quo fue-
rũt factæ collationes tres liberæ,illud ius amiſ
ſiſſent;& ſpectaret ad collationem liberã Or-
dinarij. Abb.in conſ.106.caſus ſuper quo. col.
2.verſ.& Prętérea.lib.2.& Lamb.de iur.pat.lib.
3.in 8.artic. & ſic remanet irrefragabilis con-
cluſio;quod collatio d.Eccleſiæ.S.Agnetis,quæ
eſt in iuriſdictione tituli.S.Laurẽtij ſpectat ad
Illuſtriſs.Card:& ita cenſeo.Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM LXIV.

Epiſcopi an viſitare valeant Monaſteria Monia-
lium ſub regularibus conſtitutã?ſtante Bul-
la Pij V. ſuper confirmatione priuile-
giorum Mendicantium.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij locorum poſſunt viſitare clauſuram Mo-
nialium,& ad ipſos ſpectat dare licentiam in-
grediendi ſepta Monaſterij.*
2 *Ordinarij non poſſunt ſe intromittere in Guberna-
tione Monaſteriorũ quæ sũe ſub cura regulariũ.*
3 *Abbates, et Guardiani regulares retinent nomen
ſuperioris.*
4 *Lex extenditur ad omnia, quæ congruunt rationi
in lege expreſſæ.*
5 *Prohibito ingreſſu Monaſteriorum cenſetur prohi
bita viſitatio, vti conſequens.*
6 *Dictio, pro vt, denotat ſimilitudinem.*
7 *Gubernatio Monialiũ ſpectat ad Frẽs, quib' ſubsũt.*
8 *Dictio, & alijs, ſignificat ultra ab expreſſis.*
9 *Verbũ, Superior, in Cõc.c.5.ſeſ.25.de reg.intelligi
tur de illo qui habet ordinariã iuriſdictionem.*

10 *Superior dicitur, qui habet ius inſtituendi, & deſtituendi.*
11 *Superior intelligitur, qui habet ordinariam iuriſdictionem.*
12 *Bulla correctoria iuris cõis; eſt ſtrictè intelligẽda.*
13 *In materia ſtricta quod expreſsè non mutatur in ſuo eſſe ſtare cenſetur.*
14 *Procuratio clauſuræ ad honeſtatem, & religionis rationem pertinet.*
15 *Veriſimile nõ eſt quod Pontifex voluerit per tacitos intellectus abolere cõſtitutionẽ ſalutarem.*
16 *Bulla pœnalis nõ extenditur & ex ratione ſcripta.*
17 *Prouiſio hominis non extenditur ad correctionem legis communis.*
18 *Exorbitantia à iure communi ſunt ſtrictè interpretanda.*
19 *Epiſcopus viſitat Monaſteria Fratribus commendata, vt delegatus Papæ.*
20 *Procuratio clauſuræ Monaſteriorum Monialiũ eſt ordinarijs commiſſa.*
21 *Bulla, quæ eximit Fratres ab ordinaria iuriſdictione; eos nõ eximit à iuriſdictione Sedis Apoſtolicæ.*
22 *Verbum, alijs, intelligitur de ſimilibus.*

Dominus dabit mihi verbum.

FACTI SPECIES.

IN cap. quinto. ſeſſ. 25. de reg. in Sacro Cõcilio Tridentino traditum fuit, quod Or-
2 dinarij locorum † clauſuram Monialium procurent: & qđ nulli moniali liceat exire è Monaſterio ſine licentia Ordinarij: & nulli ingredi intra ſepta ſine licentia Ordinarij in ſcriptis obtenta, ſeu ſuperioris. Poſt quam diſpoſitionem Pius V. Papa, confirmauit, & de nouo conceſsit omnia antiqua priuilegia fratribus mendicantibus, prohibendo Ordinarijs
3 ne vllo pacto † ſe intromittant in correctione, & gubernatione Monaſteriorum; ſed omnia neceſſaria ad correctionem, & gubernationẽ, referuent ſuis Generalibus, & Miniſtris. Modo quidam Fratres habentes curam, & regimẽ quorundam Monaſteriorum monialium, prætendunt, quod Epiſcopi, vel alij Prælati Ordinarij non poſsint dare licentias Laicis, ingrediendi ſepta Monaſteriorum ſub eorum cura degentium, neq; dicta Monaſteria viſitare; ſuper quibus quæritur conſultatio.

Et fauore dictorum Fratrum, quò ad licentias ingrediendi Monaſteria, multum facit qđ
3 nedum Generales, & miniſtri vocantur † Superiores, ſed Priores, & Guardiani conuentuum: vnde habentes curã, & regimen monialium, videntur eis adaptari verba Concilij, dũ diſponunt, quod Epiſcopi, & alij Superiores debeãt dare tales licentias; quia retinent illud nomẽ Superioris: & pro conſequenti videretur prohibita viſitatio Epiſcopis, tùm ex diſpoſitione Concilij: tum dictæ Bullæ, quæ eximit talia Monaſteria ab Ordinarijs; & prohibet eis, ne ſe intromittant in gubernatione, & correctione dictorum Monaſteriorum; ad quod oſtendendũ
4 aduerte primò quòd lex, † quamuis correctoria, extenditur ad ea omnia, quæ congruunt rationi in lege expreſſæ Gl. in Clem. 1. in verbo. eligatur. & ibi Card. & Imol. de elect. notat Iaſ. poſt Bal. & Paul. de Caſtr. in Auth. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccl. ſed ratio expreſſa in Bulla: in illis verbis. in honeſtum eſt falcem in alienam meſſem inijcere. vnde loquente Concilio de clauſura monialium, & de ingreſſu, & egreſſu; de his monaſterijs quæ ſunt ſub regimine Fratrum loquendo de Superioribus, conuenit vt intelligatur de Superioribus Fratrum: & qđ bulla extendatur ad prohibitionẽ Epiſcoporũ.

Secundò, aduerto quod Epiſcopis etiã pro-
5 hibitus † eſt ingreſſus monaſteriorum ſibi nõ ſubditorũ, qđ eſt tanquam antecedens & ideò videtur etiam prohibita viſitatio, tanquã conſequens. c. Cum ex officijs. de præſcrip. Dec. in c. Nam, & concupiſcentiam, nu. 9. de conſt. cum ſimilibus: ſed bulla prohibet Ordinarijs ingreſſum dictorum Monaſteriorum: ergo prohibita cenſetur viſitatio clauſuræ; ad quam peruenitur mediante ingreſſu.

Tertiò, Bulla eximit talia monaſteria ab Ordinarijs; & addit, pro vt, ꝑ ſua priuilegia ſunt
6 exempta: illa enim † dictio, pro vt, denotat ſimilitudinẽ l. Item quæritur. §. fin. ff. locat. adeò qđ cõtenta in priuilegijs cẽſentur repetita in bulla: ita in ſimili tradũt Doct. in l. 1. ff. de leg. 1.

Quartò, Bulla prohibet Ordinarijs ſe ingerere in Gubernatione, & correctione taliũ mo-
7 naſteriorum, & alijs declarat quod talia † ſpectent ſuis Generalibus, & miniſtris: ergo cũ ſit expreſſum de gubernatione, & de correctione intelligitur etiam prohibitum de viſitatione
8 clauſuræ: quia illa † dictio, & alijs, ſignificat alia ab expreſsis. Abb. in c. Offitij, num. 2. de pænit. & Felin. in c. Sedes. in fin. de reſcrip.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium
9 vt verius ſuſtineri poteſt: & quo ad † verbũ, Superior: dico, quod Concilium loquitur de illis Superioribus qui habent iuriſdictionẽ Ordinariã, non priuatam: vt ſunt Superiores iſtorum Fratrum, qui ſolum in Fratres habent auctoritatem; ſed nullam habent auctoritatẽ in Laicos, ſcilicet eis imponendi pœnam, ſi ad monaſteria accedant, nec eos abſoluere ab excõ-
10 municatione, aut alijs pœnis: & hoc † verbum Superior, intelligitur de illo, qui ius inſtituendi, & deſtituendi habet. vt in Auth. de defen. ciuit. §. interim. coll. 3. & tradunt Doct. in l. fin. ff. de decret. ab Ordin. facien. nam quando lex
11 vtitur hoc verbo, Superior, intelligit † de eo qui habet ordinariam iuriſdictionem, per ea quæ tradit Innoc. in cap. Innotuit. de elect. Bal. & Ang. in l. Bene à Zenone. Cod. de quadr. præſcrip. cuius verba ſemper debent conformari,

cum diſpoſitione iuris.Gl.in c.Paratus. 23.q.1.
& eam ſequitur Oldr. in conſ. 268. neq; Sacra
Congregatio in d.c. 5. videtur aliter ſenſiſſe.
dum dixit quod ſi poſt Concilium ſit introdu-
cta conſuetudo quod ſuperiores Fratrum ha-
bentiũ regimen Monialium dent licentiam,
Epiſcopi tamen,& alij ſuperiores habeant ali-
quam ſuperintendentiam,& cum non ſit intro
ducta,dixit; quod nemini liceat ingredi ſepta
monaſterij,ſine licentia Epiſcopi, aut Vicarij
Generalis habentis ſpeciale mandatum.

Quo verò ad clauſuram dico; quod Bulla
12 prædicta,tanq; † correctoria, eſt ſtrictè intel-
ligenda.Alex.poſt Bart.& alios in l.Si conſtan-
te.ff.ſol.mar.Iaſ.& alij. in Auth. quas actiones.
C.de Sacroſ.Eccl.ſed bulla prædicta eſt corre-
ctoria,ergo ſtrictè intelligenda; & in materia
13 † ſtrictè intelligenda,quod expreſsè non mu-
tatur,in ſuo eſſe primo ſtare cenſetur.l.Præci-
pimus.in fin.& ibi Bart.& alij C.de appel.l. Si
verò.§.de viro.ff.ſol.mar. ſed Concilium in d.
c.5.25. ſeſſ. in parte de clauſura; non mutatur
ergo ſtare dicitur.

14 Præterea procuratio † clauſuræ pertinet ad
honeſtatem, & certam religionis rationem;
vnde ex ſententia patrũ in Sacro Concilio Or-
dinarijs eſt demandata, ſub interminatione
15 æternæ maledictionis: & non eſt † veriſimile,
(vt ait lex ſi quãdo.C.de inoffic.teſtam.)quod
Summus Pontifex tam ſalutarem conſtitutio-
nem per tacitos ſenſus, & ſubauditos intelle-
ctus,voluerit eam abolere,vt per Gl.in ca.Cu-
piẽtes.§.quod ſi.in verbo petere.de elect.in 6.
quã oẽs Doct.ſequuntur.& ſi id voluiſſet,expreſ-
sè dixiſſet & tantò magis,quia illa bulla nedũ
16 eſt iuris correctoria, ſed pœnalis, quæ † nullo
modo,etiam ex ratione ſcripta, poteſt exten-
di.Gl. ſingulares. in Clem. 2. in verbo eiſdem.
de ætat.& qual.Rom.in conſ.129.incipit licèt,
Alex.in l.Si conſtante.ff.ſol.mat.Iaſ.in d.Auth.
quas actiones.C.de Sacroſ.Eccl.& illud eſt pro
17 regula quod nulla prouiſio† hominis extendi-
tur ad correctionem legis communis; neq; ad
legem iam natam.vt probat ſecundum allega-
ta.Neguſ.in tract.de pign.& hypoth.memb.4.
2.part.num. 87. ea enim quæ à iure communi
18 ſunt † exorbitantia ſunt ſtrictè interpretan-
da, nec extenduntur ad caſus non expreſſos;
ſed relinquuntur in ſua diſpoſitione. l. Si ex-
traneus.ff.de cond.cau.dat.& ſic illa bulla cum
non faciat expreſſam mentionem de Conci-
lio, & de iure Canonum, ex quibus Epiſco-
pus,& alij Ordinarij habent ius ſuper clauſu-
ram;non eſt correctoria,& poterit omnis Or-
dinarius viſitare clauſuram.

Non obſtãt in contrarium adducta, & pri-
mò quod cum inter Fratres ſint Superiores:
quod eis adaptatur diſpoſitio Concilij: quia
loquitur de illis Superioribus qui vniuerſalem
habent iuriſdictionem non particularem, vt
iſti Superiores Fratrum, qui ſolum in Fratres
eã retinent,nõ in Laicos,qui velint ire ad mo
naſteria; contra quos non poſſunt procedere
ad excommunicationem,aut aliã pœnam; ſed
verbum,Superior, intelligitur de habente or-
dinariam iuriſdictionem, & verbum in bulla
retorquetur contra dictos Fratres: dũ dicitur
quod nõ licèt mittere falcem in alienam meſ-
ſem:quia cum intelligatur de illo,qui ſibi vſur
pat auctoritatem: non de illo, qui quod agit
auctoritate ſuperioris agit; vt Epiſcopus qui
19 iuxta Concilium, tanquam † Sedis Apoſtolicæ
delegatus,viſitat; ſed Fratres ſibi vſurparent
eam facultatem, quæ Ordinarijs conceſſa eſt
à Concilio, & per c.1.de ſtat.reg. in 6.

Secundò, non obſtat quod bulla prohibeat
ingreſſus dictorum monaſteriorum: quia illud
eſt reſpectiuè,quo ad ea, quæ per priuilegia
demandata fuerunt Fratribus:ſed non ad om-
20 nia; & præſertim ad procurationem † clauſu-
ræ,quæ in ſpecie Ordinarijs eſt commiſſa.cap.
Periculosè.de ſtat.reg.de qua nulla in bulla ſit
mentio.

21 Tertiò,licèt bulla eximat dictos Fratres †
ab Ordinaria iuriſdictione; non eximit eos à
iuriſdictione Sedis Apoſtolicæ; ſed iſti Ordi-
narij non ordinaria, ſed delegata auctoritate
viſitant,ergo &c.

Quartò, dum bulla diſponit quod Epiſcopi
in correctione & alijs non ſe intromittant, non
intelligit de illis, quæ vt delegati Sedis Apo-
22 ſtolicæ facere debent:nam illud † verbum, a-
lijs, intelligitur de ſimilibus,Gl.in l.Si fugitiui.
C.de ſeru.fug.& in c.Sedes.vbi Fel.de reſcrip.
alias enim abſurdum eſſet quod etiam voluiſ-
ſet diminuere auctoritatem Sedis Apoſtolicæ,
& ita concludendum eſt Epiſcopos, & Ordina
rios poſſe procurare clauſuram.

CONSILIVM LXV.

Filius an poſſit habere beneficium in Eccleſia in qua pater?

SVMMARIVM.

1 *Filij non poſſunt habere beneficia paterna.*
2 *Natura legis eſt ad futura proſpicere.*
3 *Concilium c. 15. ſeſſ. 25. ſtrictè interpretandum inquantum eſt contra naturam legis.*
4 *Concilium c.15.ſeſſ.25.non habet locum niſi in filijs,qui mortuo patre volunt impetrare beneficia in Eccleſia,in qua pater fuit beneficiatus poſt Concilium.*
5 *Filij non prohibentur retinere beneficia, quæ habebant ante Concilium,mortuo patre ante d.Cõcilium.*
6 *Verba, habuerunt,in Concilio. c. 15.ſeſſ. 25.interpretantur,ideſt poſt Concilium habuerunt.*

Adſit

Adſit mihi Dominus.

FACTI SPECIES.

ANte Concilium Tridentinum Pa-
ter, & Filius in eadem Eccleſia
erant beneficiati;& ante eius pu
blicationem Pater deceſsit: ve-
rum quia Concilium ſeſſ.25.c.15.
de reform.loquitur quod filij nõ
poſsint habere beneficium in Eccleſia, in qua
eorum patres, habent, vel habuerunt benefi-
cium; dubitatur an iſte filius poſsit retinere
illud beneficium quod viuente patre habuit?
& ad diſpoſitionem Concilij facit extrauagãs
1 Clem. 6. qui decreuerat filios non † poſſe ha-
bere beneficia paterna, quæ patres aliquando
obtinuerant: cuius tenor eſt apud Nicol. Del-
fin.de iur.pat.nu.71.

Veritate tamen inſpecta, Filius, qui mortuo
patre ante Concilium, in ea Eccleſia, in qua
pater fuerat beneficiatus, habet beneficium
legitimè obtentum, poteſt illud retinere: nam
lex illa Conciliaris ad futura proſpicit, nõ au-
2 tem ad præterita: ſicut eſt † natura legis. l. Le-
ges.cum ſimilibus.C.de leg. quam non tollunt
illa verba, habent, vel habuerunt: cum verifica-
ri poſsint etiam ad futura tempora: vt ſcilicet
ſi poſt Concilium patres habuiſſent beneficiũ
in vna Eccleſia: adueniente tempore poſtea fi-
lius in eadem illud, vel aliud habere non poſ-
ſet: ſed non poteſt habere locum de tempore
ante Concilium: quia eſſet contra naturam le-
3 gis. & Concilium inquantum † tendat contra
naturam legis debet ſtrictè interpretari: ſicut
poſt alias auctoritates, quæ allegari poſſent,
deciſum fuit in propoſita materia in Rota per
Orad.deciſ.1.de fil.præsb.& in deciſis in ma-
terijs Concilij.& ita Sacra Congregatio in eo.
c.15.declarauit in his verbis, videlicet cap. 15.
ſeſſ.25.Conc.Tridentini, vigore cuius filij ille-
gitimi arcentur à beneficijs, quæ ſunt in Eccle
ſia, in qua eorum pater fuit beneficiatus: non
4 † habet locum, niſi in filijs qui mortuo patre
in eadem Eccleſia impetrare volunt: & in illis
qui vnà cum patre de præſenti habere repe-
riuntur in eadem: & iterũ idem ſtatuit in alijs
5 verbis, videlicet: filij † Præsbyterorum decreto
Concilij Tridentini.c.15.ſeſſ.25.non prohiben
tur retinere beneficium legitimè obtentum in
eademmet Eccleſia; in qua fuit beneficiatus
eorum pater, qui ante Cõcilium è vita migra-
uit:& hanc interpretationem in ſpecie tenuit
Rot.in conſtitu.d.Clem.7.quod ſcilicet nõ ha-
bebat locum in beneficijs, quæ ante illam cõ-
ſtitutionẽ patres dimiſiſſent, ea ratione quod
natura legis ſit dare remedium caſibus futu-
ris.quod eſt compertum in deciſ. Put.225. in 3.
lib.& per Achil.deciſ.Vnica.tit.de fil.præsb.in
6 quibus deciſionibus illa † verba, habuerunt,
fuerunt interpretata, vt verificarentur de fu-
turo, non autem de præterito.& ſic reſideo qđ
iſte filius retinere valeat ſuum beneficium:
cui Conc. non obſtat. Saluo &c. Laus Deo, &
B. M.

CONSILIVM LXVI.

Legata ad pias cauſſas an debeantur hæreditate diminutà?

SVMMARIVM.

1 *Legata diminuuntur; hæreditate diminuta.*
2 *Non conficiens inuentarium teneri vltra vires hæreditatis, non procedit in foro animæ.*
3 *Nec de iure Canonico.*
4 *Legatum pium detrahi ante omnia, intelligitur quo ad detractionem falcidiæ.*
5 *Legatum pium detrahi ante omnia, intelligitur, vt inſolidum legata ſoluantur.*
6 *Hæres tenetur vltra vires hæreditatis, non intelligitur quo ad exactionem.*
7 *Hæres regulariter tenetur vltra vires hæreditatis non faciens Inuentarium.*
8 *Omittens inuentarium videtur obligari creditoribus.*
9 *Hæres tenetur habere ratam diſpoſitionem defuncti.*
10 *Bona hæredis, & defuncti confunduntur non confecto inuentario.*
11 *Hæres cogitur per Ordinarium ad ſoluenda legata pia.*
12 *Hæres, qui non adimplet voluntatem defuncti, amittit commodum hæreditatis.*
13 *Legatum pium eſt relictum pro anima.*
14 *Legatum pium non minuitur propter alia legata.*
15 *Falcidia, nec Trebellianica non deducitur de legatis pijs.*
16 *Legatum pium, etiam ſi caducum, non remanet apud hæredem.*
17 *Hæres non poteſt conuertere legatum pium in aliud opus.*
18 *Hæres non ſoluens legatum pium committit ſacrilegium.*
19 *Verba debent inſeruire intentioni teſtatoris.*
20 *Arbitrium non tollit opus pium.*
21 *Arbitrium non importat deſtructionẽ operis pij.*
22 *Legatum in certa re expreſſa debetur ſine mora.*
23 *Legitima debetur filijs in ſignum præeminentiæ.*
24 *Alumnus non admittitur ad hæreditatem patris alumni.*
25 *Alumnus non admittitur ad legitimam.*
26 *Legitimatio non facit filium alumnum.*
27 *Alumnus habetur pro coniuncto.*
28 *Coniunctus non habet ius legitimæ.*
29 *Pater poteſt habere in vxorem filiam alumnam.*

Dominus

Dominus dabit mihi verbum.

FACTI SPECIES.

QVidam Sacerdos Canonicus recepit in
filium alumnum Neſtorem ſpurium le
gitimatum;& eum poſtea inſtituit vni
uerſalem hæredem, eum onere; quod in per-
petuum pro anima ſua celebrare faceret ſin-
gulis annis anniuerſarium cum xxv. miſsis: &
in eodẽ die diſtribuerentur duo ſacci frumen
ti in pane ad commodum pauperum exiſten-
tium in parochia,& in Ciuitate,& aliorũ ope-
rum piorum,vt placuerit dicto hæredi: quod le
gatum per multos annos factum fuit, ſolutis
etiam alijs legatis. Tãdem diſtractis aliquibus
bonis d.hæreditatis, & creſcente familia; di-
ctus Neſtor recuſat proſequi dictum legatum.
& tantò magis prætendens legitimam, dicit
hæreditatem exhauſtam: vnde conſultus re-
ſpondi, vt infra.

1 Legata † enim diminuuntur, ſi hæreditas ſit
diminuta. vt tradit Bar. in Auth. ſimiliter. C. ad
l. Falcidiam. l. Vnica. §. & Cum triplici. in fin. C.
de ead. toll. Rom. in conſ. 267. incipit. circa id.

Nec videtur obſtare additio hæreditatis ſi-
ne inuentario, ex qua videtur hæredem obli-
gari etiam vltra vires hæreditatis: quia illud
2 in † foro animæ non procedit. ad Bal. in l. Fi-
lium quem. n. 45. 46. C. famil. erciſcundæ. Hoſt.
in ſum. de teſtam. §. ad quid hæres. verſic. quid
ſi non ſufficit. Guid. Pap. deciſ. 571. num. 9. Imò
3 nec † in foro Canonico: quod in hoc corrigit
ius ciuile. c. In literis. & illic Abb. de rapto.

Neq; videtur obſtare quod legatum pium,
vt es alienũ, ante omnia detrahi debeat; quia
4 illud intelligitur † quò ad detractionem falci-
cidiæ, non quo ad alia: vt ita intelligit Bart. in
Auth. ſimiliter. C. ad l. falc. in fin. & in l. Si quis
ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler. vel vt le-
5 gata † ſoluantur in ſolidum: donec hæreditas
ſit ſoluendo. vt ita tenuit Franc. Porcell. de iu-
uent. c. 5. num. 8. in fin. & in nu. 10. & 11. addens
6 quod illud dictum quod hæres † teneatur vltra
vires hæreditatis, non habet locum quo ad
exactionem, niſi pro modo patrimonij: & con-
cordat cum. c. Quamquam. de vſu. in 6.

Quibus tamen non obſtantibus in caſu de
quo agitur non videtur dubitandum, quin te-
7 neatur; quia regulariter † hæres non conficiẽs
inuentarium, tenetur etiam vltra vires hære-
ditatis. Auth. de hæred. & falc. §. Si verò non
fecerit. coll. 1. l. fin. §. Sin verò poſtquam. C. de
8 iur. delib. nam videtur cum † creditoribus, &
legatarijs contraxiſſe, & obligaſſe. Marant. in
ſuo aureo ſpeculo. diſtin. 3. prin. num. 9. Afflict.
deciſ. 111. nu. 16. ad finem. Boe. deciſ. 57. in prin.
1. part. Steph. Barb. in conſ. 106. nu. 6. in 1. volu.
9 ad vltim. volunt. hæres † enim tenetur habere
ratã diſpoſitionẽ defuncti. l. cũ à matre. C. de
rei vend. l. vẽditrici. C. de reb. alien. nõ alien. &
10 bona † hæredis, & teſtatoris per aditionem
ſine inuentario confundantur. d. Auth. de hæ-
red. & fal. & l. fin. §. ſin verò. C. de iur. delib. &
11 poteſt † cogi per Ordinarium vt in Conc. Tri-
12 den. ca. 8. ſeſſ. 22. de reform. qui quando † non
adimpleat voluntatem defuncti, quò ad pias
cauſſas, ammittit commodum hæreditatis. ca.
Si hæredes. de teſtam. c. Syluester. 11. q. 1. §. Si
quis autem. Auth. de Eccleſ. tit. coll. 9. nec vi-
13 detur dubitari poſſe quin † iſtud ſit legatum
pium. vt in addit. ad Capel. Toloſ. 214. & per
Nauar. de redd. benef. q. 1. num. 60. 61. & 62.

Nec obſtãt contraria: & primò quod hære-
ditas ſit diminuta; tum ex ſolutione multorum
14 legatorum; tum alijs expenſis factis: quia †
propter alia legata, non diminuuntur ea, quæ
ad opus pium tendunt; quæ ante omnia dedu-
cuntur. Caſtren. in l. Siquis teſtamento. §. apud
Iulianum. num. 5. ff. de leg. 1. Oldr. in conſ. 200.
15 de quibus † neq; detrahitur Falcidia, neq;
Trebellianica. Bertach. in tit. de Epiſcop. in 4.
par. quæſt. 31. num. 95. & 96. vbi de communi: &
16 ſic non poteſt fieri caducum. Imò † quando
etiam fieret caducum; non remaneret apud hę
redem, cum pro anima ſit relictum; ad tradita
per Bart. in l. Pater filium. §. Tuſculanus. ff. de
leg. 3. Imol. in c. Nos quidem. num. 19. & 20. de
teſtam.

Secundò, non obſtat: quod hæres habeat
17 vxorem, & filiam nubilem: quia non eſt † in
eius poteſtate conuertere iſtud legatum in a-
liud opus etiam pium. Clem. quia contingit.
18 de relig. dom. & quando illud † non ſolueret,
committeret Sacrilegium. c. Sunt qui opes. 17.
quæſt. 4.

Tertiò, non obſtant illa verba, pro vt, &
quemadmodum placuerit hæredi: quia illud
arbitrium refertur ad electionem perſonarũ,
& locorum in quibus facienda ſit diſtributio
panis: non autem ad annihilandum legatum;
quod eſſet contra intentionem teſtatoris, cui
19 † verba inſeruire debent. cap. 2. Requiſ. de ap-
pel. & dato etiam quod arbitrium extendere-
20 tur ad diſpoſitionem legati; non poſſet † tol-
lere opus pium. Innoc. Abb. & cæteri Canoni-
ſtæ communiter in c. Cum tibi. de teſtam. quia
quãdo committitur arbitrio alicuius aliquid;
21 nõ † importat deſtructionem: & maximè ope-
rũ piorũ. Bar. in l. Theoppomus. ff. de dot. præ-
leg. quem ſequitur Alex. in conſi. 14. num. 9. vo-
22 lum. 1. & quando ſit legatum † expreſſa certa
re, debetur ſine mora: quia arbitrium intelli-
gitur commiſſum vti bono viro. l. Sed ſic lega-
tum. ff. de leg. 1. l. 1. ff. de leg. 2.

Vltimò, non obſtat quod dictus hæres præ-
23 tendat legitimam: quia legitima † debetur fi-
lijs in ſignum præeminentiæ reſpectu extra-
neorum; qui quaſi ſunt domini etiam in vita

patris,

patris.inſtit.de hæred.qual.& diferen.§.Si au-
tem.& d. hæres habetur pro extraneo : nec ei
ad hoc oppitulatur quod ſit alumnus, & legi-
24 timatus:quia† alumnus non admittitur ad hę
reditaté patris alumni.de iure poſitiuo.l. Nu-
tritoribus.cum ſua Gl. e. comuni. de ſucceſſ. &
25 minus† ad legitimam.Bal. in l.Sancimus. poſt
principium.C. de infan. expoſ. & legitimatio
non ei prodeſt ex ratione ſupradicta:& etiam
quia licet illum ad primeua iura naturæ reſti-
26 tuat,tamen† non facit illum filium,ſed rema-
net in ſuo eſſe alumno : & potius habetur tan-
27 quam † coniunctus,& de familia; inſtit. quib.
ex cau.manu. non licet.§.eadem lege.cum Gl.
28 in verbo alumnum.& coniunctus † non habet
ius legitimæ : conſequenter alumnus eam ha-
bere non poteſt.d.l.Nutritoribus.& not. Ant.
Roſel.de ſucceſſ.ab inteſt.num.204.Imò pater
29 † alumnus poſſet habere in vxoré filiam alum
nam.l.Si quis alumnam.C.de nupt. & ibi Bald.
ex quibus ſequitur quod d. Dominus Neſtor,
qui ſine inuentario accepit hęreditaté incrosã
& per multos annos ſoluit legatum;& qui cul-
pa ſua hæreditatem diminuit ; ad illud tenea-
tur:non obſtantibus adductis : & ita iuris eſſe
cenſeo:Saluo &c.Laus Deo,& B. M.

CONSILIVM LXVII.

Clericus an poſsit eſſe Procurator.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt eſſe Procurator.*
2 *Clericus pro Clerico, & Eccleſia poteſt procu-
rare.*
3 *Clericus generaliter non poteſt procurare;ſed par
ticulariter ex charitate,& pro amico.*
4 *Clericus poteſt eſſe conſiliarius Principis.*

Veni Creator Spiritus.

FACTI SPECIES.

QVidam Clericus agendo contra
emphyteutam bonorum ſuæ Ec-
cleſiæ conſtituit Procuratorem
Reuer.Dominum Camillum; cui
emphyteuta illé oppoſuit nõ poſ
ſe exercitium procuræ inſequi;
ſuper quo articulo conſultus reſpondi vt in-
fra.

1 Clericus† prohibetur eſſe in iudicio pro a-
liquo procurator.c.1.& 2.de poſtul.ſed illa di-
ſpoſitio debet intelligi,& habet locum quãdo
Clericus coram Iudice Laico ; vel corã Eccle-
ſiaſtico pro Laico, qui non ſit connumeratus
inter miſerabiles,& exceptuatos: nam obten-
ta licentia ab Ordinario regulariter in foro
2 Eccleſiaſtico †pro Clero & Eccleſia poteſt po
ſtulare.ad tradita per Abb.in cap.In noſtra.de
Procur.nume.1.& per Fel. alioſq; Canoniſtas.
Fed.de Sen.in conſ.270.Imol.in c.1.[illegible] cod.
tit.de poſtul.Archid.in ca.Peruenit.86.diſtin.
& cap. Ciprianus.21.q.3. Bernard.Diaz.in ſua
prat.crim.Canon.tit. miniſtri Laicorum. ac in
reb. eorum Procur.Imò ſecundum tradita à
Præpoſ.in c.Per venerabilem.num.8.qui fil.ſint
3 legiti. in foro Eccleſiaſtico põt†pro Laico pro
curare priuatim;& aſſertio cõtraria ſolũ pce-
dit in procuratione generali: quia qñcũq; ex
charitate,& amicitia, non ex cupiditate lucrã
di,agat pro amico,poteſt etiam in foro ſecula
ri,tanquam Procurator,interuenire, habita li-
centia ab Ordinario procurandi.vt concludit
Abb.in c.2.num.3.[illegible] Sed nec etiam.nu. 4. ne
Cler.vel mona. vbi ad finem dicit quod, licèt
non poſsit eſſe officialis,Iuſtitiarius Principis
4 ſecularis : poteſt tamen † eſſe conſiliarius : &
ita in præſenti caſu concludo.d.Reuer.Camil-
lum non eſſe repellendum à iudicio; tum quia
agitur de cauſſa Eccleſiæ: tum quia ex charita-
te,& vigore amicitiæ agit:Saluo iure &c.Laus
Deo,& B.M.

CONSILIVM LXVIII.

Locatio vltra trienuium;vel promiſsio de trien-
nio in triannium an valeat? & de viri-
bus depoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rerũ Eccleſiæ non poteſt fieri vltra trien-
nium.*
2 *Locatio per triennium cum promiſſione alterius
triennij non valet.*
3 *Locatio triennij cum pacto alterius triennij vide
tur in fraudem facta legis.*
4 *Pactum appoſitum in contractu nullo non poteſt
valere.*
5 *Pactum contra bonos mores eſt quicquid continet
aliquid turpe, vel inhoneſtum; aut contra ius.*
6 *Depoſitum quod non fit in iudicio, fieri debet ad
electionem depoſitantis.*
7 *Pactum inuſitatum præſumitur fraudulentum.*
8 *Captioſa liberalitas eſt odioſa.*
9 *Depoſitum aliud iuris, aliud facti, & aliud con-
uentionale.*
10 *Depoſitum conuentionale præciſè eſt ſeruandũ.*
11 *Conuentio eſt ſeruanda in faciendo depoſito ſu-
per re controuerſa.*
12 *Deponens ex cauſſa neceſſitatis non eligit; ſed de
ponit apud electum.*
13 *Conuentio inducit formam, & ſolemnitatem.*
14 *Depoſitum inepte factum non valet, etiam ſi de-
ponens cogitaſſet rite factum.*

Dominus

Dominus adiutor meus.

FACTI SPECIES.

ILluſtriſs.& admodum Reuerēdus Comes Vincis'aus Rangonus locauit poſſeſsiones ſui beneficij D. Geminiano Becho per triennium, cum pacto alterius triennij finiro primo, ſed etiam non finito primo triennio auctoritate propria accepit fructus vnius,& tertij anni; & reclamante d.D. Geminiano,eos depoſitauit: prætendens dictus D. Geminianus habere ſecundum triennium;vnde quæritur conſultatio.

Et ad reſolutionem præſentis caſus adducenda eſt extrauag.Pauli II.incipit, Ambitio-
1 sè. in qua prohibetur † fieri locatio, niſi per
triennium;de reb.Eccl.non alien. qua diſpoſitione ſtante huiuſmodi contractus exiſtimãdus eſt in fraudem legis, & inualidus: ſaltem pro ſecundo triennio. ad ea,quæ tradit Card. in Clem.1.§.fin.quæſt.5.de reb.Eccl.non alien.
2 vbi dicit quod ſi prælatus faciat† locationem
ad 9 annos.cum promiſsione aliorum nouem finitis primis,nõ valet contractus;quia in fraudem legis:& hãc opinionem,vt veriorem, tenuit Conuar.in lib.variar.reſol.lib.2.c. 16. nu. 4.5.& 6.Tiraq.de retract.conſang.§.23.Gloſ.1. num.10 & de retract.conuent. in præfat. num. 11. vbi dicit quod nihil refert quod ab initio locatio fiat ad longum tempus.vel ad paruum cum pacto renouandi ad aliud tempus, quod iunctum cum priori faciat longum;quia vide-
3 tur † facta in fraudem legis. & hoc pro com-
muni tenet Vincen.Carroc.in tit.de bon. Eccleſ.non alien.num.5.verſic.Quæ ſublimitatur. ergo locatio facta per dictum Illuſtriſs. Comitem,vt finito triennio duret per aliud triẽnium cum iiſdẽ capitulis: & quod locatio ſex annorum aſcendat ad penſionem 850.ſcutorũ: nam videtur facta in fraudem. d. conſtitutionis:& ſic non valet, ſaltem quò ad ſecundum triennium.

Et conſequenter non valet depoſitum:quia
4 nullum† pactum appoſitum in contractu nul-
lo,valere poteſt.l.1.vbi Bal.C.de cond.ob cau. ſicut factum contra bonos mores nullius eſt efficaciæ.Bar.in l.Pactum.C.de coll.& pactum
5 contra † bonos mores eſt quicquid continet
turpe,vel inhoneſtum,vel ſit contra ius.Doct. in l.Stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.
6 oblig.& in iure cautum eſt quod depoſitum †
quod non fit in iudicio,debeat fieri ad electionem depoſitantis.Bal.in l.Acceptam.in 9.quæſtio.C.de vſur.Bar.in l.Si ſoluturus.ff.de ſolut. ergo pactum quod depoſitum fiat ad electionem.d.Domini Geminiani, non valet.l. Iuriſgentium.§.ſi paciſcatur. verſic. & generaliter.
7 ff. de pact. Imò pactum † quod eſt inuſitatum
præſumitur fraudulentum, & præſumitur factum in fraudem, etiam ſi tendat in commodũ illius,in quem eſt præſumptio fraudis. Bal. in conſ.114.ſecundum ea quæ proponuntur,in 3.vol.Felin.in c.2.col.7.verſi.Et ita procedũt. de reſcrip.vel etiam videtur continere captio
8 ſam † liberalitatem, quam iuris interpretes
ſemper habuerunt odioſam. l.Cum aquiliana.
9 ff.de tranſact. præterea depoſitum † aliud eſt
iuris,aliud facti,& aliud conuentionale.& cõ-
10 uentionale † præciſè venit ſeruandum. l. 1. §.
Si conueniatur.& §.ſepè. ff. depoſ. ſed anteq; fructus ſubtraherentur per d.Comitẽ non fuit
11 ſeruata conuentio, quæ † erat ſeruanda in fa-
ciendo depoſito, ſuper re in controuerſiam deducta.Tiraq in retract.conuen.§.4.Gl.7.nu. 11.quia in huiuſmodi caſu depoſitum erat ne
12 ceſsitatis, in quo † deponens non eligit per-
ſonam,ſed apud electũ deponit.Nicol. Mozz. in lib.de contract. in diuiſione depoſiti num.
13 16.nam conuentio† induxit formam,& ſolem
nitatem.Dec in conſ.528.ad finem. Roman.in conſ.66.num.2.ex quibus concluditur quod locatio ad ſecundum triennium non valet. fru-
14 ctus tamen per d.Com.depoſitati† pro tertio
anno primi triennij non releuant illum,etiam ſi putaſſet valere depoſitum.Alex.in conſ.165. in 6.part.& in conſ.7.nu.21.in 7.part.& ita iuris eſſe arbitror: ſalua tamen veritate. Laus Deo,& B.M. [illegible]

CONSILIVM LXIX.

Filius Clerici poteſt habere beneficium in Eccleſia in qua pater fuerat beneficiatus, ſi Eccleſia poſt illius mortem mutetur.

SVMMARIVM.

1 *Conc.in c.15.ſeſſ.25.de reform.non extenditur ad caſus non expreſſos.*
2 *Natura legis eſt ad futura proſpicere.*
3 *Mutata conditione perſonæ,mutatur ſtatus rei.*
4 *Mutata perſonã, mutatur qualitas beneficij.*
5 *Collegiata conuerſa in chatedralem, omnia competentia cathedrali habet.*
6 *Augere eſt addere rei iam initiatæ.*
7 *Modificatio eſt quando aliquid limitatur, nec aliud ſit eius loco.*
8 *Mutatio eſt quando vno ſublato aliud componitur.*
9 *Mutatione perſonæ,mutatur, & extinguitur priuilegium.*
10 *Mutato nomine Eccleſia in aliam tranſit.*
11 *Forma dat eſſe rei.*
12 *Mutata Eccleſia non eſt eadem,ſed diuerſa.*
13 *Appellatione Eccleſiæ intelligitur perſona, non materia.*
14 *Mutato nomine perſonarum; res eſt alia, quo ad formam, & quo ad materiam.*

Anxi.ium

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

Filius Sacerdotis habuit canonicatum in collegiata, in qua pater fuerat beneficiatus; & quia ante publicationem Concilij Tridentini pater deceſſerat, filius poſtea illum retinuit, quia diſpoſitio conciliaris ad futura proſpicit: ſed poſt Cõcilium aliud ſimile, vel diſsimile habere non poſſet in eadem; verum ſi collegiata illa in cathedralem aſſumeretur, Quæritur an ille filius poſſet habere dignitatem in ea.

Et concluſiuè procedendo non videtur du-
1 bium quod diſpoſitio † Concilij c. 15. ſeſſ. 25.
de reformat. non extenditur ad caſus non ex-
preſſos, & ſtrictè debet intelligi. Sicut Rot. te-
nuit per Orad. deciſio. 2. de fil. præsb. & in my-
terijs Concilij deciſ. 2. & procedit de futuro l.
2 vt eſt † natura legis. l. Leges. C. de leg. & pro-
batum fuit in conſil. 65. vnde ſi pater fuiſſet
mortuus ante publicationem Concilij; filius
poſſet retinere beneficium, quod habebat tẽ-
pore patris, vt in d. conſil. 65. & tanto magis
poterit habere beneficium in Eccleſia, in qua
pater nullum habuit; quem caſum concilium
non amplectitur. & quando collegiata in ca-
thedralem erigeretur, in ea filius beneficium
habere poſſet; quia alia eſſet eccleſia, & in
qua pater non fuiſſet. quod probo ſic.

Certum eſt ſecundum iuris diſpoſitionem,
3 quod mutata † conditione perſonæ, & ſtatus
rei mutatur. l. 1. C. de impoſen. lucrat. deſcrip.
lib. 10. & tenet gloſſator. in c. vnico. de iu. patr.
in 6. in recitatione caſus, dum ait, quod muta-
4 ta †, perſona, mutatur qualitas beneficij. & ſe-
quitur Cardin. Iacobatius. in tract. de Concil.
lib. 7. de capit. concl. §. in contrarium. verſic. 2.
facit. Rot. per Put. deciſio. 225. in 3. lib. Achil.
tit. de fil. præsb. deciſio. vnica. vbi dicit, quod
conſtitutio Clem. 7. cuius tenor videtur apud
Nicol. Delphin. de iur. patr. n. 71. verſ. Clemẽs
Epiſcopus, qui conſtituerat filios non poſſe
mediatè, vel immediatè habere beneficium,
quod aliquando habuerunt patres; non habet
locum in beneficijs, quæ ante illam conſtitu-
tionem patres dimiſiſſent: interpretando illa
verba habuerunt, id eſt de futuro. & vlterius
quod illa conſtitutio non haberet locum, ſi
tempore patris fuiſſet portio, poſtea verò fuiſ-
ſet canonicatus; quia eſſet, aliud beneficium:
ita in propoſito caſu, ſi collegiata in cathedra-
lem erigeretur; non eſſet locus diſpoſitioni
Concilij, quia non eſſet amplius collegiata:
ſed cathedralis, quia ammitteret primum no-
men: & ſecundum ſuſciperet. cap. in Apibus in
fin. 7. qu. 1. Pariſ. conſil. 45. num. 16. in 4. volum.
Mand. de Sign. grat. tit. de translat. ver. Tranſ-
latus Epiſcopus. Pet. Rebuff. in pract. benef. in
1. par. tit. de Translat. Epiſcop. num. 11. & 16. &
ita probat Pet. de Peruſ. in prin. tractat. de mu-
5 tat. ſtat. Eccleſ. & omnia † iura competentia
cathedrali haberet. Io. Andr. in cap. Quia mo-
naſterium. in verbo. Seruemus. & ibi Innocent.
de Religio. dom. vbi dicitur, quod ſi monaſte-
rium efficiatur Capella; aſſumit omnia iura
competentia Capellæ, quia mutat naturam
ſuam: & ita habetur in cap. Cum inferior. de
maior. & obed. & ibi communiter Doct. dum
diſponitur quod ſi Eccleſia primò in iuriſdi-
ctione Archidiaconatus, in cathedralem eri-
gatur; in totum eximitur à iuriſdictione Ar-
chidiaconatus & propriè diceretur mutatio;
non autem augumentum, nec modificatio, aut
6 diſpenſatio: nam augere † eſt addere rei ini-
tiatę, & augumentum ſequitur conditionem
rei, cui accreſcit. l. Si ex toto. ff. de legat. 1. mo-
7 dificatio † eſt quando aliquid limitatur. nec
aliud fit loco eius. ſicut quando corrigitur:
& diſpenſatur, ſi ſtante ſtatuto, in aliquo alte-
8 rato ſuſpenditur. Mutatio verò † eſt quando
vno ſublato, aliud componitur: & ita declarat
exemplificando Imol. in Clement. Ne Roma-
ni. in 4. notab. de elect. & quod in propoſito ca-
ſu eſſet mutatio, tradit gloſ. in d. cap. Cum in-
ferior. in verbo Cathedralem. & ſic ſublato no-
mine Collegij, & mutato in Cathedram muta-
retur effectus. Specul. tit. de Tut. §. 1., verſ. item
9 quod cauſa. Ex mutatione † enim perſonæ, mu-
tatur, & extinguitur priuilegium. Tiraq. Cate.
in tractat. ceſſan. cau. ceſſ. effect. in prima part.
num. 110. & licet Eccleſia materialis non mu-
taretur quo ad ſubſtantiam, tamen mutare-
10 tur, & mutato † nomine, in aliam tranſit. l. vbi
ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. cum glo. in
l. Iulianus. ff. ſi quis rem. ff. ad exhiben. dum di-
11 citur quod forma † dat eſſe rei; qua commu-
12 tata † non dicitur eadem, ſed diuerſa. Et ap-
13 pellatione Eccleſiæ † non intelligitur mate-
ria, ſed perſona. Io. de Selu. tit. de Beneficio. q.
14 54. num. 8. ergo mutato † nomine perſonarum,
erit alia res: & quo ad formam, & quo ad ma-
teriam. Cephal. in conſi. 615. num. 94. & 95. in 5.
volum. & conſil. 20. num. 18. in 1. conſil. 610. nu.
38. in 4. Simon. de Pręt. in 1. lib. interpr. vlt. vol.
interp. 1. dub. 4. ſolut. 9. Alber. Brun. in tit. de au-
gmen. concluſio. 5. limit. 6. ex quibus redditur
concluſio indubitata, quod quando illa colle-
giata erigeretur in Cathedralem, Concil. in d.
cap. 15. ſeſſ. 25. non obſtaret, quin filius, mor-
tuo iam patre, habere poſſet beneficium in Ec-
cleſia mutata, tamquam alia à Concilio non
compræhenſa. & ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXX.

Pœnæ impoſitæ conuolantibus ad ſecundum matrimonium, an ſubſiſtant?

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur relinquere filijs dotem maternam.*
2 *Mater ad ſecunda ſponſalia tranſiens tenetur filijs primi matrimonij relinquere donationem propter nuptias.*
3 *Maritus habet ſucceſſionem dotis vxoris.*
4 *Matrimonia ſunt libera.*
5 *Matrimonia non poſſunt impediri.*
6 *Leges abolentur in his, quæ concernunt ſpiritualitatem.*
7 *Leges impedientes libertatem matrimonij ſunt abrogatæ.*
8 *Imperator non poteſt ponere manum in ſpiritualibus.*
9 *Deus fecit liberas nuptias.*
10 *Nulla lex poteſt timidiora reddere matrimonia, & num. 11.*
11 *Metus impedit libertatem matrimonij.*
12 *Metus qui cadit in conſtantem virum, irritat matrimonia.*
14 *Metus paruus, ideſt ammittendæ pœnæ, vitiat pœnam.*
15 *Conditiones in matrimonio quæ honeſtæ, & inhoneſtæ.*
16 *Conditiones inhoneſtæ vitiant matrimonium.*
17 *Conditiones inhoneſtæ contingentes ſunt illicitæ, ſed non irritant matrimonium.*
18 *Matrimonium eſt res fauorabilis.*
19 *Pœnæ in matrimonio appoſitæ ſunt reſtringendæ.*
20 *Iudex non tenetur ſequi opinionem multorum, ſi non ſit bona.*
21 *Opinio magis fauorabilis eſt tenenda.*
22 *Opinio ſecundum ius diuinum eſt fortior.*
23 *Pœnæ impoſitæ parentibus ad ſecunda matrimonia tranſeuntibus non valent.*
24 *Intentio legis, eſt anima legis.*
25 *Mens legislatoris eſt ſequenda.*
26 *Verba ſunt accomodanda intellectui.*
27 *Leges conſiſtunt in ratione, & ſenſu.*
28 *Caſus omnes, in quibus militat eadem ratio, ſunt compræhenſi in diſpoſitione.*
29 *Expreſſum dicitur quod ex mente colligitur.*
30 *Expreſſum cenſetur quod eſt de natura rei.*
31 *De natura rei matrimonialis eſt libertas.*
32 *Ratio ſumma eſt, quæ pro ratione facit.*
33 *Lex diſponens de rebus ſacris pertinet ad bonum publicum.*
34 *Bonum publicum præualet priuato.*
35 *Conſtitutio facta ad euitandum peccatum eſt attendenda.*
36 *Lex agens de bonis animæ præfertur legi agenti de bonis corporis.*
37 *Tormenta omnia pati debemus potiuſquam aliquid turpe committere.*
38 *Conſenſus filiorum tacitus vel expreſſus quando pater, vel mater tranſit ad ſecunda matrimonia operatur, vt non incidat in aliquam pœnam.*

Da mihi verbum Domine virtute multa, & ego annuntiabo veritatem.

FACTI SPECIES.

DOminus Andreas ad ſecunda matrimonia conuolauit mortua D. Ioanna prima vxore; contra quem agit D. Hippolyta eius, & d. primæ vxoris filia pro dote materna: ipſe verò eam tradere recuſat, ſaltem dum viuit. Quare conſultus dixi vt infra: ſalua ſemper veritate.

Videtur enim ſatis apertũ in iure ꝙ quodcunq; diſpoſitum in vno coniugum, ſit & in a-
1 lio: nam maritus † tenetur filijs vxoris dotem matris reſeruare. Auth. de nup. §. Si verò expoſſet. coll. 4. & eſt commune dictum: ſicut refert Rol. à Vall. in conſ. 95. nu. 8. in 1. vol. & mu-
2 lier ad ſecundum, tranſiens matrimonium † tenetur filij primi matrimonij relinquere ſubſtantiam, quę illi obuenit largitate viri. l. Feminæ. §. Illud. C. de ſecundis nupt. filij enim ſuccedunt in bonis maternis; & vnius portio alijs accreſcit: inſtit. ad ſen. Orfician. tot. tit.
3 Sed videtur in contrarium, maritum † habere ſucceſſionem dotis. Aut. defuncto. C. ad Senatuſcõſ. Tertull. & hoc videtur procedere etiam ſi ad ſecunda tranſeat matrimonia: nam
4 matrimonia † ſunt libera, & omni debent ſecuritate gaudere. l. Nuptiæ. la 2. C. de nupt. c. Gẽ-
5 ma. de ſponſ. quæ non poſſunt † aliqua pęna infringi, vel impediri, vt in tex. d. c. Gemma. & d. l. Nuptiæ, & nouiſsimè per Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. cui diſpoſitioni non videtur obſtare text. in d. l. Fœminæ. §. Illud. C. de ſecũdis
6 nupt. Quoniam † in his quæ concernunt ſpiritualitatem, vt eſt in matrimonio, leges ciuiles abolentur; & maximè quia ſecundum Doctrinam Diui Pauli Apoſtoli in prima ſua Epiſto-
7 la ad Corinth. ſunt † abrogatæ omnes pœnæ impedientes libertatem matrimonij c. fin. de ſecundis nupt. per quem textum in puncto iuris videntur ſublatæ omnes leges imponentes pęnam parentibus ad ſecunda ſponſalia conuolantibus; etiam ſi ſint introductæ ad Filiorũ fauorem, Couarr. in epitom. 3. cap. §. 9. nume. 4. & tradunt Abb. & Præpoſ. in d. c. fin. de ſecũdis nupt. qui dicunt, quod fauor filiorum non debet in pænam matris redundare; & quod Im-
8 perator non † poteſt ponere manum in ſpiritualibus, vel annexis, quod etiam tenet Hoſt. in ſum. tit. de ſecundis nupt. §. vtrũ. ad finẽ. & Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ. nu. 40. de conſtitut.

vbi

vbi dicit, quod in puncto iuris, verior eſt opinio, quod per dictum Apoſtoli Pauli ſint ſublatæ omnes pœnæ impedientes matrimonia, vel etiam timidiores reddentes contrahentes: aliàs enim nuptiæ nõ eſſent liberæ; quas Deus
9 † & primas, & ſecũdas, & vlteriores licitas de
10 monſtrauit. c. Deus. 31. q. 1. ergo nulla † lex humana eas timidiores reddere debet. Auth. de non eligen. 2. nub. §. Sin autem. colla. 1. & tradit Io. Boſch. tit. de legit. nupt. lib. 2. num.
11 37. nullo enim † vinculo ſunt reſtringendæ, nec pontificia, neque imperiali auctoritate. d. c. Gemma. de ſponſ. & l. Titia. ff. de verb. obl. nam propter metum incurrendæ pœnæ viri, & mulieres retraherentur à nuptijs, & facilius committerent peccatum propter incontinentiam, & quamuis huiuſmodi metus non ſit, qui
12 in conſtantem virum cadere poſsit, non † poſſet tamen liberum conſenſum non impedire; vt tenuit Marc. Ant. Cuch. in ſua inſtit. canon. tit. de imped. matrim. 191. & 192. vbi dicit, ꝙ differentia inter magnum metum, qualis eſt ille, qui cadit in conſtantem virum: & metum, de quo loquimur ammiſsionis dotis, ſeu incur
13 ſionis pœnæ, eſt, quia magnus † metus irritat
14 matrimonium; & metus † ammittendæ, ſeu incurrendæ pœnæ, vitiat pœnam; ſicut dicimus de cõditionibus in matrimonio appoſitis; qua
15 rum † aliquæ ſunt honeſtæ, aliquæ neceſſariæ, aliæ impoſsibiles, aliæ inhoneſtæ, & aliæ con
16 tingentes inhoneſtæ: & inhoneſtæ † vitiant matrimonium. Syluest. in ſum. verbo matrimoniũ 4. num. 5. ſed inhoneſtæ contingentes, habentur pro non adiectis. c. fin. de cond. appoſ. &
17 iſtæ ſunt illæ, quæ non † ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, ſed ſunt omnino illicitæ, vt furtum facere, committere homicidium, euitare ſobolem, & ſimiles; vel aliàs turpes, quæ matrimonium timidũ reddere poſſunt: & pro non appoſitis haberi debent. d. c. fin. de cond. appoſ. & tradit Nicol. Moz. de matrim. §. Diui
18 ſio. & n. 10. & ratio põt aſsignari, quia † matrimoniũ eſt res fauorabilis. d. c. fi. & ibi Gl. vnde
19 † pœnæ, & cõditiones in eo appoſitæ ſunt reſtringẽdæ. Damaſ. in ſuis regulis canon. fol. 109.

Neque huic opinioni videtur obſtare textus in d. l. Fœminæ. § Illud. c. de ſecundis nupt. etiam ſi pro intellectu concurreret communis
20 opinio: nam † iudex, qui Deum præ oculis habere debet, non tenetur opinionem multorũ ſequi, quando videat eam minus bonam: nam opinio paucorum præualet in veritate. l. 1. §. Sed neque C. de vet. iur. enucl. Hoſtien. & Io. And. in c. 1. de conſtit. tindar. in tractat. de teſtib. c. 10. num. 12. ad finem, & loquuntur in terminis cõmunis opinionis non ſequendæ, quia
21 illa † opinio, quæ eſt magis fauorabilis ſemper eſt tenenda; licet plures dicerent in contra
22 rium. c. Si vir. de cognat. ſpirit. & illa † opinio quæ eſt ſecundum ius diuinum, eſt fauorabilior, & fortior. c. Licet ex quadam. in fin. de te
23 ſtib. neque fauor † filiorum, pro quibus ſint impoſitæ pœnæ parentibus ad ſecunda ſponſalia tranſeuntibus, poſſunt nec irritare, nec impedire libertatem matrimonij. arg. textus in §. Sanctiſsimas. auth. de alien. & emphy. coll. 8. & eorum, quæ tradit Iaſ. in prima lectura. §. Diui. num. 22. in l. Filiusfamilias. ff. de leg. 1. quod pro indubitato habetur nouiſsimè in Conc. Tridẽtino, ſeſſ. 24. c. 1. de reform. & præcipuè ibi, qq; falſo affirmant matrimonia à filijs familias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea irrita, vel rata facere poſſe: & ibi, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata pertendant: conſtitutio enim illa conciliaris tollit illas conſtitutiones, quę prohibebant filijs, ne contraherent matrimonia ſine conſenſu parentum; quæ verba licet caſum iſtum non exprimant; ſcilicet, quod parentes poſsint liberè ad ſecunda conuolare ſponſalia deſficiẽtibus primis; intentio tamen conſtitutionis ea fuit, vt omnia matrimonia ſint libera: & inten
24 tio eſt ſequenda, cum † ſit anima legis. l. Nominis, & rei. ff. de verb. ſign. Bal. in l. Si quis. nu. 7. C. de furt. Pariſ. in conſ. 16. nu. 20. vol. 3. & mens
25 † legislatoris ſemper eſt ſequẽda, impropriã
26 do etiam verba: quia verba † ſunt trahenda, & accomodanda intellectui, non autem intelle
27 ctus verbis. l. Benignius. ff. de leg. & leges † cõſiſtunt in ratione, & ſenſu. 1. q. 1. c. Marchio. In
28 quibuſcunque enim † caſibus, in quibus militat eadem ratio, omnes illi caſus dicuntur cõpræhenſi in diſpoſitione. Paul. de Caſt. in conſ. 85. per totum conſilium vol. 2. Paul. Leon. in
29 conſ. 1. num. 3. vol. 1. nam illud † dici poteſt expreſſum, quod ex mente colligitur l. Licet Im
30 perator. ff. de leg. 1. Immò pro expreſſo † haberi debet quando ſit de natura rei. Stephan. de Fed. in tit. de interp. iur. 1. part. num. 22 & de
31 natura † rei matrimonialis eſt inducere omnimodam libertatem in contrahendo; & abolere omnes pœnas. tã in ſecundis, & vlterioribus, quàm in primis. l. Titio centum. §. Titio centũ. ff. de cond. & demon. vnde lex, quæ diſponit de matrimonio, tanq̃ de re ſacra, cũ matrimoniũ ſit de ſeptẽ Sacramentis, eſt intelligenda, vt deroget legi diſponenti de profanis in odiũ, ſeu merũ Sacramentorum; nũquam verò, quod
32 tollat vim, & eius libertatẽ: nam illa † eſt sũma ratio, quæ pro rõne facit. l. Sunt pſonæ. ff. de re
33 li. & ſump. fun. & lex † diſponens de rebus ſacris, ꝑtinet ad bonũ publicũ. l. 1. §. Huiꝰ ſtudij.
34 ff. de iuſt. & iur. & bonũ † publicũ ꝑualet priuato. c. Licet cauſsã. in fin. de ꝓbat. Sed de iure diuino, vt in d. c. Deus. 31. q. 1. conceſsũ eſt ad 2. & vlteriora matrimonia cõuolare; & Paul. Ap. in alleg. loco idẽ cõfirmat: ꝙ ſit meliꝰ nubere q̃ vri. & id. trad. in d. c. fi. de ſecũdis nup. & in Cõc. Trid. d. c. 1. ſeſſ. 24. ergo nulla lex ꝓfana obſtare

I poteſt,

Digitized by Google

35 poteſt; & illam conſtitutionem † attendere
debemus, quæ ſit de peccato euitando; cum
36 agat de bonis animæ, & omnis lex † agens de
bonis animæ præfertur legi diſponenti de bo-
nis corporis, cum anima ſit cunctis rebus præ-
ferenda. c. Cum infirmitas. de pœnit. & remiſſ.
37 l. Sancimus. C. de Sac. San. Eccl. & debemus †
omnia torméta pati, potius quá aliquid turpe
cómittere. l. Iſti quidé. ff. quod met. cau. & ſic
quandocunque aliquæ leges prohiberent ma-
trimonia, vel minus libera redderent, non va-
lerent: & ſupra allegatæ leges, licet reſeruent
filijs iura dotis maternæ, non præiudicát, quin
pater in vita poſſit dote ſibi cóſtituta vti quo
ad vixerit; ſed innuunt illú non poſſe in præiu
dicium filiorum alienare, prout facere poſſet,
ſi filij non extarent. Immò quando extende-
retur diſpoſitio ad hoc, & poſſet valere; illud
eſſet ſi filij contradixiſſent patri ad ſecunda
tranſire matrimonia; ſed ſi tacitè, vel expreſ-
ſe apparere poſſet de conſenſu, pater † neque
mater priuaretur vti frui ſubſtantia huiuſmo-
38 di. Dec. in conſ. 205. Quæritur an diuiſio. num.
4. & 5. vbi dicit quod intelligeretur per filium
remiſſa iniuria, & eum cum multis alijs ſequi-
tur Boer. deciſ. 185. in 3. limit. num. 20. & fuit
commune dictum, ſicut atteſtatur. Viu. in libro
ſent. in verbo, Mulier ad ſecundas nuptias. in
fin. Pariſ. in conſ. 29. num. 81. vſque ad nume.
93. vol. 3. Rol. à Vall. in conſ. 81. num. 10. vol. 3.
Sed verius arbitror patrem nulla pœna teneri
etiam ſi ad ſecunda ſponſalia tranſeat; filiaq;
excluſam iri ad petitionem dotis matris viuē-
te patre. Salua tamen, & ſemper veritate.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXI.

De exemptione emphyteutarum, & colonorum Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Contra libertatem Eccleſiæ agitur per indirectū.*
2 *Coloni partiarij Eccleſiæ non ſoluunt gabellas.*
3 *Fructus non dicuntur niſi deductis expenſis. & num. 17.*
4 *Fructus ſunt obligati domino pro honorantia.*
5 *Bona ſua ſunt de quibus poteſt diſponere.*
6 *Fructus à rebus Eccleſiæ prouenientes ſunt immunes.*
7 *Statuta laicorum non poſſunt hanc immunitatem infringere.*
8 *Eccleſiaſtici, & eorum coloni non ſubeunt onus impoſitum perſonæ pro rebus.*
9 *Immunitas tranſit ad poſſidentes. & num. 11.*
10 *Emphyteutæ Eccleſiæ ratione ſoluendi penſionē, ſeu liuellum ſunt immunes.*
12 *Immunitas Eccleſiæ eſt de iure Diuino, Canonico, & Ciuili.*
13 *Maior dignitas eſt in Eccleſia, quā in Principe.*
14 *Intellectus ad l. Si pendentes. §. Si quid cloacarij. ff. de vſuf.*
15 *Coloni partiarij non poſſident.*
17 *Conſuetudo habet vim priuilegij.*
18 *Conductores gabellæ tenentur obſeruare conſuetudinem.*

In Domino confido.

FACTI SPECIES.

NOn recedo ab his, quæ alias dixi, pro
exemptione colonorum Eccleſiæ, quę
videri poſſunt in conſ. 40. licet conſu-
lentes pro datiarijs ſeu gabellarijs a-
liter dicant; qui magis ad ea, quæ ad animam
pertinent (cum cunctis rebus ſit pretioſior)
attendere deberent; quia allegata, hanc partē
1 non offendunt; & ipſi, ſaltem † per indirectum,
agunt contra libertatem Eccleſiæ; vt atteſta-
tur Alb. in conſil. 8. num. 3. & Fed. de Sen. in al-
legato conſ. 3. & conſequenter incidunt in cen
ſuras de quibus in c. Nouerint. de ſent. excom.
cuius opinio non eſt recepta, ſaltem ad eum
ſenſum, contra immunitatem Eccleſiæ, & eius
colonorum; ſicut habetur in his, quæ copioſè
dixit Per. de Vbal. in conſ. 1. in tract. de collect.
qui loquitur de colonis partiarijs Eccleſiæ; q
2 non † tenentur ad gabellas pro fructibus in bo
nis Eccleſiaſticis collectis; cuius opinio robo-
ratur ex diſpoſitione. l. Fructus. ff. ſol. mat. com
muniter approbata, de qua deciſ. 87. pedamō.
3 aliás allegata: quia † fructus (ſaltem quo ad
iſtum ſenſum) non dicuntur, niſi deductis ex-
penſis; vt iam probauimus. & tenuit Bar. in l.
Si merces. §. vis maior. ff. locat. vnde opinio Fe-
derici, quatenus indifferenter accipiatur, pro
omnibus fructibus, eſt erronea; Tum quia (vt
in allegata deciſione pedamont.) ab eis extra-
hi debent expenſæ in cultura factę; Tum quia
4 ipſi fructus † ſunt obligati dominó pro hono-
rantia, quam ſoluunt. l. Si in lege. §. Si colonus.
cum Gl. ff. locat. quare reſultat concluſio, quod
fructús omnes non ſint colonorum; nam illa
5 † dicuntur ſua; de quibus ad libitum poteſt quis
diſponere. l. Is qui ſuis nūmis. ff. de manumiſſ.
6 Tum etiam quia huiuſmodi fructus † prouenie-
tes à rebus Eccleſiæ ſunt immunés, vt tradit
Abb. aliàs adductus. in c. Ex parte. il primo de
7 decim. nec poſſunt laici, aut eorū † ſtatuta hác
immunitatem infringere. Abb. quem omnes ſe
quuntur in c. Quæ in Eccleſiarum. in 3. notab.
de cōſtit. & tradit ēt Boſ. in alleg. tit. de prin. n.
174. & Nat. in cōſ. 409. n. 8. & 9. affirmás q onus
8 impoſitū † perſonæ pro rebus nō ſubeunt Eccle
ſiaſtici, neq; eorū coloni: nā ſi res eſt immunis,
9 immunitas † trāſit ad quoſcūq; ſicut on⁹, vt ſup.
in d. cōſ. 40. n. 15. pbaui, & hētur in l. 2. C. de Epi.
& Cler. & in c. Eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2. & iſta

faciunt

Digitized by Google

10 faciunt etiam pro emphyteutis † Eccleſiæ, qui
ratione ſoluendi penſionem, ſeu liuellum, ſunt
immunes. Decian. in reſpon. 50. in principio.
11 nam res immunis ſemper eſt † immunis, etiã
ſi tranſeat ad perſonas non immunes. l. Aeta-
tem. §. Rebus. ff. de cenſ. ſicut omnis res Eccle
12 ſiæ, & de iure † diuino, canonico, & ciuili eſt
immunis. vt habetur de iure diuino in c. 7. li. 1.
Eſdræ. Canonico, in c. Non minus, & c. Aduer-
ſus. de immunit. Eccleſ. & de iure Ciuili. in l.
Placet. C. de Sac. San. Eccl. & miror quomodo
iſti conductores gabellarum, & rerum Princi-
pis, & eorum conſultores ponant tantam dif-
ferentiam inter res Eccleſiæ, & res Principis,
vt velint, ſicut in dies ipſi experiuntur, quod
etiam conductores, & coloni rerum Principis
tranſeant cum ſua immunitate; & quod res Ec
cleſiæ ammittant immunitatem tranſeundo à
clericis in laicos ſoluta penſione, ſeu affictu,
eo modo, quo tranſeunt res Principis: cum ea-
dem ſit in eis ratio, immò maior; quia maior
13 † eſt dignitas in Eccleſia, quàm in Principe. c.
Duo ſunt. & c. ſeq. 96. diſtinct. & peruertunt
ſenſus, & doctrinas allegatas; nã Fed. de Sen.
loquitur de fructibus colonorũ, de quibus ipſi
ad libitum diſponere poſſunt; qui ſunt illi, qui
eis ſuperſunt deductis expenſis, & ſoluta pen-
ſione dominis; non autem de omnibus colle-
ctis. Immò loquitur de illis, qui iure proprio
14 colligunt eos; vt ita loquitur † l. Si penden-
tes. § Si quid cloacarij. ff. de vſufructu. ſed co-
15 loni † partiarij non poſſident, ſed tantum de-
tinent. ſicut probat Alex. in conſ. 35. num. 11.
& 12. vol. 4. quia ille non dicitur poſſidere, qui
percipit fructus loco operum. & ſumptuum. cũ
16 fructus † dicantur deductis laboribus, & ex-
penſis, vt dixi per d. l. Fructus. ff. ſol. mat. & a-
deſt extrauag. comun. de decim. verſ. In ſoluẽ-
do decimam.

Et prædicta magis corroborantur ex cõſue-
tudine immemorabili præſcripta, quæ dat titu
17 lum, & habet † vim priuilegij. c. Super qui-
buſdam. §. Præterea, vbi Gl. de verb. ſignif. Fer
ret. in conſ. 249. num. 18. in 2. part. & fuit con-
cluſum in Rot. vt atteſtatur Caputaq. deciſ. 36.
in 3. lib. ſecundum quam conductores intelli-
18 guntur contraxiſſe, & eam obſeruare † tenen-
tur; niſi hoc in expreſſo fuiſſet conceſſa. Paris
de Put. tit. de ſyndic. §. Conſuetudo. num. 5. quod
non eſt credendum maximè cõtra Eccleſiam;
& conceſſio non valeret, vt ſupra dixi, & ſic re
manet irrefragabilis concluſio, quod coloni
partiarij, neque emphyteutæ tenentur ad ga-
bellas pro fructibus collectis in prædijs Eccle
ſiæ, & iura ex aduerſo allegata fortaſsis proce-
dunt in colonis, qui ſumptibus domini colunt,
non in partiarijs de quibus Abb. in d. c. Ex par
te. de decimi. & deciſ. 83. pedam, & in omni-
bus iſtis caſibus conſiderandum eſt, ad conſue
tudinem obſeruatam; prout tradit Afflict. de-
ciſ. 173. num. 2. & Ioſeph. Lud. concluſ. 38. per totum: de qua in iſto caſu non arbitror neceſſariam cognitionẽ, quia in iſtis partibus Principes recognoſcunt ſuperiorem Summum Põtificem, & Imperatorem: nam id ſine eorũ beneplacito ſtatuere, vel imponere non poſsũt; c. Super quibuſdam. de verb. ſignif. vbi doct. vel ſaltem niſi adſit immemorabilis conſuetudo. vt ibi Abb. in prin. verſ. Tertium mandatũ: Iacob. Graff. in prima part. ſuarũ deciſ. aurea. c. 125. de Gabel. ſeu vectigal. num. 15. ab impoſitione gabellarum ecceptuat Principes non recognoſcentes ſuperiorem, vt ſunt Veneti, & Genuenſes, vt ait: qui ſimilia facere poſſunt; quia nõ recognoſcunt ſuperiorem: & loquitur de impoſitis laicis: ſed in caſu propoſito requiritur auctoritas Papæ; ſecundum allegata à Nauar. c. 17 num. 201. 202. in manual. & ita, vt ſupra dico, ſaluo ſemper &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXII.

Gratia à Papa conceſſa Cardinali, quod poſſit relinquere penſionem, quam tenebat perſonis Eccleſiaſticis; an valeat ſi relicta ſit non incedentibus in habitu.

SVMMARIVM.

1 *Penſio etiam laico conferri poteſt.*
2 *Penſio eſt commodum temporale.*
3 *Verba ſunt intelligenda ſecundum intentionem.*
4 *Intẽtio Papæ talis præſumitur qualis lex ſcripta.*
5 *Intentio præſumitur ſecundum naturam actus.*
6 *Actus actiuorum debet cadere in ſubiecto diſpoſito.*
7 *Factum legitimè retractari non debet.*
8 *Contumacia non eſt, niſi præcedat monitio.*
9 *Clerici coniugati licet habitum non deferant, non perdunt priuilegium.*
10 *Verba ſimpliciter prolata, ſimpliciter ſunt intelligenda.*
11 *Verba intelliguntur ſecundum ſenſum quo ſunt prolata.*
12 *Verba ſi non conueniunt, nõ eſt locus diſpoſitioni.*
13 *Verba verificari debent.*
14 *Verba priuilegiorum debent verificari.*
15 *Habentes ordines minores non gaudent priuilegio; niſi incedant in habitu, et tonſura, & n. 17.*
16 *Monitio non eſt neceſſaria in actu à lege prohibito.*
18 *Monitio vnica ſynodalis ſufficit.*
19 *Gratia ſimplex nõ importat derogationem legis.*
20 *Diſpoſitio Papæ præſumitur cũ lege concordare.*
21 *Diſpoſitio debet conformari cum qualitate demonſtrata.*

Digitized by Google

Verbum æternum illumina cor meum.

FACTI SPECIES.

PApa conceſsit Cardinali.N. quod
poſſet diſponere de ſcutis 2000.
ſeu penſionis, quam habebat ſu-
per fructibus Epiſcopatus Ferra-
riæ, in pſonis Eccleſiaſticis:& ip-
ſe Cardinalis d. penſionẽ reliquit quibuſdam
perſonis in minoribus conſtitutis,quę nec ha-
bitum,nec tonſuram deſerebant ; ſed enſem ,
& pugionem ad inſtar laicorum. Quare conti-
git dubitari, An ſint capaces ?
1 Et pro affirmatiua facit,quod penſio, † quæ
in titulum beneficij non ſit conceſſa;etiam lai-
co conferri poteſt:ſicut notat. Gig.de penſ. q.
21.& Paul.Rom.eod.tit.c.3.num.5.& num.7. &
24.& etiam in c.10.nu.3.quia,vt in c.9. num. 7.
2 refert, eſt commodum† temporale tantum; &
cum eo tranſit Card.in Clem. 1.§ 1. num. 4. de
ſuppl.negl. præl. ex qua ratione infertur quod
3 verba † ſunt intelligenda ſecundum intentio-
nem.c.Super literis,de reſcrip.c.In his,de ver-
4 bor.ſignif. & intentio Papæ† talis præſumitur,
qualis ſit lex ſcripta.c.Cauſſamq;.de reſcrip.&
5 ſecundum† naturam actus: ideo eius verba o-
perantur ſecundum naturam rei , de qua agi-
tur Dec.in conſ.473.col.vlt. verſ. Et licet ver-
ba.ſed penſionis natura eſt,vt etiam laici ſint
illius capaces, ergo illa verba,perſonæ Eccle-
ſiaſticę debent intelligi ſecundum naturã pen-
ſionis, cum materia ad hoc ſit proportionata.
6 nam actus†actiuorum debent cadere in ſubie-
cto diſpoſito,& apto.Domin. in ca.Sicut vir,n.
3.& 4.in 7.quęſt.1.& Sarnen.in reg.de idiom.q.
2.verſ.Tamen prædictis non obſtantibus.
Et ratio prædicta videtur corroborata,quia
diſpoſitio pendet ab habente omnimodam fa-
cultatem ; collocataque in perſonis habenti-
7 bus minores ordines :& ſic factum † legitimè
non poteſt retractari.c.Factum.de reg.iur.in 6.
quod ſemper procedit , niſi quando contuma-
cia illorum ſubintraret;quę tamen deberet eſ-
8 ſe vera & vera† non poteſt eſſe,niſi præceden-
te mentione,ſcilicet quod eſſent moniti ad de
ferendum habitum.l.Contumacia.ff.de re iud.
9 Clerici, etiam † coniugati, licet habitum non
deferant,non ammittunt priuilegium. Couar.
in lib.prat.quęſt.c.22.nu.1.vbi de communi:niſi
poſt contumaciam. & ſequitur Gram.vot.33.
Sed prædictis non obſtantibus contrarium
10 cenſeo;quod illa verba† ſunt à Papa ſimplici-
ter prolata : & ſimpliciter ſunt intelligenda.l.
11 De prætio.ff.de public.& ſecundum † ſenſum,
quo ſunt prolata:Alciat.conſ.3.nu.26. in 3. lib.
12 Quare quando † verba non conueniunt , non
eſt locus diſpoſitioni.l.Dies cautioni.§.Toties.
& ibi Bar.ff.de damn.infect.Papa igitur ſimpli-
citer dixit , quod diſpoſitio fieret in perſonis
13 Eccleſiaſticis.Verba†omnino verificari debẽt,
vt d.Gig.in prædicto tit. not.q. 22.poſt mediũ.
14 & iſta ratio† maximè procedit in verbis priui
legiorũ.c.Si Papa.de priuil.in 6.ergo illa verba
15 non† verificantur in minoribus cõſtitutis,niſi
habitũ,& tonſurã deferant.vt prob.Pet.Antib.
in tract.de mune.§.4.nu.52. vnde quamuis illæ
perſonæ habeãt ordines minores ; niſi deferãt
habitũ,habent cõtra præſumptionẽ qđ nõ ſint
Eccleſiaſticæ,niſi probent.Card.in cõſ.13.nu.3.
Et ad hoc nõ obſtat Couua. qui loquitur de
16 monitione†facienda:nam illud procedit quã-
do in actu prohibito non ſit alia prouiſio ; ſed
in priuilegijs Clericorum ſatis vulgata eſt cõ-
ſtitutio Conc.Trid.ſeſſ.23.c. 6. vbi in expreſſo
17 terminatur,quod nullus†in minoribus,qui ha-
bitũ , & tonſuram non deferat poſsit gaudere
priuilegio clericorum:& ſuper.d.c.6.Sacra Cõ-
gregatio hęc verba protulit,videlicet in§ Is ẽt
fori.Hęc verba importãt,vt clericus,q diu ſine
habitu, & tonſura incedens Eccleſiæ alicui de
mandato Epiſcopi non deſeruiat,ipſo facto,ſi-
ne aliqua monitione præcedente,amittat fori
priuilegium:& quandocunq; non adeſſet præ-
dicta Concilij determinatio ; tamen ſufficeret
18 vnica†monitio in ſynodo facta: vt probat Iul.
Clar. in §.fin.prat.crim.q.36.vor.Sed quid ſi fa-
cta ſit monitio? Conc. tamen ponit falcem in
meſſe , cui nec etiam per Papam cenſetur de-
rogatum per ſimplicem conceſsionem,niſi ex-
preſsè de eo mentionẽ haberet : quia ſimplex
19 † gratia hoc non importat.Rot.de reſcrip.de-
ciſ.28.aliàs 358.in nou.Clem.1. vbi Gl. de iud.
20 Immò diſpoſitio † Papæ dicitur cum eo con-
cordare.c.Propoſuit.§.Licet.de cõceſſ.præben.
& tantò magis cum in expreſſo nominauerit
21 perſonas Eccleſiaſticas;nam diſpoſitio†debet
conformari cum qualitate demonſtrata: ſecũ-
dum allegata à Soc.in conſ.250.in cauſſa Bono
nienſi.col.fin.verſ. Sed ad hanc.vol.2. & ſic po-
teſt concludi quod diſpoſitio illius Cardinalis
non fuerit ſecundum mentem Papæ:vt ita ego
cenſeo:ſaluo ſaniori Iudicio.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM LXXIII.

Conductor domus quando poſsit expelli.

SVMMARIVM.

1 *Conductor domus expellitur etiam propria aucto-
ritate finita locatione:& ſi reſiſtat punitur.&
num.4.& 6.*
2 *Conductor finita locatione , ſi reſiſtat , condemna-
tur ad rei æſtimationem .*
3 *Conductor ex quatuor cauſſis expellitur , durante
locatione .*

5 Penſio

5 *Penſio ſoluitur ad tempus conuentum; aut ſecundum conſuetudinem, & ſi non adſit, in fine anni.*
7 *Declaratio l.1.§.fin.ff.de loc.pub.fru.*
8 *Non ſoluere, idem eſt, quod pactis contrauenire.*
9 *Meretrix eſt illa, quæ libidini multorum patet.*
10 *Nocorium eſt illud, quod inſpectione oculorum perſpicitur.*
11 *Sceleratus, verbum comprahendit etiam vſurarium, blaſphematorem, ſodomitam, & habentē fornicariam in domo.*
12 *Conductor domus ſi reſiſtit locatori volenti eum ex cauſſa expellere, dicitur ſpoliare dominum.*

Ieſus auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

REuer. D. Albertus locauit quandā ſuā
domunculam Ludouicæ mulieri viduę
per annum; in qua ſecum duxit duas fi-
lias ſuas, & cum eis vitā inhoneſtam tenebat;
Quare d. Reuer. adiuit Iudicem ſecularē qui
dictæ mulieri præcepit vt diſcederet à d. do-
mo: ſed reſpondit velle finire annum: & d. Re-
uer. acquieuit; ſed finita locatione inſtetit eā
expelli, & cogi ad ſoluendam penſionem, quā
etiam non ſoluerat, ſed iudex inclinabat tem-
pus differre ad eam cogendam, quare conſul-
tus reſpondi, vt infra.

1 Conductor † finita locatione, ſi non diſce-
dat à domo conducta, expelli debet: nec audi-
ri debet ſi offerat, etiam pro maiori pretio, eā
retinere: & quatenus reſiſtat, dominus poteſt
eum propria auctoritate expellere. textus eſt
apertus in l. Ne cui liceat. C. de loc. & cond.
vbi diſponit conductorem reſiſtentem, & con-
trouertentem acriter puniri, & in exilium mit-
ti: & alius textus eſt in l. Non ab re. C. vnde vi.
2 vbi ſi poſſidens † rem alienam, ſine iuſta cauſ-
ſa reſiſtat eam reſtituere, & expectet ſenten-
tiam, nedum ad reſtitutionem ſed ad rei æſti-
mationem tenetur.

Imò quandocunq; conductio duraret, ſi non
3 ſoluerit penſionem poteſt expelli † concurren
te vna ex quattuor cauſis; ſcilicet ſi dominus
eam pro ſuis neceſſitatibus velit: aut penſio
non fuerit debito tempore ſoluta: aut condu-
ctor ſit malè verſatus in re conducta: aut domi
nus velit eam reficere. Ita expreſsè diſponit
textus in l. Aedem. C. de loc. & cond. & tradit
Vinc. Carro eod. tit. in verbo; Recuſationibus,
& melius Anton. Gom. in lib. var. reſolut. de
loc. & cond. c.3. nu. 5. & 6. vbi diſtinguit inter
locationem ad breue tempus, & longum; ſequu
tus Abb. in c. Si propter. num. 10. loc. & cond.
4 concludens quod poteſt † auctoritate propria
expelli.

5 Penſio autem debebat ſolui † iuxta conuen-
tionem: vel, ſi de hoc pactum non fuerat, ſecun
dum conſuetudinem ciuitatis, quæ eſt, vt ſolua
tur de ſemeſtre, in ſemeſtre: & quando conſue
tudo non adeſſet, debet ſolui in fine anni. Ber-
th. in tract. de Gabel. in 2. parte. nu. 30. qui a-
lios allegat. & Imol. in c. Si propter. num. 18. &
19. loc. & condu. & Bertach. iſdem ſequitur
6 num. 32. dicens; quod ſi non ſoluat; ſtatim, † &
propria auctoritate eſt expellendus, & etiam
cogendus ad ſolutionem; nec eſt audiendus. l.
1. §. fin. ff. de loc. pub. fru. vbi dicitur quod
conductor, qui deſiderat frui vltra legem, vel
contra legem; non debet audiri, & Gl. decla-
7 rat † illud vltra legem, ideſt vltra ſtatutum tē-
pus: & contra legem, ideſt contra pacta: & æ-
8 quiparat † non ſoluere, ad inobſeruantiam pa-
ctorum: ſed iſta mulier omnino, & quamprimū
eſt expellenda; tum quia locatio fuit finita: tū
quia non ſoluit debitam penſionem: tum etiā
quia malè verſata eſt in domo; exercendo pu-
9 blicè actum meretricis. Nam illa † propriè di-
citur meretrix, quæ libidini multorum patet. c.
vidua. 34. diſtin. l. Palam. ff. de rit. nupt. & eſt
10 notorium: nam illud † dicitur notorium, quod
inſpectione oculorum percipitur. Grat. in cōſ.
83. num. 6. lib. 1. & ex huiuſmodi cauſſa poteſt
expelli. vt in auth. vt non luxur. coll. 6. & licet
textus loquatur de ſodomia, tamen extendi-
11 tur ad huiuſmodi crimen, nam illud verbum †
Sceleratus, compræhendit etiam fornicarium;
vt atteſtatur Pet. Rebuff. de priuileg. ſcol. pri-
uil. 11. num. 14. dum inquit: quod de domo ex-
pelli poteſt vir ſceleratus: puta dicit, vſurari⁹,
blaſphemator, ſodomita, vel fornicariam domi
habens. & facit textus in l. non aliter, & ibi Gl.
& Bal. ff. de vſu. & habit. & ſequitur Imol. in d.
c. Si propter. num. 19. dicens; quod ſi conductor
teneat Ludum, vel mulierem inhoneſtam in do
mo; etiam durante locatione poteſt expelli;
nec ei eſt facienda remiſſio penſionis pro tem
pore, quo non habitauit: & idem tenuit Syluo.
in ſum. verbo. locatio. num. 9. verſ. Tertio quan-
12 do conductor. imò faciendo † reſiſtentiam li-
cet per viam iudicij, dicitur ſpoliare dominū,
Alex. qui eſt vidēdus in conſ. 33. nu. 2. vol. 6. quē
ſequitur Cephal. in conſ. 47. num. 40. in pri. vol.
vnde inſurgit regula, Quod ſpoliatus ante om-
nia eſt reſtituendus, & ita iuris eſſe cēſeo ꝙ d.
mulier ſit ſine mora expellenda: & cogenda ad
ſolutionem penſionis. Saluo iure &c. Laus Deo,
& Beatiſſimæ Mariæ Virgini.

CONSILIVM LXXIV.

Emiſſio profeſſionis an, & quando reſcindatur?

SVMMARIVM.

1 *Puella à parentibus offerri poſſunt monaſterio infra pubertatem.*
2 *Puella in monaſterio facta pubes debet infra annum reclamare, aliàs non auditur.*

3 *Metus ceſſat in præſentia Epiſcopi, & conſanguineorum: & num. 5. & 13.*
4 *Pater, & non mater poteſt filiam offere monaſterio.*
6 *Metus parentum non eſt ſufficiens, niſi precedāt minæ, aut verbera.*
7 *Impubes poteſt inuita offerri.*
8 *Conſtituere procuratores, vt monialis, eſt ratificare profeſſionem.*
9 *Reclamatio puellæ in monaſterio debet fieri tempore profeſſionis coram Ordinario.*
10 *Puella præſtans conſenſum in profeſſione, ſtatim ex voto eſt obligata Deo.*
11 *Voacte, & reddite.*
12 *Mater non poteſt offerre filiam in præſentia patris.*
14 *Extincta cauſſa metus, eſt extincta cauſſa reclamandi.*
15 *Verba ſunt ſigna earum paſſionum, quæ ſunt in animo.*
16 *Hilaritas frontis denotant lætitiam animi.*
17 *Hilaritas eſt exultatio animi.*
18 *Profeſſio publica requirit publicam reclamationem.*
19 *Poſt benedictionem profeſſæ, nō poteſt reclamari.*
20 *Conſtitutio procuratoris eſt actus liberæ voluntatis.*
21 *Libera voluntas eſt contraria metui.*
22 *Actuum iteratio demonſtrat liberam voluntatem mulieris, & eam obligat.*
23 *Voluntas dignoſcitur ex dictis, & factis.*
24 *Profeſſio meticuloſa ratificatur, ſi per annum nō fiat reclamatio.*
25 *Supplicatio exeundi à monaſterio, ſine reclamatione, & ingreſſus, & egreſſus denotant animū monachandi.*
26 *Licentia exeundi à monaſterio cum promiſſione redeundi, præſentata in actis obligat ad religionem.*
27 *Poſt annum non poteſt reclamari.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

Domina Anna ad educationem ingreſſa eſt monaſterium S. Claræ dū eſſet oct ēnis; & in eo ſtetit octo annos: & fecit profeſsionem ſumpto habitu in manibus Epiſcopi, qui eam examinauerat, & multis audientibus ipſa dixerat hilari vultu ſe ſponte, & libenter profiteri; vnde Epiſcopus eam benedixerat: & poſt profeſsionem habita licentia à Sacra Congregatione poſt decennium; exiuit à monaſterio pro curanda infirmitate, habitum monialis deferēdo; & ſub obedientia Ordinarij viuendo: & interim è vita migrauit Nicolaus eius vnicus frater; & etiam eius mater; ita quod luctuoſa hæreditas ad eam peruenit; ipſaq; vt monialis, conſtituit procuratores: tandem corā multis teſtibus dixit, ſe nolle amplius in monaſterio redire, ex quo coacta fuerat à matre ingredi, & profeſsionem emittere: & prætendens monaſterium hæreditatem, ipſa impetrauit cauſſam à Papa committi Epiſcopo Mutinenſi, & in ſerie proceſſus probauit quod in tempore, quo extra monaſterium degebat, audita fuit altercari cum matre, affirmando quod mater eam impulerat ad ingreſſum; & ex aduerſo probatur quod nedum tempore eius ingreſſus, ſed & profeſsionis, viuebat, & profeſsioni erat præſens pater, qui dicebat nolle filiam profiteri, niſi libenti animo: & quod examinata à ſuo Ordinario, dixerat ſponte profiteri: ſuper quo articulo conſultus reſpondi vt infra:

1 In iure Canonico hanc habemus concluſio-
2 nem quod puellæ † infra pubertatem poſſint à parentibus alicui monaſterio offerri, à quo exire nequeunt vſq; ad pubertatem, contradicentibus parentibus; ſed factæ puberes habēt facultatem contradicendi: de qua concluſione apparet in c. 2. & c. Significatum; & c. Cum virum, vbi Abb. & cæteri Canoniſtæ. de regul. & tranſ. ad relig. ex qua reſultat deciſio indubitata quod Domina Anna potuit in ætate octo annorum tradi monaſterio, etiam inuita: quæ iam pubes facta cum ſponte profeſsionē
2 emiſerit, nec intra † annum, imò neq; poſt nouem annos reclamauerit ad ſuperiores, poſtea non eſt audienda: vt apertè probatur in d. ca. 2. & ca. Cum virum. & illic Abb. in 2. notab. & Imol. nume. 2. verſic. Si autem coacti. & tantò magis, quia fuit examinata ab Epiſcopo, velata, & benedicta; ſtante quod hilari vultu dixit ſe ſponte velle profiteri quo caſu, dato qđ per metum ingreſſa fuiſſet, in actu profeſsio-
3 nis in præſentia † Epiſcopi, & aliorum ceſſabat omnis metus: ita quod liberè potuiſſet reclamare: ſicut tradunt Doct. in l. Tranſactionē. C. de tranſact. & ſic ex huiuſmodi ſolemnitate non poteſt amplius contradicere. ca. Illud. 20. quæſt. 2.

Nec obſtat allegatus metus matris: quia primo reſpondeo; quod viuente patre nullus metus matris poteſt eſſe in conſideratione: nam pater, & non mater habet filiam in pote-
4 ſtate; & ad ipſum, † non ad matrem ſpectat offerre eam monaſterio. Gloſ. in c. addidiſtis. in verbo. mater. & ibi Arch. 20. quęſt. 2. & ſequitur Bellem. ibidem. & in c. 1. ead. q. 2.

5 Secundò reſpondeo quod per præſentiam † patris, & conſanguineorū ceſſat omnis timor. Alex. poſt Bar. in d. l. Tranſactionem. C. de trāſact. & in l. Si cum dotem, §. eo tempore. circa medium, ff. ſol. mat. Curt. in l. Interpoſitas. nu. 13. C. de tranſact. Et hoc maximè procedit iſto caſu, quia conſtat patrem dixiſſe ſe nolle filiā

profiteri

6 profiteri niſi libenter.
Tertiò, reſpondeo quod metus† parentum
nõ eſt ſufficiens ad reſcindendã profeſsionẽ,
niſi præcedãt minę, aut verbera. c. fin. qui Cler.
vel vouen. & ibi Gl. in verbo, Metu regio. cum
Gl. ſeq. & ſequuntur omnes Doct. Bar. in l. ij.
quæ onerandæ. ff. quarum rerum. Abb. in ca. Cũ
virum. de regul. & c. Cauſſam matrimonij. & ibi
Innoc. de offic. deleg. & Fel. in 3 declaratione.
& Dec. in nume. 5. dicit hoc eſſe commune di-
ctum.
Quartò, reſpondeo quod aut fundat ſuam
intentionem ad ingreſſum; & ineptè, quia cum
8 eſſet impubes† poterat etiam inuita offerri
d. c. 2. & cum virum. de regul. & ſi facta pubes
non reclamauit intra annum, non eſt amplius
audienda; vt ſupra. Aut metum prætendit poſt
pubertatem: & idem dico, quia poſt profeſsio-
nem per decem annos non reclamauit. Præte-
rea contra ipſam eſt argumentum; nam viuente
patre, & matre fecit recurſum ad Superiores
pro exeundo extra monaſterium. Idem etiam
potuiſſet vt profeſsionẽ euitaret, vel irritaret:
imò, vt monialis, & in obedientia ſe geſsit, &
8 procuratores † conſtituit: dicitur ratificaſſe
profeſsionem, etiam ſi eam metu feciſſet. Glo.
fin. in c. 1. & ibi Innoc. & Abb. nu. 13. quod met.
cau. & in dict. cap. 2. de regul. & ſicut auſa
fuit contendere cum matre, ita potuiſſet con-
tendere tempore profeſsionis, quando etiam
pater non fuiſſet viuus: ſed ſolum reclamauit
mortuo patre, & matre, atq; fratre, & tunc quã
dò prętendebat hereditatem ſibi ſpectare: vi-
de clarè conſtat de non ſuo iure, cum ſtatim,
aut ſaltem intra annũ, reclamare debuiſſet d.
cap. Cum virum. de regul. & propterea eſt ex-
cludenda: nã reclamatio ab ipſa facta fuit poſt
9 decem annos à profeſsione: quo tempore †
profeſsionis erat facienda, quando ab Epiſco-
po fuit interrogata. d. ca. Illud. 20. quæſt. 1. vbi
Ant. de But. & in d. c. 2. de regul. col. pen. verſi.
10 3. oppone: ſed cum conſenſum † ſuum præſti-
terit, ſtatim ex voto fuit obligata Deo c. 1. 17.
q. 1. quare ſubintrat illud Sacræ Scripturæ di-
ctum de quo. in c. Magnæ. de vot. ſcilicet, Voue
11 tè, † & reddite. Neq; refert reclamatio facta
cum matre, quia vltra quod fieri debet intra
annum. & coram Superiore. d. cap. 2. & dicunt
communiter Doctores: cum profeſsio fuerit fa
cta corã patre, qui in aperto dicebat ſe nolle
12 eam profiteri niſi libenter: quo caſu mater †
non poterat filiam offerre. vt de communi at-
teſtatur Innoc. in d. c. 2. de regu. in prin. & Abb.
13 num. 6. & præſente † Epiſcopo ceſſabat omnis
ſuſpicio metus. vt communiter atteſtãtur om-
nes. in d. l. Tranſactionem quę C. de tranſact.
& cum per nonnullos annos poſt mortem ma-
tris non reclamauerit, & habitum geſſerit; &
poſt mortem etiam fratris procuratores, vt
monialis, conſtituerit; quo tempore ceſsabat
cauſſa metus, ſi metus matris potuiſſet eſſe ſa
conſideratione; & ſic conſequenter quando e-
14 tiam fuiſſet in tempore reclamandi extincta †
cauſſa metus, fuiſſet extincta cauſſa reclaman-
di. in c. 1. quod met. cauſ. & d. c. Cum virum. &
But. in c. ad noſtram. eod. tit. de reg. ſed omnia
ceſſant cum ex teſtium probatione cõſtet qđ
ipſa hilari fronte dixit, ſe ſponte velle profite
15 ri: verba enim denotant animum, quia ſunt †
ſigna eorum paſsionum, quæ ſunt in animo. l.
Labeo. ff. de ſuppel. leg. & ex dictis, & factis
oſtenditur voluntas. l. De quibus. ff. de leg. l. re-
præhendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. & tantò
16 magis quia hilaritas † frontis denotat lætitiã
17 animi; Plin. lib. 11. hilaritas † enim eſt exulta-
ſio animi, vt dicit Gell. lib. 2. c. 27. c. aſſerte. de
præſumpt. Pet. de Barb. conſ. 24. nu. 1. inter cõſ;
18 matrim. & eò maximè, quia cum profeſsio †
fuerit ſolemniter, & publicè facta requirebat
etiam publicam contradictionem Ant. de But.
in d. c. 2. de regul. & præſertim interueniente
examine Epiſcopi d. cap. Illud. 20. q. 1. & tradit
Innoc. in d. c. 2. de regul, quę omnia tollunt om
nem pręſumptionem meticuloſę profeſsionis;
19 ita quod ſi non contradicatur † antequam de-
tur benedictio; non poteſt amplius profeſsio
impugnari, d. c. Cum virum, de regul. & quando
conſtituit procuratores, fecit actum liberum,
20 quia conſtituere † procuratorem eſt actus li-
21 beræ voluntatis. quæ libera † voluntas eſt cõ-
traria metui l. 1. ff. quod met. cau & ex iſtis acti
bus ſpontaneis introducitur rati habitio. l.
Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. quæ rati ha-
bitio, & metus purgatio in aperto conſtat ex
multiplicatis actibus ſpontaneis factis per de
22 cem annos poſt profeſsionem; nam iteratio †
actuum cum prolixitate temporis demonſtrat
liberam voluntatem mulieris, & eam obligat.
l. Si mulier. C. ad ſen. con. velleia. & ibi Bald. &
Salyc. & Bal. in l. 2. in 4. quæſt. C. de met. cau. &
cũ teſtes dicant, dictã Dominã Annam dictis,
& factis demonſtraſſe liberam voluntatẽ pro-
fitendi, & ratam, & gratam profeſsionem po-
ſtea habuiſſe; non eſt dubitationi locus: quia
23 ex † dictis, & factis voluntas cognoſcitur. l.
pro hærede. § pen. ff. de acquir. hæred. Signoro.
conſ. 75. nu. 15. Imò quando per metum ingreſ-
ſa, vel profeſſa fuiſſet, ex perſeuerantia in mo
naſterio per decem annos, & vltra, nec in di-
cto tẽpore reclamauerit, ratificaſſe cenſetur.
24 cum poſt emiſſam profeſsionem † meticulo-
ſam ſi per annum ſter ſine reclamatione, rati-
ficaſſe dicatur. d. c. 2. de reg. & c. Conſtat. 1. q. 1.
Glo. in c. 1. vbi omnes. quod met. cau. & iſtis ad-
ditur quod ipſa poſt decem annos ſupplicauit
Pontifici pro licentia exeundi ad curandam
infirmitatem, & nullum verbum de metu; imò
ſponte aliquando ingreſſa eſt poſtea, & egreſ-
25 ſa à monaſterio: quæ † omnia demonſtrãt ani-
mum ſuum liberum monachandi, & contra ea

facitur

ſaciunt fidem.l.Cum precum. C. de lib.cau. l. 2.vbi Bar.C.de inſtit.& ſubſt.& obtenta licen-
26 centia † eam præſentando in actis Vicarij, in qua ipſa promittebat,recuperata ſanitate, regredi in monaſterio; omnia in ea narrata obſeruare cenſetur obligata. Innoc. in cap, Cum Olim.verſi.Sed dices.de cenſ.& in ca.Cum venerabilis,nu4.verſi.Item licet.de excep. Quare ſtantibus prædictis,& præſertim quia mortua matre, cuius metum allegat,neq; intra annum, neq; elapſo anno reclamauit, ſed ſolum poſt duos annos cauſſa hæreditatis;non poteſt
27 amplius † profeſsionem impugnare. text. eſt apertus.in d.c.3.de regul.& ibi Inno,& alij.ca. Ad id. de ſpóſ.c.de illis,il 2.de deſpon.impub. cum Gl.fin.& c.1.in fin.& ibi omnes.de his quę met.cauſ.& c.conſtat.1.q.1.& ita iuris eſſe cenſeo.Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM LXXV.

Iuſpatronatus an,& quando poſsit cedi?

SVMMARIVM.

1 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
2 *Emphyteuſis pro ſe,& deſcendentibus;non poteſt in eorum præiudicium in alios tranferri.*
3 *Hæres, verbum, refertur ad quoſcunq; ſucceſſores.*
4 *Hæres, verbum in materia tranſitoria ad extraneos,ad eos etiam tranſit.*
5 *Iuſpatronatus eſt tranſmiſsibilis ad extraneos.*
6 *Succeſſores in materia habili intelliguntur etiam ſingulares.*
6 *Appellatione ſucceſſorum veniunt ſingulares.*
8 *Iuſpatronatus ex facto proprio poteſt transferri in extraneos.*
9 *Iuſpatronatus transfertur in Laicum cum conſenſu Epiſcopi;ſed in Eccleſia, non eſt opus conſenſu.*
10 *Conſenſus ſuperueniens poſt ceſſionem iuriſpatronatus idem operatur vt præſtitus in principio.*
11 *Alteratio iuriſpatronatus non inficit ceſſionẽ.*
12 *Reſeruatio iuriſpatronatus pro ſe,& deſcendentibus intelligitur gradatim.*
13 *Iuſpatronatus tranſit in extraneos,ſi non adſit in reſeruatione taxatiua,tantum.*
14 *Argumentum de feudo,& emphyteuſi ad iuſpatronatum non valet.*
15 *Emphyteuſis tendit ad priuatam vtilitatem, ius patronatus ad publicam,& num.16.*
17 *Illatio de vno ad aliud non eſt bona.*

Deus auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

NObilis Albertus fundauit beneficium ſub tit.S. Cæciliæ ad Altare Conceptionis in Eccleſia Cathedrali, & ſibi, & deſcendentibus & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis maſculis reſeruauit ius præſentandi presbyterũ de domo, & familia ſua, ſi tempore aduenientis vacationis adeſſet, in d.eius familia,aliàs alterum idoneum, qui celebret ad d.Altare in qualibet hebdomada vnam miſſam pro defunctis, ad ſuffragium animæ d. fundatoris, & aliorum de parentela: & poſt ipſam fundationem,& dotationem ad 20. annos,ceſsit in vim donationis.d. iuſpatronatum magnifico Domino Ioanni de Caſalibus, cuius filium leuauerat à Sacro fonte Baptiſmatis:& poſtea deceſsit,& adueniente tempore vacationis d. Dominus Ioannes præſentauit Reuer. D Franciſcum eius nepotem: & Dominus Aloyſius nepos ex fratre d.olim Domini Alberti,& eius hæres præſentauit Dominũ Petrum eius conſobrinum,prætendens ceſsionem ſupradictam inualidam,ex quo reſeruatio iuriſpatronatus fuerat facta illis de familia & admiſſa ab Ordinario; vnde quæritur quid iuris?

1. Et prima facie videretur dicendum illam
1 ceſsionem fuiſſe inualidam,ex regula, Quod † ſemel placuit.de reg.iur.lib.6.& ex alia. in ca. Mutare.códitir.& lib. vbi omnes Doctores tenent,quod qui ſemel aliud diſponit in fauorẽ alterius,non poſsit poſtea contra illud venire in præiudicium eius: & hoc clarum eſt in feudo,& emphyteuſi recepta pro ſe, & deſcendentibus;quod ſit ius quęſitum ipſis,ita quod etiã ſi nõ ſint hæredes iure proprio ſint vocati; nec
2 in eorum † præiudicium poſsit aliquid fieri, Iaſ.in l.2.col.83.verſi.Septimò quæritur.Salyc. C.de iur.empk.Alex.in conſ.26.ponderatis. in 5.col.vol.5.& in conſ.106.nu.8.& conſ.107. lib. 4.vbi de communi: & hoc nempe videtur obſeruandum in caſu præſenti cum adueniente vacatione beneficij eligendus ſit præsbyter de familia:quare videtur quod actus totus factus ſit fauore familię.

Quibus tamen non obſtantibus contraria ſententia in iure procedit: nam in materia ha-
3 bili, illud verbum, Hæres refertur † ad quoſcunq; ſucceſſores.l.Hæredis appellatio. la 2.& l.Sciendum.ff.de verb.ſignif.& ideò in materia
4 † tranſitoria ad extraneos, illud verbum compræhendit etiam extraneos.Bar.in l.Gallus. §. etiam.ff.de lib.poſthu.Cur.Iun.in conſ.4. num.
5 9.ſed iuſpatronatus† de eius natura eſt tranſmiſsibile ad quoſcunq; ſucceſſores, etiam extraneos,

traneos prout decidunt Doct. omnes in Clem.
Plures de iu. patr. poſt Gl. ibi in ver. Hæredes
Iterum Gl. in c. filijs, & in c. Piæ mentis, ac in
c. Conſiderandum. 16. q. 7. Per. Anchar. in d.
Clem. Plures. num. 7. & 11. Baro. in c. Perlatū.
num. 4. de iur. patro. Inno. in rub. de iu. patro. in
fin: & plures quos cumulat Rochus de Curt.
de iur. patro. in ver. Ipſe, vel is à quo. num. 17.
fol. mihi 406. ergo nulli dubium eſt, quin iu-
ſpatronatus transferatur ad d. ceſſionarium, q.
comprehēditur ſub illis verbis ſucceſſoribus
6 nam ſucceſſores † in materia habili intelligun
tur etiam ſingulares ad tradita per Solam ad
Decreta Sabaudiæ tit. de iu. emphyteu. decre.
Rempub. Gl. vlt. 1. par. num. 5. fol. mihi 42. ſuc-
7 ceſſorum † enim appellatione veniunt etiam
ſingulares. l. Si pupillus. ff. de acqui. hæredi. l.
In conuentionibus. ff. de verb. ſign. l. 1. §. permit
titur. ff. de acq. quori. Bero. conſ. 65. nu. 55. vol.
1. & Menoch. de adipi. remed. 2. num. 16. Vlte-
8 rius iuſpatronatus † ex facto proprio transfer
tur in extraneos; ſufficit enim quod adſit Epi-
9 ſcopi conſenſus, qui efficit, vt Iuſpatronatus †
transferatur in laicum licet in Eccleſia non ſit
opus conſenſu. Plures pro hac opinione refert
Doctores Io. de Selua. in tract. de beneſ. q. 5.
par. 1. num. 232. cuius concluſionis rationem
affert idem de Selua. in d. p. 1. q. 6. num. 15. nec
10 refert quod conſenſus † ſuperuenerit poſt ceſ-
ſionem Iuriſpatronatus quia idem operatur
ac ſi foret præſtitus in principio ſic notat. Io.
de Selua. d. q. 6. n. 17 & 23. & Rot. in antiq. eod.
tit. dec. vltim. Et valeret ipſa donatio, ſeu
ceſſio, etiam ſi poſt erectionem facta fuiſſet
aliqua alteratio; vtpotè ſi beneficium ex ſim-
11 plici factum fuiſſet curatum: quia † alteratio
eam non impediret, vt in cap. Vnico. eod. tit.
in 6. quare remanet concluſio pro validitate
donationis, & ceſſionis: nam & ſi in ipſa ere-
ctione, & reſeruatione dictum fuiſſet pro ſe, &
filijs; pater primus erigens poſſet illud cede-
re in extraneos, quia in huiuſmodi materia re-
12 ſeruatio † intelligitur gradatim facta, ſcilicet
primò pro ſe. Secundò pro filijs: ſed viuente
ipſo primo, nullum ius eſt acquiſitum ſecun-
do, adeo quod cum ſecundus ius non habeat,
nullum ei fit præiudicium; & per primum libe
rè poteſt in alium transferri. Cald. in terminis.
in conſ. 19. de iurepat. & Anch. in conſ. 81. &
iſtam opinionem tenuit Lamb. in eodem trac.
13 & maximè quando † non ſit poſita taxatiua
tantum. in lib. 1. artic. 6. 2. q. prin. 2. part. nu.
9. & in artic. 4. num. 4. & Roch. de Curt. in loco
ſupra allegato.

14 Nec valet argumentum † de feudo, vel em-
phyteuſi ad iuſpatronatum, vt refert ipſe Lāb.
in d. artic. 6. num. 5. 6. & 7. quia emphytheuſis
15 tendit † ad priuatam vtilitatem: & iuſpatro-
natus ad publicam, & augmentum cultus diui
16 ni: vt homines † inducantur facilius ad fundā-
das Eccleſias: vt in c. 3. huius tituli: & alias
cauſſas adducit ipſe Lamb.

Neque obſtat, quod tempore vacationis v-
nus de familia ſit præſentandus: quia de vno
17 † ad aliud non infertur. l. Papinianus exuli,
cum ſimilibus. ff. de minor. & hoc non tangit
iuſpatronatum ſed ſolam præſentationem. Et
quamuis tranſeat in extraneos, poſſunt nihilo
minus præſentari illi de familia: Quare conclu
do prędictam ceſſionem valere ex ſupradictis.
Saluo &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM LXXVI.

Statuta laicorum non valent contra libertatem
Eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

1 *Incendium præſumitur in dubio eueniſſe culpa in-
habitantium.*
2 *Conductor tenetur adhibere diligentiam, ne res
conducta damnificetur.*
3 *Conductor tenetur domum conductam ab igne cu-
ſtodire.*
4 *Villa non tenetur ad emendationem damni occa-
ſione ignis.*
5 *Villa non tenetur quando ignis clam ſit immiſſus.*
6 *Villa tenetur quando ignis palam ſit immiſſus.*
7 *Nemo tenetur pro crimine alterius.*
8 *Villa tenetur loca tuta reddere.*
9 *Intereſt reipublicæ, vt villæ à malis hominibus
purgentur.*
10 *Commune debet adhibere diligentiam ne commit
tatur incendium.*
11 *Statuta laicorum contra libertatem Eccleſiæ ob-
ſeruari non poſſunt.*
12 *Statuta, quæ prohibent clericis vti priuilegijs,
ſunt contra libertatem. & num. 18.*
13 *Eccleſia vniuerſalis intelligitur de prælatis.*
14 *Clericis fuit conceſſum vti priuilegijs fauorabili-
bus.*
15 *Statutum arctans iudicem ad denegandum cleri-
cis minus ius, quàm laicis, eſt contra liberta-
tem.*
16 *Clerici vti poſſunt ſtatutis laicorum. & num. 17.*
19 *Inferior non poteſt ſua conſtitutione ligare ſupe-
riorem.*
20 *Effectus ſufficit, qui magis attenditur quàm ver-
ba. & num. 21.*
22 *Intentio ſtatuentium debet eſſe cum iure commu-
ni conformis.*
23 *Interpretatio contra propriam verborum ſigni-
ficationem fit, vt attendatur intentio ſtatuen-
tis.*
24 *Verba ſequentia recipiunt interpretationem à
præfatione.*
25 *Statuta dicuntur approbata ab effectu.*
26 *Delictum præſumitur quemlibet ſcire, quando à*

maiori

maiori parte ſciatur:
27 *Prælatio legis dicitur anima, & cauſſa finalis.*
28 *Omnis diſpoſitio ſtatuti reſtringitur ad exordium.*
29 *Generalitas reſtringitur ad ſpecificata,*
30 *Clericus non dicitur forenſis,*
31 *Domicilium quilibet dicitur habere vbi rem habet,*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

Euer. Dominus Paulus Leonius Patauiẽſis, Epiſcopus Ferrarienſis habet quædam bona in Terra Noui cum domo, & fœnili; quæ locauerat cuidam Ronchino; & ignis in ea fuit poſitus, & tota combuſta. Quare inſtat ædificia huiuſmodi reſarciri à Villa, ſeu communi, vigore etiam ſtatuti Ferrarienſis, quod obſeruatur in d. Terra: cui opponitur; ſtatuta non ſuffragari, quia ex eadem diſpoſitione ſtatutum eſt, clericos illis vti non poſſe, niſi Epiſcopus in ſynodo ſua ea approbauerit, pro qua difficultate conſultus reſpondi, vt infra.

Et ad elucidationem præſentis caſus con-
tra Reuerendiſsimum Epiſcopum multũ facit
1 vltra ſtatutum, quod in dubio† incendiũ præ-
ſumitur proceſſiſſe culpa inhabitantium. l. Nã,
& ſalutem. ff. de offic. præf. vigil. cum alijs, quæ
allegari poſſent, & maximè quando ille, qui
2 habitat ſit ipſius rei conductor, qui tenetur †
adhibere diligentiam ne res conducta damni-
ficetur, aliàs ipſe tenetur ad emendationem. l.
ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. ff. ad l. A-
quil. l. Qui ædes. cum alijs ſimilibus. ff. de in-
cend. ruin. naufrag. Bal. in l. Si creditor. num.
1. poſt prin. C. de pigno. actio. Abb. in c. 2. nu.
3. 8. depoſ. & præcipuè tenetur† conductor do-
mum conductam ab igne cuſtodire. l. Si vendi-
4 ta. ff. de peric. & commod. rei vend. Villa† enim
non tenetur ad emendationem. Bal. qui præ-
cisè conſuluit pro ea in conſ. 148. & 149. vol. 2.
ſecundum modernam impreſſionem, qui eſt vi
5 dendus, & indifferenter quando † clam ignis
fit immiſſus, Bar. in l. 1. §. Reciſorum. ff. ad ſena
tuscon. Silleian. Bal. in l. Si quis non dicam ra-
pere, num. 6. C. de Epiſc. & Cler. Rom. in conſ.
7. num. 4. verſ. Aduertendum tamen. nam vt vil
6 la † teneatur debet probari, quod ignis fuerit
palam immiſſus, & quod villa poterat prohi-
bere, & non prohibuit. Raim. in d. l. 1. §. Item
illud. ff. ad Silleian. Et tantò magis, quia nemo
7 regulariter tenetur † pro alterius crimine.
Auth. vt null. iud. §. Quoniam verò. & ibi Gl.
coll. 9. l. Sancimus. C. de pœn.

Quibus tamen non obſtantibus in præſenti
caſu, mea quidem ſententia, villa tenetur,
8 † quæ debet loca tuta reddere, & eſt cõmune
dictum, vt per Abb. in c. 1. num. 8. cum ibi nota
tis. de reſtit. ſpol. & tradit. Calcan. in conſ. 39.
& conſ. 63. Bar. in l. Ne quid. num. 8. ff. de incẽd.
9 ruin. nauf. Intereſt † enim Reipublicæ: vt Ca-
ſtra, & villæ purgentur à malis hominibus. l.
Congruit. ff. de offic. præſ. ex quo ſequitur ꝙ
10 commune †tenebatur adhibere diligentiam,
ne committeretur incendiũ. arg. l. 1. C. de pe-
ric. tut. l. Quidam decedens. §. fin. ff. de admin.
tut. & tantò magis ſtante ſtatuto: & ad præ-
ſentem caſum tradit in terminis. Bal. in conſ.
174. in 2. vol. incipit. Quoddam fœnile, atque
magis, quia ignis extrinſecus immiſſus fuit, &
fœnile erat inhabitatum. Nam ex diſpoſitione
ſtatuti ſufficiebat vnum eueniſſe, vt villa te-
neretur ſcilicet; vel quod in domo habitata
extrinſecus fuiſſet immiſſus, vel in domo inha
bitata quomodocunque. Et non aduerſatur
aliud ſtatutum, in quo diſponitur, quod cleri-
ci nõ gaudeant beneficio ſtatutorum, niſi etiã
contra ſe in ſynodo approbent omnia in volu-
mine contenta: neque ſuffragentur forenſibus,
quia multipliciter reſpondetur, & primò
11 Statuta laicorum † contra Eccleſiaſticam
libertatem ſunt nulla & obſeruari non poſsũt
ſine interitu animæ. c. Nouerint. cum alijs ſimi
12 libus. de ſent. excomu. eaque dicuntur † con-
tra libertatem Eccleſiæ, quę prohibeant cleri-
cis vti priuilegijs eis conceſsis. vt expreſsè
Innoc. in d. c. Nouerint. dum dixit, quod illa
ſtatuta dicuntur contra libertatem Eccleſiæ;
quæ ſunt contra priuilegia conceſſa vniuerſali
Eccleſiæ, ſiue à Deo, ſiue a Papa, ſiue ab Impe-
13 ratore. & vniuerſalis Eccleſia, ad hunc effectũ,
intelligitur de Prælatis, vt expoſuit S. Ioan.
Chriſo. in c. 18. Matth. in illis verbis, ſcilicet,
ſi peccauerit in te frater tuus, dic Eccleſiæ.
Vel de Sacerdotibus in genere; vt expoſuit
Gl. 1. in c. Si peccauerit. 2. q. 1. & refert Iacob.
de Ancil. lib. 8. artic. 4. poſt principium. Quibus
14 clericis† per modum priuilegij fuit conceſsũ
vti beneficio ſtatutorum laicorum in fauora-
bilibus, ſicut tradit Lap. alleg. 101. & eum ſe-
quitur Dec. cum multis per eum allegatis in
conſ. 114. colum. 1. verſ. Sed tamen his minimè
obſtantibus. Immò dicit Lap. in ea allegatio-
15 ne ad num. 27. quod ſtatutum † laicorũ quod
arctat iudicem ad denegandum, vel reddendũ
minus ius clericis, quàm laicis, eſt contra liber
tatem Eccleſiæ: qui vlterius in allegatione 92.
demonſtrat talia ſtaauta eſſe contra libertatẽ
Eccleſiæ; quæ non ſunt obſeruanda. Sicut dicit
Felin. in c. Eccleſia. S. Mariæ. num. 42. de conſti.
16 Papa enim conceſſit, quod clerici † gaudere
poſsint ſtatutis laicorum. vt in c. Conſtitutus.
de in integ. reſtit. & in c. Dilecti. de for. comp.
de quo Abb. in d. c. Conſtitutus. in 5. notabili.
17 & † Imperator in Auth. ſtatuimus. ad finem.

C. de Epiſc. & Cler. & multa ad hoc allegat
Felin. & Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ. de con-
ſtitut. & notabiliter Iacob, Alb. in conſ. 8. à
num. 3. ad finem. & ſuſius Boſ. in lib. var. reſol.
tit. de principe nume. 220. vbi ex allegatis o-
ſtenditur ea eſſe contra libertatem Eccleſiæ;
18 quæ infringunt † vti non poſſe ſtatutis laico-
rum ſibi fauorabilibus, & cum eis concordat
Anc. in conſ. 61. Iſta quæſtio. ex quibus datur
intelligi d. Reuerendiſsimum vti poſſe ſtatuto
diſponente villam teneri ad reſtaurandum
damnum per incendium datum: & eſt commu
ne dictum atteſtante Capra in ſuis concluſio-
nibus concluſ. 15. vbi à num. 24. vſque ad 35.
cum regulis, & limitationibus progreditur. Et
ei non obeſt aliud ſtatutum, quod ſcilicet cle-
rici gaudere non poſſint beneficio ſtatutorũ,
niſi Epiſcopus ea approbet in ſua ſynodo. qa
hoc prohibere non poteſt: ex prædictis, & etiã
infra dicendis.

Nam Epiſcopus non arctatur ex hoc in ſy-
19 nodo conſtituere; quia inferior † non poteſt
ligare ſua conſtitutione ſuperiorem. c. Infe-
rior. 21. diſtin. neque ei legem imponere. c. Ve-
nientes. de iureiur. & ſic etiam ſi ſtatuta in ſy-
nodo non eſſent approbata; non poſſet illud
ſtatutum tollere priuilegia clericis conceſſa,
vt ſcilicet vti poſsint etiam ſtatutis laicorũ.

Et dato quod laici id ſtatuere potuiſſent,
non tamen d. Reuerendiſsimus prohibetur,
vti beneficio ſtatuti obligãtis villam: etiam ſi
ſpecialiter in ſynodo non ſit compræhenſum:
20 nam ſufficit † effectus. l. Si tamen ſine culpa. ff.
21 de ædili. edict. qui magis † attenditur quam
verba. l. Si filiusfamilias. la prima. ff. ad Senat.
conſ. maced. in fine: ſed ſtatuta ipſa ſeruãtur
etiam cõtra clericos in foro ſeculari: ergo &c.
Et hoc maximè procedit ſecundum intentio-
22 nem ſtatuentium, quæ † intentio debet eſſe
conformis iuri communi. c. Cum dilectus. de
conſuct. & nulla poteſt inrentio eſſe, niſi quod
clerici etiam contra ſe ſubeant ſtatuta; prout
ſequitur Socin. in conſ. 97. abundè, & ſubtiliter
in principio colum. 2. volum. primo, quoniam
23 etiam † contra propriam verborum, ſignifica-
tionem fit interpretatio, vt attendatur inten-
tio legiſlatoris. c. Intelligentia. de verb. ſignif.
& talis, ne ſtatutum reddatur irrationabile. c.
Erit autem. 4. diſtin. quod debet ſemper eſſe
commune omnium ciuium. vt ibi in textu: id
quod ſummitur in præfatione. d. ſtat. in quin-
ta Rubrica: dum diſponitur, quod qui vult vti
beneficio ſtatutorum, & alterius illud etiam
24 in fauorem conferentis recipiat, à qua † præ-
fatione verba ſequentia recipiunt interpreta-
tionem. l. Item. §. fin. ff. de pact. l. Titia. §. Idem
reſpondeo. ff. de verb. oblig. Sed quis ignorat
huiuſmodi ſtatutum etiam contra perſonas
Eccleſiaſticas obſeruari de facto; cum nuper-
rimè pro reſarciendo fœnili Illuſtriſsimæ Do-
minæ Marphiſæ moniales Sanctæ Claræ, pro
poſſeſsione, quam habent in illa villà, & ego
ipſe pro beneficio Sanctæ Magdalenæ, onus
ad proportionem ſupportauerimus? ita quod
25 ex effectu † ſtatuta ſunt approbata, ergo, &
perſonæ Eccleſiaſticæ contra laicos eodem ſta
tuto vti poſſunt. cap. Cum veniſſent. de eo,
qui mitt. in poſſeſsio. & diffusè colligitur ex
allegatis per Tiraq. de retract. conſang. §. 1.
Gloſ. 13. num. 2. & quando denegatur huiuſ-
modi beneficium, dicitur venire contra liber-
tatem Eccleſiæ, ex ſupra allegatis; & tradit
ipſe Tiraq. vbi ſuprà; quia tollitur priuilegiũ
à iure communi conceſſum. vt dixi, & eſt
theorica Bart. in l. Nequid. ff. de incend. ruin.
nauf. vbi dicit, quod villa tenetur ad emen-
dationem damni dati in ea, ſi ſciuerit deli-
26 ctum in ea commiſſum: & ſciuiſſe † præſumi-
tur, ſi publicè à maiori parte ſciatur, & eſt
commune dictum, vt per Abb. in cap. 1. nume.
octauo. de reſtit. ſpol. & multa ad propoſitum
adducit Rimin. in conſil. 391. numero 13. &
præcipuè textum in l. Iure prouiſum. C. de Fa-
bricen. libro vndecimo. Immò ex diſpoſitio-
ne ſtatutorum reperitur cautum, quod clerici
gaudeant eorum beneficio; dum in præfatio-
ne dicitur, quod clerici admittantur ad bene-
ficium ſtatutorum, quatenus ea etiam contra
27 ſe patiantur. Quæ præfatio † dicitur ratio,
vt cauſſa finalis ſtatutorum. Alex. in conſil. 7.
numero quinto. in ſecundo volum. Bald. in l.
final. numero 2. ff. de hæredita. inſtitu. Lap.
in prædicta allegat. 101. numero 24. verſiculo
circa ſtatutum. deciſ. pedam. 52. numero 10.
28 & 11. omnis enim † diſpoſitio ſtatuti reſtrin-
gitur ad exordium. ſecundum allegata, & ma-
xime per Lap. in prædicta allegatione 101. &
ſic ſtante quod in effectu ſtatuta laicorum ſer-
uantur etiam contra clericos; reſultat indubi-
tata concluſio, quod etiam ſecundum diſpoſi-
tionem ſtatutorum clerici ad eorum benefi-
cium admittantur: & præſertim omnis eorum
generalitas, reſtringitur quo ad clericos, ad
ſpecificata; dum voluerunt ſequi diſpoſitionẽ
Bullæ Bonifacij; quæ conceſſa fuerat Ferra-
riæ: quæ tamen non prohibet caſum præſentẽ:
29 & generalitas † reſtringitur ad ſpecificata. l.
Legata. ſecundo reſponſo. ff. de ſuppel. leg.
Bar. per illum textum. il primo. l. Quæſitum. §.
final. colum. 4. ff. de fund. inſtrum. & hoc pro-
bat textus in l. In toto. iure. ff. de regul. iur.
vbi Dec. numero ſeptimo, cum ibi per eum al-
legatis: ſit vt diſpoſita per generalitatem,
quo ad clericos, non excedant diſpoſita in
Bulla prędicta, ergo non comprehendit caſum
de quo agitur.

30 Neque clericus † dicitur forenſis, licet non
ſit ſub iuriſdictione laicorum: vt latè probat
Dec.

Digitized by Google

Deci. in conſil. 114. numero primo, propè fi-
nem. & in hoc multa poſſent allegari, quando
dubitaretur. Reuerendiſsimus Epiſcopus igi-
tur, licet Ferrariæ reſideat, dicitur etiam di-
ſtrictualis Carpi, & Noui, reſpectu bonorum:
31 quia quiſquis† dicitur habere domiciliũ, vbi
rem habet, & ibi conuenire, & conueniri po-
teſt. Innocen. in cap. Ex parte. de for. compet. &
latè Bathol. Cœpo. de ſeruit vrban. præd. cap.
27. cap. fin. de for. compet. l. fin. C. vbi rem act.
& hæc tantò magis procedunt cum beneficiũ
huiuſmodi, etiam de iure communi, ſit con-
ceſſum, vt ſupra probauimus; quod tolli non
poteſt ſine fractione libertatis Eccleſiaſticæ,
& interitu animæ: vnde puto Reuerendiſsi-
mum Epiſcopum fouendum eſſe, Saluo, &c.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXVII.

Coloni Eccleſiarum, An ſoluant Gabellas?

SVMMARIVM.

1 *Coloni ſoluunt Gabellam pro fructibus.*
2 *Emphytheuta Eccleſiæ grauari poteſt à Domino.*
3 *Emphytheuta Eccleſiæ non ſoluit Gabellam, nec etiam pro melioramentis. & num. 5.*
4 *Emphytheuta priuati tenetur ad Gabellam.*
6 *Res tranſit cum ſua immunitate.*
7 *Coloni partiarij Eccleſiæ non tenentur ad Gabellam. & num. 8.*
9 *Coloni rerum exemptarum, ſunt etiam exempti.*
10 *Priuilegium conceſſum rei, tranſit ad omnes eam poſſidentes.*
11 *Coloni rerum Principis ſunt exempti.*
12 *Maior eſt præeminentia Eccleſiæ, quam Principis.*
13 *Conſuetudo habet vim priuilegij.*
14 *Conſuetudo attenditur in contractibus.*
15 *Vſus immemorabilis eſt conſuetudo.*
16 *Vna pars populi poteſt introducere conſuetudinem.*
17 *Ruſtici faciunt ſibi conſuetudinem.*
18 *Collegium priuatum facit ſibi conſuetudinem.*
19 *Obſtetrices faciunt ſibi conſuetudinem.*
20 *In priuatis non cadit præſcriptio, ſed conſuetudo, ſicut in vectigalibus.*
21 *Conductores Gabellarum, innouando cadunt in pœnam exilij.*
22 *Noua vectigalia dicuntur ea, quæ non erant in vſu.*
23 *Gabellarij exigentes ea, quæ non erant in vſu, tenentur ad reſtitutionem.*
24 *Opinio Federici in conſ. 111. non procedit in rebus priuilegiatis, ſed in perſonis.*
25 *Exemptio Eccleſiæ, eſt de iure diuino, canonico, & ciuili, & num. 26. & 27.*
28 *Sua dicuntur ea de quibus poteſt ad libitum diſponere.*
29 *Fructus coloni ſunt hypothecati domino pro honorantia.*
30 *Fructus dicuntur deductis expenſis.*
31 *Colonus partiarius, non ſubit onera pro fructibus.*
32 *Colonus ſolum tenetur pro fructibus ſuperabundantibus operum, & expenſarum.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

COnductores Gabellarũ Terrę Car-
pi inſtant colonos Eccleſiarum
ſoluere Gabellã pro Beſtijs ven-
ditis; ad quam coloni prætendũt
non teneri, & requiſitus reſpon-
di, vt aliàs & infra.

Si quidem Feder. de Sen. in conſil. 111. inci-
pit, An diœceſanus: num. 9. tradidit quod pars
qua contigit colonis, non ſit priuilegiata; ita
vt ait Rip. in 3. libro reſponſ. in 2. reſponſo. de
1 Eccleſ. ædific. coloni † pro fructibus à ſolo ſe-
paratis, qui ſunt ſui, Gabellam ſoluere de-
bent. eoſque cum Specul. titu. de immun. Ec-
cleſ. ad finem. ſequutus eſt Nat. in conſ. 218. nu.
8. in 2. volum.

Sed in contrarium ſtat veritas, vt infra pa-
tebit; & cõcluſio procedit tã pro emphytheu-
tis Eccleſię, quàm colonis, nam quòad emphy-
theutas firmatur regula, quod nemo debet du-
plici onere grauari: vnde emphytheuta du-
pliciter grauaretur, ſi dominus temporalis eũ
2 grauare poſſet; cum, & ipſe † onerari valeat ab
Eccleſia; ita eleganter tradit Bart. in l. Priua-
tæ. C. de excuſat. mun. lib. 10. & eum in termi-
nis ſequutus eſt Petr. de Vbald. in conſil. 2. de
collect. vbi in fortioribus terminis concludit
emphytheutam Eccleſiæ pro re liuellata ne-
3 dum ad Gabellam non teneri, ſed neque † pro
melioramentis in ea factis, & eum refert, &
ſequitur Boſſ. in lib. variar. reſolut. tit. de prin.
numero 128. qui dicit quod licet emphytheu-
4 ta † priuati ſecundum aliquos ad datia tenea-
tur per l. 2. Cod. de iur. emptio. iuncta Gloſ. in
5 verbo, Apocaſ. id tamen fallit † in emphytheu-
ta Eccleſiæ, ad doctrinam Bart. in l. Licitatio.
§. fin. ff. de publ. & ita ſcriptum reperitur ab
Anton. Scap. de iur. non ſcript. titu. de princip.
& illorum poteſt. cap. 29. & à Pet. Duen. in reg.
100. in 1. 2. & 3. ampliat. & eſt ſumma ratio quia
6 res eſt immunis, & tranſit † cum ſua immunita-
te, vt infra dicitur.

Et

Et prædicta concluſio procedit etiam pro
7 colonis partiarijs, qui † non tenentur ad Ga-
bellam pro fructibus in re Eccleſiæ perceptis.
ad tradita per Duen. in regula prædicta & Boſ.
eod. tit. de prin. num. 174. dicens quod quando
priuilegium immunitatis eſt datum rebus, co-
8 loni, qui res ipſas colunt † ſunt etiam exem-
pti; & ita conſuluit Ferrariæ in caſu contingē-
ti pro æquite hyeroſolomitano, de Sacratis.
Decian. in reſponſione. 51. lib. 3. qui eſt viden-
dus. Grat. reſponſ. 130. nu. 6. 7. & 8. libr. 1. & hæc
fuit opinio Gl. in Clem. 1. in verbo, Excolentes.
de decim: quæ communiter eſt approbata, vt
refert Socin. in conſ. 297. Viſo priuilegio. col. 2.
9 dicens quod ſi terræ † ſint exemptæ, coloni eas
excolentes gaudent priuilegio. & idem dixit
Abb. in c. Ex parte. il 1. nu. 4. & 5. & ibi Imol. nu.
14. de decim. & iſtam opinionem tenuit Rot.
deciſ. 363. aliàs 5. de priuil. in antiq. dicens qđ
10 priuilegium † rei conceſſum ſequitur rem ad
quēcumq; vadat. & ſequitur Abb. in conſil. 9.
vol. 1. ver. ad ſecūdum. de colono. de qua re eſt
text. Clarus in l. Aetatem. §. rebus. ff. de cenſ. di
cens quod priuilegium datum rebus, nunquā
extinguitur; & ſic immunitas fundo conceſſa
tranſit ad quoſcunq; l. 1. §. permittitur. ff. de
aq. quot. & eſtiu. vbi quod prædijs datur non
extinguitur cum perſona: de quo latè ſcripſit
Decian. in d. reſponſ. 51. num. 14. & ipſi condu-
ctores Gabellarum in dies probant, quia con-
11 ductores † poſſeſsionum Principis, & coloni,
non ſoluunt aliquam gabellam, ex priuilegio
conceſſo rebus Principis. l. Semper. §. condu-
ctores cum. §. ſequenti. ff. de iur. immun. l. 1. C.
de priuil. dom. aug. libr. 11. & clarum eſt quod
12 ineſt maior † præeminentia in Eccleſia quàm
in principe. c. Duo ſunt. & c. ſeq. 96. diſtin. & cō
ſequenter idem, & imò magis ſeruare debent
colonis Eccleſiarum.

Adeſt etiam immemorabilis conſuetudo in
d. terra, vt coloni prædicti non ſoluāt pro quā
13 titate honorantię, quæ habet † vim priuilegij
à principe emanati. c. Super quibuſdam. §. præ
terea. & ibi Gl. de verb. ſignif. Ferret. in conſil.
349. num. 18. in 2. part. Caputaq. deciſ. 56. nu. 2.
in 3. part. & eadem eſt ab iſtis modernis con-
ductoribus obſeruanda: quia in contractibus
14 † attenditur conſuetudo. ad notata per Parid.
de Put. de Synd. §. Conſuetudo. num. 5. licèt ali
qui dixerint illam verè non eſſe conſuetudi-
nem, quæ ab vniuerſitate populi non ſit intro-
ducta, ſed habere titulum præſcriptionis. nam
Balb. in titulo de præſcript. in 2. part. princ. q.
15 4. nume. 4. ad finem concludit, quod vſus † tan-
ti temporis cuius initij non ſit memoria, eſt
propriè conſuetudo: & quod ſufficiat allega-
re quaſi poſſeſsionem non ſoluendi, etiam ſine
Principis ſcientia quod ſequitur Alex. in con-
16 ſil. 6. num. 8. in 1. volum. Imò vna pars † populi
poteſt inducere conſuetudinem in his, quæ ad
eam pertinent: ſicut notat Bart. in l. 2. n. 18. ver.
Iuxta hoc quæro, an certa pars populi. C. quæ
17 ſit long. conſuet. ſicut videmus quod ruſtici †
faciunt ſibi conſuetudinem in modo teſtandi.
18 l. fina. Cod. de teſtamen. & collegium † priua-
tum: vt atteſtatur Abb. in ca. Quæ in Eccleſia-
19 rum. num. 7. de conſtitut. & obſtetrices † etiam
ſibi faciunt conſuetudinem. l. 1. §. 1. ff. de variar.
& extraord. cogn. in quibus non cadit præſcri-
ptio ſed conſuetudo. Bal. in conſi. 270. nume. 1.
volum. 3. Dec. in conſil. 48. nume. 2. dicens quod
20 in † vectigalibus non cadit præſcriptio. Ex qui
bus patet quod dicti gabellarij fruſtra tentāt
dictos colonos grauare, qui neq; poſſunt inno
uare ex pactis cum Sereniſsima Camera ini-
tis, quæ eis locauit iuxta ſolitum, & innouan-
21 do † incidunt in pęnam exilij perpetui. l. fina.
c. Nou. vectig. Imponere enim noua vectigalia
ſolus Princeps poteſt. vt refert Bettach. in ti-
22 tu. de Gabell. in princ. 1. part. & illa † dicuntur
noua vectigalia, quæ non erāt in vſu: vt notat
Bald. in conſil. 270. nume. 3. & ſi quid exigunt †
23 quod non fuiſſet in vſu, tenentur ad reſtitu-
tionem. Capic. deciſ. 148. num. 2 ex quibus re-
manet indubitata concluſio quod coloni Ec-
cleſiarum, ſicut nec emphytheutę tenentur ad
aliquam gabellam pro fructibus recollectis in
re Eccleſiæ.

24 Nec obſtat † dictum Fed. de Sen. in allega-
to conſil. 111. quia ſi contra prædictam conclu-
ſionem interpretatur, ab omnibus reprobatur.
in l. Placet. C. de Sacroſ. Eccleſ. ſed procedit ſo
lum in caſibus, quando priuilegium ſit conceſ-
ſum perſonæ, & non rebus; vt atteſtatur Boſ. in
eod. tit. de princ. num. 174. & Iacob. Graff. in 1.
parte. lib. 2. c. 125 num. 28. in deciſ. aureis. ſecùs
verò ſi ſit datum rebus, quod nunquam extin-
25 guitur: & priuilegium † exemptionis conceſ-
ſum rebus Eccleſiæ, eſt de iure diuino, vt pa-
tet. in Geneſi. c. 47. propè finem. ibi abſq; terra
26 ſacerdotali & de † iure Canon. vt in ca. non mi
nus de immun. Eccleſ. & c. Quanquam. de cēſ.
in 6. & in omni iure Canonico, & etiam de iu-
27 re † Ciuili, d. l. Placet. & l. Priuilegia. C. de Sa-
croſan. Eccleſ. & l. 2. & in auth. item nulla Com
munitas. C. de Epiſc. & Cler.

Imò quandocunq; dictū Federici procede-
ret ēt in priuilegijs rebus cōceſsis, qđ tn̄ eſſet
abſurdū; non poſſet habere locū niſi in ea par-
28 te, quæ verè eſſet colonorū; & illa † dicuntur
ſua de quibus quis ad libitū poteſt diſponere.
29 l. Is qui ſuis nummis. ff. de manumiſ. ſed fructus †
contingentes colono ſunt domino hypotheca
ti ꝓ honorātia: ſicut cōtingētes emphytheutę
pro ſoluēdo liuello, ſeu Canone. l. Si in lege. §.
Si colonus. cum ſua Gl. ff. locat. & ſi dictū proce
deret ſolum pro illa parte quæ deducta hono-
rantia, & liuello ſupereſſet; & ita ſentit Imol.
in Clemen. 1. de decim. num. 14. verſi. Si autem
ſint cenſuales, vbi dicit quod coloni non te-

nentur ſoluere decimā de cenſu, quem ſoluūt
religioſis; ſed ſolum quatenus vltra valorem
30 cenſus percipiunt. Imò fructus † non dicuntur
niſi deductis expenſis. Gl. in ca. Grauis. in ver-
bo, fru ctus, de reſtitut. ſpol & tradunt commu
niter Doct. in l. Fructus. ff. ſolut. matrim. & no-
tat Bart. in l. Si merces. § vis maior. ff. locat. &
ſequitur Bertach. in tit. de Gabell. in 2. memb.
8. part. princ. nume 8. & fuit ita deciſum in Pe-
dam. deciſione 83. vbi dicitur quod colonus
31 † partiarius non debet ſubire onera pro fru-
ctibus perceptis coloniæ; quia eos habent lo-
co operum, laboris, & ſumptuum in cultura
32 factorum; concludens, quod ſi quid eis † ſu-
pereſſet; eorum ratione ſuperabundantiū de-
berent onera ſubire; & idem tenuit Angel. de
teſtam. in Gl. 21. num. 13. Ex quibus datur intel-
ligi, quod quādo opinio Federici valeret in co-
lonis Eccleſiæ, non procederet tamen niſi pro
fructibus habitis ſoluta honorantia, & dedu-
ctis expenſis.

Neq; obſtat Rip. in allegato reſponſo 2. de
Eccle. ædific. cum Natt. conſ. 218. quia loquun-
tur de onere perſonali. Imò ipſe Nat. ibi. nu. 7.
fatetur doctrinam Barto. in d. l. Priuate. C. de
de mun. & hon. procedere in oneribus, quæ im
ponuntur colono pro rebus Eccleſiæ: alia verò
pro his, quæ imponuntur ipſi colono. & Rip.
vlterius loquitur de colonis, qui vendebant
vinum cauſſa negotiationis: vt ibi. num. 17. quo
caſu nec etiam Clerici ſunt immunes. Vnde re
ſtat indubitata concluſio, quod iniuſtè Gabel-
larij agunt in caſu propoſito; & quod coloni
non tenentur ad petitam gabellam & maximè
quia princeps habet ſuperiorem; vt dixi in fi-
ne conſ. 71. & ex alijs ibi annexis: & ita iuris
eſſe cenſeo. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXVIII.

Hypotheca an amplectatur bona emphyteutica Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteuſis Eccleſiæ hypothecari poſſunt.*
2 *Hypotheca ſimpliciter facta de omnibus bonis, nō amplectitur bona emphytheutica Eccleſiæ.*
3 *Hypotheca in bonis Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi non valet.*
4 *Quæ ſpecialiter obligari non poſſunt, non veniunt in generali obligatione.*
5 *Hypotheca ſpecialis in melioramentis, valet.*
6 *Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis.*
7 *Voluntas domini ſuper re deuoluta, inſpicitur etiā ex coniecturis.*
8 *Alienatio emphyteuſis irrequiſito domino, inducit caducitatem ipſo iure abſq; ſententia.*
9 *Reſoluto iure dantis voluntariò, non reſoluitur ius accipientis; ſed ſolum ſi neceſſariò; ideſt coactè, medio iudicio.*

Da mihi Domine virtutem.

FACTI SPECIES.

DOminus Claudius pro certis pecu-
nijs obligauit omnia ſua bona Do-
mino Thaddæo, in quibus bonis e-
rant quædam bona emphytheutica
Eccleſiæ, ſeu Monaſterij Sanctę Claræ: vnde
quæritur an ex dicta generali hypotheca, di-
cta bona emphytheutica ſint comprehenſa?

Pro qua reſolutione prima facie videtur bo
1 na huiuſmodi hypothecata intelligi debere; ad
Gloſ. communiter approbatam in l. 3. in ver-
bo. alijs vendere. Cod. de iur. emphy. & tradit
Iul. Clar. in ſua pratica, §. Emphyteuſis. quæſt.
18. & ſequitur Emanul. Soarez, in libr. recept.
ſent. in verbo emphyteuſis. nu. 105. Sed pro ve
ritate in præſenti caſu ſtat opinio contraria:
2 nam quando hypotheca † ſimpliciter eſt facta
in tota re debitoris, nunquam intelligitur fa-
cta de bonis Eccleſiæ. l. fin. C. de reb. alien. non
alien. c. Nulli. de reb. Eccleſ. non alien. c. Abba-
tibus. 12. q. 2. Bero. q. 95. Caputaq. deciſ. 17. in
1. part. Alex. conſ. 4. num. 6. in 3. vol. ſicut etiam
3 hypotheca † facta in tota re emphyteutica Ec
cleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi non valeret. d. c.
Nulli. & c. Abbatibus. quia ea, quæ ſpecialiter
4 † obligari non poſſunt, non veniunt in gene-
rali obligatione. l. Speciem. C. quæ res pignor.
oblig. poſſ. ſecùs verò ſi obligatio in ſpecie de
re emphytheutica fuiſſet facta; quia in melio-
5 ramentis † tantum valeret, etiam domino ir-
requiſito. Iaſ. In l. 3. nu. 82. & 83. C. de iur. em-
phy. ſed ſi emphytheuſis deuolueretur domi-
no cum melioramentis, hypotheca eſſet extin-
6 cta: quia reſoluto † iure dantis, reſoluitur etiā
ius accipientis. Alex in conſil. 173. num. 5. & 6.
volum. 2. vbi declarat. l. Lex vectigali ff. de pi-
gn. & concludit quod quando emphyteuſis
deuoluitur propter delictum emphyteutæ, q̄d
etiam ius pignoris iam dudum conſtitutum
eſt reſolutum: dum tamen dominus velit. &
ad idem Caſtren. in conſ. 68. nume. 2. in 2. part.
qui dicitur velle, nedum quando hoc expreſ-
7 sè declarat, ſed etiam quādo † coniecturis hoc
inſpiciatur. vt tradit Benint. in Rot. Bonon. de-
ciſ. 4. & per Corbul, in tractat. de cauſ. priuat.
emphy. rit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Canon.
ampliat. 45. num. 8. & ſeq. & ſi facta fuiſſet alie-
8 natio † emphyteuſis irrequiſito domino, res
cadit ipſo iure, nulla præcedente ſententia.
Paul. de Caſtr. in conſ. 68. in 2. part. & ſic hypo-
theca non poteſt valere in bonis emphyteu-
ticis Eccleſiæ; quia adueniente caſu reſolutio
nis, reſoluta eſt etiam hypotheca. de quo iure
reſoluto diſtinguit Bart. in l. In diem. ff. de a-
qu. pluu. arcen. inter voluntariam, & neceſſa-
riam: quam diſtinctionem conciliat Cagnol

in l. 2,

in l.2.C.de rei vend.nu.120.dicens eſſe commu
9 nem opinionem quod ſi per viam † iudicij fiat reſolutio intelligitur coactè, & ſic neceſſariò facta; non autem voluntariè; & reſolutum eſt etiam pignus, ſeu hypotheca, ſecùs, ſi voluntariè †& ſic agitur in iudicio in caſu præſenti; hypotheca nullius erit momenti, & ita iuris eſſe arbitror. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXIX.

Concubinarium delictum à quo puniri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Laicus concubinarius poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico.*
2 *Concubinarius non excommunicatur niſi præceſſerit trina monitio.*
3 *Brachium ſeculare concedi debet, & quando nume.4.*
5 *Brachium ſeculare nec peti, nec impartiri debet, ſi Eccleſiaſticus omittat ea facere, quæ debet.*
6 *Verba debent verificari in ſuis qualitatibus.*
7 *Vbi verba non conueniunt, non eſt locus diſpoſitioni.*
8 *Clericus notorius concubinarius, eſt euitandus, et ab Eccleſia arcendus.*

Dominus illuminatio mea.

1 CONcubinarius† laicus etiã ab Eccleſiaſtico Iudice puniri poteſt. Clar. in ſua prat.crim. in §. fin. q. 37. ſeruata tamen forma à Conc. Trid. data; ſcilicet vt antequam
2 †ad excommunicationem deueniatur præcedat trina monitio: & mulieres etiam monendæ ſunt eo ordine, & ſi inobediẽtes ſe reddant, poterunt extra diœceſim ex-
3 pelli; inuocatio etiam† brachio ſeculari: quod quidem brachium concedi debet, ſaltem quã-
4 do Eccleſiaſticus non habet aliud quid faciẽdum. c. Cum non ab homine. de iud. vbi Doct. & tradit Follet. in ſua prat.crim.can.in 2. par. c.10.num.15.& 60.quod etiam Conc. infert ſed
5 ſi omittat† facere ea, quæ facere debet; neq; peti, neq; impartiri debet: vnde ſecularis poteſt petere, & perquirere an iuſtè petatur: qđ notat Oldr. in conſ. 89. cum alijs qui allegari poſſent. Quare attendi debet diſpoſitio Cõc. in c.8. ſeſſ. 24. dum loquitur de laicis vtriuſq; ſexus. & in c.14. ſeſſ.25. vbi tractat de clericis:
6 quia verba † debent verificari in ſuis qualitatibus. Bart in l. Talis ſcriptura. §. fin. verſ. Quæro ergo. num.4. de leg.1. & in l.1. §.1. ff. ne quid
7 in flum. pub. quia ſi non † conueniunt non eſt locus diſpoſitioni. l. Dies cautioni. §. Totiens. & ibi Bar. ff. de damn. infecto. cum ſimilibus.
8 Et quando Clericus † ſit notorius concubinarius euitandus eſt. c. Præter hoc. 23. diſt. & arcendus ab ingreſſu Eccleſiæ. c. Si quis ſunt 81. diſt. & tradit Diaz. in ſua prat. crim. can. ca. 73. & ita iuris eſſe puto. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXX.

Rector an teneatur facere inueſtituram rei emphytheuticæ.

SVMMARIVM.

1 *Quod à principio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit.*
2 *Ex actu nullo, omnia quæ ſequuntur ſunt nulla.*
3 *Alienatio rei Eccleſiæ duo requirit copulatiuè.*
4 *Alienatio rei Eccleſiæ requirit cognitionẽ cauſſæ.*
5 *Emphyteuſis dicitur alienatio.*
6 *Alienans rem Eccleſiæ non peccat eam redimendo, ſi malè fuerit alienata.*
7 *Contra factum proprium quando quis poteſt venire, & num. 8.*
9 *Clerici tenentur repoſcere bona Eccleſiæ malè alienata.*
10 *Non peccat qui facit ſecundum legem, & nume. 11.*
12 *Peccat qui præcepta legis non obſeruat.*
13 *Negligentia Clericorum in non recuperando bona Eccleſiæ punitur.*
14 *Emphyteuſis Eccleſiæ nõ poteſt fieri in proximos.*
15 *Clericus tenetur ad reparationem Eccleſiæ.*
16 *Fructus rei Eccleſiæ diuiduntur in tres partes.*
17 *Ceſſante cauſſa alienationis, non fit alienatio.*
18 *Alienatio rei Eccleſiæ non fit quando fructus ad reparationem ſufficiunt.*
19 *Emphyteuta non liberatur, ſi res pro parte ſolum pereat.*
20 *Modicum damnum ab hoſtibus datum non conſideratur.*
21 *Caſus belli quando non inducat cauſſam alienationis.*
22 *Sterilitas, quæ non habet cauſſam perpetuam, nõ eſt in conſideratione.*
23 *Rector poteſt rem alienatam repoſcere ſi alienatio ſit damnoſa.*
24 *Vtilitas Eccleſiæ conſideratur etiam ad futura.*
25 *Alienatio Eccleſiæ eſt nulla, etiam ſi ad futurum ſit damnoſa.*
26 *Non egent probatione, quæ conſtat ex euidentia facti.*
27 *Alienatio rei Eccleſiæ requirit, quod aliter fieri non poſſit.*
28 *Quæ ſint contra naturam emphyteuſis Eccleſiæ.*
29 *Emphyteuſis Eccleſiæ non tranſit ad extraneos.*
30 *Verbum euidens importat rem claram.*
31 *Si, dictio importat conditionem.*
32 *Delegati habent ſolum quod eſt expreſſum.*

33 Gratia non debet aliquo vitio notari.
34 Cauſſa falſa reddit nullum decretum.
35 Citatio requiritur, vbi requiritur cauſſæ cognitio.
36 Citatio ſaltem generalis requiritur.
37 Citatur Eccleſia, de cuius praiudicio agitur, & num. 40.
38 Si per diligentem inquiſitionem; importat neceſſitatem citationis.
39 Confirmatio non fit, niſi purificatis cōditionibus.
41 Decretum nullum non facit rem iudicatam.
42 Diligentia requirit ſubtilem inueſtigationem.
43 Delegatus Principis quando non ſubdelegat. & nu. 44. & 45.
46 Confirmatio fit de omnibus inſtructis.
47 Examinatio teſtium eſt actus iuriſdictionis.
48 Delegati debent perficere omnem actum iuriſdictionis.
49 Breuitas temporis tollit praſumptionem decreti.
50 Auctoritas Papa non ſupplet defectum cauſſa.

Illumina cor meum Domine.

FACTI SPECIES.

IN propoſita quæſtione multi eruditiſſimi viri Theologicæ & Ciuilis profeſſionis, eleganti ſcriptura, ita contra Reuer. modernum Rectorem Eccleſiæ Ciuitatis Nouæ diœceſis Mutinenſis tradiderunt, vt ab ouo vſq; ad mala, videātur ſe gladio iugulare; qui in ſua opinione permaneant; & ego quid ſentiam in corde dicam. Relictis ab eis allegatis, ad alia deſcendam neceſſaria: & primò perſcrutari mihi neceſſe videtur de validitate emphyteuſis; quia quando fuiſſet inualida, ceſſarent omnia allegata; ad quod implorato diuino ſuffragio deſcendam.

Pro qua reſolutione aduerto quod ſi em-
1 phyteuſis, † de qua agitur, à principio nulliter fuiſſet conceſſa, conualeſcere poſtea non potuiſſet, c. Auditis. de elect, regula. Non fir-
2 matur. de regul. iur. in 6. ita quod † omnia inde ſequuta fuiſſent nulla. c. Imperiali. 25. quæſt. 2. l. Non dubium. C. de leg. cum ſimilibus. ad qđ
3 cognoſcendum aduertendum eſt ad illa † duo, quæ copulatiuè requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ, ſcilicèt ad formam, & cauſſam. c. 1. de reb. Eccl. non alien, in 6. Clem. Vnica. eod. tit.
4 & quando ſimul concurrant, debet etiā † procedi cauſſa cognita, iuſtè, & legitimè: c. fin. ad
5 finem. vt Eccl. benef. & nomine † alienationis venit etiā emphyteuſis, vt in extrauag. Pauli II. incipit, Ambitioſè. de reb. Eccl. non alien. & tradit Gemin. in c. Hoc conſultiſſimo, n. 4. eod. tit. in 6. quæ omnia ſi ommiſſa fuiſſent; emphyteuſis inualida fuiſſet; & conſequenter allegata ceſſarent, & modernus Rector, imò neq; ip-
6 ſe alienator peccaret, vt ſupponunt allegationes prædictæ, l. Si debitor. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. Caſſad. de iur. par. deciſ. 5. num. 2. nam qui actum facit in ſuo fauore, ſi
7 poſtea ſentiat ſe grauatum poteſt contra † factum ſuum venire. Sebaſt. Van. de null. proceſ. in tit. quis poſsit dicere de null. in prin. quod
8 procedit etiam ſi iuraſſet † non contrauenire. c. Intellecto. de iureiur. & iſtud maximè cōuenit
9 Clericis, qui † repoſcere valent bona ſuæ Eccleſiæ alienata. ca. Non liceat. 12. q. 2. propè finem. c. Præsbyterorum. vbi Gloſ. ad finem. de reb. Eccl. non alien, Rot. de iud. deciſ. 11. alias
10 334. in nouiſſ. & ſic non † peccat; qui iubente lege aliquid facit. c. Qui peccat. 23. quæſt. 4. l. Grachus. C. de adult. quod procedit etiam ſi
11 ſecundū † naturā factum eſſet peccatum. c. Di-
12 xit Moyſes. 24. q. 5. Imò peccat † qui præcepta legis non obſeruat, quia omne factū contra legem diuinam, vel naturalem, aut humanā, eſt mortale peccatum. ſecundum D. Thomam 2. 2. q. 35. & habemus in propoſito tex. in c. Generali conſtitutione, de elect, in 6 & c. Hoc conſultiſsimo. de reb. Eccl. nō alien. eod. lib. & in c. Maximianus. 23. q. 3. in quibus locis apertū eſt Clericos teneri ad recuperationē rerū Eccle-
13 ſiæ: & debent eſſe diligentes circa res Eccleſiæ, aliàs eorum negligentia † punitur. Clem. 2. in prin. de relig. dom. Quibus ſtātibus, reſtat in præſenti caſu videre, An emphyteuſis, de qua agitur, fuerit legitimè celebrata, ita qđ ſubintrēt allegata p dictos cōſulentes cōtra d. Reu. nouū Rectorē; vt teneat facere inſtrumētū cōfirmationis? de quo dicam quid ego ſentiam.

Et ommittendo opinionē illorū, qui volue-
14 runt emphyteuſim † Eccleſiæ fieri nequaq̄ poſſe in pximos Rectoris. de quibus Abb. & Iſn eo annot, in c. Vt ſupra. n. 18. de reb. Eccl. nō alien. & notatur in c. Dilectiſsimi. 8. q. 2. & c. Peruenit. vbi Gl. 1. q. 3. per Iaſ. in vſib. feud. lib. 1. tit. qui feud. dar. poſſ. n. 14. & ego annotaui in cōſi. meo. 72. nu. 6. & 7. in quo defectu reperitur caſus, & cū alij ſint defect⁹ vrgētes: ex eis nullitatē cōtractus, & oīum inde ſecutorū habemus.

Et primò aduerto quod nulla aderat iuſta cauſſa alienandi, aut vtilis, aut neceſſaria; nam cauſſa allegata in inſtrumento alienationis, quod ſcilicet neceſsitas vrgebat quia ædificia egebant reparatione; & terræ bonificatione; corruit, quia cauſſa debet eſſe vera, & legitima; videlicèt qđ aliter prouideri nō poterat; nam quādo prouiſio ſine alienatione fieri pōt, non eſt ad eam deueniēdum; & verbum, neceſſitas, hoc importat, & quæ conditio non adimpletur ſi ædificia poſsint aliunde reparari; & quæ in caſu prædicto debebant reparari ab ip-
15 ſo Rectore alienante, qui † ad hoc tenebatur. cap. 1. de Eccl. ædif. c. fin. de his quæ fiunt à maior. par. cap. c. Si Monachus. 16. q. 1. Cardin. in Clemen. quia contingit. in ſexto uot. de relig. dom. Lamb. de iur. patron. lib. 1. verſic. 3.

6. q.

6.quæſt. princ.& potiſsimum quia habebat bo
16 na Eccleſiæ cum illo onere. Tertia† enim pars
fructuum beneficij pro ſuſtentatione Recto-
ris, tertia ad Eccleſiæ reparationē,& alia ter-
tia pro pauperibus eſt ſtatuta c.Vnio.10.q.3.
Gl.in c.Cū olim, in verbo, Quartæ.de cenſ.Gl.
1.& 2.in ca.Decernimus.10.q.1.& ſic Eccleſia
habebat auctorem qui eam reſarcire debebat
& per conſequens nullam habebat neceſsitatē
17 alienandi,& ceſſante † cauſſa, ad alienationē
deueniri non poterat, ex his, quæ adducit Ti-
raq.in ſuo opuſculo, ceſſ.cau.ceſſ.eff.in 1.p.nu.
18.179.& hoc eſt in iure clarū, quod quādo† fru-
ctus Eccleſiæ ſufficiunt ad reparationē Eccle-
ſiæ, non eſt deueniendū ad alienationē. Auth.
hoc ius porrectum.C.de Sacroſ.Eccl.Abb.in c.
Nulli.n.4.de reb.Eccl.nō alien.latè Iacob.Ber-
ret.in conſ.92.nu.6.& per totū conſi.qui eſt vi
dendus.Rot.deciſ.178.in 2.vol.diuerſ.& quod
fructus ſufficerent ad ſuſtentationē Rectoris,
& ad huiuſmodi reparationē, infra patebit.
Neq; alia cauſſa allegata militum, qui trāſeun
do poterant damnificare terras Eccleſiæ; præ-
terquā quod non conſtat de aliquo damno, ēt
ſi cōſtaret, non opugnabat, quin ædificia ēt re-
ſarciri potuiſſent: nā ille ager pænes viā Clau
diam nominatus, in qua milites tranſitū facie
bant erat bub.72.& reliquæ terræ d. Eccleſiæ,
quæ aſcendebant ad bub.240. erant alibi, vbi
nō imminebat periculū, quæ per ſe ſufficiebāt
ad huiuſmodi onus. Neq; ratio militū allegata
erat vera; quia illi milites, qui tranſitum facie-
bant non erant inimici, à quibus dubitari poſ-
ſet de damno; ſaltē ſufficienti: Imò erant ami-
ci conducti à Sereniſs. Duce Ferrariæ Domi-
no Ciuitatis Mutinæ, de anno eodem, 1557.in
quo facta fuit alienatio; & tranſitus ille fuit
breuis; nec antea, aut poſtea fuit tranſitus mi-
litum; vnde quando etiam omnia bona Eccle-
ſiæ ſubiacuiſſent periculo; non eſſet orta ratio
nabilis cauſſa.argum.l.1.C.de iur. emphy. vbi
19 emphyteuta† non liberatur, ſi; pro caſu fortui
to, res pro parte ſolū pereat: de quo in termi-
nis eſt text.in l.Ex conducto.§.1.ff.loc. & cōd.
& Gl.fin.in c.Vobis.12.q.2.vbi concluditur qđ
20 modicum† damnū datū ab incurſibus militū
hoſtium non eſt in conſideratione: nec præla-
ti poſſunt allegare ſterilitatē temporis, ſi præ-
cedentes anni fuerunt vberes: vnde tantò ma-
gis ille Rector non poterat allegare damnum
ob eam cauſſam; quia milites illi non erant ini
mici, & illorum tranſitus fuit breuiſsimus,
etiam in tempore, quo parum damni inferre
poterant, & numerus illorum fuit paruus; cū
aliunde ille Sereniſs. Princeps conduxerit ma
21 iorem quātitatem ſui exercitus: neq; caſus †
belli, quando in illis partibus fuiſſet bellum,
poterat eſſe in conſideratione ad huiuſmodi
cauſſam inducendam, ſicut tradit Natt.in cōſ.
631.nu.16.& 17.& fortius, quia nulla fuit ex il-
lo tranſitu ſterilitas, & quæ quando fuiſſet, nō
22 habuit† perpetuam cauſſam: ita ſecundū alle
gata notauit Hipp.Rimin.in conſ.5.nu.118. &
205 & ita concludi poteſt quod cauſſa allega-
ta erat falſa: & quod Rector modernus poteſt
23 illum contractum reſcindere: quod poſſet† ēt
ſi fuiſſet vera, quādocunq; reperiatur damno-
ſa; ita Goſr.in tit.de reb.Eccl.non alien.verſic.
alienatio facta contra debitam formam. & cū
eo tranſit.Io. Andr.in d.c. Hoc conſultiſsimo,
nu.1.ad finem.eod.tit.
24 Præterea vtilitas † Eccleſiæ non eſt ſolum
conſideranda ſecundum tempus alienationis
ſed futurum: vt ſcilicet ad futurum tendat ſi-
cut tradit Iacob.Alb.in conſ.34.n.16.& Crau.
in conſ.192.nu.4.& colligitur in tex.c.Sine ex-
ceptione.12.q.2.ibi, vt meliora proſpiciat, iun
ctis illis verbis, quod non ſit dubium profutu-
rum; vt notat ibi Glo.in d.verbo. profuturum.
25 dum vult quod ſi adueniente† tēpore Eccle-
ſia ſit damnificata ex illo contractu, alienatio
ſit nulla, & hoc idem tenuit Natt. in d.conſil.
631.nu.17. dicens, quod in huiuſmodi contra-
ctibus debet eſſe in cōſideratione illud, quod
euenire poteſt. Et in caſu, de quo agitur, ſa-
tis apertè conſtat, quod nedum tempore ad-
ueniente, ſed contractus, adfuit læſio Eccleſiæ:
nam alienatio fuit facta de anno 1557. pro ſcu
tis.108.à lib.4.& de anno 1566. fuit reuocata,
cum addictione libr.200. & viridario, & vna
bub. & omnibus ædificijs per primū Rectorē
factis: quare cognoſci poteſt quod prima alie-
natio fuerat facta in damnum Eccleſiæ: ita qđ
nō ſit neceſſe læſionem probare: quia quæ per
26 † euidentiam facti conſtant, nō indigent alia
ꝓbatione. Inno.in c.Propoſuiſti.de prob. Rol.
à Vall.in cōſ.7.n.90.in 3. vol.qui multa ad pro
poſitū notat. ēt quo ad ſolemnitates. cui me re
mitto: nec ſatis fuit narrare qđ neceſsitas a-
derat, pro ædificijs reſtaurandis; quia oporte-
27 bat probare, qđ alia† via reſarciri nō poterāt:
vt notat Abb.in c.Nulli.nu.5.de reb.Eccl. non
alien.ibi. vt ſi debita vrgent Eccleſiā, nec pōt
de fructibus ſatisfacere. Id autē factū non fuit
in præſenti caſu, ergo nulliter fuit actum. Imò
contractus ille præſumitur ſimulatus.& dolo-
ſus ex inſolitis pactis, & contra naturā emphy
28 teuſis appoſitis: videlicet qđ ſit perpetua, †
alienabilis ēt in extraneos. vt refert Ioſeph.Ma
ſc.in cōcl.444.n.6.7 & 8 & Fab.de Mon.in trac
de empt.& vend.q.7.prin.n.9. nā emphyteuſis
Eccleſiaſtica de ſua natura nō cōcedit in ꝑpe-
tuū. vt in d.c.Nulli.& c.Hoc cōſultiſsimo. Neq;
29 † ad extraneos eſt trāſitoria. Cor.vbi de cōi.in
conſ.99.n.6.Alex.in conſ.56.n.3.vol.2.Dec.in c.
in Præſentia, n.48.de prob.Imol.in c.Potuit.nu.
14.de loc.& cond. & ſic conſtat de nullitate.
Neq; obſtat decretū interpoſitū à delegatis
q̃a pro nō lato haberi dēt ex infra dicendis: &
primo gratia ſi ineuidentem per illud verbum

39 † euidens, importat qđ res de qua agitur ſit
clara, aperta, & nota, l. Teſtamento, vbi Bal. C.
31 de ſuis, & legit. & illa † dictio, ſi, importat cō-
ditionem, l. Demonſtratio. §. an ſi conditiona-
liter. ff. de cond. & demon. l. Ex facto. §. fin. ff. ad
Treb. & ſic oportebat apparere in aperto de
vtilitate Eccleſiæ, & quod omnia narrata eſ-
ſent vera: nam Papa elegit viam ordinariam
quando cauſſam delegauit, quæ in ſe habet co
32 gnitionem iuſtæ cauſſæ, ita quod delegati †
ſolum habuerunt illud, quod fuit expreſſum;
adeò quod per diligentem inquiſitionem de-
bebant veritatem perſcrutari. c. Ad audien-
tiam. de decim. Caputaq. deciſ. 136. nume. 3. in
1. par. & quotieſcunq; non ſeruauerint omnia,
quæ de iure requirebantur, ſolemnitas non di
citur interceſsiſſe: nā vt auctoritas Papæ ſup-
33 pleat defectus; non oportet quod gratia † ali-
quo vitio ſurreptionis noteтur. Dec. in conſil.
142. num. 5. qui eſt videndus. & Natt. in allega-
to conſ. 631. Imò ſi delegati ſeruaſſent omnia
de iure requiſita; ſi tamen aliquis defectus no
34 taretur in cauſſa, vt ſcilicet cauſſa † ad vnguē
non reperiretur iuſta; ille defectus redderet
nullam interpoſitionem decreti: ſicut Rot. fir-
mat. per Seraph. deciſ. 178. in 2. lib. diuerſ. no-
niſſ. ſed in præſenti caſu plures annotantur de
fectus; licèt vnus ſufficiat ad inducēdū vitiū.

Primò enim nulla præceſsit citatio nec ſpe
cialis, nec generalis; ex quo defectus nullita-
tis inducitur; citatio enim requirebatur; nam
35 vbicunq; agitur † de cauſſa, quæ requirat co-
gnitionem; etiam citatio requiritur. l. 2. & ibi
Gl. in verbo præſenti. C. ſi prop. pub. penſ. l. In
cauſſæ. §. cauſſa cognita. ff. de mino. quæ cita-
36 tio, ſi non ſpecialis, generalis † tamen requi-
ritur, ad declarationem. Specul. de citat. §. Se-
quitur videre. verſ. Cæterum ſunt quinq; & li
cèt in præſenti caſu ambæ partes eſſent præ-
ſentes; eorum præſentia nō ſupplebat tertiū,
37 de cuius præiudicio † agebatur, & erat Eccle-
ſia: ſicut egregiè tradit Ruin. in conſ. 60. num.
4. & 5. & in conſ. 86. nu. 5. in 1. lib. de cuius præ-
iudicio agebatur, ne ſcilicet ad deteriorem
ſtatum deueniret. Abb. in c. Nouit. nu. 7. de his
quæ fiunt à præl. ſin. conſ. capit. & facit Clem.
1. de reb. Eccleſ. non alien. quod maximè fieri
debebat in præſenti caſu, ex verbis in cōmiſ-
ſione poſitis: ſcilicet, ſi per diligentem inqui-
38 ſitionem: quæ † verba important neceſsitatē
citationis, Clem. 1. de offic. deleg. cum ibi per
Gloſ. annotatis; in verbo reperirent: & Clem.
1. de conceſſ. præben. in verbo, inquiſitionem.
& ſic iuriſdictio delegatorum erat conditio-
39 nalis; vnde conditionibus † non purificatis;
non poterant venire ad confirmationem. Ol-
dr. in conſ. 41. & conſ. 175. cum ibi per eum al-
40 legatis: ergo Eccleſia † debebat citari de cu-
ius præiudicio agebatur. Guid. Pap. deciſ. 70.
Rot. de dol. & contum. deciſ. 14. alias 684. nota
41 ſi ponatur. in antiq. & cum illud decretum †
fuerit nullum, non potuit in rem iudicatam
tranſire. ca. Inter cæteras. vbi Doct. de ſent. &
re iudic. Rot. per Palleot. deciſ. 427. num. 2. in
3. lib. nouiſſ. & refert. Rol. à Vall. in conſ. 7. nu.
63. volum. 3. vnde non fuit ſeruata illa diligen
tia, de qua indicauit Papa; quando dixit, ſi per
42 diligentem inquiſitionem: nam diligentia †
requirit inueſtigationem ſubtilem omnium
ad caſum facientium; aliàs committitur ne-
gligentia, Bald. in l. Mancipia. C. de ſeru. fug. &
ſic eſt præſumptio doli.

Præterea ipſis delegatis fuerat commiſſa
diligentia, & non alijs, & conſequenter non
poterant ſubdelegare ea, quæ concernebant
iuriſdictionem, quia regula quod delegatus
43 Principis † poſsit ſubdelegare, fallit, quando
ſit electa induſtria perſonæ. vt probat Iaſ. in l.
A Iudice. num. 31. cum fallentijs ab eo cumu-
44 latis. C. de iudic. & quando † agitur de actibus
concernentibus iuriſdictionem. Nauar. in ſuo
manual. confeſſ. c. 27. num. 45. in fine: nam actus
45 † iuriſdictionis alteri demandari non poteſt,
& delegati iſtius cauſſæ nihil per ſe fecerunt
præter ſententiam; quâm etiam præcipitanter
dederunt; cum eadem die, qua ipſis proceſſus
fuit præſentatus, nullo interuallo, & nulla in-
ueſtigatione facta, alienationem confirmaue-
46 runt: licèt confirmatio † fieri debuiſſet de om
nibus inſtructis, vt ait Ruin. in conſ. 48. nu. 12.
lib. 1. inſtructio autem non fuit vſq; modo ha-
bita per ipſos; nam etiam teſtium examina-
47 tio fuit facta à Notario, qui eſt actus † iuriſdi-
48 ctionis, & quem actum, & alia omnia † ipſi per
ſe facere tenebantur. Abb. Felin. & cæteri Cano-
niſtæ in c. fin. §. 1. de offic. deleg. & tradit in ter
minis Specul. tit. de iud. deleg. §. iam nunc di-
cendum. verſ. penult. vnde omnia ſunt nulla.
Blanc in tit. de compro. quæſt. 9. 5. q. prin. num.
29. Pariſ. in conſ. 105. num. 27. in 1. vol. & in cōſ.
95. num. 33. eod. volum. vbi dicit quod breuitas
49 temporis † tollit præſumptionem decreti; &
idem affirmat in conſ. 12. num. 62. in 2. volu. &
eum ſequitur Rol. à Vall. in conſ. 99. nu. 26. in
1. vol. vnde remanet indubitata concluſio qđ
illud decretum fuerit nullum; quia auctoritas
50 Papæ † nō ſupplet defectum cauſſæ; & defe-
ctus cauſſæ nedum apparet ex prædictis ne-
gligentijs: ſed etiam ex defectu Rectoris,
qui tenebatur ipſe conſulere indemnitati Ec-
cleſiæ; & non alienare bona: ita in terminis
Rot. decidit, per D. Seraph. deciſ. 178. de qua
ſupra. & ait Borgnin. deciſ. 46. nu. 427. & per to
tam deciſionem. & ita cum eis reſideo. Saluo,
&c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXXI.

Diſtributionum quotidianarum diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati ſi non ſeruiunt Eccleſiæ ſuæ, non faciunt fructus ſuos.*
2 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.*
3 *Duo ſunt genera diſtributionum.*
4 *Portio quando habeat vim præbendæ, & nu. 7.*
5 *Præbendæ ſunt illæ, quæ dantur pro victu, & veſtitu.*
6 *Portiones quando efficiantur diſtributiones.*
8 *Ius accreſcendi in beneficialibus quando habet locum.*
9 *Portio non ſeruientium quando applicatur Eccleſiæ.*
10 *Puncti quando non poſſunt plus valere; quilibet ſeruit pro ſe ipſo.*
11 *Portio poteſt fieri maior, quando puncti indefinitè ſunt poſiti.*
12 *In mortuarijs ſeruatur ordo portionum, & diſtributionum.*
13 *Portio non ſeruientium quando Eccleſiæ applicatur.*
13 *Tertia pars fructuum applicata diſtributionibus quando accreſcat ſeruientibus.*
15 *Qui non laborat, non manducat.*
16 *Portio non deſeruientium, licèt in fine anni diſtribuatur, ſi computi fiant per dies, & horas, accreſcit ſeruientibus.*

Adſit Spiritus Sanctus.

FACTI SPECIES.

IN erectione Cathedralis Eccleſiæ facta fuit diſtinctio redditus bonorum, vt vna pars pro præbendis vniretur, altera pro diſtributionibus quotidianis: vnde orta eſt inter Canonicos differentia, & inter ipſos, & Epiſcopum. Aliqui enim prætendunt habere locum ius accreſcendi, quando deficiat ex parte altera obſequium: Epiſcopus verò prætendit illam portionem deficientium applicari Eccleſiæ ad diſpoſitionem Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 22. Quare conſultus reſpondi vt infra.

In iure cautum eſt, vt in c. Si Canonici. de offic. Ordin. in 6. & in c. penul. de Cler. non re-
1 ſid. quod Clerici † beneficiati, qui debitum obſequium Eccleſiæ non præſtant; prouentus beneficiorum habere non debeant.

Et in cap. 1. de Cler. non reſid. in 6. dicitur
2 quod diſtributiones † quotidianæ nõ veniunt appellatione fructuum, quæ dantur pro diurno labore, & vocari poſſunt opera manualia; & idem exponit text. in c. Licèt vobis. de præben. & tradit. Oldr. in conſ. 118. ex virtute gratiæ. & tenuit Rot. deciſ. 134. aliàs 8. de præben. in nouis: ex quorum iurium prouiſione videtur oriri maxima controuerſia, & difficultas, ſed rectè animaduertens omnia ſunt Clara:
3 nam duo † ſunt genera diſtributionum: alia enim pars datur reſidentibus, licèt non intereſſentibus horis Canonicis: & alia ſolum intereſſentibus de quibus diffusè tractat Bero. in quæſt. 114. & Calder. in conſ. 21. de præben. vnde ſi agamus de primo genere, non habet locum ius accreſcendi; quia quamuis portio ſummatur de communi, quando non ſunt præ-
4 bendæ diſtinctæ: habet † tamen vim præbendæ: ſicut recitat Gl. fin. in c. 1. de Cler. non reſid. in 6. & eſt intellectus. ca. Olim. de verb. ſignif. vbi
5 ea, quæ † dantur reſidentibus pro victu, & veſtitu, nuncupantur præbendæ: & de iſto genere loquitur text. in cap. Canonici. de offic. ordin. in 6.

De ſecundo autem genere; & de quo loquitur text. in d. c. 1. de Cler. non reſid. in 6. poteſt habere locum ius accreſcendi ſecundum infraſcriptam diſtinctionem.

Aut fructus rerum Eccleſiæ aſsignatarum in dotatione, ſeu vnione, fuerunt ſimpliciter & pro indiuiſo. & in communi diſpoſiti, vt in-
6 ter ſeruientes diſtribuerentur: & illo caſu † portiones efficiuntur maiores, & minores ſecundum numerum ſeruientium; ſicut recitat Gl. in Clem. vt hi qui. in verbo, pars dimidia. de ætat. & qual. & in Clem. quoniã. in verbo. ſuſtenſus. de vit. & hon. Cler. & ſequitur Card. in d. Clem. vt hi qui. §. illi verò. nu. 22. & in conſ.
7 53. & in huiuſmodi caſu portiones † non habent naturam præbendarum, ſed certam conſequentiam ad numerum ſeruientium: vt cõſiderauit Innoc. in ca. Dilectus. il 1. & ibi Abb. num. 6. de præben. ita quod non eſt, qui poſsit dicere hoc eſt meum, vel tuum, niſi facta diſtributione; & tunc habet locum ius accreſcendi;
8 ita quod portio † quæ contigere potuiſſet ſeruienti, ſi non ſeruiat, accreſcit ſeruientibus.

Aut fuit certa portio aſsignata cuilibet ſeruienti, licèt bona in communi fuerint poſita: quæ portio quamuis diuidatur ſuper punctis diurnis, ſcilicet vt quilibet punctus tantum valeat non tamen auget, aut diminuit portionem alteri: ſed qui non ſeruit, non lucratur, &
9 † portio, quæ ei dari debuiſſet ſi ſeruiſſet, applicatur Eccleſiæ. & ita loquitur diſpoſitio d. c. Si Canonici. & eſt ratio, quia diuiſio eſt facta habito reſpectu ad certam, & terminatam
10 portionem: ita quod puncti nõ † poſſunt plus valere: quia quilibet ſeruit pro ſe ipſo, & ſuccedit diſpoſitio c. 1. de conſuetud. in 6. & ca. 2. Collatione. de appel. eod. lib. nam vnus repræſentat ſolum vnam perſonam, & tantum lucratur quantum punctos habet: ſecùs autẽ quãdo indefinitè ſunt poſiti, vt diſtribuantur in-
11 ter ſeruientes; quia portio † poteſt fieri maior
per

per ius non decreſcendi. & ita conſiderat Card. in d. Clem. vt hi qui, num. 21. nam tunc fructus habent conſequentiam ad ſeruitium, & non ad perſonas: & iſta ratio ſeruari debet
22 etiam † in mortuarijs, vt ſcilicèt quando datur certa, & terminata pecunia pro aliquo officio faciẽdo, diſtributio fieri debeat ſecundũ numerum ſeruientium, & erit maior, vel minor: at quando conſtituitur certa portio cuilibet ſeruienti; non augetur, vel diminuitur.

Et iſtam diſtinctionem non reprobat Conc. in c. 3. 22. ſeſſ. iuncta declaratione Sacræ Congregationis in hæc verba ſcilicet: Differentia eſt inter hoc Caput. & c. 3. 21. ſeſſ. de reform. quod hoc caput tantum loquitur de dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in diſtributionibus quotidianis conuertendam ſeparare poteſt; dato etiam quod diſtributiones non ſint tenues: & quando iſta
23 tertia pars † ita ſubtracta per non ſeruientes ammittatur locis pijs eſt applicanda. At verò c. 3. ſeſſ. 21. loquitur quando diſtributiones ita ſunt tenues, vt negligantur; & iſto caſu tertia
24 pars † fructum à fructibus ſeparata, & in diſtributiones conuerſa, ſi per non ſeruientes ammittatur, proportionabiliter ſeruientibus accreſcit. & ſic amplecti videtur hanc diſtinctionem; vt ſcilicet in vno caſu portio illius, qui defecit in ſeruitio, cæteris ſeruientibus accreſcat: & in alio applicatur Eccleſiæ; quia
25 qui † laborat manducat: & qui non laborat, non manducat: ſicut habetur in d. ca. 3. ſeſſ. 21. ibi quæ inter dignitates, & cęteros diuinis intereſſentes &c. & in cap. 3. ſeſſ. 22. ibi, Si perſonaliter ibi competens ſeruitium, &

Quare in præſenti conſultatione remanet concluſio quod redditus, qui diſtincti ſunt à præbendis, & in communi ſunt redacti, vt diſtribuantur inter ſeruientes, quod portio non deſeruientium accreſcit ſeruientibus. Nec refert quod diatim non diſtribuantur, ſed in fi-
26 ne anni: quia cum fiant † computi pro ratione dierum, & horarum, idem eſt iudicium, ac ſi in dies diſtribuerentur. de quo extat deciſ. Rotæ per Achil. deciſ. 1. aliàs 122. de diſtrib. quotid. in manuſcrip. & ita iuris eſſe cenſeo, Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXXII.

Excommunicatus ob iniuriam factam Clerico, à quo abſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus abſoluit percutientem leuiter Clericũ, & nu. 3.*
2 *Diſtinctio inter leuem, mediocrem, & enormem iniuriam.*
4 *Inijcio, verbum, declaratur.*
5 *Iniuria conſiſtit in ſolo conuicio, ſine percuſſione.*
6 *Aqua, vel puluere, aut ſaliua aſpergere Clericum animo irato, eſt atrox iniuria.*
7 *Leuis iniuria in Eccleſia, aut theatro, dicitur enormis.*
8 *Epiſcopus non abſoluit iniuriantem Clericum leuiter in loco publico.*
9 *Eccleſia dicitur cætus religioſorum.*
10 *Homines iuſti, ſunt regnum Cęlorum.*
11 *Crux repræſentat Altare; charitas, latitudinem; ſpes, oſtium; obedientia, pauimentum; iuſtitia, parietes Eccleſiæ.*
12 *Congregatio hominum dicitur populus, & capitulum.*
13 *Iniurians Clericum in Eccleſia, vel cętu religioſorum dicitur committere ſacrilegium.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

REuer. Iacobus Sacerdos indutus ſuper pelliceo, ſeu cotta cũ cætu Clericorum, & Monachorũ proceſſionaliter incedens per Ciuitatem vbi erat hominũ, & mulierũ maxima multitudo; à quodam Laico fuit animo irato inſultatus, & iniuriatus, etiam cum iniectione manus ad collum, & altera manu ſuper pugione. Vnde quæritur an ab excommunicatione de qua. in c. Si quis ſuadente. 17. quæſt. 4. poſsit ab Epiſcopo
1 ſuo abſolui, cum præſertim Epiſcopus † leuiter iniuriantem abſoluat. c. Peruenit. de ſent. excommun.

Ad quem articulum decidendum opus eſt
2 ad diſtinctionem † progredi, quã notant Doct. in d. c. Peruenit. ſcilicet inter leuem, mediocrẽ & enormem iniuriam: quia ſi mediocris, vel atrox exiſtat, ſolus Papa abſoluit: exceptis certis caſibus, in quibus iſte non annumera-
3 tus. & de leui † Epiſcopus poteſt abſoluere. ſicut tradunt ibi Doct. & ſequitur Sylue. in ſua ſumma. in verbo, abſolutio 4. & Nauar. in ſuo manuali. c. 27. num. 76. Borgaſ. de irregul. & diſpenſ. part. 6. tit. de abſolut. excommun. ob violen. manu.

Et qualis ſit leuis aduerto quod text. in d. c. Si quis ſuadente, loquitur de manuum inie-
4 ctione, & illud † verbum, inijcio, verificatur in impoſitione manus ad dorſum, etiam ſine percuſsione: vt atteſtatur Ambr. Calep. in illo verbo. & tex. d. c. Peruenit. in quo datur Epiſcopo facultas abſoluẽdi, de leui q; loquitur iniu-
5 ria. & iniuria † cõſiſtit et in conuicio ſine percuſsione. inſtit. de iniur. §. iniur. vnde videndũ eſt quænam læuis, & quæ enormis ſit iniuria: & quod attinet ad præſentem caſum, inijcere
6 manus † violentas in Clericum animo irato, li-

cèt

cèt non ſequatur percuſsio;vel eum,puluere,
aut aqua aſpergere, vel etiam ſaliua; poſſet
dici enormis iniuria:ſicut ſignanter tradit Gl.
in d.c.Si quis ſuadente.in verbo,manus. & te-
nuit Nauar.in d.c.27.nu.77 & maximè ſi id fiat
7 in loco publico;vt in Eccleſia, vel theatro : vt
ſatis declaratur in §.atrox.inſtitut.de iniur.&
tenet Gl.in ca. Cum illorum. in verbo.mutila-
tionem.ad finem.de ſent. excommu. vbi Abb.
8 num.9.affirmat,Epiſcopum† non poſſe abſol-
uere pro illatis iniurijs,etiam leuibus,in loco
notorio . & hanc partem ſequutus eſt Sylu.in
allegato loco.num. 2. & in præſenti caſu præ-
ſertim ratio militat. quia: & in loco publico,
in Eccleſia,& in cętu fidelium iniuria fuit per
9 petrata;cum Eccleſia ſit†etiam cætus religio-
ſorum.c.Omnibus.24.q. 1. C. in domo.de pæ-
nit.diſtin.4.vbi dicitur,quod domus dei, tem-
10 plum Dei,& regnum Cœlorum ſunt homines
iuſti:ideò.Io.de Selu.de benef.par.1. quæſt. 5.
11 num.41. & 42. dixit quod crux † repræſentat.
Altare: charitas latitudinem, & tectum: ſpes
oſtium.obediẽtia, & humilitas, pauimentum:
iuſtitia,fortitudo,prudentia, & temperantia,
parietes Eccleſiæ:& miſericordia feneſtras.vn
de Dominus dixit.Veniemus,& apud eum mã
12 ſionem faciemus.Populus† autem;& capitu-
lum dicitur hominum congregatio Anton. de
Præt.in tract.de iuriſd.Epiſc.defenſ.c. 2. nu. 7.
13 ex quibus poſſumus dicere commiſſum† fuiſ-
ſe Sacrilegium,in d.c.Si quis ſuadente. 17 q. 4.
adeo quod abſolutio ſpectet ad Summum Põ-
tificem.& ita arbitror iuris eſſe.ſaluo &c.Laus
Deo,& B.M.

CONSILIVM LXXXIII.

Vicarius an habere debeat mercedem?

SVMMARIVM.

1 *Qui altare ſeruit, de altare viuere debet.*
2 *Mercenarius eſt dignus ſua mercede.*
3 *Vicarius debet habere ſalarium in bonis per pra latum defuncti relictis.*
4 *Vicarius ſi ſeruiat in officio poſt mortem prælati, ſalarium habere debet.*
5 *Officialis, qui poſt mortem Principis remanet in officio,ſalarium habere debet;*
6 *Officialis, recipere debet ſalarium quouſq; venerit nouus ſucceſſor.*
7 *Officium ſuum nemini debet eſſe nociuum.*
8 *Vicarius debet habere ſalarium, etiam ſi nulla fuerit conuentio.*
9 *Salarium debet alterari, & moderari ad arbitriũ reducendo illud ad iuſtam quantitatem.*
10 *Iuſta quantitas dicitur illa,quæ fuit conſueta.*
11 *Salarium, ſi non ſit conuentum, taxabitur arbitrio boni viri pro qualitate perſonæ.*
12 *Salarium datur vicario cum expenſis iuxta qualitatem perſonæ.*
13 *In dandis expenſis non compenſantur expenſæ, quas quis domi feciſſet.*

In Domino confido.

FACTI SPECIES.

Decedente Epiſcopo Regienſi orta fuit quæſtio inter Commiſſariũ ſpo liorum Reuerendæ Cameræ Apo-ſtolicæ,& Reuer.Vicarium, qui ſine particulari conuentione ſalarij, ad inſtantiã Sereniſsimi Ducis Alphonſi II.Ferrariæ ad eũ dem ſeruitium aſſumptus fuerat : ex parte e-nim Reuer.Commiſſarij dicebatur nullã mer-cedem deberi,cum nulla adfuiſſet conuentio: & ſeciis eſſe prætendebat Reueren. Vicarius Quare conſultus reſpondi vt infra.

1 Triuialis eſt regula; quod qui† altari ſeruit,
de altare viuere debet:& qui ad aliquod onus
eligitur,à mercede repelli non debet.c. Cum
ſecundum.de præben.Innoc.in c.Quoniam.nu.
4.ne præl.vices ſuas.& ibi add. tradit hoc eſſe
de mente D.Thom.2.2.quæſt.185.artic. 2. Et
2 mercenarius† eſt dignus ſua mercede.ca. Ca-
ritatem.in fin.& c.Quicunq; 12. q.2. & iſta cõ-
cluſio eſt in Vicario deſcripta.c.Ad hoc.de of-
fic.Vic.& quamuis ille text.videatur loqui de
perpetuo Vic.Abb.tamen ibi,nu.3.verſi.Quæ-
ro Vicarius temporalis. dicit idem eſſe in tẽ-
3 porali;qui ſalarium† in bonis per prælatum re
4 lictis debet habere. Imò ſi etiam poſt † mortẽ
prælati deſeruiat,ſalarium habere debet.ſicut
tradunt Doct.in Clem.ſtatutũ.de elect. & hæc
ratio procedit etiam de iure ciuili; vt officia-
5 lis,† qui remanet in officio,poſt mortem Prin
cipis,habeat ſuum ſalarium.l. Diem functo. ff.
de offic.aſſeſſ.l.Diem functo.ff. loc. & cond. cũ
6 alijs ſimilibus: & ſalarium † recipere debet,
quouſq, venerit nouus ſucceſſor. vt notant
Doct.in l.Meminiſſe.ff.de offic.Proconſ.& in l.
Item quæritur.§. qui impleto.ff locat.nemini
7 enim † officium ſuum debet eſſe damnoſum.l.
Si quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſtamen.
aper.

Vnde non videtur dubium quin Reuer. Vi-
8 carius† habere debeat ſalarium,etiam ſi ſuper
eò nulla fuerit facta conuentio, & non aliter
quam ſi facta fuiſſet,etiam iuramento vallata.
c.Quicunq;.12.q.2.vbi Gl.fin,per c.Iuramenti,
9 22.q.5.& iſtud ſalarium †debet alterari, & mo
derari ad arbitrium boni viri,reducendo illud
ad iuſtam quantitatem.per tex.in l.1. §.Si ho-
norarij. & §.Si cautum.ff.de var.& extraordin.
cognit.& tradit Franc.Sarmienſ. in lib. ſelect.
10 interp.c.11.num.9.& illa dicitur iuſta† quan-
titas, quæ fuit conſueta dari huiuſmodi offi-
cialibus; vt ſignanter notat Rebuff. in 2. libr.
comment.de Salar.famul.Gloſ.4. dicens quod

ſi non.

11 ſi non † ſit facta conuentio de ſalario, dominus debebit ſalarium ſolitum; aliàs verò taxabitur arbitrio boni viri, pro qualitate perſonę. Solitum verò ſalarium in curia Epiſcopali fuit centum aureorum forenſi, cum expenſis pro Vicario, & vno eius ſamulo: ergo idem dicendum eſt in moderno: vt not. Bal. in l. Binos. n. 4. C. de aduo. diu. iud. & Bellen. de caritat. ſubſt. quæſt. 82. num. 13. & faciunt allegata per Rebuff. in 2. lib. Comment. de ſal ſamul. gl. 3. & ita concludi poteſt ſalarium ſolitum, & illud idẽ quod datum fuit vltimo prædeceſſori, dandũ
12 eſſe moderno Vicario cum † alimentis iuxta qualitatem, & conditionem perſonæ. l. Sed, & ſi quid. §. Sufficienter. ff. de vſufru. & quemad. quis vtatur. c. Statutum, §. Inſuper. de reſcrip. in 6. vbi Gl. in verbo moderatas, dicit quod in
13 his † expenſis non compenſantur expenſæ, quas quis eſſet facturus domi. & ita concludo pro domino Vicario, cui non ſolum debetur ſalarium; ſed etiam expenſæ, prout à principio officij habuit abſente Epiſcopo: & ita fuit obtentum, Laus Deo, & B. M. V.

CONSILIVM LXXXIV.

Reſeruatio fructuum ſuper beneficio, qualiter procedat.

SVMMARIVM.

1 *Portio certa reſeruata Parocho ſuper fructibus beneficij, eſt libera ab omni onere.*
2 *Qui habet fructus beneficij, ad omnes expenſas tenetur, & num. 3.*
4 *Fructus in penſionem reſeruati debent recipi de manibus Rectoris.*
5 *Qui habet vſumfructum, poteſt de manu propria fructus percipere.*
6 *Regula de exprimendo vero valore non habet locum in penſionibus.*
7 *In reſeruationibus fructuum pro penſione habetur reſpectus ad valorem, ſecundũ quem valent in partitione.*
8 *Aliud eſt beneficium, aliud fructus.*
9 *Verba ſunt inducta, vt oſtendant animum.*
10 *Anima præfertur corpori: & intentio legi.*
11 *Valor conſiſtit in fructibus.*
12 *Cauſa ad aliam ordinata; altera venit ſub eius ſpecificatione.*
13 *Verba ſunt impropriãda ſecundum ſubiectam materiam.*
14 *Verba cum effectu ſunt interpretanda.*
15 *Verba quorumcunque beneficiorum comprehendunt penſionem.*
16 *Etiam ſi non eſſet data in titulum.*
17 *Beneficia non extimantur ſine fructibus.*
18 *Beneficium non dicitur habere, qui non percipit fructus. & fructus ſunt pars beneficij, et n. 19.*
20 *Primum beneficium non dicitur vacare quando quis percipit fructus.*
21 *Beneficium eſt res ſpiritualis.*
22 *Papa intendit ſcire valorem beneficiorum.*
23 *Verus valor eſt exprimendus.*
24 *In reſcriptis attenditur intentio concedentis.*
25 *Intentio extenditur ad tempus datæ.*
26 *Verba impropriantur, vt ſeruiant intentioni.*
27 *Intentio ſola eſt conſideranda.*
28 *Fructus excreſcentes accedunt Rectori.*
29 *Diſpoſitio Papæ applicatur narratiuæ.*
30 *Reſcripta regulantur ab intentione concedentis.*
31 *Non ens, non ſubijcitur actui ſenſitiuo.*
32 *Diſpoſitio reſtringitur ad ſubiecta præſentia.*
33 *Verbum de præterito non trahitur ad futurum.*
34 *Verba de futuro, ſi reſpiciunt diſpoſitionem reſpectu ſubiectæ materiæ; totam diſpoſitionem ad futurum extendunt.*
35 *Verba, ſi adijciantur diſpoſitioni circa ſubſtantiã materiæ, reſtringuntur ad præſentia.*
36 *Narratiua debet verificari tempore datæ.*
37 *Diſpoſitio non tenet ſuper non ente.*
38 *Non entis, nullæ ſunt qualitates.*
39 *Fructus excreſcentes remanent Rectori.*

Dabit mihi Dominus verbum, et ego annuntiabo veritatem.

FACTI SPECIES.

IN ſupplicationibus pro reſeruatione fructuum in beneficio Plebis Mutilenæ, in ſuburbijs Ciuitatis Regij, petita fuit gratia reſeruationis, exprimendo valorem 330. ducatorum de camera, & fuit conceſſa, dẽptis ex eis. 100. pro Plebano. quo defuncto, habito concurſu, fuit collata plebs alteri Plebano, inter quem, & Reſeruatarium orta fuit controuerſia. Reſeruatarius enim prætendebat habere ius percipiendi fructus de manu propria, & Plebano dare illa 100. At Plebanus docebat dominium ad ſe ſpectare, & Reſeruatarium debere à manu ſua fructus habere. Imò dicebat Reſeruatarium ipſum non poſſe habere omnes fructus, ſed ſolum habito reſpectu ad expresſionem valoris; nam fructus pro vero valore aſcendebant ad ducatos 900. & illud plus acquirebatur ipſi plebano. Quare conſultus reſpondi, vt infra.

Et in primis pono concluſionem: quod illa centum reſeruata Plebano debentur libera ſine onere expenſarum pro Eccleſia, aut pro alijs rebus beneficij; quæ ei data ſunt pro eius ſuſtentatione: & ita ſacra Congregatio Concilij declarauit in c. 13. §. Ad hæc in poſterum. ſeſſ. 24. in hæc verba videlicet.

1 Quando Parocho † reſeruatur aliqua portio ſuper fructibus beneficij, reſeruatis cæteris fructibus alteri, debet eſſe libera ab omnibus oneribus. d. portio Parocho reſeruata; & de-

Digitized by Google

2 declaratio ipſa in iure fundatur;nam† qui ha-
bet fructus ad omnes expenſas tenetur. c. fin.
§. porrò. de offic. ordin. in 6. &.ibi Domin. &
Franc. neque Rector, cui ſolum aſsignati ſunt
centum pro eius ſuſtentatione,ad aliquod te-
netur: vt in expreſſo tenuit Anchar.in c.Si pro
pter.num.5.verſ. venio.:de.reſcript. in 6.dicẽs
3 quod ad percipientem † fructus,ſpectant one
ra,& expenſæ miniſtrorum.

Sed dubium eſt an,ex quo in litteris reſer-
uationis fuit expreſſum,quod penſio fructuum
ſoluatur per rectorem, & ſucceſſores; penſio-
narius ipſe de manu propria eam recipiat, vel
de manu Rectoris? cum præſertim omnes fruct⁹
ſint reſeruati: tamẽ in caſu prædicto caſus eſt
4 in iure deciſus: nam quando fructus † ſunt in
penſionem reſeruati,recipi debent de manib⁹
Rectoris: vt affirmat Anchar.in d.c.Si propter.
num.5.verſ. per iſta infero. de reſcrip. in 6. &
ita fuit determinatum per Rot. deciſ.7.n.4. &
5. in 2. part. diuerſ. nouiſs. per Cantuc. dicit
enim Anchar. quod eſt differentia inter con-
ceſsionem fructuum;& vſumfructum: nam qui
5 † habet vſumfructum de manu propria poteſt
fructus recipere: ſecus quãdo habet conceſsio
nem fructuum. ad quod allegat textũ in l. Fun
di Trebatiani.ff.de vſufruc. leg.& hanc doctri-
nam ſequuntur verba bullæ, dum dicunt,quod
penſio fructuum ſolui debeat per Rectorem,
& ſucceſſores.d.Reſeruatario: aliàs enim opor
tebat exprimere (vt infra dicam) quod Reſer
uatarius de manu propria fructus habere poſ-
ſet: & de prædictis concluſionibus nulla vide-
tur difficultas. Sed non parum dubitari po-
teſt an. d.Reſeruatarius,omnes fructus habe-
re debeat, demptis centum pro Rectore? ex
quo valor multum excedit expreſsionem; ſtan
6 te maxime † regula de exprimendo vero valo
re: nam videtur locum nõ habere in penſioni-
bus,cum loquatur de beneficijs: ad ea quæ tra
dit Felin.in c. Poſtulaſti. col.11. in 6. declarat.
verſ. non obſtat.de reſcrip. penſio enim conſi-
ſtit in temporalitate, vnde non videtur quod
regula illa applicari valeat præſenti caſui; De
qua re tradit Sarnen. in d. reg. quæſt.8. verſ.&
iſta omnia.dum vult, quod in reſeruationibus
7 † fructuum pro penſione non habeatur reſpe-
ctus ad valorem,ſecundum quem fit expreſsio
in bulla, ſed ſecundum quem valent in parti-
bus.& ita tenuit Rot.per Tholom.deciſ.764.in
3.vol. diuerſ.nouiſſ. Nam, vt ait Cald. conſ. 6.
8 de præben.aliud † eſt beneficium,& aliud ſunt
fructus beneficij, vnde videtur quod quia re-
gula non loquitur de penſione, ſed de fructi-
bus,quod caſus remaneat in diſpoſitione iuris
communis. l. Commodiſsime. ff. de lib. & po-
ſthu.& per conſequens,quia appellatione be-
neficiorum non venit penſio,neque fructus; ꝙ
iſte caſus nõ comprehendatur à regula præd.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium
in præſenti caſu arbitror procedere ex infra-
ſcriptis.

Certum eſt,quod omnis diſpoſitio depẽdet
ab intentione diſponentis;nam anima legis di
citur ipſa lex,quæ ſemper eſt attendenda pro
qua licet etiam verba impropriare: nam ver-
9 ba † inducta ſunt, vt animum demonſtrent
proferentis. c. Is autem. 22. q.2. c.Intelligen-
tia.de verb. ſignif. c. Humanæ aures.22. q.5. &
ſic inſeruire debent intentioni,ſeu animæ, &
10 ſicut anima † præfertur corpori; ita intentio
præfertur verbis.c Sedulò.38. diſtin.ſed intẽ-
tio regulæ eſt quod exprimatur verus valor be
11 neficiorum & valor † conſiſtit in fructibus. l.
Si fundus ff. de reb. eorum qui ſub tutel.vel.
Cur.Gl.pen.& ibi Abb. in c.Cum cauſſa.de te-
ſtib.non poteſt dubitari, quin regula illa intel
ligat de redditu beneficiorum;& conſequẽter
de fructibus,qui dependent à beneficio, & cũ
eo habent connexitatem. Vnde appellatione
beneficij ueniunt etiam fructus in materia ſi-
12 mili,de qua agimus: nam quando una † cauſſa
ad aliam eſt ordinata ſub ſpecificatione illius,
altera uenit. l. Si finita. §. deinde ff. de damn.
infect. & ſic verba ſunt impropriãda ſecun-
13 dum ſubiectam materiam.l.Inſulam.ff.de pręſ-
ſcrip. verb. l. Si vno.in priu. vbi Bart. ff. locat.
vnde regula diſponens de vero valore; etiam
quod ſub propria ſignificatione verborum fru
ctus non venirent. impropriari debet, vt eos
comdrehendat: nam principalis effectus re-
14 gulæ eſt in ratione fructuum: & verba ſunt †
cum effectu interpretanda. l. Nomẽ in fin.ff.de
verb.ſignif.

Secundò, Animaduerto quod in regula ſunt
15 verba uniuerſalia: ſcilicet quorumcunque †
beneficiorum,quæ comprehendunt etiam pen
ſionem.ad Gl.in Clem.quoniam §.Dignitatem.
in verbo,Beneficium.de vit. & honeſt. Cler. &
16 concluſio procedit etiam quod penſio † non
eſſet data in titulum: ſicut probat Gig. de pẽſ.
quæſt.28.num.11. & in quæſt.86.num.2.&3.vbi
multa ad propoſitum. & ratio maximè proce-
dit in iſta materia; quia regula non poteſt pro
cedere commodius, quàm in fructibus; cũ be-
17 neficia † non extimentur ſine fructibus;& per
effectum regulæ interpretatio fieri debet de
fructibus. arg.l.2.ff. de lib. & poſthu.

Tertiò, Arguendo de toto ad partem.l.Quę
de tota.ff. de rei vend. negari non poteſt,quin
18 fructus † ſint pars beneficij; præſertim quia
19 nemo dicitur † habere beneficium,qui non ꝑ-
cipit fructus,arg.textus in c.Si tibi cõceſſo.de
præben.in 6.vbi per adeptionem ſecundi be-
20 neficij,non † vacat primum; ſi alius percipiat
fructus, ergo quod eſt diſpoſitũ de beneficio,
ex identitate rationis debet intelligi diſpoſi-
tum de fructibus: & ſic regula ex ſua intrinſe-
ca cauſſa amplectitur fructus beneficiorum;
aliàs enim valor exprimi non poſſet; quia be-

ne-

21 neficium † in ſe,ſine fructibus eſt res ſpiritua
lis,quæ non poteſt habere expreſsionem való
ris.l.Inter ſtipulantem.§. ſacram.ff.de verb.o-
blig.aliàs regula Ludribio eſſet facta: ergo p-
22 cedit in fructibus : quia Papa † intendit ſcire
valorem reddituum beneficiorum ; vt ſciat an
ſit expediens penſionẽ imponere, & pro quan
ta quantitate . Et videmus quod licet partes
ſint concordes in 50 multoties Papa admitit
ſolum 40. ita etiam tenuit Rot.pro Fab.deciſ.
185.in 3.vol.diuerſ.nouiſſ & ita firmari poteſt
23 concluſio quod verus † valor erat exprimen-
dus.vt not.Fab. in d.deciſ.185. num. 3. quia ſi
Papa ſciuiſſet valorem 900. ducatorum de fa-
cili conceſsiſſet maiorem ſummam plebano.

Et prædicta tantò magis corroborantur,
quia reſcripta ad narrata ſe referunt ex vul-
24 garibus regulis : & in reſcriptis † attenditur
intentio reſcribentis,ſeu concedentis. c.Quia
ſæpe. de præben. in 6. quæ intentio ad futura,
& ad id quod non ſit expreſſum non extendi-
25 tur ſed ſolum ad narrata , † & tempus datæ ;
vt eſt caſus in Clem. Litteras.de reſcrip. & in
c.Eam te.eod.tit.& eſt ratio quia tempore da
tæ beneficium vacabat;vt tradit Gl.in c.Dile-
ctus . il 2. de præben. in uerbo , Receperunt ,
ad quod tempus Papa ſuam habuit intentio-
nem. vnde ad id quod non erat non videtur ca
ſum extendi.

Nec obſtat Felin. in allegato. ca.Poſtulaſti ;
quia vltra quod loquitur per uerbum fortè, &
ſic non firmat dictum ; ad iſtam partem incli-
nat, vt ſit expreſſus ualor narrandus , ut Papa
reddatur magis informatus .

Neque obſtat Sarn. in d.regula.q.8.quia ibi
Reſeruatarius habebat auctoritatem perci-
piendi omnes fructus de manu ſua propria, q
eſt neceſſe;aliàs ſi non exprimatur,eos de ma
nu Rectoris habere debet : vt ſuper oſtendi.
Sed in præſenti caſu Papa exprimit quod reci
piantur de manu Rectoris, ergo ceſſat illa ra-
tio.Sicut doctrina Cald.non facit ad caſum no
ſtrum in allegato conſ.6.de præben.quia loqui
tur de propria ſignificatione verborum,bene-
ficiorum,quæ ex ſe eſt quoddam ſpirituale, &
vt diximus non cadit in eis valor. Secus verò
impropriè loquendo ex identitate rationis;
26 quo caſu uerba † ſunt impropriãda , vt de-
ſeruiant intentioni.d.cap.Is autem. 22. quæſt.
27. 2. Imò ſola † intentio eſt conſideranda. d.c.
Intelligentia. de uerb. ſignif. & tantò magis ;
quia materia hoc expoſtulat ; nam ſi ualor
non cadit in beneficio , loquendo de re ſpiri-
tuali,regula inaniter eſſet ordinata ; vnde ne-
ceſſe eſt fateri quod ſit condita , vt Papa ſciat
valorem fructuum beneficiorum.& quod opus
erat exprimere verum valorem,vt gratia vale
28 ret:& quod fructus† ſuper excreſcentes acce-
dant Rectori cum ſint annexi beneficio ; non
autem penſionario cui ſolum conceſsi fuerunt
330.ducati. Acceſſorium enim ſequitur ſuum
principale.c.Acceſſorium.de reg.iur. in 6. nam
29 diſpoſitio† Papæ debet applicari narratiuæ et
factæ: nec poteſt applicari ad illud , quod non
apparebat tempore datæ. l.Rutilia pole. ff.de
30 contrah. empt. ſed omnis diſpoſitio † reſcri-
ptorum, regulatur ab intentione concedentis
d.c.fin.de præben.& illud quod non eſt,nõ ſup-
31 ponitur;quia nõ ens†non ſubijcitur actui ſen-
ſitiuo.ca.Bonæ.de probat.c. Quoniam contra.
eod.tit.

Neq; obſtat quod in bulla adſint verba, an-
nis ſingulis,& quo ad viueres,quæ videntur fu
tura proſpicere : quia quando verbum futuri
temporis ponitur in diſpoſitione alicuius ac-
cidentiæ circa ſubſtantiam materiæ,ſuper qua
32 fundatur diſpoſitio,reſtringitur † ad ſubiecta
præſentia.l.à filio.§.1.ff.de adim.legat. Præte-
rea illa verba reſpiciunt perſonam Reſeruata-
rij: vt ſcilicet ipſe,quoad viueret poſſet habe-
re penſionem ſed non reſpiciunt materiam ſu
per quã fundatur diſpoſitio.Imò loquitur tũc
per uerbum præſentis temporis ; & præteriti
ſcilicet;loquendo de valore,dicit 330. ducati.
& de reſeruatione dicit,reſeruauit,& aſsigna-
33 uit,quod verbum†loquitur de præterito,& re
gulariter non trahitur ad futurum.l.Cum ſtipu
lamus.ff.de verb.oblig. nam quando diſpoſitio
34 habet verba† de futuro, ſi reſpiciunt diſpoſi-
tionem reſpectu ſubiectæ materiæ,& acciden-
tium,tunc totam diſpoſitionem extendunt e-
tiam in futurum;vt eſt caſus in l. Nec emptio.
35 ff.de contrah.empt.aliàs ſi adijciantur†diſpo-
ſitione circa ſubſtantiam materiæ,reſtringun-
tur ad præſentia ſubiecta. d.l.à filio §. 1. ff. de
adim.legat. ſed verba futuri temporis nõ ſunt
in præſenti caſu, in diſpoſitione circa materiã
ſuper quam eſt fundata diſpoſitio;quæ eſt cir-
ca valorẽ expreſſum;ſed ſunt addita circa per
ſonam Reſeruatarij : ſcilicet quo ad viueret ;
propterea non extenduntur ad futurum , niſi
circa perſonam.

Et iſta tantò magis procedunt, cum diſpo-
ſitio ſit hominis particularis , quæ regulariter
non comprehendit futurum, ſed opportet qđ
36 tempore † datæ narratiua verificetur. vt ait
Card.in Clem.litteras.nu.3. in 7. oppoſitione.
verſ.de diſpoſitione particulari de reſcript.nã
37 diſpoſitio † non tenet ſuper non ente . Imò ſi
eſſet uniuerſalis,quando offert alteri præiudi-
ciũ non extenditur ad futura.l.Si ita.ff.de aur.
& argen.lega.ergo non poteſt dici quod diſpo
ſitio huiuſmodi extendatur ad id quod no fuit
expreſſum in præiudicium Rectoris;& eſt cre-
dendum , quod ſi Papa ſciuiſſet valorem. 900.
ducatorum quod maiorem quantitatem ei-
dem reſeruaſſet : & ſic mens Papæ non poteſt
applicari ad id quod non erat expreſſum;quia
38 non† entis nullæ ſunt qualitates. & ita tenet
Imol.in d.Clemen.Litteras.num.4.de reſcript.
dicens

Digitized by Google

dicens.quod quando qualitas ex natura bene-
ficij tequititur,quod illa qualitas debet adeſ-
ſe tempore datæ; aliàs reſcriptum non valet.
Quare concluſio remanet firma quod vltra ex-
preſſum valorē gratia non valet pro penſiona-
39 tio; & qund fructus † excreſcentes remanent
Rectori. Quod expreſſum repetitur in extra-
uag.Ioan. XXII. incipit, Suſcepti.vbi fructus,
qui ſuperant taxam decimæ, nō ſpectant illis,
quibus fuit conceſſum percipere fructus pri-
mi, vel vlterioris anni; quibus ſolum eſt dan-
dum, quod eſt in taxa, reliqui verò remanent
beneficiatis. Quod tantò magis procedit in
iſto caſu, vbi Penſionarius non eſt vſusfructua
rius. vt per Anchar. in d. capit. Si propter.
de reſcript.in 6.& alia quæ ſupra ſunt notata.
Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM LXXXV.

Blaſphemia quando fit hæreticalis: & an ſpectet ad Inquiſitionem?

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor debet attingere ſaltem annos 40.*
2 *Inquiſitor non debet ommittere quod ad eius officium pertinet.*
3 *Qui negat reſpondere Inquiſitori, videtur diffidere de iuſtitia.*
4 *Monitio requiritur vbi agitur per Inquiſitorem.*
5 *Blaſphemia dupliciter poteſt contingere.*
6 *Peccata, quæ ſine deliberatione committuntur, nō ſunt mortalia.*
7 *Qui ſubito ex aliqua paſsione blaſphemat nō dicitur mortaliter peccare.*
8 *Hæreſis conſiſtit in credendo; & blaſphemia in dicendo.*
9 *Qui ex pertinacia maledicit, punitur.*
10 *Blaſphemantes puniuntur ab Epiſcopo.*
11 *Blaſphemantes poſſunt puniri etiam à Iudice ſeculari.*
12 *Maledicere eſt idem quod blaſphemare.*
13 *Contumelia eſt quoddam conuicium Deo dictum.*
14 *Verba obſcæna, ſunt verba turpia, & inboneſta.*
15 *Qui negat Deum, ſi attendat quod dicat, dicitur blaſphemare.*
16 *Secùs ſi furore correptus.*
17 *Quæ ad ignominiam tendunt, non ſpectant ad Inquiſitorem.*
18 *Hæreſis eſt error cum pertinacia.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

INquiſitor hæreticæ prauitatis prætendit
procedere contra Titium, tanquam hære
ticum ex blaſphemia, videlicet, *puttana
di Dio*: Titius verò recuſat ſe Officio In-
quiſitionis ſupponere, ſed potius officio Epi-
ſcopi, in quo caſu reſpondi vt infra; ſalua ſem-
per auctoritate S.Officij, cui opponere nō in-
tendo; ſed veritati ſemper me ſubijcere.
1 Et primo, Inquiſitor † nemo eſſe poteſt de
iure Ordinario, qui ſaltem non attingat annos
quadraginta.Clem.Nolentes.de hæret. & tra-
dit Franc.Squillac.de fid.Cathol.c.35.num. 2.
quare credendum eſt modernum Inquiſitorē,
in ætate legitima eſſe, licèt ex aſpectu videa-
ad annos triginta vix aſcendere.
Et legitimus Inquiſitor non odio, vel alicu-
2 ius gratia, debet quenquam vexare; vel etiā †
ommittere quod ad eius officium pertinet; a-
liàs incidit in excommunicationem latæ ſen-
tentiæ.Clem.1.§.verum.il 2 de hæret.& notat
Gondiſl de hæret.q.7.num.18.Vnde primò vi-
dendum eſt, An caſus, de quo queritur, ſpectet
ad Officium Inquiſitoris? quia quando ad of-
3 ficium ſpectaret, Titius ille negando† reſpon-
dere, plus aggrauaretur, & de iuſtitia videre-
tur diſſidiſſe.c.Chriſtianis.ad finem.11 q. 1. &
in pœnam incidiſſet.c. Cum contumaciam. de
hæret.in 6 & c.Excommunicamus.§. qui autē.
eod.tit.in libro decretali.ſed Io.Andr.& Ge-
min.in d.c.Cum contumaciam. tenent requiri
4 † binam citationem:& Franc. ait quod requi-
ritur admonitio. addens quod ſufficit ſaltem
in genere exprimere crimen ſuper quo quæri-
tur:& cum eo tranſit Gemin.
Nunc ad blaſphemiam veniamus.ſi quidem
5 blaſphemia† dupliciter poteſt contingere: vel
qđ blaſphemans ſine deliberatione prorum-
pat; vel quod aduertat quid ſit illa blaſphe-
mia.Si in 1.caſu, dicit D.Tho.2.2.q.13. artic.2.
6 in 1.parte, quod peccata,† quæ ſine delibera-
tione commituntur, non ſunt mortalia; quia
primi motus deliberationem rationis præce-
dunt,& eam offuſcant; vnde quia blaſphemās
non aduertit quid dicat, ſeu quid ſit illa bla-
7 ſphemia; vt eſt quando† quis ſubito ex aliqua
paſsione in blaſphemiam incidit, quia dicitur
non habere rationem blaſphemiæ, ſecundum
D.Thomam nō diceretur mortale peccatum:
& conſequenter non eſſet crimen hæreſis: nam
8 † hæreſis, vt tradit Nauar.in ſuo manual. con-
feſſ.cap.12.nume. 82. conſiſtit in credendo, &
blaſphemia in dicendo; vnde difficilè cogno-
ſci poteſt an ſapiat hæreſim, ita quod de ea
Inquiſitor poſsit ſe intromittere, & dictū Na-
ua.approbat Franc.Squillac.tit.de fid. cathol.
c.16.niſi blaſphemans corde credat, quod lo-
quutus fuit.nam ſecundum Gl.in c. Cum ego.
9 24.q.3.in verbo, diſtinguendū. Qui† ex pertina
cia maledicit, punitur; qui verò ex leuitate, me
retur veniā:& talis dicitur venialiter peccare.
Et ita tradunt Canoniſtæ.in ca.Statuimus. de
maled & ſequitur Borgaſ.de irregul.in 6.part.
tit.de maled.& blaph. nume. 13.qui, & cæteri
Doctores.in d.c.Statuimus.tenent qđ punitio
10 † blaſphemantium ſpectet ad Epiſcopum; &
ita tenuit Hoſtienſ. in ſumm. de maled. §.

Blaſphæmantes. Imò verò ſecùndum tenorem bullæ Leonis X.cōſtitutione 11.ſuper blaſphęmiam;innouatæ à Pio V.conſtitutione 5.nedū huiuſmodi delictum fuit Epiſcopis commiſsū,
11 ſed etiam† Iudicibus ſecularibus; & loquitur bulla de illis qui verbis obſcœnis : & cōtumelioſis maledixerint Deo,& Beatæ Virgini.Quę bulla comprehendit omnem caſum blaſphæ-
12 miæ; licèt loquatur per verbum† maledicere, quod eſt idē quod blaſphæmare:vt notat Syl-ueſt.in ſum.in verbo,de maledict.ex D. Tho.2. 2.quæſt.76. & traditur in Rubrica, & toto tit.
13 de maled.& contumelia†eſt quoddam conui-
14 tium Deo dictum;& verba† obſcœna ſunt verba turpia,& inhoneſta;vt tradit Cicer.in lib.1. offic.& de his omnibus notat Nauar.in d.c.12. nume. 84. dicens,quod qui dicit,Non credo in Deum: Nego Deum: Maledico Deum: & ſimi-
15 lia;etiam ſi iocosè dicat,dummodo†attendat quid dicat , & cum deliberatione id proferat, dicitur blaſphæmare,& mortaliter peccat;ſed
16 qui furore† correptus , & paſsione excæcatus id agat,tantum venialiter peccat; vt ita tenet D.Thom.in loco allegato . Et ſtantibus bullis ſummorum Pontificum;qui omnem ſcientiam dicuntur habuiſſe ; non videtur dubium quin omnem caſum blaſphæmiæ ſint amplexi; quia nullam fecerunt diſtinctionem , & nos diſtinguere non debemus : & tantò magis , quia ea
17 quæ† ad opprobrium Dei, & ignominiam tēdunt de iure communi ad Inquiſitorem non pertinent: prout concluſiuè tenet Felin. in ca. Poſtulaſti.de iud.vbi allegat Oldr. in conſ. 35. Cald.de iud.conſ.20.& Anchar.in conſ.15.Vnde ſtante iure communi,& dictis bullis, videtur caſus præſens non ad Inquiſitorem, ſed ad Epiſcopum pertinere . Non obſtante bulla Iulij III. quæ Inquiſitoribus iudiciū dabat : quia vltima derogant primis:& maximè in caſu prædicto vbi non conſtat blaſphæmantem credidiſſe quod dixerat.Ad quod facit Gl.prædicta & Franc. Ponzin.de Lamijs.nu.79.& D. Thom. vbi ſupra,dicens , quod hæreſis eſt error cum
18 † pertinacia corrumpens fidem Chriſti; & eſt tex.in c.Hæreticus.24. q. 3.& ex prædictis teneo quod caſus præſens non ſpectet ad Inquiſitorem.Saluo tamen,&c.Laus Deo,& B. M.

CONSILIVM LXXXVI.

Copia commiſsionis cauſſæ an ſit danda parti?

SVMMARIVM.

1 *Verbis narratiuis Papa ſtatur , quando narrat à ſe geſta;et quando in gratioſis fundat ſe ſuper narratis.*
2 *Commiſſio cauſſa ſuum debet habere effectum; vt praces veritate nitantur.*
3 *Narratiua Papa nō ſtatur,cū narrat ſibi narrata.*
4 *Copia commiſſionis cauſſa eſt danda parti .*
5 *Exequutor non dat poſſeſſionem ſine citatione illius,quem ſcit eſſe in poſſeſſione.*
6 *Beneficium adipiſcens ſecundum , non mittitur in poſſeſſionem,niſi citato illo, quem ſcitur habere poſſeſſionem .*

Veni Sancte Spiritus .

FACTI SPECIES.

FVit commiſſa cauſſa appellationis delegato; qui poſt præſentationem volebat parti eam notificare cum copia ; ſed qui eā impetrauerat nolebat dari copiam. Vnde conſultus dixi eam dandā eſſe ex infraſcriptis .

1 Verbis † narratiuis Papæ ſtatur, quādo narrat à ſe geſta:vel ſi in gratioſis fundat ſe ſuper narratis;quia præſumitur ſcire ea, quæ narrat. Clem.1.de probat.in quibus terminis loquuntur Alb.in conſ.64.num.74.& Natt.in conſ.160. num.19. ſed in ſignatura iuſtitiæ diuerſa ratio
2 procedit:nam commiſsio † cauſſæ ſuum debet habere effectum,de quo in l.1. C. de diuerſ. reſcript. vt ſcilicet præces veritate nitantur. l.
3 Vniuerſa. C.eod.tit. Imò ſi Papa narrat † tale quid ſibi fuiſſe narratum , tali narratiuæ non adhibetur fides;nec quo ad probationem,neq; quo ad præſumptionem ; ſed ſubintelligitur clauſula,ſi ita eſt.c.2.de reſcript.& notat Imol. in d.Clem.1.de probat.num.9.vnde cum caſus verſetur circa ſignaturam Iuſtitiæ, perſcrutari oportet ſuper veritate narratiuæ , & vt pars poſsit de iuribus ſuis docere, & de ſurreptio-
4 ne dicere,danda† eſt illi copia commiſsionis. Clem.cauſſam.de electio.& ita ſignanter tradit Mill. in ſuo repertorio, in verbo , copia literæ citatoriæ .

Imò quando literæ Papę ſunt executoriales, quæ mandant aliquem mitti in poſſeſsionem
5 executor † ipſe non debet tradere poſſeſsionem,quando ſciat alterum eſſe in poſſeſsione, niſi dictas litteras intimet parti, cum termino ad opponendum.ſicut probat Mand.in reg.29.
6 q.4.nu.4.& 5.Neq; Epiſcopus† debet à ſe prouiſum in poſſeſsionē mittere, cui dimiſſo primo beneficio,ſecundum contulerat, niſi prius citato Rectore illius , cum termino ad opponendum.c.Licet Epiſcopus.de præben. in 6.ex quibus omnibus redditur indubitata concluſio,quod poſſeſsio non ſit danda habenti executoriales , ſi alter ſit in poſſeſsione, niſi pręuia citatione,cum copia literarum. & ita iuris eſſe cenſeo.Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CON-

CONSILIVM LXXXVII.

De maleficia, quæ iuit ad ludum dæmonis.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſemel abiurauit hæreſim, ſi in aliam ſpeciem poſtea incidat eſt relapſus.*
2 *Homo debet adhærere omnibus articulis fidei, propter vnum medium.*
3 *Qui ab hoc medio decidit. caret fide.*
4 *Qui pertinaciter facit contra illud, quod abiurauit, habetur pro hæretico.*
5 *Vno abiurato, videntur abiurata omnia concomitantia.*
6 *In materia hæreſis non attenditur ſpecies, vel modus peccandi, ſed effectus violationis fidei.*
7 *Qui ſemel abiurauit hæreſim propter inuocationẽ dæmonis, & poſtea in eandem reincidit, dicitur relapſus.*
8 *Qui vadit ad ludum dæmonis, dicitur carere fide.*
9 *Facere reuerentiã dæmoni, idẽ eſt quod illum adorare.*
10 *Qui facit pactum cum dæmone, dicitur infidelis, & rebellis Dei.*
11 *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur.*

Dominus mecum.

FACTI SPECIES.

QVædam mulier aliàs in officio Inquiſitionis carcerata confeſſa fuit multas ſuperſtitiones, & maleficia commiſiſſe de quib' abiurata, & fuſtigata, & bãnita fuerat ſed in eiſdem, & grauioribus cõpræhenſa, confeſſa etiã fuit iuiſſe ad ludum dæmonis vt dicitur, in ſtriazzo, ibiq; omnia peregiſſe, quæ in eo peraguntur. Quare ſtatutum fuit in cõgregatione vt in Iure dignoſcatur an ſit relapſa; & tradi debeat Curiæ ſeculari ad pœnam ſuſcipiendam: vnde infra dicam quid in eodem caſu ſentiam.

Et ad eam accedo ſententiã, quod ſit relapſa: cum habeamus tex. clarum in c. Accuſatus.
1 §. 2. de hæret. in 6. vbi dicitur; quod qui † ſemel
abiurauit hæreſim in vno articulo, & poſtea in
aliam ſpeciem hæreſis, ſeu articulum incidat,
debet vt relapſus iudicari. Quod etiam fuerat
ſtatutũ, in c. Ad abolendã eod. tit. & D. Thom.
2. 2. q. 5. artic. 3. dicit quod oportet quod homo
2 † adhæreat omnibus articulis fidei propter
vnum medium; ideſt propter primam veritatem nobis propoſitam ſecundum doctrinam
3 Eccleſiæ: & qui † ab hoc medio decidit, caret
fide, & eſt factus omniũ reus, vt dicit D. Iacob.
in ſua Epiſtola Can. c. 2. cui adhæret Gondiſſ.
4 de hæret. q. 20 num. 6. dicens; quod qui † pertinaciter facit contra illud, quod abiurauit, habetur pro hæretico. & ita ſentit Franciſ. Squilla. de fide cathol. in c. 19 & Franc. in d. c. Accuſatus §. illud quoq; in 2. notab vbi dicit, quod
5 vno † abiurato, videntur abiurata concomitantia, & ſequentia: & Paul. Ghirl. in vltim. q.
de hæret. conſtanter tenet, quod ille dicitur
relapſus in hæreſim, non ſolum qui bis in eadẽ
ſpecie hæreſis peccauit, ſed etiã qui in diuer-
6 ſis ſpeciebus; quia in hac † materia non attenditur ſpecies, ſeu modus peccãdi, ſed effectus violationis fidei; ad quam omnes ſpecies fidei tendunt: ſed iſta mulier in eiſdem, & alijs grauioribus ſpeciebus eſt lapſa, ergo eſt habenda relapſa in hæreſim, & in pęnam relapſi condemnanda.

Et prædicta adiuuantur ex his, quæ tradunt Domin. Franc. & alij Canoniſtæ in d. c. Accuſa-
7 tus. §. Sanè dum dicunt quod qui † ſemel abiurauit hæreſim propter inuocationem dæmonis, & in eandem poſtea reincidit, dicitur relapſus & in pœnam relapſi eſt multandus; & maximè quando ille, qui inuocauit dæmonem, credidit ex ſua auctoritate poſſe illud ad quod fuit inuocatus: ſicut credidit iſta mulier.

Et his accedit illud facinus eundi ad ludũ;
8 ex quo † dicitur fide caruiſſe c. Epiſcopi. 26. q. 5:
In quo ludo adorauit dæmonem, vel ſaltem ei
reuerentiam præbuit, vt ſit communiter: & idẽ
9 † operatur quod adoratio ad tradita per Frã-
ciſ. Squill. de fid. Cathol. ca. 9. dum dicit; quod
adorare, ſeu reuerentiam dæmoni facere, ſapit
10 hæreſim manifeſtam. Imò cum dæmone † fe-
cit amicitiam, & pacta, vnde facta fuit infidelis, & rebellis Dei. vt ipſe Squill. notat. in eod. tit. de fid. Cathol. c. 13. & multa alia maleficia perpetrauit, ſecundum quæ de iure ciuili incidit in pęnam mortis. l. Nemo. cum alijs ſeq. C. de maleſ. & mathem. quod non abeſt à iure diuino. cum in Leuitico c. 20. ſcriptum ſit; Anima
11 † quæ declinauerit ponam faciem meam contra illam, & interficiam illam. & in c. Nõ obſeruetis. 26. q. 7. dicitur, Qui talia peragunt, ſciant ſe fidem Chriſtianam pręuaricare, & tanquam apoſtatas, & Dei inimicos, iram Dei in ęternum incurriſſe. Et hoc eſt etiam de mente Syluest. in ſum. in verbo, maleficiũ: nu. 8. & ex his, mea quidem ſententia iſta rea, tanquã relapſa eſt tradenda Curię ſeculari: ſalua deciſione Congregationis, cui me ſubmitto. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXXVIII.

De Reis, qui fractis carceribus in Eccleſia aufugerant, à qua extracti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Gregoriana de fugientibus ad Eccleſiam, vbi loquitur de crimine læſæ maieſtatis ſtat in ſpecificatis.*

Digitized by Google

2 *Aequiparatio in pœnalibus non ſit, quando pœna imponitur ipſo iure.*
3 *Effractio carceris, licet ſit crimen læſæ maieſtatis, non eſt de comprehenſis in bulla.*
4 *Crimen læſæ maieſtatis propriè intelligitur de perſona Principis.*
5 *Alia crimina non æquiparantur.*
6 *Aequiparatio debet eſſe per modum regulæ.*
7 *Crimen læſæ maieſtatis in perſonam Principis, intelligitur de Imperatore, & Rege.*
8 *Eccleſia violata debet in priſtinum reſtitui.*
9 *Sacrilegium durat donec eccleſia ſit ad plenam reſtituta.*
10 *Eccleſia perfectè debet in priſtinum reſtitui.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

TRes rei in carceribus Curiæ ſecularis, fracto carcere aufugerunt, & in Eccleſia pro ſua immunitate ſe contulerunt: à qua poſtmodũ extracti per d. Curiam ſecularem fuerunt: ſed reclamante Epiſcopo, ad carceres Epiſcopales ſunt adducti; prætendens d. Curia ſecularis eos ſibi reſtituendos; quia ex fractione carceris commiſerunt crimen læſæ maieſtatis, & etiam quia aliàs Sereniſſimo Duci Ferrariæ conceſſum fuerat per bullam Innocentianam ſimiles reos extrahere ab Eccleſia. vnde requiſitus reſpondi, vt infra videlicet.

Stante diſpoſitione bullæ Gregorij XIV. Papæ de anno 1591. æditæ in hac materia, non eſt attendenda alia diſpoſitio; cum habeat clauſulam derogatoriam, & ad vnam, & eam, quam ipſe ſanctiſsimus dedit, formæ reductionem: vnde reſtat ſolum videre an caſus dictorum reorum ſit de comprehenſis in ipſa bulla: & quo ad crimen læſæ maieſtatis; non videtur ꝙ Curia ſecularis poſsit habere fundamentum; quia bulla loquitur de crimine cõmiſſo in perſonam Principis. vnde tametſi rumpere carceres dici poſsit crimen læſæ maieſtatis; cum bul
1 la ad † ſpecificata ſe reſtringat, non poteſt ad æquiparationem extendi, vt tradit Martin. Lauden. de crimin. læſ. maieſt. q. 3. & optimè notat Socin. in conſ. 275. in cauſſa Fratrum. col. 5. verſ. Cõfirmatur quia. vol. 2. ſecundum antiquam
2 impresſionem: & æquiparatio † in pœnalibus non admittitur, quando pœna imponitur ipſo iure. vt Socin. in loco ſupra allegato. Imò quãdo crimen læſę maieſtatis per effractionem car
3 ceris † ſubintraret, opus eſſet quod rei fuiſſent carcerati pro eodem crimine; quia ſi pro alio, non attenderetur crimen effractionis. vt probant pro communi, & veriori, Conuar. in 2. lib. variar. reſolut. c. 20. verſ. 18. & Clar. in practi. crimin. §. fin. q. 30. verſ. pone familia. & verſ. ſcias autem. & Gomet. in lib. var. reſol. tit. de delict. ſub ſpecificato tit. de crimin. læſ maieſt. num. 7. verſ. quod primo notabiliter. Sed ſtante bulla Gregoriana, quæ præcisè loquitur de crimine commiſſo in perſonam Principis; non eſt facienda æquiparatio. Quod procederet, etiam ſi non ſpecificaſſet perſonam Principis, ſed ſimpliciter loqueretur de crimine læſæ maieſtatis:
4 nam illud crimen † propriè intelligitur de perſona Principis: vt intelligit Lauden. loco ſupra allegato: & alia crimina † non æquiparantur, ſecundum Soc. in prædicto conſ. 275. verſ. Confirmatur quia licet ciuitas. Imò quando in pœ-
6 nalibus admittitur æquiparatio, oportet † ꝙ ſit per modum regulæ aliàs non admittitur. Dec. in c. Tranſlato. num. 3. verſ. Regula habet locum, de conſtitut. Imò Gomet. in allegato loco, dicit quod regula loquens de crimine læſæ
7 maieſtatis non † habet locum in inferioribus ab Imperatore, & Rege: & ita ſtandum eſt diſpoſitioni bullæ, quæ non dicit q᷒ Epiſcopus, vel ab eo deputatus cognoſcat caſus ab eo nõ expreſſos. vnde in vanum laboratur; ſed ſtandum eſt ſuper delictis à bulla comprehenſis. &
8 cum Eccleſia † fuerit violata, reſtitui debet omnino in priſtinum. l. Reſtituere. ff. de verb. ſignif. Odo. Stor. in tractat. de reſtitut. prima
9 part. quæſt. 1. num. 8. 9. & 10. & donec † ad plenum ſit reſtituta; durat ſacrilegium. c. Frater.
10 & c. Si quis contumax 17. q. 4. nam † perfectè eſt reintegranda, & in priſtino ſtatu reponenda. c. Maior. & c. Reum. ead. cau. & quæſt. & ſic ſtandum eſt ſolum ſuper delictis ab ipſis reis commiſsis antequam à carceribus aufugerent. & ita iuris eſſe cenſeo, Saluo tamen &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM LXXXIX.

Valor monetæ ſi augeatur, an penſio augeatur ad ratam monetæ, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ſit ſecundum valorem monetæ, quæ erat tẽpore obligationis. & num. 5. 24. & 27.*
2 *Promiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus. & n. 6.*
3 *Solutio ſi ſit facienda in certo loco, ibi videtur cõtractum.*
4 *Solutio ſi ſit facienda in certo loco; inſpicitur conſuetudo illius loci. & num. 10.*
7 *Regula quod ſolutio ſit facienda ſecundum extimationem concedentis, fallit in penſione. & n. 9.*
8 *Valor non extimatur ſecundum mentionem bullæ, ſed ſecundum quem valet in partibus.*
11 *Obligatio, quæ oritur à diſpoſitione Papali, intelligitur de moneta currenti tẽpore obligationis.*
12 *Solutio in dubio ſit iuxta conſuetudinem per decennium.*
13 *Penſio eſt onus in beneficio.*
14 *Præmium datur ſecundum qualitatem laborum.*

15 *Penſio*

15 *Penſio eſt hircus beneficij.*
16 *Monetæ ſi eadem diuerſi valoris, fuerint ſoluitur de minori.*
17 *Quando ſunt diuerſæ monetæ in loco faciendæ ſolutionis, eſt in electione debitoris.*
18 *Penſio regulariter non debet excedere tertiã partem, & num. 19.*
20 *Motus proprius non operatur in præiudiciũ tertij.*
21 *Fructus dicuntur deductis oneribus, & expenſis, & num 22. & intelligitur de onere perpetuo.*
23 *Ratio naturalis ſufficit ad deciſionem cauſſarum.*
25 *Augumentum monetæ non poteſt eſſe damno Rectoris cauſſa penſionis.*
26 *Augumentum procederet ſi penſio eſſet ſuper certa portione fructuum.*
28 *Decima ſoluitur ſecundum antiquam taxam.*
29 *Errant, qui dicunt ſcuti ſemper ſunt ſcuti.*

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

VAcante beneficio. S. Ioannis Sereniſsimus Alphonſus II. Dux Ferrariæ, prætendens habere Ius patronatum, præſentauit Reueren. Anaſtaſium, qui fuit inſtitutus, & in poſſeſsionem miſſus: idemq; beneficium Aloyſius à flumine Bononienſis impetrauit à Papa; ex quo orta lite inter præſentatum, & Prouiſum Apoſtolicũ; tandem inter eos facta fuit compoſitio ſuccedente conſenſu Apoſtolico, vt beneficium permaneret præſentato; & prouiſo ſolueret quotannis ſcutos. 25. in Ciuitate Bononiæ: quod ita p annos quatuordecim ſoluit, iuxta curſum ordinarium valoris ſcuti nuncupati, *della balla*; qui erat 11, iuliorum; quo tẽpore laſpo Aloyſius volebat ſibi ſolui ſcutos auri, in auro, ſeu valorem, in vrbe Romæ: & tandem fuit reſolutum, quod ſolutio, fieret Bononiæ in ſcutis auri, in auro. Sed denuo orta eſt controuerſia; qa ille Aloyſius volebat ſibi ſolui ſcutos auri in auro, & d. præſentatus prætẽdebat ſoluere iuxta valorem qui erat Bononiæ; quia per quam difficile erat habere ſcutos aureos, niſi apud mercatores. Quare, interrogatus reſpondi.

Rot. per Put. deciſ. 149. lib. 2. ſtatuit quod ille qui ſit obligatus ad ſoluendum certam monetam, ſi illa non reperiatur in loco, vbi faciẽda ſit ſolutio, niſi apud cãpſores, qui de illa faciant mercaturam; quod qui ſoluere tenetur,
1 poteſt ſoluere † in moneta, habito reſpectu ad valorem illius monetæ, qui erat tempore obligationis; nec tenetur eam emere; nam promiſ
2 ſio †. ſemper intelligitur, rebus ſic ſtantibus. Tiraq. in tract. ceſſ. cauſſ. ceſſ. effect. num. 218. &
3 quando † in certo loco eſt facienda ſolutio, ibi videtur fuiſſe contractũm. l. contraxiſſe. ff. de actio. & oblig. & ideò in præſenti caſu, cum ſolutio ſit facienda Bononiæ: & ibi intelligatur fuiſſe contractum; ſcuti, ſeu valor ſcutorum erit ſecundum conſuetudinem Bononiæ: vt ꝓbat Bart. in l. Cunctos populos. nu. 11. verſ. & 1. quæro. C. de ſum. trinit. dicens quod quando
4 ſolutio † eſt collata in certo loco, inſpicitur cõſuetudo, quæ eſt in illo loco. Quod ſequitur Card. in Clem. 2. num. 5. de decim. & ſolutio nedum eſt facienda ſecundum conſuetudinem
5 Bononiæ, ſed ſecundum valorem † qui erat tempore obligationis. Simon. de Præt. in 1. lib. interpret. vltim. volunt. poſt principium. & clarè tradit Ioſeph. Lud. concl. 10. qui reprobat opi-
6 nionem Boer. deci. 337. nam obligatio † ſemper intelligitur, rebus ſic ſtãtibus. Neq; obſtat dictum Abb. in cap. Quanto. num. 14. verſic. Quid autem in mandato. de iureiur. quia illa regulæ
7 quod ratio † valoris ſit habenda ſecũdum æſtimationem concedentis, fallit in pẽſione; quia non habetur reſpectus ad valorem, ſecundum
8 quem † fit mentio in bulla, ſed ſecundum quẽ valet ſcutus in partibus, ſeu loco beneficij: ſicut probat Ioan. Vanq. in Clemen. ſi beneficiorum. col. 2. verſ. ſed in qua pecunia. & verſic. ſequenti. de decim. & ſequitur Oldr. in conſil. 168. & regula illa domini Abbatis procedit in
9 gratijs † principalibus, vt in beneficijs, ſed ſecus eſt in dependentibus: vt in reſeruationibus fructuum. Rot. de reſcript. deciſ. 64. aliàs 233. in antiq. Sarn. in regula de exprim. val. q. 8. verſic. & iſta omnia. qui refert Rotam ita tenuiſſe de anno. 1537. Quare reſtat concluſio
10 quod ſolutio iſta ſit facienda † ſecundum conſuetudinem Bononiæ. & habito reſpectu ad tẽpus obligationis: quod etiã ſequitur Ant. Auguſt. in ſuo repertorio. tit. de ſolut. penſ. & clauſula: ſine retardatione. num. 9. Imò Abb. ipſe in conſ. 56. nu. 1. in fin. volum. 2. dicit, quod quãdo
11 obligatio † oritur à prouiſione Papali, debet intelligi de moneta current tempore obliga-
12 tionis. Et quando eſſet dubium, declaratio † ſumeretur à ſolutionibus per decennium factis. l. De in rem verſo. ff. de vſur. & ita tenet Martin, Lauden. in tract. de monet. num. 31. & Franc. Curt. eod. tract. & num. Ioſeph. Lud. in d. concluſ. 38. verſ. infertur 150. & Brun. de augum. concluſ. vlt. in 2. præmiſſo. verſi. & ſi conſtaret de conſuetudine.

Et hoc idem probatur de iure in c. Olim. & c. Cum Canonicis. de cenſ. & ibi notat Abb. dũ Papa mandat quoſdã Canonicos manere contentos ſolutione prioris pecuniæ: & quando non ſit in vſu: extimatione penſionis antiquæ;
13 nam penſio † eſt onus ſuper beneficijs impoſitum, & certa ſeruitus. Gig. de penſ. q. 45. nu. 7. Oradin. de pẽſ. deci. 17. & vt referr Sarn. in reg. de infirm. reſign. q. 16. frãgit æqualitatẽ iuſti-
14 tiæ, ſecundũ quã deberet vnicuiq; † dari premium, ſecundum qualitatẽ laborum: ſicut tradit Paul. de Rom. tit. de penſ. in octauo quæſito

15 num.22.penſio† eſt hircus beneficij; & plaga
fętida, & vti odioſa nullam patitur extenſio-
nem.c.Odia.de reg.iur.in 6.vnde quando lite-
ræ dicunt quod ſoluantur 25. ſcuti auri in au-
16 ro, ſi eiuſdem monetæ adſint diuerſi valoris,
verba illa debent intelligi in minori.& non in
potiori ſignificatione.Gemin.in conſ.33. num.
9.Brun.in d.tract. de augum. concluſ. vlt. in 2.
præmiſſo verſic.aliquando verò, & vltimò qua
re cum in partibus & in loco beneficij; & vbi
fienda eſt ſolutio adſint ſicuti auri in auro, ma
ioris.& minoris valoris; debet intelligi de ſcu-
17 to minoris valoris: eſt enim † in electione dé-
bitoris quando plures monetæ currunt in lo-
co,ſoluere de qua uelit.Ioan.Vanq.in d.Clem.
Si beneficiorum. de decim. colu. 2 verſicu.ſed
in qua pecunia.& Brun.in eod.trac.de augum.
concl.vlt.in 2 præmiſſo.verſic.aliquando verò
& vlt.& verſ.& quando vna moneta. vbi dicit
quod ſi ſint plures monetæ eiuſdem qualita-
tis in loco, ſolutio debet fieri de magis vſuali
quando neſcitur de qua partes ſenſerint; & ſi
ambæ ſint vſitatæ de minima cenſetur fuiſſe
contractum.

Et iſta omnia corroborantur per ſtilum Ro
manæ Curiæ, qui regulariter eſt quod penſió-
18 nes† non excedant tertiam partem fructuum
beneficij: aliàs requiritur ſpecifica mentio in
litteris quod excedat tertiam partem; ſicut
notat Gig.de penſ.quæſt.9.num 1.2.3.& 4. vbi
dicit; quod licèt penſio eſſet impoſita motu
19 proprio;ſi excederet† tertiam partẽ, non va-
leret:quia tractatur de præiudicio Rectoris:&
20 motus † proprius non operatur in præiudi-
cium tertij.& concludit poſt multa ad propo-
ſitum, quod in dubio præſumitur fuiſſe volun-
tatem Papæ quod penſio non excedat tertiam
partem fructuum beneficij:quod maximè pro-
cedit in pręſenti caſu,vbi expreſſè extitit ſup
plicatum quod penſio non excedebat.d.tertiã
partem:vnde expreſſa apparet intentio Papæ;
& partium quod 25.ſcuti auri in auro non ex-
cedant tertiã partem:ſed ſcuti 70.qui faciunt
valorem beneficij in Romana Curia,faciunt in
partibus ſcutos 75. de ſcuto minoris valoris;
& ſic remaner,vera concluſio quod 25.ſcuti mi
noris valoris non excedant tertiam partem,vt
fuit ſupplicatum: aliàs vitiò ſurreptionis, &
nullitatis abundaret gratia,ſi attenderetur va
lor ſcutorum auri in auro pro vt valent Romę,
quia 25. ſcuti importarent 30. in partibus; &
Rectori ſolum remanerent 45. Et fortius; Re-
ctor remaneret deceptus contra conuentionẽ
habitam,& mentem Papæ, quæ fuit vt penſio-
narius haberet tertiã fructuum;& Rector duas
tertias;cũ omne onus temporale,& perpetuũ
ſit beneficio annexũ,ex quo fructus diminuun
21 tur;& fructus† dicuntur deductis omnibus o-
neribus,& expenſis.l.Fructus.vbi communiter
doctores.ff.ſolut.matrim.l.1.C. de fruct.& lit.

22 expen.& ſine dubio† intelligitur in onere per
petuo.Put.deciſ.328.in 3.lib.quale eſt onus ſol
uendę penſionis: ad quod onus penſionarius
non tenetur;ergo Rector.ſi vltra ſolitum gra-
uaretur;vltra intentionem Papæ, & partis eſ-
23 ſet oneratus,& contra† naturalem rationem,
quæ ſufficit ad deciſionem cauſſarum. l. Cum
ratio.ff.de bon.damn.Quia ſi ad augumentum
valoris ſcuti teneretur,alterata eſſet mens Pa
pæ,quæ fuit vt de ſcutis.70.ſoluantur 25.habi-
to reſpectu ad valorem beneficij; & ille valor
24 † intelligitur, qui erat tempore ortæ obliga-
tionis vt ſupra diximus;& tradit Afflict.deci.
293.nu.2.& deciſ.90.& ſequitur Oldr.in conſil.
13.& conſ.31.Scutus autem tempore conceſſio-
nis valebat decem iulijs,nunc autem iulijs 11.
& ſi augumentum procederet fauore penſio-
narij poſſet aſcendere ad iulios 12. & ſupra;
25 ſemper ad damnum Rectoris: quod† eſſe non
poteſt.Abb.in conſ.56.nu.1. verſi. Item poſſet
eſſe in tantum.vol.2 & Put.in d.deciſ. 149. nu.
6. Neq; ſubſiſtit argumentum; quod ſicut fru-
ctus poſſunt augeri; ita penſio: quia illa ratio
26 procederet ſi penſio† eſſet impoſita ſuper cer
ta, & ſpecificata parte fructuum:vt quia fuiſ-
ſet dictum;penſio ſit tertia pars fructuum; ſe-
cus verò quando (vt hic) conſiſtat in certa pe-
27 cunia, quia debet ſolui ſecundum † valorem,
qui erat tempore obligationis. vt refert Put.
in d.deciſ.193.nu.2. & caſus eſt deciſus in d.
Clem.Si beneficiorum. de decim.vbi decima,
28 quæ ſoluitur Papæ,debet† ſolui ſecundum an
tiquam taxam,nec habetur reſpectus ad augu
mentum. Vnde non eſt veriſimile quod Papa
voluerit plus iuris in penſionarium tranferre,
quàm ipſe habeat.ca.Non poteſt plus iuris.de
reg.iur.in 6.&. faciunt notata p Imol.in Clem.
per litteras.de reſcrip.& per Cagnol.in l.2.nu.
217.C.de pact.int.empt.qui fundatur in diſpo
ſitione.c.Cum canonicis.de cenſ. dicens quod
29 illi† errãt,qui dicunt ſcuti ſunt ſemper ſcuti,
& ſic remanet concluſio quod in caſu præſenti
25.Scuti ſint ſoluendi iuxta valorem antiquum
& conſuetudinem Bononiæ: ita ſecundũ Card.
in d.Clem.2.de Decim.in 7.quæſtio.& alia iura
ſupra allegata,attenditur ſtilus, & conſuetu-
do loci,vbi fieri debet ſolutio;& ſi in loco ſors
monetæ habeat variatum valorẽ ſolutio ſit de
minori; niſi ſit diſtinctio, vt eſt in Lombardia
in qua ſcutus eſt minoris, & maioris valoris,
ſcilicet ſcut' vocat' *al peſo della balla*,minoris
valoris, ideſt quãdo ſimpliciter dicitur ſcutus
auri:ſed quando dicitur auri in auro,eſt maio-
ris valoris: quæ conſuetudo attenditur etiam
ſi de anno in annũ fiat mutatio.ſecundũ Card.
vbi ſupra:& ita dico ſolutionem,de qua ſupra,
debere fieri ad conſuetudinem Bononiæ non
autem Romæ, Saluo &c. Laus Deo,& B. M.

CON-

CONSILIVM XC.

Emphyteuſis de Eccleſia, & eius terris facta an faciat Simoniam.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conceſſa in emphyteuſim cum terris, & pertinentijs ſuis, in dubio cenſetur in temporali conceſſa.*
2 *Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, vel annexum.*
3 *Tria requiruntur ad committendam Simoniam.*
4 *Deficiente vno ex tribus requiſitis ad Simoniam, deficit Simonia.*
5 *Quilibet præſumitur ſuæ ſalutis memor.*
6 *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*
7 *Omnis cauſſa, etiam beſtialis excuſat à dolo.*
8 *Decretum tollit omnem doli præſumptionem.*
9 *Intentio ex tribus conſiderari debet.*
10 *Intentio eſt duplex, principalis, & ſecundaria.*
11 *Intentio principalis eſt quando actus aliter non fieret.*
12 *Intentio ſecundaria eſt quando actus fieret, etiam non concurrente illa conditione.*
13 *Presbyteri dicuntur ſeniores.*
14 *Eccleſia eſt compoſita de re ſpirituali, & tẽporali.*
15 *Eccleſia poteſt alienari in parte temporali.*
16 *Eccleſia vendi poteſt in his, quæ materialiter conſiſtunt.*
17 *Eccleſia poteſt locari Sacerdoti, qui eam officiet.*
18 *Factum poſterius declarat prius factum.*
19 *Intellectus ille ſummi debet, quem effectus, & exitus demonſtrat.*
20 *Alienatio Eccleſiæ debet intelligi de re permiſſa, & ſecundum quod fuit obſeruatum, & nu. 21.*
22 *Pactum præſumitur, quod fieri erat ſolitum in dubio.*
23 *Aedificare, & reparare tendunt ad materiam Eccleſiæ.*
24 *Malum, quod fuit ſublatum, habetur pro non facto.*
25 *Illicitæ pactiones non ſemper arguunt Simoniam.*
26 *Iura loquentia de Simonia, intelligũtur de vera.*

Dominus Auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

FVit facta emphyteuſis quibuſdã laicis à Canonicis capitulariter certę Collegiatæ in his verbis, videlicet: Conceſſerunt in emphyteuſim plebem S. Ioannis, cum infraſcriptis petijs terrarum, & cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, in perpetuum ad renouationem de viginti nouẽ annis, in viginti nouem: quo tempore exiſtente emphyteutę petierunt renouationem; ſed quidam canonici noui poſuerunt in dubium, renouationem minimè fieri debere, cum contractus ille vſque à principio fuerit nullus, ex quo commiſſa fuit ſimonia; quia Eccleſia ipſa fuerat alienata ex illis verbis. Cõceſſerunt plebem: nam Eccleſia laicis committi non debet: & tantò magis quia illis laicis etiam data fuerat poteſtas eligendi curatum, & ammouendi. Quare requiſitus reſpondi, vt infra.

Verba illa; Conceſſerunt plebem, ſeu Eccle-
1 ſiam† cũ terris, &c. in dubio videntur reſpice-
re obuentiones prouenientes occaſione Eccle
ſiæ ad diſpoſitionem. c. Quærelam. iuncta Gl.
magna ne præl. in c. Sua. qui textus cũ ipſa Gl.
decidit caſum: Tamen ad maiorem intelligen-
tiam videri debet. Hoſt. in ſum. eod. tit. num.
4. & multæ præſumptiones iuris ſunt notandę:
Quarum prima illa eſt: quæ prouenit à diffini-
tione Simoniæ, quæ ſecundum theologos; &
2 iuriſtas, eſt † ſtudioſa volũtas vendendi, vel e-
mendi, aliquid † ſpirituale, vel ſpiritualitati
annexum; quod capitur à Rubrica eiuſdem ti
tuli; & omnes concludunt ſummiſtæ in eodem
3 titulo: ad quam committendam tria † requi-
runtur: intentio ſcilicet, conuentio, & execu-
4 tio. quorum ſi alter† deficiat, deficit & effect⁹.
ſicut Armil. in ſumma eiuſdem tituli nu. 4. no
tat, & ita ſi deficiat intentio, deficit peccatũ;
quod non oritur abſentę voluntate, ſaltẽ mor-
taliter: Verba .n. niſi procedant ab animo non
faciunt hominem reum. c. Homines. 22. qu. 2.
verſ. intereſt quemadmodum: vnde ad inducẽ
dum uitiũ Simoniæ, requiritur uoluntas emẽ-
di, vel vendendi ſpirituale, vel annexum: quod
5 in dubio nunquam præſumitur; quia quilibet†
præſumitur ſuę ſalutis memor. c. Sancimus. 1. q.
6 7. nec in eo † præſumitur dolus, niſi probetur.
l. Dolum. vbi Bar. C. de dol. ergo in præſenti ca
ſu licet ſit facta mentio plebis non eſt præſu-
mendus dolus, aut intentio committendi ſimo
niam; ſed ſolum voluiſſe alienare fructus eiuſ-
7 dem: nam quælibet† cauſſa, etiã beſtialis, excu
ſat à dolo. Caſſad. de penſ. deciſ. 2. nu. 5. & cũ
in eo contractu interuenerit decretum ceſſat
8 omnis doli † præſumptio. l. A iit Prætor. §. per-
mittitur. ff. de mino. cum alijs ſimilibus.

Secunda, præſumptio oritur ab intentione,
quæ qualis fuerit tria ueniunt conſideranda,
qualitas ſcilicet dantis, & recipientis: quanti-
9 tas rei conceſſæ: & tempus rei datę: ſicut oſten
dit Syluest. in ſum. tit. de Simon. § 1. num. 5. in
fine, ſed qualitas dantis, & recipientis hic ea
eſt, vt non præſumatur eos feciſſe, quod fuiſſet
contra propriam conſcientiam. duplex enim
10 eſt † intentio; principalis ſcilicet, & ſecunda-
11 ria, & intentio † principalis eſt quando actus
aliter non fieret: & tunc ſi fiat de re ſpirituali,
committitur Simonia; quia intentio eſt depra-
12 uata: ſecũdaria † verò eſt quãdo actus fieret &
non

non concurrente illa conditione; vt eſt in caſu
præſenti;quia ſi emphyteuſis ex parte dantis,
& recipientis fuiſſet conceſſa, & accepta ſine
denominatione Eccleſiæ, intentio fuiſſet ſecũ
daria,& non ſaperet vitium ſimoniæ.vt ita col
ligitur ex dictis Syluest. loco allegato. num:5.
Nec alia poteſt ſummi præſumptio ex qualita-
te perſonarum: nã in illo Collegio Maior pars
13 conſiſtit in præſbyteris, qui † in iure nuncupã
tur ſeniores,& ſunt in dignitate. c. Cleros. 21.
diſtin. & c. Porrò. 84. diſtin. vbi dicitur quod
in eis eſt ſapientia, ex quo oritur præſumptio
quod non voluerint emphyteuticare Eccleſiã,
ſed terras;prout etiam oritur à quantitate re-
rum;nam ſine Eccleſia quãtitas terrarum erat
nedum ſufficiens ad canonem conuentum, ſed
ad maiorem.

Tertia Præſumptio eſt iuris; quia Eccleſia
non eſt tota, vt in toto ſpiritualis; ſed in qua-
14 dam mixtione † compoſita de ſpirituali,& tẽ
porali;vt ſunt cæmenta, & alia ſimilia;quo ca-
15 ſu alienari† poteſt ratione partis temporalis,
etiam ſi non fiat expreſſa mentio de tempora-
li & intelligitur alienatio de temporali, nõ de
ſpirituali,quando pretium,quod datur,ſit ęqui
ualens ipſi parti temporali: prout tradit Na-
uar. in ſuo Manuali.c.23.num.99. in fin. & Ar-
mill. in ſumm.tit. de Simon.num.2.& num.34.
vbi ſecundum D.Thom.in 4.ſent.diſt.25. dicit
16 quod Eccleſia †vendi poteſt in his;quæ mate-
rialiter conſiſtunt; ſi non vendatur pluſquam
valet in materia: & ſequitur Abb. in c.Querel-
lam. de Simon. ergo quamuis ſit facta mentio
de Eccleſia, quia res materialis merebatur il-
lum canonem, dicitur facta emphyteuſis de ip
ſa materiali.Imo Syluest.in loco antedicto. nu.
17 14.tenet quod Eccleſia†poſſit locari alicui ſa
cerdoti,qui inibi officiet.

Quarta Præſumptio oritur ab obſeruantia
ſequuta; nam poſterior qualitas poſſeſsionis
declarat quid à principio fuerit intentionis
18 partium;quia poſterius† factum declarat pri*
factum.Bal. in conſ. 245. villa: circa medium;
& finem. vol.3.Crauet.conſ.294. num.8. ver.ali
dicens, quod intellectus ille † ſumi debet,
19 quem effectus,& rerum exitus demõſtrat: ſed
celebrato contractu, liuellarij ſolum habuerũt
poſſeſsionem terrarum; non autem Eccleſiæ;
cuius dominium,& iuriſdictio apud capitulum
remanſit,eam viſitando,Curatis litteras capel
laniæ faciendo;eam reſtaurando,& ſimilia; er-
go dato quod alienatio fuiſſet facta ſub nomi-
20 ne Eccleſiæ ſimpliciter; intelligi debet†facta
in caſu permiſſo,& ſecundum illud, quod po-
ſtea fuit obſeruatum: vt tradidit Syluest. in loco
allegato. num. 2. actus enim ſequens declarat
voluntatem præcedentem: inſtitu. de rer. di-
uiſ.§. Pauonum: Ioſeph.Lud.cõcluſ.38. in prin.
vbi de communi: & in verſ. 38. vbi poſterior
qualitas poſſeſsionis declarat intentionem à
principio contractus.Imò non eſt facienda co-
21 niectura quod ſit facta † de Eccleſia, quo ad
ſpirituale,ex vſu d. capituli,cum antea,nec po
ſtea dederit in liuellum niſi terras eccleſiarũ.
22 vnde etiam iſto caſu præſcrimendum eſt id †
factum, quod fieri erat conſuetum.Bal. in Au-
th.Si quas ruinas.num.2.c.de Sac.Sanct.Eccleſ.
vbi dicit;quod in dubio intelligitur ſecundum
conſuetum:& ad not.per Ioſeph.Lud. concluſ.
38.verſ. infertur 68. & verſ.115. & verſ.126.vbi
concludit quod præſumitur contrahentes ſecũ
dum ſubſequutam obſeruantiam contraxiſſe.
& ita tenuit Deciſ.Peruſ.62. num.7. & ita con-
cludi poteſt quod licet in contractu fuerit fa-
cta mentio de plebe, ſeu Eccleſia, quod intel-
ligatur de re temporali, prout ſequuta fuit ob
ſeruantia,& quod nullũ adſit vitium Symoniæ.

Nec obſtat quod in inſtrumẽto adſit pactũ,
quod liuellarij ipſi teneantur ad reparationẽ
23 Eccleſiæ;quia † reparare,ædificare, & ſimilia,
tendunt ad materiam Eccleſiæ;quæ etiam ſine
labæ Simoniæ vendi poteſt, vt ſupra probatũ
extitit per ſummiſtas, & D.Tho.ab eis allega-
tum. Sicut dare ſalariũ curato non eſt quid ſpi
rituale,ſed temporale: imò neque eligere ip-
ſum:quæ tamen poteſtas fuit eis ſublata. vnde
24 quando etiam fuiſſet malum;quia† fuit ſubla-
tum,habetur pro non facto. c.Nam & ego.cum
Gl. de verb.ſignif.Nauar. in c.Si quis iratus.de
pœnit.diſt.1.vbi dicit quod in malis, facta pro
non factis habentur,ſi non durant.ſecus, in bo
nis,vt in voto,& ſimilibus.

Et dato quod in d.contractu conſiderari poſ
25 ſent aliquæ,† illicitæ pactiones,quæ etiam eſ-
ſent tollendæ;non poſſet tamen argui de Simo
nia,vt notat Patiſ. in conſ.29.num.10.11. & 12.
26 in 4.vol.quia iura,quæ† loquuntur de ſimonia,
intelliguntur de vera, & quatenus adſit Simo-
nia,quia prohibita; auctoritas ſuperioris excu
ſat vitium Simoniæ. Pauin. in tract. de viſitat.
in 2.par.q.4.nu.8.& maxime iſto caſu vbi adeſt
cõſenſus Apoſtolicus. Simonia enim nõ habet
locum in Curia Romana,vt Pauin.ibi.num.7.&
ex allegatis probat Caccialup.de penſ q.19.n.
17. quandocunque igitur ille contractus ha-
buiſſet aliquod vitiũ, dicitur ſublatum per ad
miſſionem Pontificis.Et ita, mea quidem ſen-
tentia,non eſt cur dubitari poſſit de Simonia:
quia cum terræ illius Eccleſiæ de per ſe ſuffi-
cerent ad canonem, & prout fuit obſeruatum,
ſine Eccleſia,illud nomen Eccleſia intelligitur
de re materiali,& non ſpirituali. Saluo tamen
&c. Laus Deo, & B.M.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM XCI.

Emphyteuſis Eccleſiæ ſimpliciter conceſſa; an poſsit per delegatos concedi, vt in extraneos tranſeat?

SVMMARIVM.

1 *Omnis diſpoſitio tria requirit, poteſtatem ſcilicet, voluntatem, & modum.*
2 *Iudicium procedens à non habente poteſtatem, eſt nullum.*
3 *Iudicium ſine voluntate eſt nullum.*
4 *Modus ommiſſus facit ſententiam nullam.*
5 *Modus eſt de forma.*
6 *Qui non obſeruat modum, excedit fines mandati.*
7 *Emphytheuſis Eccleſiæ eſt prohibita in extraneos de iure.*
8 *Reſcriptum eſt strictè interpretandum.*
9 *Reſcripti natura eſt vt petitioni adaptetur.*
10 *Delegatio præſumitur facta pro vt de iure.*
11 *Mandatum Papæ eſt reducendũ ad ius commune.*
12 *Iuriſdictio delegati non extenditur, & eſt odioſa.*
13 *Agens vigore ſpecialis commiſſionis debet ſeruare formam.*
14 *Interdicto vnde vi poteſt agi cõtra eum, qui agit contra formam.*
15 *Forma iuris eſt ſeruanda, quando non datur ſpecialis.*
16 *Voluntas in dubio præſumitur qualis eſſe debet.*
17 *Voluntas cognoſcitur ex verbis.*
18 *Verba, & voces ſunt ſigna paſſionum quæ ſunt in animo.*
19 *Modus exceditur, re, loco, & tempore.*
20 *Modus dicitur excedi, re, quãdo quis agit pluſquam habeat in actione.*
21 *Omne quod agitur alio modo quàm debito, eſt nullum.*
22 *Qui ſententiat ſtatim præſentato proceſſu, nulliter agit.*
23 *Perpetuum, verbum importat tranſitum ad extraneos. declara, num. 25.*
24 *Emphyteuſis habens tranſitum ad extraneos, eſt damnoſa.*
25 *Perpetuum, ſi dicatur in emphytheuſi conceſſa pro ſe, & deſcendentibus, non excedit deſcendentiam.*
26 *Verbum, ſi inevidenti, conſideratur etiam quo ad futurum.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

EMphytheuſis Eccleſiaſtica fuerat cõceſſa pro ſe, & deſcendentibus in perpetuum, quam Papa requiſitus de beneplacito mandauit quibuſdam Iudicibus, quod ſi inevidenti eſſet vtilitate Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolica eam confirmarent. Qui facto proceſſu, nedum confirmarunt, ſed voluerunt eam etiam ad extraneos habere tranſitum: ſed ſucceſſor in beneficio volens bona ſuæ Eccleſiæ recuperare, dicebat de nullitate, quo ad extraneos: quia deficiente deſcendẽtia, nõ poterat habere tranſitũ ad extraneos, ſed ad Eccleſiam. Vnde requiſitus reſpondi vt infra.

Caſus iſte ab Eccellenti Domino Buſaneo
longè fuit diſcuſſus; & ſuper eo habita con-
cluſio ad fauorem Rectoris ſeu Eccleſiæ: vnde
nihil videtur requiri, niſi ſubſcriptio; quæ
omnia tanquam in Iure veriora approbo: & ſo
lum ſpicas poſt meſſem colligam ſi quidẽ om-
1 nis † diſpoſitio tria neceſſariè requirit, pote-
ſtatem ſcilicet, voluntatem, & modum. Et de
poteſtate agitur in l. Imperium. ff. de iuriſdic.
2 omn. iud. omne † enim iudicium à non haben-
te poteſtatem eſt nullum. l. 1. §. Hæc autẽ ver-
3 ba, ff. quod quiſq; iur. & ſine † voluntate nihil
valet. c. Cum ſuper Abbaria, de offic. deleg. l. Si
filio. C. de don. ant. nupt. l. Non omnis. ff. ſi cert.
pet. Et concurrente voluntate, & poteſtate o-
portet etiam habere modum, aliàs ommiſsio
4 † vitiat, & facit ſententiam nullam. Specul. de
5 ſent. § octauo. verſic. Item eſt nulla. Modus †
enim eſt de forma. C. de ſent. l. Cum eorum, &
6 Qui † non obſeruat modum dicitur excedere
fines mandati, & fines iuris. Innoc. in c. Super,
de offic. deleg. Ex quibus præmiſsis concludi-
tur, quod in caſu præſenti oportebat quod de
legati habuiſſent poteſtatẽ concedẽdi emphy
7 theuſim in extraneos; cum aliàs † ſit de iure
communi prohibitum. Gl. communiter appro-
bata in l. Etiam. ff. ſolut. mat. Caſtren. in conſil.
189. vol. 2. Alex. in conſ. 120. num. 7. vol. 1. & alia
per d. Dominum Conſulentem adducta. quod
in commiſsione non reperiretur. Reſcriptum
8 † eſt ſtrictè interpretandum; vt ſcilicet nõ ex-
tendatur ad non expreſſa. c. p. & g. de offic. de-
9 leg. natura † enim reſcripti eſt, vt adaptetur pe
titioni. Bal. in l. Eam quam, col. 2. verſic. Itẽ vbi
ſequentes. C. de fideicom. Dec. in conſ. 142. nu.
4. ad finem. & quod non eſt in petitione nõ eſt
10 in commiſsione: ergo delegatio † ſemper præ-
ſumitur facta prout de iure. Craſſ. deciſ. 349. n.
11 6. in 1. part. nouiſſ. nam mandatum † Papæ eſt
ſemper reducendum ad jus commune. Gemin.
in conſ. 48. num. 5. Caputaq. deciſ. 145. in 2. par.
12 & Iuriſdictio † delegati non eſt extendenda
vltra fines mãdati; quia eſt odioſa. c. 1. de offic.
deleg. in 6. & in his, quæ in commiſsione non
exprimuntur non ſe extendit; vnde ſi aliter a-
gatur eſt nullum. c. Cum dilecta, de offic. deleg.
13 Nam qui agit † vigore ſpecialis commiſsionis
debet ſeruare formam. c. Is qui. de præben. in
14 6. & ſi quis agat † vltra formam ei datam, po-
teſt contra illum agi interdicto vnde vi ſecun-
dum Innoc. in c. Si quando. de offic. deleg. & ſi
non

Digitized by Google

15 non detur ſpecialis forma, tenentur † ſeruare
formam iuris.ca.Si quid Clericis.de for. com-
per. Quare concludi poteſt illos delegatos
non potuiſſe excedere fines commiſsionis, &
ſic extẽdere emphyteuſim ad extraneos.Neq;
preſumendum eſt talem fuiſſe voluntatem Pa
16 pæ,quia in dubio† talis præſumitur voluntas,
qualis eſſe debet. Alex.in conſ.54.num. 22. in
4.volum.Et talis eſſe,& fuiſſe dicendũ eſt,qua
17 lis † ex verbis dignoſcitur. l. De quibus. ff.de
leg.l.Paulus reſpondit.ff.rem rat.hab.Nam ver
18 ba,† & voces ſunt ſigna earum paſsionũ, quæ
ſunt in animo.l Labeo.ff. de ſuppell. leg. vnde
quia Papa ſolum commiſit iuxta petitá, non
eſt dicendum habuiſſe animum ad non cogi-
tata,Et ſic concluditur illos delegatos non ha-
buiſſe poteſtatem;neq; Papam voluiſſe illud,
quod non dixit, & maximè contra ius com-
mune.

Qui,& modum exceſſerunt: qui dicitur ex-
19 cedi,† re,tempore,& loco.inſtitut. de action.
20 § plus.Re enim† exceditur,quando quis plus
21 agit,quàm habeat in actione. & omne † quod
agitur alio modo,quàm debito,eſt nullũ.Spe-
cul.de fruct & interr.§.5.verſ. Hoc autẽ. & iſti
exceſſerunt commiſsionem in qua, neq; in præ
cibus.nec in contractu facta eſt mentio de ex-
traneis;ergo nullum fuit eorũ decretum, Ex-
ceſſerunt etiam tempore, quia non dederunt
tempus alicui,qui potuiſſet habere intereſſe,
ad docendum de iuribus ſuis; ſed ſtatim præ-
22 ſentato proceſſu deuenerunt† ad ſententiam
vnde quod actum eſt fuit nullum; ad not. per
Ruin.in conſil.48.num. 12.lib. 1, Et poteſt etiã
dici quod exceſſerunt. loco; quia non conſtat
quod elegerint locum pro tribunali: & ſic re-
manet concluſio quod emphytheuſis de qua
agitur non poſsit in extraneos tranſire.

Nec obſtat quod in precibus fuerit dictum;
quod concedebatur in perpetuum: quod ver-
23 bum,† ſecundum aliquos, videtur importare
tranſitum ad extraneos. iuxta Sonc. in conſil.
266.col.13.verſic. 2. præmiſſa confirmantur.in
2.vol.& Anch conſ.443.num.8.Abb conſil. 74.
num.3.1.vol. quia vltra reſponſum ab Alex. in
conſ.9.num.12 & 13.vol 2.datum;& alijs à do-
mino Buſaneo allegatis; caſus ille erat, quia
emphyteuſis erat conceſſa pro ſe, hæredibus,
& ſucceſſoribus in perpetuum; qui neq; illo
caſu affirmat,quod verbum,in perpetuum,im-
portet tranſitum ad extraneos:dum ibi.verſic.
3. quia in caſu,in quo poteſt perpetuò conce-
di,dicit;quod ſi iſta duo ſeparata non induce-
rent.d. tranſitum, ſimul iuncta tamen indu-
cere deberent.& Anch.& Abb. ab eo allegati,
loquuntur quando in loco eſſet conſuetudo,
vt tranſitum faceret etiam in extraneos, quã-
do adſit verbum, perpetuum: ſecus verò ipſi
concludunt,vbi non eſt conſuetudo,quæ in lo-
co.d.contractus non adeſt. Vnde poterit mo-
dernus Rector reuocare bona Eccleſiæ. Et tã-
tò magis, cum illi delegati etiam modum ex-
ceſſerint quo ad cauſſam: nam eis auctoritas
fuerat data in euentum quod emphytheuſis
illa verteret in euidentẽ vtilitatẽ Eccleſiæ;ſed
24 conceſsio tranſitus† ad extraneos vertitur ad
damnum, cum Eccleſia perpetuò ammittat vti
le dominium. vt declarat Dec.in conſ.141.nu.
5.Nec obſtat quod eſſet cõceſſa in perpetuum:
25 quia illa dictio ſolum† amplectabatur deſcen-
dentiam;cum fuiſſet conceſſa pro ſe, & deſcẽ-
dentibus; quare addito verbo, in perpetuum,
referri debet ad præcedentia; ideſt. Quatenus
duret deſcendentia: quæ aliquando poterat
deficere, vt experientia docet; quia ſepè con-
tigit totam deſcendẽtiam vnius extingui. Sed
ſi poſſet ad extraneos tranſire; Eccleſia perpe-
tuò remaneret deſtituta. Et ſic redditur nullũ
decretum; quia ad hoc non extendebatur eo-
26 rum auctoritas: Imò illud verbum.† ſi ineuidẽ-
tẽ vtilitatẽ, nedum debebat conſiderari, quò
ad tempus contractus, ſed ad futurum: prout
nor. Alb.in conſ.34.num.16.& Borgn.deciſ. 46.
num.141.& 268. cum ibi allegatis. Et ita rema-
net concluſio quod contractus ille ſit inuali-
dus ex defectu ſolemnitatis; quæ habetur pro
ommiſſa,cum decretum illorum Iudicum red-
datur nullum. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo
&c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM XCII.

Beneficium Curatum an ſimplex vnquam effici
poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Beneficij appellatione non venit Cura.*

2 *Eccleſia à ſua inſtitutione erecta Curata non po-
teſt immutari, & ſi ſit immutata debet reduci
ad primam ſuam naturam.*

3 *Cura tripliciter intelligitur.*

4 *Cura habitu, & actu eſt, quando ab erectione fuit
ordinata, & poſtea in exercitio habita.*

5 *Beneficium Curatum dicitur quando a prima inſti-
tutione fuit vt Curatum erectum.*

6 *Beneficium olim Curatum, cum non ſit hodie, dici-
tur ſimplex. & num. 10.*

7 *Conciliatio opinionis Card. & Fed. de Senis.*

8 *Beneficium quo actu Cura non exercetur, non eſt
incompatibile cum alio Curato.*

9 *Beneficium non eſſe Curatum dicens, non tenetur
ad probationem.*

11 *Baptiſmus, & ſepultura non faciunt beneficium
Curatum.*

12 *Capellanum conſtituere non arguit Curam.*

13 *Beneficium Curatum, ſi per 40. annos teneatur vt
ſimplex, non eſt Curatum.*

Da mibi

Da mihi verbum Deus virtute multa.

FACTI SPECIES.

EXtat beneficium in Territorio Car-
penſi ſub titulo S. Ioannis Baptiſtæ
in loco dicto, *Roncho del Frà*, de quo
dubitatur, An habere debeat Curã
animarum; ex quo olim ſub nomine Parochia-
lis in literis Rectorũ nuncupabatur Parochia-
lis; & tamen ignoratur, quod Cura fuerit vn-
quam actu in vſu; neq; quod Rectores inibi fe-
cerint reſidentiam: Imò conſtare poteſt con-
trarium. Ab annis verò 40. & vltra 60. dicto be-
neficio fuit prouiſum de Rectore ſimpliciter,
nulla mẽtione facta de Parochiali, ſed ſolũ ſub
nomine beneficij, quia tunc temporis nulla e-
rat notitia Parochialis; Cura enim actu habita
non fuerat, & prædeceſſores nullam fecerant
1 reſidentiam: & nomine † beneficij ſimpliciter
nõ venit Cura. Gem. in c. Cum illis. de præben.
in 6. & tamen in illa Eccleſia diebus Feſtiuis
fuit celebrata Miſſa, & à nonnullis dictũ quod
quandoq; in ea fuit collatum Sacramentum
Baptiſmi; & etiam in cimiterio ſepulti mortui.
quod tamen per 40. annos, & vltra non fuit
obſeruatũ: ſed poſtea ab annis viginti circiter
viſæ fuerunt quædam Bullæ inſtitutionum, in
quibus dicebatur de Parochiali: vnde oritur
dubiũ, An de cætero d. beneficium ſit, aut eſſe
debeat Curatum?

Et pro affirmatiua videtur concludi poſſe:
2 quia quando Eccleſia † à primæua ſua inſtitu-
tione fuit erecta Curata, ex varietate facti nõ
poteſt immutari: & ſi ſit immutata debet re-
duci ad ſuam primæuam inſtitutionem. Card.
in Clemen. 1. quæſt. 21. verſi. Ego autem tenui.
de offic. Vicar. quem allegat Mand. in regul. de
idiomate quæſt. 11. num. 3. & nouiſsimè Conc.
Trid. c. 16. ſeſſ. 25. de reform.

Sed prædictis non obſtantibus pro negati-
3 uà concludi poteſt: nam Cura † tripliciter cõ-
tingere poteſt; videlicèt quod Cura habitu
tantum ſit inducta; vt eſt quando à prima
inſtitutione beneficium ſit erectum vt Cura-
tum: ſed actu non fuit Cura exercita: vel etiã
ſi quandoq; Cura fuiſſet exercita; ſed ali-
quo euentu deſierit eſſe. Actu etiam dicitur ſi-
ne habitu, quando à principio Cura non fuerit
annexa: ſed aliqua cauſſa Cura fuerit in exer-
4 citio: habitu, † & actu, quando à ſua inſtitutio-
ne Cura fuit adiecta; & obſeruata. ſicut no-
tant Canoniſtæ in c. De multa. de præben. ſed
caſus iſte verſatur circa Curam habitu tantũ;
etiam ſi in prædicta inſtitutione appareret de
Cura, cum in exercitio nunquã fuerit: neq; Re-
ctores fuerint aliquo tempore reſidentes. Imò
reſidere non potuiſſent, cum nulla in loco ad-
ſit habitatio pro Rectore: imò neq; pro colo-
nis: & ædificium non habet faciem Eccleſiæ,
ſed oratorij. Super quo caſu Card. in conſi. 48.
5 ad finem dixit quod beneficium illud † dicitur
Curatum, quod fuit erectum vt Curatum, &
cum poteſtate fori pœnitentialis: licèt actu nõ
exerceatur, & aliud tenuit Fed. de Sæn. in cõſ.
6 135. ad finem, quod ſcilicet beneficium † quod
olim fuerat Curatum, ſi hodie non ſit, quia a-
ctu Cura non exercetur; non dicitur Curatum,
quo ad pœnas in d. cap. de Multa. & extrauag.
Execrabilis. §. qui verò. de præben. contentas.
Prat. cãcel. tit. notab. ſuper vacan. nõ reſer. ver-
ſic. Curata Eccleſia. cum ſeq. fol. mihi 118. quas
opiniones Stafil. de Grat. expectat. §. Sciri. nu.
7 22. conciliat. † vt opinio Card. habeat locum
vt ſcilicet in impetratione beneficij ſit facien-
da mentio Curæ, quamuis non exerceatur: &
dictum Feder. procedat vt beneficium quod
in actu non exercetur vt Curatum, non ſit in-
compatibile cum alio requirente reſidentiam.
& ſequitur approbando dictum num. 42. 43. &
8 44. Vnde cum beneficium † de quo agitur non
habeat, neq; habuerit curam, non eſt dicendũ
quod ſit Curatum, vt ſit incompatibile, & re-
quirat reſidentiam. ſicut tradit. Mill. in reper-
torio. in verbo, Cura. nume. 68 & tenet Abb. in
d. c. de Multa. num. 24. verſi. Mihi plus placet.
quod ſequitur Gemin. in c. Si apoſtolica. nu. 3.
verſi. Quid ſi ſit Parochialis? de præben. in 6.
& Mand. in d. reg. de idiomate. quæſt. 11. num.
5. Quare, etiam ſi cõſtaret quandoq; Parochia-
lem fuiſſe; quod alleganti incumbit onus pro-
bandi; quia in dubio, de iure communi, nullũ
beneficium dicitur Curatum, niſi probetur; &
9 qui dicit † non eſſe Curatum, non tenetur pro-
bare, cum dicat illud quod eſt de iure. Rebuff.
in pract. benefic. tit. Seculare beneficium quo-
tuplex. num. 11. ergo cum non appareat, quod
10 actu † fuerit Curatum, pro non curato haberi
debet. Et intrat opinio Fed. de Sæn. in d. conſ.
135. quem ſequitur Goudiſl. de legat. quæſt. 14.
num. 86. & Ioan. Stafil. in d. tit. de Grat. expect.
in verbo, de qual. & ſtat. benef. nu. 22. 23. & 24.
11 vbi dicunt quod baptiſmus, † & ſepultura nõ
faciunt Eccleſiam Curatam. ſicut Rot. ſtatuit
per Cantuc. deciſ. 52. nu. 27. in 2. vol. diuerſ. no-
12 uiſſ. Neq; conſtituere † Capellanum, qui cele-
bret in ea, arguit Curam: ſicut affirmauit Rot.
deciſ. 17. nu. 4. in 1. vol. diuerſ. nouiſſ.

Nec obſtat opinio contraria, quia vt colli-
gitur à ſerie in ea expreſſa: & ab ipſo Mand. in
allegata regula de idiomate, loquitur de Cura
habitu, & actu: in quo caſu loquitur etiã Conc.
in d. ca. 16. ſeſſ. 25. dum ait: quod ſi Cura, quæ à
fundatione fuerat inſtituta, ſit tranſlata in p-
petuum vicarium, quod eo cedente, vel dece-
dente, Eccleſia reſtituatur in priſtinum ſtatũ.
Ex quibus verbis conſtat quod Cura, nec habi-
tu, nec actu defecerat. Sed caſus iſte multum
differt,

differt,quia non apparet quod cura aliquo tē-
13 pore fuerit in vſu actu:imò quando† conſtaret
aliquo tempore fuiſſe in actu,cum per 40. an-
nos,& vltra,conſtet nullum actum fuiſſe geſtū;
imò nec baptiſmus, nec ſepultura,ſed benefi-
cium vt ſimplex fuit tētum: etiam ſimplex de
cætero erit,& pro ſimplici erit habendum. ca.
de beneficio. de præb. in 6. Staſil.de Grat.ex-
pectat.§.octaua forma.num.3.Anchar.in conſ.
162.in quæſtione Eccleſiæ.Rot.de præben.de-
ciſ.32.aliàs 2.in nouiſſ.Rebuff. in pract. beneſ.
de non promo.intra annum. num. 7.Ex quibus
concludi poteſt quod dictum beneficium vti
ſimplex,vel ſaltem non curatum ſit habendū:
& ita dico, & conſulo. Saluo tamen &c. Laus
Deo,& B. M.

CONSILIVM XCIII.

Coloni Eccleſiæ an teneantur ad Gabellam pro fructibus venditis pro ſoluenda honorantia dominis.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Fed.de Senis in conſ.111. quando eſſet cōtra libertatem Eccleſiæ.*
2 *Excommunicationem quando incurrerent attentantes contra libertatem Eccleſiæ.*
3 *Opinio Fed.reprobata inquantum ſit contra libertatem Eccleſiæ.*
4 *Coloni partiarij Eccleſiarum nō tenentur ad Gabellam pro fructibus.*
5 *Fructus dicuntur,deductis expenſis,& oneribus,*
6 *Sua non dicuntur de quibus non poteſt quis ad libitum diſponere.*
7 *Fructus pro honorantia ſunt domino obligati.*
8 *Coloni non tenentur ad Gabellam pro fructibus, quæ eis obueniunt vltra expenſas,& onera.*
9 *Fructus,qui oriuntur ex re Eccleſiæ,ſunt exempti,*
10 *Fructus ex re Eccleſiæ,etiam ſi laici habeant vtile dominium,ſunt exempti,*
11 *Onus impoſitum perſonis pro rebus Eccleſiæ non ſubeunt Coloni.*
12 *Immunitas conceſſa rebus tranſit ad quoſcunq; res habentes.*
13 *Gabella non eſt ſoluenda de fructibus,niſi de parte,quæ ſupereſt deductis expenſis,& oneribus,*
14 *Princeps ſolus imponis Gabellam.*
15 *Conductores Gabellarum imponentes nouam Gabellam, ſine ſpeciali mandato domini, incidunt in pœnam perpetui exilij,*

Spiritus Domini deſcendat in ore meo.

DOctrina Fed.de Senis.in cōſ.111.quæ
1 datur in dubijs,ſi † ad eum ſenſum
tenderet, de quo in motiuis,procul
dubio eſſet cōtra libertatem Eccle-
ſiæ,ſaltem per indirectum:vt atteſtatur Alb.in
2 conſ.8.num.3.& qui eandem † opinionem ſe-
quuntur ipſo iure incidunt in excommunica-
tionem.c.Noluerit.de ſent.excommu. Abb. in
conſ.26.1.volum.Felin.in ca.Eccleſia. S.Mariæ.
quæſt.10.de conſtitu.Syulueſt.in ſum.de immu-
nit.§.1.num.14.Beat.Anton.de excomm.quæſt.
13.Conc.Triden.c.11.ſeſſ.22.de reform.& Bul-
la in Cœna Domini.& tantò magis quia in ca-
3 ſu,de quo in dubio,non † eſt recepta; vt atte-
ſtatur Pet,de Vbal.in conſ.2.de collect.qui di-
4 cit;quod coloni partiarij † Eccleſiarum nō te-
nentur ad Gabellas pro fructibus: & ſequitur
deciſ.Pedamon.83.ſed ſaluando Fed.in d.con-
ſil.111.quem eſt credendum ſenſiſſe de fructi-
bus,qui propriè ſunt fructus;non autem intel-
lexiſſe de omnibus, qui generaliter colligun-
tur, ſed de illis qui ſuperſunt deductis oneri-
bus,& ſumptibus:cum verè,& propriè illi ſint
5 † fructus de quibus in genere excipienda ſunt
onera, & expenſæ,ex communi ſententia in l.
Fructus.ff.ſol.mat.& recitat.d.deciſ. Pedamon.
& Bar.in l.Si merces.§.vis maior.ff.locat.vnde
quando dicitur quod gabella de fructibus de-
bet ſolui: debet intelligi verè,& propriè:& ita
dicendum eſt Federicum loqui:dum dicit,Sed
contrarium eſt verius:nam pars cōtingens co-
lonis in nullo eſt priuilegiata: Quare dicendū
eſt ipſum intellexiſſe de ea parte; quæ verè,
6 ſit colonorū:ſed ſui non † dicuntur illi,de qui-
bus ad libitum non poſſunt diſponere.l.Is qui
7 ſuis nummis.ff. de manumiſſ. Fructus † autem
ſunt domino obligati pro honorātia.l. Si in le-
ge.§.Si colonus.cum ſua Gl.ff.locat.imò debēt
etiam ex illis deduci expenſæ:ad not.in d. de-
ciſ. Pedam. & ſic opinio Federici non eſt con-
traria,prout allegatur; quia fructus, qui ven-
duntur pro ſoluenda honorantia,non ſunt co-
lonorum,ſed obligati domino.

Imò nec etiam tenentur pro his, de quibus
liberè poſſunt diſponere,deducto onere,& ex-
penſis:vt recitat Abb.in c.Ex parte,il 1.de de-
8 cim.& habetur† in Gloſ.Clem. 1. eod.tit.quia
9 fructus† oriuntur à re exempta,& conſequen-
ter ſunt exempti etiam in manibus colonorū.
vt refert Abb.ibi:ſuper quibus ſtatutum laico-
10 rum non valet:quia laici † non poſſunt diſpo-
nere ſuper rebus Eccleſiaſticis, etiam ſi tales
eſſent,quod laici ſuper illis haberent vtile do-
minium, vt ſunt emphytheutæ, feudatarij, &
ſimiles:prout concludit Abb. quem omnes ſe-
quuntur.in c. Quæ in Eccleſiarum. in 3. notab.
de conſtitut.Et hanc opinionem tenuit Boſ.in
tit.de prin.num.174.& Natt.in conſ.409. num.
11 8.& 9.qui dicunt,quod onus† impoſitum per-
ſonæ pro rebus; non ſubeunt Eccleſiaſtici, nec
12 eorum coloni; nam immunitas † conceſſa re-
bus,trāſit ad quoſcūq; ad quos res trāſit.l.eta-
tem.§.rebus.de cenſ.& dixi in hac eadem ma-
teria in conſ.77.num.10. cum alijs ad propoſi-
tum.& ſic tenendo etiam opinionem Federici
cum

Digitized by Google

cum fructus ſint obligati domino pro honorãtia, & ex eis deducantur expenſæ, nõ erit ſol-
13 uenda † gabella, niſi de illa patte, quæ ſuper
eſt. vt tenet Angel. de teſtam Gl. 21. num. 3. &
Pur. deciſ. 202. in 3. libr. & tantò magis, quia
gabella vſque ad huc non fuit ſoluta. Vnde
mirum eſt quomodo præſens conductor gabel
larum audeat hoc innouare; cum nullam habet
auctoriratem; niſi ſpecialiter ſibi conceſſum
14 fuiſſet. Quia ſolus † Princeps hoc poſſet. Bertach. in tract. in princ. 1. part. de gabel. & eſt text.
in l. fin. C. noua. vectigal. & not. Imol. de decim.
num. 14. & Bal. in conſ. 370. in 3. vol. Imò cadunt
15 † in pœnam perpetui exilij. vt in d. l. fin. etiã
ſi cõtra laicos inſolita vectigalia, & onera quæcunq; attentatent inducere, & tãtò magis pro
rebus Eccleſiæ. Ex quibus concludo, colonos
prædictos nõ teneri ad periram gabellam pro
fructibus vendiris ad ſummã honorantiæ iuxta ſolitum, & decretũ Ducaliũ factorũ; non obſtãtib⁹ ex aduerſo deductis. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XCIV.

Iuſpatronatus an vendi poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus in ſpecie vendi non poteſt.*
2 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
3 *Genus ſi verificari non poteſt niſi in vna ſpecie habetur pro ſpecie.*
4 *Iuſpatronatus de per ſe, ſine vniuerſitate bonorũ, eſt quoddam ſpirituale.*
5 *Vẽditio Iuriſpatronatus de per ſe, ſapit ſimoniam.*
6 *Spirituale vendi non poteſt.*
7 *Sequentia declarantur per præcedentia.*
8 *Mentio de pretio arguit emptionem.*
9 *Ceſſio Iuriſpatronatus requirit cõſensũ Ordinarij.*
10 *Suus, denotat ſuitatem.*
11 *Suus, quo ad ſucceſſionem intelligitur in vniuerſum ius.*
12 *Suus, non verificatur in ſingulari ſucceſſore.*
13 *Iuſpatronatus venditum in extraneos ſine conſenſu Ordinarij; deuoluitur Eccleſiæ.*

Diuino inuocato ſuffragio.

MAgnificus Dominus Riccius de Bruſatis habens Iuſpatronatum, in teſtamento hęredes inſtituit ſuos filios, Ioannem Baptiſtam, Iulianum, Ludouicum, & Ioannem: eoſq; in ſpecie voluit habere Iuſpatronatum, & iuſpræſentandi eorum deſcendentes in perperuum: qui, eo defuncto, d. Iuſpatronatum in extraneũ tranſtulerunt, recepta pecunia; & in inſtrumenro dixerunt, vendiderunt, & tradiderunt, & ceſſerunt, & tranſtulerunt. Quare Ordinarius prætendit d. Iuſpatronatum ad Eccleſiam deuolutum eſſe: & requiſitus quid ſentiam, reſpondi vt infra, videlicet.

Licèt iuſpatronatus in venditione veniat, ta
1 mẽ in † ſpeciali, nõ venit. Cuius venditio parti
cularis eſt à iure prohibita. c. de iure vero. de
iur. pat. & notãt Domini de Rota. dec. 9 de iur.
pat. in nouiſ. Nam ſi omnia bona habentis iuſ-
2 patronatum vendantur, tranſit † cum vniuerſitate, tãquam acceſſorium. c. Ex litteris. de iur.
patron. c. Acceſſorium. de regul. iur. in 6. ſed in
ſpecie non poteſt vendi & conſequenter venditio de qua quæritur eſt nulla.

Nec refragari videtetur ſi conſtaret venditores non habuiſſe alia bona; qđ tñ nõ conſtat.
quia primò poſſet reſponderi, qđ licèt iuſpatronatus tranſeat cũ vniuerſitate bonorũ d. c.
3 Ex litteris, tamen qñ genus † non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, habetur pro ſpecie. l. 2.
ff. de lib. & poſthu. vnde qñ non habuiſſent alia
bona, ex quo vẽditio fuit particularis, pro par
ticulari eſt habenda. Nam eo caſu neceſſe fuiſ
ſet facere contractum in genere, ſcilicet om-
4 nium bonorum. Secundò cum iuſpatronatus †
de per ſe, ſine vniuerſitate bonorũ ſit quoddã
5 ſpirituale. c. Quanto de iudic. cũ vẽditio † prædicta ſolum ſit facta de iure patronatu de per
ſe, nõ facta mentione omnium bonorũ; dicitur
facta de re ſpirituali. d. c. De iure veto. & dici-
6 tur ſapere Simoniam: quia † ſpirituale vendi
nou poteſt c. Quærelam. de Simon.

Nec defendi poſſe videtur ſi dicatur quod
cõtractus ſit factus in vim ceſsionis. quia prima
verba loquuntur de vendirione; quare licet ſe
quantur alia de ceſsione, debẽt referri ad prę-
7 cedentia: quia ſequentia † declarantur p præcedentia, quando illis adaptari poſſunt. l. Nam
qđ liquidè. §. fin. & illic Gl & Bar. ff. de pen. legat. & ſine dubio, qñ eſt conuentũ de pretio,
8 vt in caſu: quia vbicunq; fiat mẽtio † de pretio,
ſemper intelligitur de emp. & vend. l. fin. & ibi
Gl. in verbo, Intelligi. C. de præd. curial. lib. 10.
& Gl. in l. 1 §. 1. in verbo, Agendo. ff. de ſuperf.
Imò quãdo contractus ſuſtineri poſſet pro ceſſione, eſſet ineficax, quia caret conſenſu Ordi-
9 narij. Nam qñ iuſpatronatus † in laicũ per ceſſionem transferrur, requiritur conſenſus Ordinarij. Roch. de Curt. de iutepat. in verbo pro
eo quod diœceſani conſenſus. nu. 3. vbi de cõmuni: & quandocunq; valeat de iure ceſsio in
extraneos, non poteſt tamen valere ea, de qua
agitur; cum teſtator expreſsè dixerit, quod
Iuſpatronatus ſit in perpetuum, filiorum, &
deſcendentium ſuorum; quod pronomen denotat ſuitatem, vt conſiderat Iuſtin. in §.
Sui inſtit. de hęred. qual. & differ. & de pro-
11 prietate † dicri pronominis Suus, eſt vt ſuceſ-
ſio ſit in vniuerſum ius. l. Nihil aliud. ff. de ver-
12 bor. ſignificat. & non † verificatur in ſingulari
ſucceſſore. vt in terminis decidit Bald. in l.
Quoties. nu. 2. C. de hæred. inſtit. & facit tex.
pro argumento. in l. In ſuis. ff. de lib. & poſth.

ex quibus concludi poteſt venditionem præ-
13 dictam non valuiſſe,& d. iuſpatronatum† deuolutum fuiſſe Eccleſiæ,Gl.in c.Quia clerici in verbo,ſpoliando de iur.patron.& Gl.in c.Vnico. in verbo,Eidem.eod.tit.in 6. & tradit Roch. de Curt. in d. tract. & verbo. nu. 51. & ita iuris eſſe cenſeo.Saluo &c.Laus Deo, & B. M,

CONSILIVM XCV.

Succeſſor in beneficio an teneatur ſtare locationi,

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio tenetur ſtare locationi,quãdo locatio ſit facta in vtilitatem beneficij.*
2 *Succeſſor in beneficio regulariter non tenetur ſtare locationi.*
3 *Receptio penſionum affictus non confirmat locationem,niſi pro tempore receptarum penſionũ,*

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

VAcante præbenda Canonicatus Theologalis in carhedrali Mutinæ,dominus Franciſcus Oeconomus de conſenſu Epiſcopi locauit per trienniũ bubulcas 81.& tabulas 45. terrarũ d. præbẽdæ pro lib.560,in qua prębẽda,& canonicatu ſucceſsit R. Dominus Bartholomæus,qui petijt, An teneatur ſtare locationi, poſtquam aliquas penſiones d.locationis acceperat? cui reſpondi vt infra; videlicet;

1 Si locatio fuiſſet facta pro vtilitate† præbẽdæ;& pecunia fuiſſet conuerſa in eius vtilita-
2 tẽ,tenetur ſtare locationi aliàs† non tenetur, ex communi ſentẽtia doctorum.in c. fin.ſuper Gl. in verbo,Terminum,ne præl.Vic.ſuas.Ferret. in conſ.317.in 2.vol.Card.in Clem.1. §.fin. num.2.de reb. Eccl.non alien.Gemin.in c.Alienationes.nu.6. 12. q.11. Borgn. latè in repert. ſuarum deciſionũ in verbo, Locator prælatus. nu.1.2.3.4. Vincen.Carro.in tract.de locat.tit. bon Eccl. non alien. nu.1.2. & 3.

Nec ei obſtarent receptiones penſionum;
3 quia non intelligitur confirmaſſe† locationẽ, niſi pro tempore receptarum penſionum,prout ita ſtatuit Rot. per Put.deciſ.180.& 181.in primo lib. Vinc.Carroc. de loc. & cond. tit.de reuoc. locat.num.17. Burſat. conſ.23. num.17. 1.vol.Mill.in repertorio verbo,Prælatus:& ita ſentio, Saluo &c. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM XCVI.

Emphyteuſis Eccleſiæ quando deuoluatur ſine declarationẽ,

SVMMARIVM.

1 *Declaratio deuolutionis emphyteuſis requiritur.*
2 *Verba,ipſo iure, non tollunt quin fiat declaratio deuolutionis.*
3 *Pœna caducitatis eſt impoſita fauore domini.*
4 *Declaratio incurſus pœna non tranſit ad hæredes. declara.num.18.*
5 *Solutione canonis,cenſetur remiſſa deuolutio.*
6 *Lex 2.C. de iur.emphyteutico habet duos caſus.*
7 *Verba,ipſo facto,important deuolutionem in continenti.*
8 *Verbum,deuoluta,eſt præteriti temporis.*
9 *Pœna per verba præſentis, & præteriti temporis impoſita,ſtatim habet locum.*
10 *Cauſſa non ſolutionis eſt immediata cauſſa deuolutionis.*
11 *Verba ſuperflua pariunt abſurdum.*
12 *Contrahentes poſſunt ſibi legem imponere;*
13 *Geminatio oſtendit omnimodam voluntatem,*
14 *Voluntas contrahentium oſtenditur ex pactis.*
15 *Iuramentum corroborat pacta.*
16 *Verba, ipſo iure, in caſu emphyteuſis referũtur ad diſpoſitionem legis.*
17 *Legem ſibi imponere vnicuique licet.*
19 *Iura acquiſita Eccleſiæ tranſeunt in Rectorem.*
20 *Declaratio incurſus pœnæ,quod non tranſit ad hæredes,non habet locum in rebus Eccleſiæ.*
21 *Rector beneficij poteſt repetere bona Eccleſiæ malè alienata.*
22 *Melioramenta ſecundum legem reſtituuntur per Eccleſiam finita generatione.*
23 *Melioramenta quando ſunt pars pretij.*
24 *Verba clara non indigent declaratione.*
25 *Voluntas ex verbis dignoſcitur.*
26 *Voluntas conditionalis debet impleri in forma ſpecifica.*
27 *Verba retinent eorum proprietatem etiam in materia odioſa.*
28 *Prædeceſſor non præiudicat in iure quæſito ſine ſolemnitatibus.*
29 *Eccleſia ſemper viuit.*
30 *Conuentio ad fauorem Eccleſiæ non extinguitur morte Rectoris.*
31 *Rector beneficij eſt adminiſtrator, non dominus.*
32 *Rector tenetur de negligentia niſi proſequatur ius Eccleſiæ.*
33 *Rector non poteſt facere gratiam emphyteutæ ſuper remiſsione caducitatis.*
34 *Pacta ſunt ſeruanda.*
35 *Pactum habetur pro lege.*

Dominus

Dominus ſit in corde, & labijs meis.

FACTI SPECIES.

FActa fuit emphytheuſis bubulcatum 50. terrarum beneficij ſimplicis ad altare S. Chriſtophori cum infraſcriptis pactis: videlicèt quod ſi emphytheuta ceſſaret ſoluere canonem per duos annos, ipſo facto caderet ab omni iure, & ipſæ terræ immediatè cenſerentur deuolutæ cum ſuis melioramentis Eccleſiæ, abſq; aliqua iuris declaratione: & in euentum deuolutionis prędictæ teneatur ad ſolutionem Canonum præteritorum; necnon teneatur emphyteuta infra quinquennium expendere ſcutos quinquaginta ad meliorationem domus dictarum terrarũ; & ſi ceſſauerit id exequi, cadat etiam ab omni iure, & dictæ terræ cẽſeantur immediatè deuolutæ cũ melioramentis, vt ſupra, Eccleſiæ prædictę. Emphyteuta verò ceſſauit p biennium ſoluere canonem; & Rector qui emphyteuſim prædictam fecerat, ommiſit facere declarationem caducitatis: & eo defuncto ſucceſſor prætẽdit bona fuiſſe deuoluta: emphyteuta tamen reſiſtit, dicens, ſucceſſorem hoc prætendere non poſſe: tum quia declaratio non fuit facta, tum quia caducitas intelligitur remiſſa per canones receptos à prædeceſſore: tum etiam quia hoc ius non poteſt competere ſucceſſori. Quare rogatus reſpondi vt infra.

Caſus videtur deciſus in l. 2. C. de iur. emphy. iuncta Gl. in verbo, volens. vbi Iaſ. in 5.
1 notabili dicit, requiri † declarationem: quod
2 procedit etiam ſi adſint verba † illa, ipſo iure, quia ſemper intelligũtur, volẽte domino. Bal. in l. fin. num. 5. C. de reuoc. donat. Dec. in conſil. 146. num. 8. & in conſ. 206. circa finem. Nam
3 illa pœna † eſt impoſita fauore domini; vt dicit Caſſad. deciſ. 2. & 3. de loc. vnde eſt in eius arbitrio velle rem eſſe deuolutam, & cõſequẽter requiritur declaratio.

Secundò, ſecundum allegata à Caſſad. in di-
4 ctis deciſ. declaratio † incurſus pœnæ nõ tranſit ad hæredes, nec actiuè, neq; paſsiuè. vnde cum prædeceſſor nullam fecerit declarationẽ, non videtur quod ſucceſſor ad eam habeat facultatem.

Tertiò, cum lapſo biennio emphyteuta ſol-
5 uerit † Canones præteritos vnica ſolutione; cenſetur remiſſa deuolutio. vt notat Iaſ. in d. l. 2. num. 120.

Iſtis tamen non obſtantibus contrarium ſu-
6 ſtineri poteſt. nam † lex 2. C. de iur. emph. duos notat caſus expreſſos: ſcilicet qđ quando ſunt factæ aliquę pactiones in emphytheuſi, illæ sũt in omnibus ſeruãdæ, & præcipuè in deuolutione: aliàs verò ſi nullum ſit factum pactũ, ſi emphytheuta per triennium ceſſauerit à ſolutione, liceat Domino eũ expellere. Quare lex ipſa prætendit, quod Canones ſoluantur; ſuper quibus quando ſit factum pactum, illud ſit obſeruandum; quando verò non adſit pactũ, lex ipſa dat regulam ad deuolutionem, ſi Canones non ſoluantur: vnde cum adſit pactum expreſſum illud eſt ſeruandum, nec opus eſt prouiſione legis, à qua partes receſſerunt; & conuene-
7 runt vt ipſo † facto res intelligeretur deuoluta: quia idem important verba, vt per Bar. in l. 1. ff. de his qui not. infam. Alex. in l. Si inſulam. n. 33. ver. 11. fallit. ff. de verb. oblig. qui dicit qđ vbi adſunt ſimilia verba, non eſt locus pœni-
8 tentiæ, nec purgationis moræ. Verbum † enim, deuoluta, eſt præteriti temporis. ad Tiraq. C. de reuoc don. l. Si vnquam. nu. 26. vnde ſecundum Doct. communiter. vt per Bart. in l. Iubemus. in l. Si ſanè. num. 11. C. de Sacroſ. Eccl. & in l. Imperator. ff. de iur. fiſc. pœna, ſiue priuatio
9 † impoſita ipſo facto per verba præſentis, vel præteriti temporis, ſtatim ſine alia declaratione incurritur; & ſic cum per pactum immedia-
10 tè res deuoluat; cauſa non ſolutionis † dicitur cauſa immediata deuolutionis, ſine alio medio. vt per Tiraq. in d. l. Si vnquam. nu. 103. nec requiritur aliud medium declarationis; a-
11 liàs verba eſſent † ſuperflua, quod eſſet abſurdum l. Si quando. in prin. ff de leg. 1. ca. ſi Papa de priuil. in 6. & eſſet contra mẽtem d. l. 2. quæ vult quod pacta ſeruentur, & tantò magis quia partes conuenerunt quod ſtatim, & abſq; aliqua declaratione intelligatur res deuoluta:
12 quibus † licitum fuit legem eis benè viſam imponere. l. Meuius. & l. Qui hæreditari. in princ. ff. de cond. & demonſtr. & tantò magis apparet de voluntate contrahentium ex geminatione facta de dicta deuolutione, dum primò dicunt ob ceſſationem ſolutionis ipſo facto cadat: & ſecundò, quod res ipſa immediatè cenſeatur
13 deuoluta: quæ geminatio † oſtendit omnimodam volũtatem quod res deuoluatur ſine declaratione. Bal. in l. Præcibus. ff. de impub. & alijs ſubſt. Gig. de penſ quæſt. 100 quorũ volun-
14 tas † oſtenditur etiam ex alio pacto, quod ſcilicet cadat, ſi per quinquennium non expẽdat 50. aureos in domo; vt decadat immediatè l. Si
15 ſeruus. in fin. ff. de leg. 1. quæ omnia † corroborantur à iuramento. vt per Marſil. in ſingu. 226. & Matheſ. ſingul. 50. in addit. & Iaſ. in l. Si quis maior. C. de tranſact. Quare reſtat concluſio quod pacta ſint ſeruanda.

Nec obſtat. Iaſ. in d. l. 2. 5. notab. quia lex illa, loquitur in caſu in quo nõ adſint pacta: imò eſt argumentum pro iſta parte, quia primò diſpoſuit pacta, ſeruari: ſecundò qđ quando non adſint pacta ſeruetur diſpoſitio tradita: vnde ſi pacta reducantur ad diſpoſita per legẽ, vacua eſt prima diſpoſitio, & inanis. qđ eſt abſurdũ

16 & dictũ Bal. & aliorũ qui dixerunt q̃d ẽt† verba, ipſo iure, intelliguntur, vt ſequatur declaratio; referuntur ad diſpoſitionẽ legis, dũ loquitur volente domino: non autem ad pacta quæ vt ipſa lex iubet ſunt ſeruanda: vnde in iſto ca
17 ſu ceſſat prouiſio legis; cum ſit † vnicuique liberum ſibi legem imponere. l. Meuius. & l. Qui hæredi. ff. de condi. & demon.

18 Nec obſtat allegata ratio, quod declaratio† incurſus penè non tranſit ad hæredes; quia primò reſpondeo quod illud procedit in caſu in quo ſit neceſſaria declaratio; quia ſi prędeceſſor eã ommiſit, non vr̃ quod ſucceſſor eã facere poſſit: Sed in iſto caſu iã per pacta erat facta declaratio: ergo nõ erat ampliꝰ neceſſaria.

Secundò, quod deuolutio erat ad fauorẽ Ec
19 cleſiæ; vnde iura † acquiſita Eccleſię tranſeunt ad quẽcunq; ſucceſſorẽ, ad ꝙ facit textus in c. Requiſiuiſti. de teſtam. & Bar. in l. Ciuibꝰ. ff. de teb. dub.

20 Tertiò reſpondeo, quod illa regula † non hẽt locũ in rebus Eccleſiæ, ſecundum ea, quæ allegat Gl. communiter approbata in c. 1. in verbo. rigor. de dol. & contum.

21 Quartò, hoc eſt in iure cautũ quod Rector† beneficij põt repetere bona ſuæ Eccleſiæ alienata. c. Nõ liceat. 12. q. 2. c. Pręſbiterorũ. vbi Gl. ad fin. de reb. Eccl. non alien. Rot. de iudic. deciſ. 11. alias 334 in nouiſ. ergo ſucceſſor iſte ſtãtibus pactis poterit bona prædicta recupare.

Quintò, verba cõtractus de per ſe ſunt clara, ſcilicet ꝙ lapſo biennio res habeatur pro deuoluta abſq; alia declaratione, & geminatio dd. verborũ reddit clariorẽ voluntatẽ partiũ vt ſupra probaui, & alia, quę diſponunt ẽt meliora-
22 menta, deuoluere; quæ † ſecundum naturam legis reſtituuntur per Eccleſiam finita genera
23 tione: ſed quando adeſt † pactum quod remaneant apud Eccleſiam; dicitur quod ſint pars prætij, vt per Rotam Deciſ. 208. lib. 2. diuerſ. nouiſſ. ergo conſtat quod pacta remouent diſpoſitionem legis: & ſunt ſeruanda quidquid dicatur ex aduerſo. quàre oritur concluſio ꝙ
24 vbi verba † ſunt clara, non eſt locus declarationi; quę declaratio ceſſat, quãdo eſt ommiſſa à verbis: vt etiam tenuit Rot. deciſ. 691. nu. 2. in 1. lib. diuerſ. nouiſſ. ſed hic ex partium voluntate fuit ommiſſa: ergo ei non erit locus. Imò iuxta legem etiam intelligitur facta dum
25 ait, volente Domino; quia † voluntas ex verbis dignoſcitur. ad ea quę latè notat Curt. Iun. in conſ. 169. nu. 2. 3. & 4. Crau. conſ. 20. num. 2. Tiraq. in l. Si vnquam. in verbo, libertis. nu. 18. de reuoc. donat. fuit ergo voluntas contrahẽtium imponere conditionem, quod deficiente emphyteuta in rebus conuentis, res eſſet de-
26 uoluta ſine alia declaratione: & voluntas † conditionalis debet adimpleri in forma ſpecifica. d. l. Hęreditati. & l. Meuius. ff. de cond. & demon.

Nec obſtat quod agatur de materia odioſa,
27 & pœnali: quia etiam † in ea verba retinent eorum proprietatem Cald. in conſ. 1. de conſang. & affin. Dec. in conſ. 76. nu. 2. & in conſil. 113. num. 6. Imò verba ſunt Eccleſiæ fauorabilia, nõ odioſa cuius nomine, & fauore verba conditionalia ſunt prolata: & cui per ceſſationem ſolutionis fuit ius quæſitum deuolutionis abſque declaratione; vnde prædeceſſor
28 † non ſolum tacitè, neque expreſsè potuit illi præiudicare, ſine requiſitis ſolemnitatibus, præſertim in iam iure acquiſito. Rot. deciſ. 14. in antiquis. & deciſ. 2. in nouiſ. de renuntiat. & ſic receptio canonum à prædeceſſore non præiudicat Eccleſiæ; cuius nomine facta fuit il
29 la cõuẽtio; & quæ† ſemper viuit; vt notat Bal. in l. 1. §. in primo. ad finem. C. de caduc. toll. & ideo ipſa præſumitur ita contraxiſſe, nec mor-
30 te † illius Rectoris extincta eſt conuentio. ſicut probat Specul. in tit. de arbit. & arbitrat.
31 §. 5. verſ. quid ſi Prælatus; vnde modernus † Rector qui eſt adminiſtrator non dominus bo
32 norum Eccleſiæ. c. 2. de donar. teneretur † de negligentia, niſi ius ſuæ Eccleſiæ proſequeretur. l. fin. & ibi Bal. c. Vt in poſſ. leg. nec poſ-
33 ſet † facere gratiã emphyteutæ ſuper remiſſionem caducitatis. ad tradita per Bal. in l. Præſes. in 4. notab. c. De tranſact. & ſic quidquid dicatur in contrarium, aut referendum eſt ad diſpoſitionem legis, vbi non adſint pacta: aut
34 ſine fundamento loquuntur: quia pacta † ſunt ſemper ſeruanda. d. l. 2. & l. 1. ff. de pact. Imò pa
35 ctum † habetur pro lege. l. Legem. C. de pact. & ita dico. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XCVII.

Officium nouum an Epiſcopus inſtituere poſſit in ſua diœceſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poſſunt inducere modum pſallendi in ſua diœceſi. declaratur infra num. 9.*

2 *Epiſcopus poteſt cum populo inducere noua feſta in ſua diœceſi.*

3 *Epiſcopi debent ſeruare regulas traditas à S. Romana Eccleſia.*

4 *Officia non approbata à S. Romana Eccleſia ſunt prohibita.*

5 *Cathedrales omnes tenentur ſeruare officium ſecundum ritum S. Romanæ Eccleſiæ.*

6 *Addere, vel detrahere officio inſtituto à S. Romana Eccleſia nemo poteſt.*

7 *Decretum irritans, & clauſula derogatoria annullat omnia inde ſequuta.*

8 *Forma non ſeruata, omnis actus eſt nullus.*

9 *Epiſcopus inducendo modum pſallendi, non debet immutare ritum à S. Sede datum. & num. 11.*

10 *Inferior non poteſt ſe intromittere vbi Papa manum appoſuit.*

Da mihi

Da mihi Domine copioſam gratiam benè loquendi.

FACTI SPECIES.

IN certa Cathedrali Eccleſia conſueuerat
ante Concilium Tridentinum, & refor-
mationē Breuiarij, in aliquibus feſtis Sā-
ctorum eius Ciuitatis horas Canonicas
celebrare cum proprijs Officijs dictorum San-
ctorum ab ipſa ordinatis & poſt Concilium, &
renouationem Breuiarij, obtinuit à Præſiden-
te Congregationis Concilij, vt de dictis San-
ctis, qui forſan in Breuiario non ſunt aſcripti,
vel ſunt vt ſimplices annotati; poſsit ſolemni-
ter agere. Sed nulla facta fuit mentio de præ-
dicto nouo officio. Quare ortum eſt dubium an
poſsit obſeruari?

Et pro parte affirmatiua maximè facit di-
ſpoſitio iuris communis, quæ dat Epiſcopis
1 †. auctoritatem inducendi modum pſallendi in
ſua diœceſi. cap. Nouit. 12. diſtin. & idem notat
Gl. fin. in c. Eleutherius. 91. diſtin. cum alijs ſi-
milibus.

2 Quibus Epiſcopis † data eſt etiam pote-
ſtas inducendi noua feſta in ſua diœceſi. ca. fin.
de fer. & c. 1. de conſec. diſtin. 3.

Sed prædictis non obſtantibus contrarium
probabiliter ſuſtineri poteſt, tum iure com-
muni, tum ordine in breuiario poſito; tum etiā
vigore bullæ fel. recordationis Pij V. Papæ.

De iure enim communi fuit ſtatutum per
Caliſtum Papam. de quo in c. 1. 12. diſtin. quod
3 omnes Epiſcopi † deberent ſeruare regulas
traditas à Sancta Romana Eccleſia omnium
Eccleſiarum matre: quod poſtea Gregorius ſe-
quutus fuit. in ſeq. Cap. ex qua diſpoſitione in-
fertur ad ius particulare breuiarij reformati,
& prædictæ bullæ.

In prędicta enim rubrica generali d. breuia-
rij dicitur quod poſsint fieri officia propria Sā-
ctorum à Sede Apoſtolica approbata, vel eius
auctoritate recepta, vel recipienda. ergo om-
4 nia † officia à d. Sede non emanata, vel appro-
bata, ſunt prohibita. argumento. l. Cum prætor
ff. de iud. & quæ tacitè inſunt in prædicta ru-
brica; exprimuntur in bulla. incipiendo à ver-
ſic. Ac etiam abolemus quæcunq; alia breuia-
ria: vbi loquitur de his omnibus, qui conſuetu-
dine, vel iure tenentur dicere officium iuxta
5 ritum Romanum; vt ſunt omnes † cathedrales.
d. cap. 1. & 2. 12. diſtin. & deſcendendo in ea in
verſic. omni itaq; alio vſu &c. & ibi, Statuentes
Breuiarium ipſum nullo vnquam tempore, &
6 c. in quibus locis conſtat neminem † poſſe
in totum, aut in parte addere, vel detrahere,
Diſpoſitio cuius Bullæ ad vnguē ſeruari debet;
quia habet clauſulā derogatoriam, & decretū
7 irritās: cuius natura † eſt annullare omnia inde
ſequuta. c. Si eo tēpore. de elec. in 6. & tātò ma
gis quia adimit omnē alium vſum, ēt alias ap-
probatū; diſponens quod nemo poſsit ſatisfa-
cere, niſi ſeruata forma. d. Breuiarij. vt in verſi.
Ac quoſcunq; , qui horas Canonicas. &c. om-
8 nis nanq; actus † forma tradita non ſeruata eſt
nullus l. Comparationes. C. de fid. inſtrum.

Nec obſtant allegata pro contraria: quia ſi
Epiſcopus in ſua diœceſi poteſt inducere mo-
9 dum pſallendi, intelligitur † dummodo modus
ille non ſit contra iam ordinata à S. Sede Apo-
ſtolica; vel etiam ſi nō immutet ritum iā datū;
vt declarāt Archid. & Gem. in d. c. Eleutherius.
ſuper illam Gl. & tradit Nicol. Plot. de hor. Ca-
10 non. in 9. q. 2. part. quia vbi † Papa manum ap-
ponit, non poteſt inferior ſe intromittere. ca.
Vt noſtrum. de appell. Rot. eod. titu. deciſ. 3. in
nouiſſ. Clem. ne Romani. de elect.

Secundò, non obſtat quod Epiſcopus poſsit
inducere noua feſta in ſua diœceſi; quia illud
habet locū quo ad venerationē Sanctorū, quā
Epiſcopus cum populo ſuo inducere pōt quo
11 ad feſtiuitatem; ſecùs quò † ad nouum ritum
pſallendi; quia ſemper debet ſe conformare cū
ritu Romanæ Eccleſiæ. vt in d. c. 1. & 2. 12. diſt.
& not. text. in c. in cauſsis, de ſent. & re iudic.
& ſi hoc fuiſſet conceſſum, cenſetur abrogatū
per d. Bullam Pij V. quæ tollit omnem alium
vſum; excepta conſuetudine ducentum anno-
rum: quæ non eſt in caſu prædicto. Quare in ea-
dem ſum ſententia, quod in d. Cathedrali non
poſsit nouum officium fieri; ſed ſolum ſolem-
nizari dies illorum Sanctorum iuxta ritū pſal-
lendi datum à Breuiario, & à Summo Pontifi-
ce. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM XCVIII.

Canonicus an poſsit habere beneficium cum cura habitu, & non actu.

SVMMARIVM

1 *Beneficium Curatum dupliciter dicitur.*
2 *Cura tripliciter dicitur, habitu tantum, vel actu, aut actu, & habitu.*
3 *C. multa. de præben. & extrauag. Execrabilis. loquitur de cura actu, & num. 8.*
4 *Incompatibilitas requirit reſidentiam.*
5 *Ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio legis.*
6 *Cura actu deficiente, non adeſt incompatibilitas.*
7 *Conciliatio opinionum Card. in conſ. 48. & Fed. de Sen. conſ. 135.*
9 *In Beneficialibus attenditur vltimus ſtatus.*
10 *C. Multa. & extrauag. Execrabilis, habent locum quando requiritur reſidentia.*
11 *Curæ mentio in odioſis eſt facienda; ideſt quando petitur beneficium.*
12 *Appellatione beneficij venit et Curatū, et quādo.*
13 *Motus proprius excludit allegationem ſurreptitiam, quando non agitur de præiudicio tertij.*

Aperi Domine labia mea, vt annunciem veritatem.

FACTI SPECIES.

HAbens Canonicatum in collegiata, motu proprio Principis ſecularis, de cuius Iurepatronatu agebatur, obtinuit alind beneficium ſine expreſsione Curæ, vel ſimplicitatis; quod per xv. annos tenuit, vt ſimplex, pro vt in vltimo ſtatu tentum fuerat: quibus elapſis, occaſionaliter viſę fuerunt literę inſtitutionum quorundam prædeceſſorum, in quibus dictum beneficium nuncupabatur Curatum; ſed Cura actu nunquam fuit in executione; vnde ortum eſt dubium, An dictus Canonicus poſsit dictum beneficium retinere? ſtante diſpoſitione. c. De multa. & extrauag. Execrabilis. de pręben. & Conc. Trid. c. 2. & 4. ſeſſ. 7. de reform. & c. 17. ſeſſ. 24. etiam de reform.

Ad reſolutionem pręſentis caſus aduertendum
1 eſt, quod beneficium † Curatum dupliei
modo intelligitur ſecundum Innoc. in ca. Cum
2 ſatis. de offic. Arch. Imò tripliei † iuxta Canoniſtas. in d. c. De multa. ſcilicet habitu tantum,
vel actu, aut habitu, & actu, vt eſt quando à ſua
inſtitutione Cura fuit impoſita; & poſtea exe-
3 cuta: de quo caſu loquitur † d. c. De multa. cum
alijs ſupra allegatis: ſed aliud eſt quando Cu-
ra non fuerit in exercitio: quia incompatibili-
4 tas † de qua iura prædicta loquuntur ceſſat:
cum aliud non ſit, niſi quia vterque requirit
præſentiam Rectoris, ſed cum Cura non ſit in
5 vſu, ceſſat † ratio, & conſequenter diſpoſitio,
Bar. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. pub. vnde quia
6 Cura actu non adeſt, nõ dicitur incompatibile. ad diſpoſitionem. d. c. De multa. & extrauag.
Execrabilis. ſecundum quam loquitur Conc.
ſupra allegatum. Rebuff. in pract. benef. tit. de
diſpen. ratione ætatis. verſic. Etiam ſi curam.
& eſt notatum in prac. cancell. tit. notab. ſuper
vac. non reſeru. verſic. curata Eccleſia. fol. mihi 118. & ita etiam refert Stafil. de Grat. expectat. in 2. part. §. vt ſciri. num. 22. & nume. 42. 43.
7 & 44. vbi conciliat † opinionem Card. in conſi.
48. & Fed. de Sen. in conſ. 135. vt ſcilicet opinio
Card. procedat in imperratione beneficij, vt
ſit facienda mentio de cura habitu. & Fed. vt
non ſit beneficium incompatibile, Quam opinionem tenet etiam Abb. in d. c. De multa. ad
8 finem. imò Gl. in d. extrauag. † Execrabilis. §.
qui verò & §. quantum autem. concurrit cum
iſta opinione quod conſtitutio loquatur de
beneficijs, qui habent curam actu: ſicut tenet
Gom. in regula de idiomate. q. 11. nu. 5. & Gondiſl. de legat. num. 83. 84. & 85. & decreuit Rot.
per Cantuc. deciſ. 52. in 2. volum. diuerſ. nouiſ.
& cum multis allegatis. Flam. Pariſ. de reſign.
benef. lib. 3. q. 1. num. 93. & lib. 2. quæſt. 1. nume.
107. & 108. & prædicta tantò magis procedunt
in præſenti caſu cum non fuerit cura in actu
à prædeceſſore, neq; ab alijs, quod ſciatur. Et
9 in beneficialibus † attenditur vltimus ſtatus.
ſicut not. Bald. in terminis in l. Si mater. num. 3.
C. ne de ſtat. defunct. Oldrad. in conſ. 58. Quidã
impetrauit. & latè Leomb. Aurielan. de mand.
Apoſtol. nume. 77. & 78. Quare reſtat concluſio
quod qui habet beneficium curatum habitu
tantum, & non actu; poteſt etiam retinere Ca-
10 nonicatum; quia † pœnæ. c. De multa. & extrauagantis. & Conc. habent ſolum locum quando
beneficia requirunt reſidentiam; ſed vbi cura
non exercetur, non requiritur reſidentia.

Neq; refert opinio Card. in d. conſil. 48. cum
diſtinctione Stafilei; vt ſcilicet habeat tãtum
11 locum pro facienda mentione † curæ in impetratione; quia illud procedit in odioſis, vt eſt
quando quis petit ſibi beneficium conferri:
ſed in gratijs à principe motu proprio factis,
ſufficit exprimere beneficiũ ſimpliciter; quia
12 tunc appellatione † beneficij venit etiam curatũ. Stafil. in d. tract. tit. de modo, & forma impetrandi. incipit, debet ergo, in part. 2. num. 2,
3. 4. 5. & 6. & Franc. in c. Cum in illis. nume. 5.
de præben. in 6. quare cum motu proprio principis beneficium, de quo agitur, ſit collatum;
ſatis dicitur facta mentio Curæ; quia quando
13 princeps motu proprio † mouetur, dicitur facere gratiam, quodcunq; ſit beneficium, ſimplex, vel curatum: & non poteſt allegari ſurreptio; maximè quando non tractatur de præiudicio tertij. Put. deciſ. 386. 1. lib. Fel. latè in c. Ad
aures. col. 5. verſi. quinta concluſio. de reſcript.
& in c. Conſtiturus. num. 7. eod. tit. & facit. ca. Si
motu. de præben. in 6. Et ita remanet concluſio
quod iſte Canonicus poteſt dictum beneficiũ
retinere: & ita dico, & conſulo, Saluo &c. Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM XCIX.

Diſpenſatio in cauſſa matrimoniali, an requirat iuſtificationem cauſſæ?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in matrimonio prohibito, requirit cauſſam.*
2 *Papa eſt ſupra Concilium.*
3 *Papa omnia poteſt, quia facit idem tribunal cum Chriſto.*
4 *Papa habet liberam facultatem in matrimonijs.*
5 *Voluntas Papæ habetur pro iuſta cauſſa, & n. 12.*
6 *Cognitio cauſſæ in matrimonio interdicto, ſoli Papæ eſt reſeruata. & num. 10.*
7 *Generalis commiſſio non dat auctoritatem in ſpecialibus non expreſſis.*

8 *Quando*

8 *Quando ſpecialiter aliquid fieri debet, non cadit in generalitate.*
9 *Prohibitum non cadit in generali commiſſione.*
11 *Delegatus non debet perquirere ea, quæ non ſpecificantur in commiſſione.*

Da Domine ſermonem rectum, & benè ſonantem in os meum.

FACTI SPECIES.

ILluſtris Comes Alexander Laicus, & Illuſtriſs. Domina Eleonora in 3. & 4. gradu conſanguinitatis coniuncti deſiderantes inuicem matrimonialiter copullari ſupplicauerunt Summo Pontifici pro diſpenſatione, narrantes quod ex certis rationabilibus cauſsis animos eorum mouentibus ad id mouebantur: & Papa cõmiſit cauſſam Reuer. Vicario Ferrariæ; mandans quod de præmiſsis diligenter ſe informet, & ſi repererit qđ preces veritate nitantur cum ipſis diſpenſet; dummodo rapta non fuerit. Qui Reuer. Dominus Vicarius volebat eos probare cauſſas propter quas mouebantur; ſed ipſi recuſabant, dicentes quod non tenebantur; ex quo Papa admiſerat eas, quas in animo habebant, licet commiſsio ad id non extenderetur. Quare conſultus reſpondi vt intra.

1 Diſpenſatio† in matrimonio prohibito ſine
dubio requirit cauſſam: vt in Conc. Tridentino ſeſſ. 24 de reform. matrim. c. 5. ad finem. ſed
2 non ſunt ligatæ manus Pontificis; qui † eſt ſuper Concilium. Sylu. in ſum. in verbo, Papa. nu.
3 15. & omnia ſibi placita† poteſt, quia facit idẽ tribunal cum Chriſto. Card. Iacob. in tract. de concilio. lib. 7. artic. 6. verſic. ſed præmiſsis non
4 obſtantibus. & maximè in matrimonijs †habet liberam facultatem. vt probat Nauar. in ſuo Enchiridion. c. 22. nume. 84. Burgaſ. de irregul. & diſpenſ. in 3. part. tit. de diſpenſ. general. cõcil. num. 6. & 7. & tit. de diſpenſ. Pap. num. 1. 2. 3. & 4. & tradit Dec. in c. Canonum. nume. 5. de conſtitu. & Ioan. de Selua. tit. de beuef. q. 8. nu. 9. vnde infertur quod etiam ſine cauſſa poſſet diſpenſare, vel habere omnem cauſſam pro le-
5 gitima: nam eius † voluntas habetur pro cauſſa. vt not. Fel. in c. Ad audientiam. il 2 colum. 4. verſ. Nihilominus. de reſcrip. & eſt ſcriptum in c. Propoſuit. de conceſſ. præben. Quib. ſtãtibus
6 infertur, quod cum cognitio† legitimæ cauſſæ diſpenſandi ſuper interdicto matrimonio ſoli Papæ ſit reſeruata; vel Sacræ Congregationi in materijs Concilij; prout Illuſtriſs. Cardinales in ea præfecti declarauerunt in declaratio
7 ne 317. generalis† commiſsio ſine expreſsione eiuſdem cauſſe; non dat auctoritatem ſuper eam. c. In generali conceſsione. de reg. iur. in 6.
8 quia quando aliquid† fieri debet ſpecialiter, non ſufficit ſi fiat verbis generalibus. Clem. 1. & ibi Gl. in verbo, ſpecialiter. de iud nã quan-
9 do aliquid † eſt prohibitum, non intelligitur conceſsũ per generale reſcriptum; ſed expreſſa fieri debet mentio. Rot. de reſcript. deciſ. 28. aliàs 358. vnde cum iam ſit prouiſum, quod
10 cognitio † veræ cauſſæ diſpenſandi in matrimonio ad ſolum Papam ſpectet; generalis oratio illud non comprehendit. Rom. in conſ. 393. nume. 14. cum ibi per eum allegatis & fuit ita in Rota deciſum. Caputaq. deciſ. 116. num. 3. in 1. part. Quare ſi Papa voluiſſet committere cõgnitionem cauſſe; id expreſsè dixiſſet. vnde
11 delegatus† debet ſolum perquirere ea, quæ ſibi expreſsè fuerunt commiſſa; nunquam verò ea, quæ non fuerunt expreſſa. c. Ad audientiã. de decim. & ſic ſat erit ſi delegatus ſe informet ſuper expreſsis, videlicet ſuper. 3. & 4. gradu. & ſi mulier fuerit rapta; nam cauſſæ, quæ intrinſecus ſupplicantes habent, Papa videtur acceptaſſe; & cum eis ſpecialiter diſpen-
12 ſaſſe, quo ad eas; & ſola voluntas† Papæ habetur pro iuſta cauſſa. vt in iuribus allegatis. & tradit Stafil. de Grat. expect. §. ſupereſt. nu 11. & in tit. de reſcript in forma Breuium. nu. 27. & 28. qui, quo ad hoc, videtur elegiſſe viam abſolutam, & ſolum ordinariam in his, quæ ſpecialiter commiſit; quod Reuer. Vicarius ſolum ad expreſſa in commiſsione debeat attendere; quia in non expreſsis Papa videtur diſpenſare. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo, &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM C.

Canonici habentes auctoritatem condẽdi ſtatuta, quæ ipſo iure intelligantur confirmata à S. Sede Apoſtolica, an teneantur ea exhibere Epiſcopo ſuo pro conſenſu?

SVMMARIVM.

1 *Canonici non poſſunt facere ſtatuta in his, quæ pertinent ad ſtatutum Eccleſiæ, ſine conſenſu Epiſcopi.*
2 *Omnis conceſſio Principis alteri facta, generaliter, intelligitur ſine præiudicio tertij.*
3 *Confirmatio de ſua natura intelligitur ſine præiudicio tertij.*
4 *Papa per generalem confirmationem non intendit collere iura Diœceſanorum.*
5 *Papa recipiens aliquem ſub ſua protectione, nõ intendit per hoc illum eximere à iuriſdictione ſui Epiſcopi.*
6 *Confirmatio ſimplex Papæ ſtatutorum Canonicorum, ſolum intelligitur de his, quæ ipſi Canonici ſtatuere poſſunt.*
7 *Confirmationis natura eſt dare robur, ſed non ſe extendere ad non ſpecificata.*

8 *Mentio*

8 *Mentio ſpecialis de iure Diœceſani requiritur, ad tollendum eius iura,*

9 *Clauſula, ex certa ſcientia, quando non ſit in præiudicium Ordinarij. & num, 11.*

10 *Certa ſcientia dicitur apparere quando Papa narrat ſe certam de aliqua re ſcientiam habere.*

Diuino ſuffragio poſtulato.

FACTI SPECIES.

PApa in erectione collegiatę dedit. Canonicis auctoritatem condendi ſibi ſtatura, quæ ipſo iure intelligātur cōfirmata à Sede Apoſtolica, quibus conditis: Epiſcopus viſitando collegiatā, quærebat ea ſibi præſentari; vt videret ſi in eis agebatur de cultu Dei, & Eccleſiæ; & an tempore compilationis interueniſſet conſenſus Epiſcopi illius temporis. Canonici verò præſentarunt eorum ſtatuta cum proteſtatione, quod ad id mouebantur non obligatione, ſed reuerentia, & eorum vrbanitate: negantes cōſenſum, aut confirmationem Epiſcopi fuiſſe neceſſarium: cum confirmata intelligantur à Sede Apoſtolica. Quare requiſitus quid in hoc ſentiam reſpondi vt infra, videlicèt,

Duo pro concluſione præmitto, primò quod Epiſcopus habet ſuam intentionem fundatam
1 in iure communi; ſcilicèt quod Canonici† non
poſſunt ſtatuta facere ſine ſuo conſenſu, & auctoritate, in his quæ pertinent ad ſtatum Eccleſiæ. ſicut notat Gl. interpraetando text. in c. Cum conſuetudinis. de verb, ſignif. in 6. & refert Abb. & alij in cap. Cum omnes. de conſtit.
2 Secundò, quod omnis conceſſio† Principis,
ſimplex, & generalis alteri facta ſemper intelligitur ſine præiudicio tertij. ca. Quamuis, de reſcrip. in 6. Bar. & alij in l. fin. C. ſi cont. ius. vel rempub. Fel. latè. & Dec. in c. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. vnde quandocunq; in reſcripto Papæ non eſt facta mentio de iure Epiſcopi, non eſt dicendum quod ſit ſublatum; & eſt
3 de natura † confirmationis quod non operetur
in præiudicium tertij: ſi expreſſa non ſit facta de eo mētio; & ſit ſublata. ſicut tradit Dec. in c. Tua nobis. nu. 7. de confirmat. vtil. vel inutil. & Sarn. in regula de iure quæſito non toll. quæſt. 1. Rot. per Aldobrandinum, qui poſtea fuit Papa Clemens VIII. deciſ. 455. num. 6. in 1.
4 part. diuerſ. nouiſſ. & potiſſimum quia Papa †
nunquam intendit per ſuam generalem confirmationem lædere iura diœceſanorum, c. fin. de confirma. vtil. vel inutil, ita quod quamuis
5 ſub Apoſtolica † protectione recipiat aliquas
perſonas, non vult tamen eas eximere à iuriſdictione ſuorum Epiſcoporum c, Ex parte tua.
6 de priuil. Quare confirmatio† dictorum ſtatu-
torum ad ea tantum ſe extendit, quæ de iure Canonici ſtatuere poterant: non autem ad ea, quæ ipſi ſtatuere non poterant. ſicut probat Innoc. in ca. Dudum. ad finem. de decim. & ibi Hoſtien. Abb. & Ioan. Andr. & ſtatuit Rot. deciſ. 31. nume. 6. regiſtrata per Cantuc, in 2. vol. diuerſ. nouiſſ. quod maximè procedit quando confirmatio ſit generalis: & per conſequens in his, quæ ad Epiſcopum ſpectant, non ſe exten-
7 dit; natura † enim confirmationis eſt dare ro-
bur rebus in narratiua contentis; non autem ſe extendere ad non ſpecificata. Bal. in l. Aduerſus in fin. C. ſi aduerſ. rem iudic. & in l. More maiorū. in 1, col. verſ. in Gl. 3. ff. de iuriſd. omn. Iud. Alex. in conſ. 132. nume. 17. vol. 4. Boer. deciſ. 172. num, 10. in 1. part. & ita pro claro habetur quod confirmatio dictorum ſtatutorum, nō
8 tollit iura Epiſcopi, quæ, vt tollerentur † ne-
ceſſe erat quod Papa explicitè mentionē feciſſet de iure diœceſani; aliàs confirmatio ad hoc non ſe extendit. Innoc. in c Cum dilectus. de fid. inſtrum. imò quando etiam priuilegium
9 haberet† clauſulam, ex certa ſcientia, non per
hoc eſſet præiudicium Ordinario; quia vt dicit Abb. in c. Cum inter. col. 1. de except. & ſequitur Felin. ibi. col. 1. Anchar. in conſi. 293. &
10 Alex. in conſil. 125. in fin. vol. 2. certa † ſcientia
Papæ dicitur apparere quando in confirmatione exprimit ſe certā ſcientiam habere de aliqua re: ſed abſit qd habuerit ſcientiā de cōtentis in ſtatutis nondū compilatis: quæ cōtinent plura capitula, & plures qualitates, de quibus Papa nullam potuit habere ſcientiam, cum nondum eſſent in eſſe; ideò non entis nullæ ſunt qualitates, iuribus vulgatibus, & ſic
11 quando etiam adeſſet clauſula† ex certa ſciē-
tia, non conſtaret Papam habuiſſe ſcientiam de illis, quæ non erant in eſſe; & conſequenter confirmatio ad ea nullatenus ſe extenderet. vt limitando probat Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 404. num. 7. ſequutus Sonc. qui hoc, & alia multa recitat in conſ. 288. In cauſa vicariæ. verſic. 2. reſpondeo cum duobus ſeqq. verſic. 2. vol. & ſic remanet concluſio quod Epiſcopus poteſt Canonicos compellere ad exhibendas conſtitutiones, eaſq; in his, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ, aut infringere, aut cōfirmare, prout ad cultum Diuinum nouerit conuenire. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

CONSILIVM CI.

Canonicatus per adeptionem Parochialis extra Ciuitatem, an ipſo iure vacet?

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio. c. De multa, & extrauag. Execrabilis. de præben. priuat ipſo iure habentem ſecundū beneficium Curatum, de primo.*

2 *Dimittendo primum beneficium, nutu, vel ſigno, non incidit in pœnam.*

3 *Diſpoſitio*

3 *Diſpoſitio c.De multa, & extrauag. Execrabilis; habet locũ ſolum in incompatibilitate, quæ inducit vacationem ipſo iure.*
4 *Beneficium ſimplex, & etiam ſi requirat reſidentiam, non meretur priuationem, ipſo iure, ſed per ſententiam. & num.7.*
5 *Extenſio non fit in pœnalibus.*
6 *Canonicatus eſt ſimplex beneficium, ſine adminiſtratione.*
8 *Clauſula, quomodocunq; & qualitercunq;, comprehendit omnem modum vacationis.*
9 *Clauſula, ſi vacet per aſſequutionem, comprehendit vacationem per adeptionem ſecundi.*

Dominus Auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

Qvidam Canonicus in concurſu Parochialis S. Agathæ, fuit electus, & expeditis bullis, antequam poſſeſsionẽ Parochialis adipiſceret, in cancellaria Epiſcopali, conſtituit procuratorem ad reſsignandũ Canonicatum; & poſtea adeptus eſt poſſeſsionem Parochialis: nec poſtea ſe intromiſit in Canonicatu: ſed quia procurator fuit negligens in reſignando, agitur An d. Dominus An
1 tonius iam Canonicus † inciderit in pœnam. c. De multa. & extrauag. Execrabilis. de præben. & requiſitus reſpondi vt infra.
Ad euitandam pœnam. ca. De multa. & ex
2 trauag. Execrabilis; ſufficit quod qui † obtinuit ſecundum beneficium, aliquo ſigno, vel nutu oſtendat ſuã voluntatem dimittendi primum beneficiũ: ſicut refert Bellam. deciſ. 755. col. fin. & Stafil. de Literis gratię. verſic. tertio quo ad conſtitutionem Execrabilis; & vlterius
3 diſpoſitio illa † vendicat ſibi tantum locum in incompatibilitate, quæ inducit vacationem ipſo iure; vt in duobus Curatis, aut in Curato, & dignitate, vel perſonatu, aut officio perpetuo: pro vt loquitur conſtitutio prædicta; non
4 autem in beneficio ſimplici, etiam † ſi requirat reſidentiam; quia licèt habeat incompatibilitatem cum Curato; non habet tamen priuationem ipſo iure, ſed per ſententiam: vt latè declarat Stafil. in d. tit. de lit. grat. verſic. 4. quæritur. & not. Rot. in deciſ. 37. de præben. in antiq. quæ loquitur in terminis: dicens quod qui habet Curatum, ſi conſequitur aliud beneficium ſimplex non Curatum, licèt requirat reſidentiam perſonalem ipſo iure non perdit primum: quia c. De multa. eſt pœnale, & debet ſolum in ſuis terminis teneri: & eſt ratio, quia
5 in pœnalibus non fit extenſio; & ſolum ſtatur in expreſsis. l. in pœnalibus. ff. de reg. iur. Auth. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccleſ. Gl. in l. 2. C. de pat. qui fil. diſt. quæ dicit quod non fit extenſio in materia pœnali, ad alium caſum, etiã habentem ſimilem rationem. Quare cum Ca
6 nonicatus † ſit ſimplex beneficium, & ſine adminiſtratione: vt refert Rebuff. in pract. benef. tit. Seculare beneficium quotuplex. num. 12. & ſolum habeat incompatibilitatem propter re
7 ſidentiam, talis incompatibilitas non inducit † priuationem ipſo iure, ſed ſolũ per ſententiã, vnde cum iſte Reuer. ante ſententiam reſignauerit Canonicatum, non poteſt alio priuari: & tantò magis quia apparet de eius voluntate illum dimittendo, tum ex mandato ad reſignãdum; tum etiam quia poſtea nullum actũ geſſit in d. Canonicatu; ex iuribus ſupra allegatis. & ad hoc facit declaratio Cardinalium. ca. 17. ſeſſ. 24. verſi. habenti Parochiam. dum ait, quod qui infra duos menſes non dimiſit primum nõ ſua culpa: conceduntur alij duo menſes ad dimittendum.
Imò quando etiam per diſpoſitionem. d. ca. De multa. & extrauag. Execrabilis. Canonicatus ipſo iure vacaret; non eſt locus pœnæ: quia Papa in collatione. d. Canonicatus expreſsit omnes vacationes: & in primis dixit, quocunq; modo vacet, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis
8 modo. & ibi. aut aliàs † quomodocunq; & qualitercunq;, & ex quocunq; capite: quæ quidem clauſulæ comprehendunt omnem modum vacationis; & ſic Papa contulit omni modo. Rot. de reſcript. deciſ. 1. in nouiſſ. & eod. tit. deciſ. 14. in antiq. Caſſad. deciſ. 5. de præben. Bellam. deciſ. 610. Soc. in conſ. 32. num. 12. lib. 1. & vlte
9 rius adeſt clauſula ſi vacet † per aſſequutionẽ alterius beneficij Eccleſiaſtici: quæ comprehendit vacationem per aſſequutionẽ ſecundi beneficij incompatibilis. Rot. de reſcrip. deciſ. 17. in nouiſſ. & ideò omne dubiũ remanet ſublatum: & d. Reuer. Dominus Antonius eſt tutus ab omni pœna. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo. &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CII.

Bulla commiſsionis de diſpenſando ſuper legato pio, ſi narrata ſint vera, cum pręſcriptione 30. & 40. annorum: ſine decreto Commiſſarij; an probet?

SVMMARIVM

1 *Pręſcriptio 30. & 40. annorum præbet iuſtã cauſſam poſſidendi.*
2 *Præſcriptio habet vim decreti in his, quæ alienari non poſſunt ſine decreto.*
3 *Præſcriptio 30. & 40. annorum, cum obſeruantia, facit præſumere omnia neceſſaria præceſſiſſe.*
4 *Poſſeſſor malæfidei vllo tempore non præſcribit, & num. 6.*
5 *Ius Canonicum ſeruari debet, vbi agitur de peccato, vel dependentibus.*
7 *Mala fides eſt ſcientia rei alienæ.*

8 *Hæres*

8 *Hæres adeundo præſumitur ſcire ea, quæ in teſtamento continentur.*
9 *Qui petit diſpenſationem eorum, quæ ſunt in teſtamento, præſamitur ſcire teſtamentum.*
10 *Mala fides nocet etiam hæredibus.*
11 *Præſcriptio 30. & 40. annorum, non eget titulo, aut bona fide.*
12 *Quæ præſcribi non poſſunt, requirunt titulum, & bonam fidem.*
13 *Præſcriptio non habet locum in eo, qui ſcit rem eſſe alienam.*
14 *Præſcriptio non currit de iure Canonico.*
15 *Præſcriptio non currit in his, quæ ſunt reſeruata Principi.*
16 *Præſcriptio non habet locum, quando agitur de re ardua.*
17 *In inſolitis non præſumitur diſpenſatio. & n. 18.*
19 *Diſpenſatio eſt odioſa.*
20 *Narrata debent verificari, in prouiſione contra iuris regulas.*
21 *Commiſſio diſpenſationis eſt conditionalis.*
22 *Actus, qui requirit ſcripturam, non præſcribitur ea non apparente.*
23 *Præſumptio decreti, intelligitur quando adeſt, quod præceſſerit eum cognitione cauſſæ.*
24 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
25 *Decretum in diſpenſatione commiſſa, ſi nõ adeſt, nec diſpenſatio præſumitur. & num. 26.*
27 *Commiſſario aſſerenti in decreto cauſſam, non ſtatur, ſi de ea non conſtet.*
28 *Bulla diſpenſationis ſola non probat.*
29 *Quando dubitatur ſuper diſpenſatione, recurritur ad Papam.*

Spiritus Domini repleat cor meum.

FACTI SPECIES.

FActum fuit legatnm cuidam Hoſpitali lib. 20. quotanis. de quo Regentes nullam habueruut ſcientiam per 30. annos, quibus elapſis ad eorum notitiam peruenit, & cũ hæredes cõuenirent, oſtenderunt bullam Papæ, in qua comittebatur delegato, vt ſe de prędictis informaret; & ſi præces veritate nitebantur, auctoritate Apoſtolica diſpenſaret, vt hæredes retinere poſſent. d. Legatum: qui in ſupplicatione narrauerant hæreditatem eſſe multis debitis oneratam, & ipſos eſſe quattuor, qui ſoluendo d. legatum viuere ad decentiam eorum qualitatis non poſſent. Sed non apparet quod commiſſarius fecerit decretum, neq; aliquam inueſtigationẽ, ſed ſolum allegant præſumptionem per curſum 30. & 40. annorum diſpenſationis. Vnde quæritur quid iuris?

Ad cuius rei elucidationem, primò videtur
iuſtitiam fouere dictos hæredes; quia præſcri-
1 ptio 30. & 40. annorum præbet iuſtam cauſſam
poſsidendi, & tollit omnem actionem. l. Sicut.
& l. Omnes. & tot. tit. C. de præſcrip. 30. vel 40.
2 annorum. Et in his quæ † alienari non poſſunt
ſine decreto, habet vim decreti. Bal. in l. 1. nu.
19. verſi. quædam non poſſunt. C. de ſeru. fug.
q; maximè verificatur vbi Papa cõmittat di-
3 ſpenſari; quia ſpatio† annorum 30. & 40. & ob-
ſeruantia ſequuta præſumuntur omnia neceſ-
ſaria præceſsiſſe. vt tradunt Doct. in l. Scien-
dũ. ff. de verb. oblig.

Sed inſpecta veritate contrarium arbitror
eſſe verius, & quod illi hæredes teneantur ad
legatum perſoluendum; & moueor ex regula
in c. Malæ fidei. de reg. iur. in 6. quæ non tolle-
4 rat poſſeſſorem † cum mala fide vllo tempore
prędcribere de Iure Canonico; q̃ius ſeruari de-
bet quicquid dicant legiſtæ; quia tractatur de
5 peccato, † de quo, & dependentibus ab eo de-
bet, ſeruari ius Canonicum, ſecundum commu-
niorem, & veriorem. ad Balb. de præſcript. in 3.
parte, principalis partis. quæſt. 2. nu. 1. & Ant.
Gabriel. in ſuis concluſionibus concluſ 5. nu. 2.
de præſcript. quod quidem ius canonicum nõ
6 tollerat poſſeſſorem cum mala fide † aliquo tẽ
pore præſcribere d. c. Malæfidei. & c. vigilanti.
& c. Si diligenti. de præſcrip. vbi dicitur, quod
nulla antiqua dierũ poſſeſsio iuuat malæfidei
poſſeſſorem. Et hanc opinionem maximè ex-
tollit Crau. in conſ. 146. per totum. & Rol. à
Vall. in conſ 6. nu. 41. & 42. volum. 3.

Et quod iſti hæredes fuerint in mala fide,
probo ſic: Malæfidei poſſeſſor ille dicitur, qui
7 ſciens rem alienam poſſidet: nam malafides †
nil aliud eſt, niſi ſcientia rei alienæ. Felin. in d.
c. Si diligenti. col. 3. verſ. & nota quod ſcientia
rei alienæ. & Balb. eod. tit. in l. Celſus. in 3. par.
num. 20 & 21. & quod dicti hæredes habuerint
ſcientiam rei alienæ ſatis apparet ex tenore
8 teſtamenti, in quo conſtat de legato. Hæres †
enim adeundo hæreditatem, vel in ea ſe immi
ſcendo, non poteſt prętendere ignorãtiam de
his, quæ in teſtamento continentur. l. Pro hæ-
rede. vbi doct. ff. de acquir. hæredit. Imò magis
9 iſti † ſcire probantur ex tenore eorum ſuppli-
cationis Summo Pontifici, in qua narrauerunt
in teſtamento contenta: de quo latè Crau. in
d. conſ. 146. num. 6. qua ſcientia ſtante, non cõ-
ſtante de diſpenſatione, (vt dicetur infra)
nulli eſt dubium quod fuerunt in malafide;
10 quæ † nedum ipſis nocet, ſed & quibuſcunque
eorum hęredibus; ſicut pro communiori refert
Felin. in d. c. Si diligenti. verſ. contra opinionẽ
famoſam. in 4. colum. & Ant. Gab. tit. de præ-
ſcrip. concluſ. 5. num. 2. & Crau. eod. conſ. 146.

Nec obſtat quicquid in contrarium adduci
11 poſſit ad oſtendendum quod præſcriptio† 30.
& 40. annorum non indiget titulo, aut bona fi-
de; ſicut dicit Emmanuel Soarez. in lib. recept.
ſent. in verbo, Præſcriptio. num. 220. & Boet. de
ciſ. 42. nu. 55. vnde videtur quod bulla iſta con-
ſequen-

ſequenter præbeat titulum , & bonam fidem ,
quia reſpondeo, primò quod illa iura loquun-
tur ſecundum ius ciuile . ſed ſecus obſeruatur
de iure canonico;vt refert Balb. in d.tit. in 3.
part.3.part.principalis quæſt.6. per tot. & ma
ximè num.9. vbi diſtinguit inter priuatum, &
priuatum;& priuatum,& priuilegiatum'; con-
cludens requiri titulum,& bonam fidem.
12 Secundò , Reſpondeo quod quæ † præſcri-
bi non poſſunt,requirũt titulum, & bonam fi-
dem. Bar.in l.1. ff. de mortu.inferen. & hic eſt
caſus qui præſcribi non poteſt ,; vt infrà pate-
bit. ergo &c.
13 Tertiò , Reſpondeo quod præſcriptio† non
habet locum in eo , qui ſcienter rem poſſider
alienam:etiam ſi eſſet in bona fide : quæ ratio
procedit de iure canonico . & ita tennit Rot.
anno domini. 1551. 24. Aprilis , vt atteſtatur
Capntaq. deciſ. 360. in 2. part. vbi dicitur ꝙ
ſufficit habere ſcientiam rei alienæ,antequam
ſit perfecta præſcriptio. & in deciſ. 362. eod.
14 lib. concluditur quod de iure † canonico non
currit præſcriptio.Hic hæredes habebant ſciẽ
tiam dicti legati, etiam ante inchoatam præ-
ſcriptionem.ergo &c.
15 Quartò, Reſpondeo quod præſcriptio†non
currit in his,quæ ſunt reſeruata Pontifici , niſi
ſaltem ſit centenaria. c. Cum nobis. vbi Abb.
num.2. de præſcript. & not.gl. in c. Vnico. in
verbo,Non obſtante, de cler. ægror. in 6.& ſe-
quitur Balb.d.tit.de præſcrip.in 4.quęſt.2.par.
4.partis num.2. ſed huiuſmodi diſpenſatio eſt
de reſeruatis Papæ , ergo ex curſu 30. vel 40.
annorum non poteſt præſumi præſcripta , ſed
expreſsè eſt probanda.
16 Quinto, Reſpondeo quod quando † agitur
de re ardua,præſcriptio non haber locum , vt
ex communi recitat Ioſeph. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 700. vbi in fine conciliat opinio-
nes, vt ſcilicet in arduis ſit vera concluſio , ꝙ
præſumptio non habet locum: in leuibus verò
ſecus. per Dec. in c.Prudentiam §.ſexta. num.
36. poſt Abb.de offic.deleg.& Rot.de except.
deciſ.8. in nouiſ & Rom.in cõſ.349.res aũt ar-
17 dua eſt inſolita;& in† inſolitis nunquam præ-
ſumitur Papam diſpẽſare, niſi certè appareat.
Rot. per Put.deciſ.139.num.3.& 4.lib.3.& cõ-
cluſio fuit reperita, vt refert iſdem Put.deciſ.
257.num.3.eod.lib.vbi dicitur quod præſcrip-
tio 30. & 40. annorum facit præſumere diſpen
ſationem in his tantum , quæ concedi ſolent:
18 non †autem in his , quæ de raro contingunt .
19 nam diſpenſatio † eſt odioſa , & ſtrictè debet
interpretari.ad ea quæ allegat Mãd.in reg.20,
q.7.num , 5. & tenuit Rota per Aldrob. deciſ.
453.num,2. in primo vol.diuer. nouiſ.ex c.1.de
fil.præſbit. vnde cum ſit prouiſio contra regu-
las iuris,quia voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.
c.Vltima voluntas.13.q. 2. cum alijs ſimilibus,
20 omnia † narrata debent verificari . Pariſ. latè
in conſ.51.num.30.vol.4. & impetrans tenetur
probare ſupplicata eſſe vera. c. Quia circa . &
ibi Abb. in 2. & 3.notab.de conſ.& affin.& ma
xime concluſio procedit in iſto caſu. vbi Papa
non diſpenſauit,ſed commiſit cauſſam,vt veri
21 ficaretur;& ſic fuit † conditionalis;& propte-
rea omnia erant verificanda ; aliàs non pote-
rat habere effectum. Rot. per Caputaq. deciſ.
273. in prima parte : ſed nedum apparet ali-
quam inquiſitionem fuiſſe factam pro narra-
tiua verificanda, ſed neque aliquod decretum
22 commiſſarij : & cum ſit † actus , qui requirit
ſcripturam , ea non apparente non eſt locus
præſumptioni. Rot. per eundem Caputaq.de-
ciſ.45. in 3. parte,& maximè, quia quando Pa-
pa committit alteri diſpenſationem debet fie
ri cum cauſſa rationabili. Pariſ.conſ.51. nu. 60.
in 4. vol.
Nec obſtat quod præſumatur pro decreto ,
23 quia illud † procedit quando apparet decre-
tum; quia tunc præſumitur quod præceſſerit
cum cauſſæ cognitione. Rot.deciſ.193. nu.2. in
2.vol.diuerſ.nouiſſ.ſed cum non appareat,nul-
24 la poteſt eſſe præſumptio . Nam non † entis ,
nullæ ſunt qualitates. l.Quidam. §.1. ff. de iur.
codicil. cum ſimilibus , & propterea cum non
25 fuerit factum † decretum , ſeu de eo non
conſtet , dicendum eſt quod gratia diſpen-
ſationis non adſit , Ad quod facit textus. in
cap. Audientiam . il 2. de Eccleſ. ædific. & te-
nuit Rota , ſicut atteſtatur Caputaq. deciſ.
45. in 3. parte,vbi traditur,quod cum non ap-
26 pareat † ſcriptura,eſt ſignum quod non adſit
diſpenſatio. Imò,quando etiam adeſſet decre
tum,non conſtando de veritate narratiuę,non
27 eſſet ſtandum†aſſertioni illius commiſſarij in
iſta cauſſa ardua,& quæ non ſolet, vel de raro,
habere diſpenſationem contra voluntatem te
ſtatoris.per ea,quæ copioſè tradit Bellem.de-
ciſ.118. Vnde reſultat indubitata concluſio,ꝙ
habens huiuſmodi commiſſariam diſpenſatio
nem, non conſtante de aliqua inquiſitione ſu-
per ea facta , quod per præſcriptionem 30. &
40. annorum non defenditur . Oportet enim
apparere , & prout in ipſa bulla dignoſcitur ,
dum Papa committit quod ſumantur informa
tiones:ex quo datur intelligi quod Papa intẽ-
debat cauſſam eſſe iuſtam. Oportet igitur ap-
parere quod cauſſa narrata ſit vera , & iuſta :
28 aliàs ſola † bulla non ſufficit.c.Ordinarij.§.In
conferendis.vbi Gemin. 1. notab. de offic. or-
din. in 6. Imò etiam ſi adeſſet decretum, non
ſufficeret, niſi de inquiſitione , & iuſta cauſſa
appareret; per ea,quæ ſuper ſunt probata . Et
29 quando† ſuper eo contigeret dubitari recur-
rendum eſſet ad Papam. d.c. Ordinarij.§. Cæ-
terum.verſ. Si verò . ſed cum nullum adſit de-
cretum, pro concludenti eſt tenendum, com-
miſſarium noluiſſe diſpenſare ; quia narratiua
erat falſa : prout quiſquis falſam cognoſcere
po-

poteſt: quia ſi illi hæredes antequam ſuccederent in hęreditate ſe ſuſtentabant; quantò magis habita hæreditate poterunt? & ita arbitror, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, quod dicti hæredes teneantur ad legatum iuxta diſpoſitionem teſtatoris, Laus Deo, & B.M. ſemper Virgini.

CONSILIVM CIII.

Legitimatus auctoritate Pontificis, & Imperatoris, an ſit capax ſacrorum ordinum, & Parochialium Eccleſiarum?

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio ab habente facultatem à Principe, cenſetur facta ab ipſo Principe.*
2 *Imprator non legitimat in terris Eccleſiæ. contra num. 65. & 79.*
3 *Imperator non habet auctoritatem in ſpiritualibus. vide num. 56.*
4 *Diſpenſatio fit ab habente rem ſubiectam.*
5 *Spurius eſt odibilis legi.*
6 *Legitimatio filiorum, inter quos non poterat eſſe matrimonium, dicitur diſpenſatio.*
7 *Legitimatio odioſa non extenditur ad caſus non expreſſos. & nu. 53.*
8 *Papa ſolus diſpenſat ad beneficia.*
9 *Diſpenſatus ad vnum beneficium non poteſt illud dimittere, vt aliud habeat, & num. 15.*
10 *Conceſſiones ad beneficia ſunt ſtricti iuris, & requirunt expreſſionem omnium.*
11 *Diſpenſatio cum filijs Sacerdotum non fit facilè ab Eccleſia.*
12 *Gratia generalis non extenditur ad ea, quæ facilè non concederentur.*
13 *Diſpenſationes ad beneficia ſunt ambitioſæ.*
14 *Spurij ſunt ab Eccleſia repellendi.*
16 *Stilus Curiæ Romanæ requirit nouam diſpenſationem in illegitimo.*
17 *Legitimatus ad omnia iura, nihil differt à verè legitimis. & num. 50.*
18 *Spurius legitimatus in ampla forma conſequitur iura legitimorum, ſicut naturalis.*
19 *Legitimatio operatur idem, quod præcedens legitima natiuitas.*
20 *Idem iudicium eſt de æquipollentibus, quod de proprijs.*
21 *Liberi omnes naſcebantur à primæuo Iure.*
22 *Illegitimi habuerunt ortum poſt legem ſcriptam.*
23 *Papa diſpenſat contra ius poſitiuum. & nu. 72.*
24 *Princeps tollit omnem maculam.*
25 *Reſtitutus ad primæua iura à Principe cenſetur verè legitimus.*
26 *Legitimati non ſunt infames.*
27 *Illegitimè natus, nullam habet culpam, ſed pater.*
28 *Filio illegitimè nato, nulla macula poteſt infligi.*
29 *Infamia contrahitur proprio, non alieno delicto.*
30 *Omnes ſunt filij Dei.*
31 *Chriſtus voluit naſci ex adulterino ſtipite, vt oſtenderet quàm ſit malum vocare infames illegitimos.*
32 *Illegitimus, qui vitia parentum non ſequitur, nō eſt infamis.*
33 *Bonus quilibet producitur à natura.*
34 *Princeps poteſt tollere ea, quæ ſtatuit.*
35 *Legitimatio Papæ non poteſt dici diſpenſatio.*
36 *Legitimatio Papæ idem operatur, quo ad ſpiritualia, quod legitimatio Imperatoris ad tēporalia.*
37 *Clauſula in legitimatione; haberi, tractari, ac ſi de legitimo matrimonio eſſet natus, non patitur reſtrictionem.*
38 *Legitimatus à Papa, poteſt vbique terrarum ad ordines promoueri.*
39 *Legitimatio Papæ ſimpliciter, prodeſt etiam ad Epiſcopatum. & num. 42. 49. 55. 57. 69. 75.*
40 *Papa legitimando ſubditum alterius Principis habilitat principaliter ad ſpiritualia.*
41 *Legitimatus quando ad ſpiritualia principaliter dicatur habilitatus.*
42 *Legitimatus à Papa poteſt non ſolum habere ſacerdotium, ſed beneficium cum cura.*
43 *Actus legitimus eſt prouiſio de beneficio.*
44 *Epiſcopatus connumeratur inter actus maiores.*
45 *Epiſcopatus eſt ſummus gradus honoris.*
46 *Legitimato ſunt ſublati omnes defectus. & n. 51.*
47 *Illegitimus poteſt per Papam ad omnes actus ſpiritualis habilitari.*
48 *Prælatus debet eſſe legitimè natus.*
49 *Illegitimus legitimatus in ampla forma poteſt in Epiſcopum eligi.*
51 *Legitimato vitium in toto eſt ſublatum.*
52 *Lex viua plus operatur, quàm mortua.*
53 *Legitimatio particularis, quia odioſa, non extenditur.*
54 *Legitimatio ad aliquos particulares actus, habetur pro diſpenſatione.*
55 *Legitimatus, ac ſi de vero matrimonio natus eſſet, poteſt eligi in Epiſcopum. & num. 57.*
56 *Reſtitutus famæ per imperatorem admittitur ad honorem Eccleſiaſticum.*
58 *Lex loquens per verba fictionis in actu dependente à lege, dicitur verè facere.*
59 *Verè facere dicitur Princeps in his, quæ ſunt Iuris.*
60 *Legitimatus in vitium matrimonij, eſt verè legitimus, habito reſpectu ad tempus natiuitatis: & non diſponendo de matrimonio, eſt verè legitimus habito reſpectu ad tempus legitimationis citrà, & ſupra fictè.*
61 *Legitimatio quando trahitur retrò.*
62 *Papa reuocat quæ ſunt iuris poſitiui, vt ex tunc.*
63 *Papa habet largas habenas, & poteſt diſpenſare ſuper incontinentia ſacerdotum.*
64 *Actus legitimus eſt electio.*
65 *Imperator poteſt legitimare in terris Eccleſiæ.*
66 *Imperator legitimando ad primæua iura, non habens rationem ad matrimonium ad omnia reſtituit.*

67 Le-

67 *Legitimatus ab Imperat. quando poſſit habere beneficia.*
68 *Verba vniuerſalia comprehendunt omnes caſus, nec requiritur ſpecialis mentio.*
69 *Legitimè natus, ſi admittitur ad Epiſcopatum, ita legitimatus in ampla forma.*
70 *Electio non cadit in Canonicatibus.*
71 *Reſtitutus natalibus, poteſt aſſummi ad omnē gradum. & num. 75.*
73 *Papa facit quod vult in beneficijs.*
74 *c. Cum in cunctis, de elect. & c. 1. de fil. præsb. verificantur in caſu ficto.*
75 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, & naturalis poteſt eligi in Epiſcopum.*
76 *Illegitimus per ingreſſum religionis eſt habilis ad ordines Sacroſ.*
77 *Lex vina tollit omnem defectum, & facit de illegitimo, legitimum.*
78 *Fictio quando habeat effectum veritatis.*
79 *Imperator legitimat etiam filium Sacerdotis in terris Eccleſiæ.*
80 *Spurius à principe legitimatus, tamquam ſi eſſet de legitimo matrimonio natus, eſt verè, & propriè legitimus.*
81 *Papa eſt abſolutus dominus reſpectu Eccleſiarū, & bonorum ſpiritualium.*
82 *Eccleſia eſt mater pudicitiæ.*
83 *Papa delet oēm maculā illegitimorū, legitimādo.*
84 *Legitimatio poteſt fieri pluribus modis.*
85 *Legitimatio eſt vera, & propria, reſtituendo primæuo iuri.*
86 *Legitimatio ampla eſt fauorabilis, & extenditur ad omnes actus.*
87 *Legitimatio in qua nulli fiat præiudicium eſt fauorabilis.*
88 *Titulus de fil. præsbit. habet locum in diſpenſato non legitimato.*
89 *Papa legitimando, habilitat ad omnes dignitates, non diſpenſando.*
90 *Ambitio ceſſat in his, quæ non concernunt niſi cōcedentis præiudicium.*
91 *Generalitas verborū in legitimatione, cōprehēdit beneficia Curata, Canonicatus, et dignitates.*
92 *Appellatione beneficiorū veniunt Canonicatus.*
93 *Cui licet quod eſt plus, licet quod eſt minus.*
94 *Diſpenſatus ad dignitates poteſt curatum beneficium habere.*
95 *Nemo ab Eccleſia expellitur poſt Aductū Chriſti.*
96 *Ius poſitiuum ſolum remanſit poſt Chriſtum.*
97 *Regula Cancellariæ, qua tollit facultatem ſuper defectu natalium, loquitur de diſpenſatione.*
98 *Stilus, & regula prædicta tollitur per contrariū indultum.*
99 *Stilus, & prædicta regula nō ligat manus Papæ.*
100 *Regula prædicta non præiudicat priuilegijs Papæ anteceſſoris.*
101 *Regula prædicta intelligitur reuocare priuilegia ab ipſo Papa conceſſa, non alia.*
102 *Derogatio facultatis diſpenſandi nō extenditur ad legitimationem.*
103 *Derogatio non extenditur ad priuilegia conceſſa ex certa ſcientia, & ob merita.*
104 *Derogatio per legē generalem, non extenditur ad priuilegia alteri cōceſſa, niſi fiat expreſſa mētio.*
105 *Derogatio non extenditur ad priuilegium inſertum in corpore Iuris.*
106 *Derogare ſpecialiter ſufficit, licet non fiat in indiuiduo.*
107 *Regula prædicta nō habet locum, niſi in his, quæ non concernunt auctoritatem Ordinariorum.*
108 *Regulæ Cancellariæ non ligant extra curiam.*
109 *Regulæ, quando datur extra curiam, requirunt ſupplicationem Papæ.*
110 *Stilus non ligat Papam; neq; præiudicat priuilegijs Papæ prædeceſſoris.*
111 *Vna legitimatio dat robur alteri.*

Dominus auxiliator meus.

FACTI SPECIES.

QVidam prælatus habuit filiū ex muliere in domo retenta, quæ licet fuiſſet cōiugata, à Sede Apoſtolica fuit diſpenſatiue abſoluta, & matrimonium declaratum nullum: filium autem pater anno. 1542. fecit legitimare ab habente auctoritatem Pontificiā, & Imperialem, cum expreſſa clauſula, qđ om-
1 nia † ex tunc, pro vt ex nunc, & è contra, cenſerentur geſta ab ipſo Pontifice, & Imperatore; pro vt ita de iure præſumebatur. l. 1. § Omnia enim noſtra. C. de vet. iur. enuclea. Pariſ. in cōſ. 1. nu. 3. in 2. vol. Cephal. in conſ. 23. nume. 18. & 19. in 1. vol. l. 1. §. Qui mandatam. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. c. Hi qui. de præben. in 6. Abb. in c. Cum in iure peritus 3. notab. de offi. deleg & legitimatio comprehendebat omnes gratias, & priuilegia p Papam, & Imperatorem conceſſa; vt ſcilicet legitimandi reducerentur ad primæua iura naturæ: ſiue nobiles, ſiue ignobiles, ſpurij, inceſtuoſi, nefarij, manſeres, & cuiuſcunq; defectus eſſent, etiam ſi in vnū ſimul concurrent: In quibus literis inter alia infraſcripta continebantur: ſcilicet.

In primis fuit legitimatus, & habilitatus, ac primæuis natalibus. & priſtinis iuribus naturę, iuriq. legitimo, & ad antiqua, & primæua iura naturæ reſtitutus, & pleniſsimè reintegratus: & ad omnia, & ſingula iura legitima; delendo, cancellando, & abſtergendo omnes defectus inhabilitatis, & maculas quaſcunq; genituræ, conceptionis, & natiuitatis.

Fuit ēt habilitatus ad quæcunq; bona, tā ex teſtamēto, q̃ ab inteſtato, & ad quæcūq; feuda linellaria emphytheutica, etiam Eccleſiaſtica, & ad fideicommiſſa: & ad primæua iura naturæ reſtitutus, his ſpecialibus verbis videlicet.

Decernentes, quod huiuſmodi legitimationis vigore, & conceſsionis noſtræ, imò verius Apoſtolicæ, & Imperialis, de cætero ipſe. N. tā ex teſtamēto, quā ab inteſtato, ad hæreditatē, & bona quæcūq; & quorūcunq; agnatorū, & co-

gnatorum, tam paternorũ, quàm maternorũ,
etiam extraneorum, & in quibuſcunque bonis
ſeudalibus, liuellarijs, emphyteuticis, præca-
rijs, etiam Eccleſiaſticis, tam eius patri, quàm
alteri cuicunque ex prædictis, per quoſcunq;
laicos, aut ſæculares, vel religioſas, & Eccle-
ſiaſticas perſonas, monaſteria, & pia loca cu-
iuſcunque ordinis, & dignitatis, & ſub quæcun
que verborum forma hactenus conceſsis, & in
poſterum concedendis, admitti, inſtitui, & ſuc
cedere poſsit, & valeat: ac habilis, & idoneus
efficiatur directè, & per fideicommiſſum; & à
filijs ex vero, & legitimo matrimonio natis,
& procreatis nihil differat, ac ſi ex legitimis nup
tijs natus, genitus, & procreatus verè, & pro-
priè eſſet; & comprehendatur à qualibet le-
ge, ſtatuto, decreto, teſtamento, & vltima vo-
luntate, loquente, & diſponente de filijs legi-
timis, & naturalibus, & de legitimo matrimo-
nio natis, & procreatis, & ad quaſcunque di-
gnitates, gradus, honores, adminiſtrationes,
libertates, prærogatiuas, officia publica, vel
priuata, beneficia, & ſtatus municipalium, gra-
tias, & electiones, omneſque alios actus legi-
timos promoueri, eligi, aſſumi, deputari, & ad
mitti poſsit, & valeat, ad quæ admitteretur, &
admitti poſſet, ſi de legitimo thoro, & vero
matrimonio, legitimiſque nuptijs natus, geni-
tus, & procreatus verè, & propriè eſſet; & in
omnibus, & per omnia miſericorditer conce-
dimus, vt ſupra per eius patrem ſupplicatum,
& inſtitum fuit, & ſecundum formam, & teno-
rem præinſertorum priuilegiorum: & auctori-
tatem, & facultatem in eis, & eorum quolibet
nobis conceſſam, omnibus melioribus modis,
iure, via, cauſſa, & forma, quibus magis, & me
lius poſſumus, & debemus: ita quod dictus N.
legitimatus admittatur ad quoſcunque actus
ſimiles, vel diſsimiles, & maiores, etiam ſi ta-
les eſſent, qui expreſſam, & ſpecialem mentio
nem requirerent.

Non obſtantibus legibus ſub Rubrica in au
then, qui. mod. natur. effic. ſui. in §. fin. & § Cõ-
ſequenter. & §. Si quis erga. & auth. qui. mod.
natur. effic. legit. per totum. & non obſtan. l. 1.
& toto tit. C. de natural. lib. & maxime auth.
Licet. eod. tit. & c. Naturales. ſi de feud. fuer.
controuerſ. & c. de inceſt. nupt. l. Inceſtu. &
& auth. Ex complexu eod. tit. & in auth. de
inceſt. & nefar. nupr. per totum, non obſtan. §.
Sit ergo licentia. cum Gl. in verbo, Non per-
mittimus. in auth. quib. mod. natural. effic. le-
git. coll. 6. & non obſtan. l. 1. & 2. & toto illo
tit. ff. vnd. cognat. & inſtit. ad orfic. & l. Ge-
neraliter. C. de inſtit. & ſubſt. & l. Ex facto.
§. Si quis rogatus. ff. ad Trebel. & l. Si qua il-
luſtri. C. ad orficia. & c. Tanta. & c. Per vene-
rabilem. extra. qui fil. ſint legit.

Et non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitu-
tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec
non Bonon. præſertim circa ſucceſſ. diſponen-
tibus & aliarum ciuitatum, terrarum, & loco-
rum prædictorum etiam iuramento, confirma-
tione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia ro-
boratis, ſtatutis etiam municipalibus, refor-
mationibus, decretis & conſuetudinibus, nec
non priuilegijs, & indultis, tam Apoſtolicis, q̃
Imperialibus in contrarium quomodolibet,
forſan pro tempore conceſsis; quibus omnibus
illorum omniũ tenores, ac ſi de verbo, ad ver-
bum inſerti forent, præſentibus pro expreſsis
habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſu-
ris &c.

Et d. N. legitimatus iterum fuit à quodam
Parafrenario Papæ, & ad primæua iura reſtitu
tus cũ omnibus auctoritatibus, & priuilegijs
à Papa conceſsis: in quibus ſpecialiter adeſt
facultas legitimandi, & habilitandi ad quæ-
cunque beneficia.

Modo quæritur, An d. legitimatus poſsit
abſque noua gratia, ſeu diſpẽſatione particu-
lari, conſequi canonicatus in Cathedrali, &
dignitates Eccleſiaſticas, & beneficia curata?
& An teneatur amplius de defectu natalium
mentionem facere? & An poſsit ad ſacros or-
dines promoueri? & ad quid in effectu videa-
tur habilitatus? in quo caſu quia ex varietate
doctorum videtur ineſſe difficultas, procedam
diſtinctè, & quam ſummariè poteſt ad conclu-
ſionem.

In primis enim adducam opinionem illorũ,
qui tenuerunt legitimationem, etiam ampliſ-
ſimam, non extendi ad ſpiritualia, ſed tantum
ad temporalia; ſiue procedat ab Imperatore,
2 qui videtur † non poſſe in tertis Eccleſiæ, &
ad ea, quæ ad Papam pertinent, legitimare: vt
not. Anch. conſil. 320. Primum dubium. quem
ſequitur Alex. in conſil. 67. num. 19. in primo
vol. vbi dicit de communi, & vti communem
tenuit Dec. in conſ. 557. num. 10. vſque ad fi-
nem. & quorum opinio videtur fundata, in c.
Legẽ. diſtin. 10. dum cautum reperitur, quod
3 Imperator † non habet auctoritatem in ſpiri-
tualibus, & eccleſiaſticis: Quod notat etiam
Gemin. in c. Cum ex eo, in Gl. ſuper verbo,
ſubiectas. de elect. in 6. dicens; quod quando
4 fit diſpenſatio reſpectu alicuius rei; ille † di-
ſpenſat, qui habet rem ſubiectam, non autem
perſonam; ergo Imperator non habilitat ad
ſpiritualia, quæ ſunt in iuriſdictione Eccle-
ſiæ; & ſic in caſu propoſito non videtur quod
auctoritas Imperialis ſe extendat, ad habili-
tandum legitimatum ad ſpiritualia. Imò vi-
detur etiam quod per auctoritatem Pontifi-
ciam non ſit ad ſpiritualia habilitatus; ſed ſo-
lum ad honores temporales, & dignitates, a-
lioſq; actus ſeculares, cum fuerit filius ſpurius
ex ſacerdote, & † odibilis legi. vt in auth. ex
complexu. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de natur.
libr. cap. 1. 2. & fin. de fil. præſb. in 6. Vnde
vide-

Digitized by Google

videtur potius diſpenſatio,quam legitimatio:
6 nam quando legitimātur † filij eorum, inter
quos matrimonium eſſe non poterat, dicitur
diſpenſatio.Pariſ.in conſ.2.nume.22. in 2. libr.
Paul.de Caſtr. in conſil. 30.nume.5.in 1.volum.
Cror.in conſ.99.num.10 in 1.volum.& Dec. in
7 conſi.306.nume 10.quare † vti odioſa.non ex-
tenditur ad caſus non expreſſos.ca.Odioſa.de
reg.iur. in 6 cap.Quia diligentia.de elect.Vn-
de cum non fuerit expreſſum quod admitta-
tur ad dignitates Eccleſiaſticas, & ad benefi-
8 cia Eccleſiaſtica,& Curata,ad quæ cum † ille-
gitimis ſolus Papa diſpenſat.c.fin.de fil preſb.
9 cap.1.2.& vlt.eod.tit.in 6.Imò quando † diſpē-
ſat vt beneficium obtineat, non poteſt illud
dimmittere,vt aliud habeat.d.ca.vlt.in 6.Rot.
de fil.præſb.deciſio.1.aliàs 338.in nouiſſ. Bor-
gaſ.de irregul.& diſpenſ.in quinta part.tit. de
fil.præſb.nume. 19. & 20. Quare videtur quod
iſte legitimatus admitti debeat ad ſucceſsio-
nes,ad feuda,& ad emphytheuſim, etiam Ec-
cleſiæ,cum ad iſta ſit expreſsè habilitatus;non
autem ad ſpiritualia, de quibus non eſt facta
10 mentio:nam conceſsiones † ad beneficia,quia
ſunt ſtricti iuris, non patiuntur extenſionem,
ſed requirunt de vnoquoq; expreſſam men-
tionem.ad not.per Innoc. in cap. Dudum Ec-
11 cleſia.num.17.de elect. nam ſedes † Apoſtoli-
ca non facilè diſpenſat cum filijs Sacerdotum.
Alex.in conſil.87.num.8.in 3.vol.& ſic genera-
12 lis † gratia Papæ non trahitur ad ea, quæ ipſe
facilè non conceſsiſſet.cap.In generali.de reg.
13 iur.in 6.diſpoſitiones † enim ad beneficia ſūt
ambitioſæ, & reſtringuntur; ita quod diſpoſi-
tus de vno non cenſetur de alio. ca. Quamuis
plenitſsima.de præben.in 6. & tradit Innoc. in
14 loco proximè citato.Spurij † enim,& alij ſimi-
les,ſunt ab Eccleſia Dei repellendi,tum de iu-
re diuino.vt in Deuteronomio ca.23. Dum di-
citur,Non ingredietur manſer, ideſt de ſcorto
natus, in Eccleſiam Dei, vſq; ad decimam ge-
nerationem: tum de Iure Canonico.d c.1. de
fil.præsbit.& cap.Qui per venerabilem.qui fil.
ſint legit.c.Si genſ.& cap.ſeq.56.diſtin. & cap.
Literas. de fil. præsbit. & ita iſte legitimatus
non poterit habere beneficia ſine noua diſpē-
15 ſatione.Et diſpenſatus † ad vnum ſimplex non
poterit illud dimittere,& aliud habere.d.cap.
2.de fil.præsbit.in 6.& ca. Non poteſt. de præ-
ben.eod.lib.

Videtur etiam quod auctoritas conceſſa le-
gitimanti à Papa,ſit nulla, quo ad Pontificiam
auctoritatem;quia regula Cancellariæ.13. ſub
Paulo III.publicata, derogat omnibus huiuſ-
modi facultatibus: quæ fuit publicata anno
Domini 1535. & hic legitimatus fuit de anno
Domini 1542. ergo nō eſt cur attendamus au-
ctoritatem Pontificiam.

Et quatenus d. legitimatio etiam auctori-
tate Pontificia valeret, tamen ad Curata be-
neficia non videtur extendi,de quibus non eſt
16 facta mentio.Nam ſtilus † Romanæ Curiæ eſt,
quod requiratur noua diſpenſatio, & mentio
defectus natalium vt refert Borgaſ.in d.tract.
de irregul.& diſpenſ.tit.de fil.præsb.in fin.qui
ſtilus habetur pro lege.Caputaq. deciſ.331. in
3.part. Vnde videretur requiri noua diſpenſa-
tio.Gig.de penſ.quæſt.22. num. 14. Rot.de fil.
præsb.deciſ.1.in nouiſſ. & in antiquis eod. tit.
deciſ.etiam 1.

Quibus tamen, & alijs ſimilibus non obſtā-
tibus ego contrarium cenſeo,ſalua ſemper ve-
ritate; & teneo quod prædictus legitimatus
ſit capax beneficiorum, etiā cum cura, Cano-
nicatuum, & dignitatum, etiam in Cathedra-
libus;& vnum dimittere,aliudq; habere,& or-
dines Sacros ſuſcipere:nec egeat noua diſpē-
ſatione,neq; teneatur amplius de defectu na-
talium mentionem facere, ex infra dicendis.
17 Legitimatus † enim qui primis natalibus ſit
reſtitutus,nanciſcitur omnia iura legitimorū,
& à veris legitimis nihil differt Bart. in l.Si is
qui pro emptore.in 3. quæſt. verſic. Item quæ-
ritur. ff. de vſucap. qui communiter eſt rece-
ptus.vt recitat Soc.in conſ.65.à nume.10. vſq;
ad finem. vol. 3. incipit. Super propoſita quæ-
ſtione legitimationis. qui loquitur in termi-
nis;& vti communē opinionem ſequitur Curr.
Iun.in conſ.247.nume. 13.14.15.& 16.in 3.vol.
18 Quæ iura † procedunt etiam in ſpurio legiti-
mato.Iul.Clar.in ſua practic. § Teſtamentum.
quæſt.84.vbi de communi. Emanuel Soarez. in
lib.recept.ſent.in verbo.Legitimatio. nu. 101.
& 102.Cuman.in conſ.168.verſic.Cœterum his
19 non obſtan.Nam idem † operatur ſequens le-
gitimatio,quod pręcedens legitima natiuitas.
l.2 ff.de natal.reſtitu.& hoc ſuadet ipſa ratio:
20 cum idem iudicium † ſit de æquipollentibus,
ſicut de proprijs.c.Tua nos. de conſang. & af-
fin.l.Mater C.de inſtit.& ſubſtit.Et quia à pri-
21 mæuo † iure naturæ omnes naſcebantur liberi
& legitimi. vt in Auth. quib. mod. natur.effic.
ſui.§.Natura.coll.7.& hāc veram fuiſſe opinio-
nem teſtatur Illuſtriſs. Cardinalis Paleottus
in ſuo tractatu de noth.& ſpurijs.cap.2.num.7.
8.& 9.vbi concludit ſecundum Imperat. & Iu-
riſconſ. opinionem, illud verum, quod ab ini-
tio,antequam malitia creſceret,omnes legiti-
22 mi erant;& quod ſolum † poſt legem ſcriptam
illegitimi ortum habuerūt. & hoc idem tenuit
Alex.in conſil.2.nume. 22. vſq; ad finem.vol.1.
vbi probat inter cætera, quod prohibitio Sa-
cerdotibus facta,ne contrahant matrimonia,
fuit de iure poſitiuo, non autem diuino. con-
23 tra quod † poſitiuum ius Papa diſpenſat.c.Qui
tanta.qui fil.ſint legit.c.Non debet. de cōſang.
& affin. omnemq; maculam delet. Soc. in l.
Gallus.§.Si eius.n.5.c. Innoc.de elec. Principis
24 enim † priuilegio oīs macula,ſi quę ſit,aboletur.
l. Imper.§. 1.& ibi Bal.C.de nup.l.3.ff. de natal

Digitized by Google

25 reſtit. & omnis† ab eo reſtitutus ad primæua
iura, verè legitimus cenſetur. l. Spurij. ff. de
decurio. & hoc indubitatum cuique debet eſ-
26 ſe; quod huiuſmodi † filij non ſint infames,
Afflict.decis 195. ad finē Capic.deciſ.32.nu.7.
27 Qui nihil†cōmiſerunt.d.l.Spurij. ſed culpa pa
28 tris fuit.c.Naſci.56.diſt.nec macula†aliqua po
teſt filio infligi.l.Crimen.ff.de pœn.& per con-
ſequens nulla infamia ſunt notati; nam infa-
29 mia † contrahitur non alieno, ſed ſolum pro-
prio delicto. Bal. in cap. Teſtimonium, de te-
30 ſtib. omnes † enim, quomodocunque naſcan-
tur, filij Dei ſunt. 56. diſtin. c.Vndecunque,
Imò legitur in c. Dominus, 56. diſtin. & per
Abb. in c.Per venerabilem. qui fil, ſint legit.
31 num,5. quod Chriſtus † ipſe Dominus noſter
voluit naſci ex adulterino ſtipite, vt oſtende-
ret quàm malum ſit tales infames vocari: quod
32 nempe indubitatum eſt in filio,qui† virtutem
ſequendo(prout iſte de quo agitur)vitia parē
tum non ſequitur,vt refert S.Auguſtinus in d,
cap,Vndecunque.56.diſtin. dicens; Vndecun-
que homines naſcantur,ſi parentum vitia non
ſectentur,honeſti, & ſalui erunt; ſemen enim
ipſum per ſe non eſt malum, ſed malè vtenti-
33 bus tantum graue, & exitioſum. Quilibet †
enim natura ab initio bon' producitur. Felin,
in c.Dudum. num,14. de præſumpt. & ſic ſpu-
rius infamis dici non poteſt; quia natura bo-
num quemlibet procreat; & cum à iure ſcrip-
34 to iſti vocentur illegitimi princeps † ea, quæ
ſtatuit,tollere poteſt.vt ſupra probauimus, &
notat.Curt.Iun. in terminis. in conſ.221.num,
17.18.& 19. in 3.lib, Decian. latè, & in termi-
nis,vbi alios allegat. in reſpon,42. num. 15.16,
& 17. in primo vol, quod pro indubitato habe
ri debet in iſto caſu,vbi legitimatus fuit aucto
ritate Papæ, & Imperatoris reſtitutus primis
natalibus,& factus legitimus,ac ſi à principio
fuiſſet natus,& procreatus ex vero, & legiti-
mo matrimonio; ita quod nihil differat à verè
legitimis; & quod comprehendatur ſub qua-
cunque lege,& decreto loquente de filijs na-
tis de legitimo matrimonio. Quare cum om-
nia prædicta fuerint à Papa. & Imperatore in
priuilegijs prolata,omnia debent dici eſſe ſu-
blata.quę adduci ſolent aduerſus legitimatio-
35 nes;cum in iſto caſu † non ſit locus diſpenſa-
tioni. Curt. Iun, in eod.conſ.221 num,28. Vn-
de concludi poteſt legitimatum, de quo in ca
ſu, debere admitti ad quæcunque officia, &
temporalia iuxta priuilegium Imperatoris,ēt
retenta opinione, quod non valeat manum ap
ponere in ſpiritualibus; & iuxta priuilegium
Papæ admitti ad quæcunque ſpiritualia,& Ec-
36 cleſiaſtica;quia eadem eſt ratio† in legitima-
to auctoritate Pontificis,quo ad ſpiritualia;vt
in legitimato auctoritate Imperatoris ad tem
poralia. ſicut refert. Seraph.deciſ.54.& deciſ.
225. in primo vol. manuſcrip. quæ in impreſ-
ſis eſt dec. 368. fuiſſe concluſum in Rota. die
22. Martij 1568. & die 10. 1577. vbi num. 13.
& 14. ſecundum allegata conſtat in legitima-
37 tione, quod clauſula, † haberi, tractari,& re-
putari ac ſi de vero matrimonio &c. operatur
quod idem ſit iudicandum in omnibus de ſi-
mili legitimato, quod de vero legitimo: quia
d.clauſula non patitur aliquam reſtrictionem.
quod præcipuè eſt in legitimatione Papali,
quæ regulariter extēditur ad ſpiritualia, ſicut
tradunt omnes Canoniſtæ in d. c. Per venera-
bilem. qui fil. ſint legit. & ſequitur Petr. Re-
buff.de priuil. ſcol. priuil. 98. in fin. & in pra-
tic.benefic.in 2 part.de reſcrip. legit. mixt in
prin, vbi in terminis. & B. Antonin. de irre-
38 gul,c.4. num.6, qui dicit quod legitimatus † à
Papa poteſt vbique terrarum ad omnes ordi-
nes promoueri,& ad dignitates Eccleſiaſticas
eligi:& hoc idem comprobat Imol, in c. Cum
Vitonienſis. in 4. notab.de elect, dicens quod
39 ſi Papa † ſimpliciter legitimat,prodeſt etiam
ad habendum Epiſcopatum: ſecus ſi diſpen-
ſat, quod ſequitur Abb. ibi.num.7.approban-
do Gl. quæ videtur conſentire legitimatum à
Papa poſſe eligi in Epiſcopum,& maximè ſi le
gitimatus ſit reſtitutus, ad primæua iura, ac ſi
natus eſſet de legitimo thoro; vt ibi Abb. &
notat Pet. de Beciſ. in tractat. direct. elect,ca.
1, 2 partis, num. 7. & Ant. Roſel, in tractatu
de legitimatione lib. 2, in princ. num 3. vbi
40 dicit;quod quando † legitimat ſubditum al-
terius Principis, intelligitur illum habilitare
principaliter ad ſpiritualia, & in conſequen-
tiam ad temporalia, quod eſt etiam de men-
te Abb. in d. cap. Per venerabilem.num.25 &
Henr. Boi, num 2. qua ratione ſtante dicendū
eſt legitimatum, de quo agimus, admiſſum
fuiſſe ad ſpiritualia; & ſic ad beneficia, digni-
tates,& actus quoſcunque legitimos, non ali-
ter quam ſi natus eſſet de legitimo matrimo-
nio, Nam Papa in priuilegijs, primò conceſ-
ſit facultatem in beneficijs,etiam per viam e-
lectionis,antequam deſcenderet ad bona tem
poralia. Quare dicendum eſt,quod legitima-
41 tus † ipſe ſit principaliter habilitatus ad ſpi-
ritualia.Quod notat etiam Præpol. in d.c. Per
venerabilem.§. Quod autem. num. 65. & Boſ.
in lib.var.reſolut.tit de prin. num, 181. & dif-
fusè Couuar. in tract, ſponſ. in 2 part. cap. 8.
§ octauo,num.5.verſ.Eodem iure.cum ſeq,vbi
42 dicit, quod legitimatus † à Papa non tantum
inſigniri poteſt dignitate ſacerdotis,ſed bene
ficia curam animarum habentia conſequi: &
primum dimittere,& aliud conſequi; nec indi
get alia licentia. Vnde cum iſte legitimatus
ſit ad quaſcunque dignitates habilitatus, &
ad quæcunque beneficia, & omnes actus, etiā
maiores, ēt ſi ſpecialē requirerent mentionē;
cum actus † legitimus ſit etiā prouiſio benefi-
cij. Caſſad,de præben.deciſ.15.n.3.Imò ad Epi-
ſco-

44 ſcopatum eligi poterit: quia † connumeratur
inter actus maiores ca.Dilectus filius. de con-
ceſ.præben.Illuſtriſs Paleor.in d.trac.de noth.
& ſpur. c. 57.num 6.vbi dicit,quod Epiſcopus
45 † eſt ſummus gradus honoris : & quod omnia
conſequitur quæ ad actus legitimos pertinēt.
vt eſt electio.c.In electionib⁹.de elec.in.6 & re
fert Gl.in ca.Actus legitimi. de regul.iur.eod.
lib.6.vbi notat Din.& Cagnol.in l. Actus legi-
46 timi.ff.eod.tit.nam ei ſunt† ſublati omnes de-
fectus,vt ait Alciat.in conſ.7.num.8. in 1.libr.
1.tomi.& in conſ.42.num.11.tom.3.lib.9. & in
conſ.34.nume.8.1.tom.1.lib.vbi dicit, maximè
indubitatum eſſe , quando legitimatus ſit re-
ſtitutus ad dignitates,& honores & in caſu no
ſtro non ſolum fuit ad dignitates , ſed ad ele-
ctiones,& actus etiam maiores reſtitutus.Vn-
47 de cum poſſit † ad omnes actus ſpirituales p
Papam habilitari.Hoſtien.in ſumm. tit. qui fil.
ſint legit.in verbo,Qualiter,& à quo,num. 12.
dicendum eſt iſtum legitimatum poſſe in Præ-
48 latum eligi,non obſtante quod Prælatus† eſſe
debeat legitimè natus.cap.Cum in cunctis.de
49 elect. nam ad formam † huiuſmodi legitima-
tionis poteſt eligi;ſicut tradunt Doct. in c.Cū
50 Vitonienſis. eod. tit. de elect. quia † habetur
pro legitimo, vt ſupra probatum eſt. & ſequi-
tur Cald.in conſ.1.de fil.præsb. nume.3. Mand.
de ſignat.grat. tit. de diſpenſ.ad benef. in Ec-
cleſ.in qua pat.ver.Ne quis decipiatur.ad finē.
& Ioan.Vanq.in c.Si is cum quo.de fil.præsb.in
6.verſ.Sed ratio decidendi: vbi dicit quod le-
51 gitimato† vitium in toto eſt ſublatum: & idē
notat Hoſtien.in ſumm.eiuſdem tituli. in ver-
bo,Qualiter,& à quo.num.14.qui tenet contra
Goffred.in ſumm.qui fil.ſint legitimi,qui dice-
bat legitimatum ad dignitates,non eſſe habi-
litatum ad Epiſcopatum:nam Hoſtien. cōtra-
rium tenet,dicens quod qui ſimpliciter, & in-
definitè eſt legitimatus cum ſit perinde ac ſi
de legitimo matrimonio ab initio eſſet natus,
52 poteſt in Epiſcopum eligi. quia lex† viua mul
tò fortius peragit quàm mortua.ca. Tanta.qui
fil.ſint legit.ſed Goffred.loquitur de legitima-
53 tò ad certam dignitatem legitimatio† illa eſt
odioſa & non extenditur ; ſicut loquitur Illu-
ſtriſs. Paleott⁹ in d.ca.57.quia tūc legitimatio
illa non amplectitur Epiſcopatum quia,habe-
tur pro diſpenſatione:quod colligitur ex alle-
gatis ab ipſo,ſicut loquitur Fran.in d.c.1.de fil.
præsb. in 4. notab. & Bertach.in tit. de Epiſc.
lib.2.num.81.qui loquuntur in diſpenſato,ſicut
loquitur ſumm.Armil. in verbo , Legitimatus.
54 num.8.quia legitimatio† ad aliquos actus par-
ticulares habetur pro diſpenſatione. vt notat
Iaſ.& Paul.de Caſt.in l.Sed ſi hac.§. Patronum.
il 2.ille num.6.& iſte num.4 ff.de in ius vocan.
ſecus autem quando quis, (vt in caſu noſtro)
55 ſit ſimpliciter† legitimatus,& reſtitutus,ac ſi
de legitimo matrimonio eſſet procreatus,quia
is poterit etiam in Epiſcopum eligi; vt ſcribit
Hoſtien.in loco allegato, & ſequitur Syluest.
in ſum.in verbo,Legitimatus nu.12.verſi. Ter-
tio legitimatus & Innoc.in d.c. Per venerabi-
lem.num.3.& Gemin.in c.Lege. 10.diſtin.nu.5.
56 vbi dicit,quod reſtitutus† famæ deſcendente
à crimine patris per Imperatorem,poteſt etiā
admitti ad honorem Eccleſiaſticum qđ etiam
ſequitur in c.2.de fil præsb.num.3 in 6. dicens
57 quod qui † ex toto fuit reſtitutus , poterit in
Epiſcopum eligi. quod dignoſcitur à traditis
per Iaſ.in l.Hac conſultiſsima. § Ex imperfe-
cto num.2.C.de teſtam.dum loquitur quod le-
gitimatus dicitur verè legitimus , & non per
58 fictionem.Nam lex† loquens per verba fictio-
nis in actu dependente à lege,dicitur verè fa-
cere,& non fictè.& Bero.in quæſt.38. nu 2. di-
59 cit,quod in† his, quæ ſunt iuris , Princeps di-
citur verè facere , & non fictè. Id quod tradit
Rebuff.in 3.libr.conſtitu.Regni,in præfatione.
num.38.& in iſta opinione concurrit Ant.Ro-
ſel in trac.de legitim.in 2.libel.in Rubrica Le-
gitimationis effectus.nu.9. vbi dicit, quod qui
60 eſt legitimatus† in vitium matrimonij,eſt ve-
rè legitimatus,habito etiam reſpectu ad tem-
pus natiuitatis ; & ſi eſt reſtitutus ad prime-
uа iura , non diſponendo de matrimonio,ſed
tantum prolem legitimando; tunc eſt verè le-
gitimus habito reſpectu ad tempus legitima-
tionis citrà,& fictè ſupra ad tempus natiuita-
tis. Imò proſequendo materiam ad nume. 20.
concludit quod ſiue ſit habilitatus in radice
61 matrimonij,ſiue non,legitimatio† trahitur re
62 tro. per l. 2. ff.de natal.reſtituen. Papa † enim
circa ea,quæ ſunt iuris poſitiui, reuocat ea,vt
ex tūc.ad Gl.in Clem.1.in verbo, Pro infectis
de immun. Eccl. quam dicit notabilem Ancar.
63 in conſ.409.nu. 5.Nam Papa † habet laxas ha-
benas,& poteſt diſpenſare etiam ſuper incon-
tinentia Sacerdotum.Gl.in cap De illo.32.di-
ſtin & habet plenitudinem poteſtatis.c Cun-
cta per mundum 9.quæſtio. 4. Borgaſ. de irre-
gul.& diſpenſ.in 3. part.in Rubrica de diſpen.
Pap. Vnde cum lex poſitiua ſit illa , quæ facit
illegitimos inhabiles,Papa, & Imperator, qui
ſunt ſupra ius, poſſunt illam tollere, & legiti-
matum ad primæua iura reſtituere , ita quod
poſſit ad quoſcunq; actus legitimos , & ma-
64 iores aſſumi , & eligi ; nam actus † legitimus
eſt electio. vt aiunt Doct. in cap. Vt circa. in
verbo, Eligere. de elect. in 6. Imò Imperator
65 ipſe† poteſt, etiam in Terris Eccleſiæ legiti-
mare , ſicut qui ab eo habet auctoritatem. vt
ex communi tradit Caputaq. ita tenuiſſe Ro-
tam:vt in deciſ.74.75.& 76.in 2.lib.& quotieſ-
66 cunq;habilitat† legitimum ad primeua iura na-
turæ,non habens rationem ad matrimonium ;
intelligitur ad omnia reſtitutus, Gab. in ſuis
concluſionibus. de legitim.concl.3.nu. 20.Vn-
de cum is, de quo verba facimus, ſit ad omnia

67 reſtitutus, poterit † etiam vigore legitimatio
nis Imperialis habere beneficia. Gemin. in d.
c. Lege, 10. diſtin. & c. 2. de fil. præſb. in 6. ad q
ſumma ratio ſuadet quia ſi eſt ad primæua iu-
ra reſtiturus, & habilitatus, vti verè legitimus,
in conſequentiam, per ſupra allegata, debet
admitti ad ea omnia, ad quæ admittitur legi-
timus; & quantò magis cum ſit legitimarus à
Papa, & habilitatus ad quæcunque beneficia,
ad quaſcunq; dignitates, & actus legitimos, & et
68 per viam electionis. Quæ verba † vniuerſalia
comprehendunt omnes caſus, etiam ſi requi-
rant ſpecialem mẽtionem; vt tenuit Rota per
eundem Seraph. deciſ. 368. in 1. parte diuerſ.
nouiſſ. nu. 5. & 6. ex mente Aim. Crau. in conſ.
394. & aliorum in Dec. allegatorum Et ibidem
num. 12. deciſum fuiſſe conſtat; quod clauſula
in legitimatione poſita, quod legitimatus ha-
beatur ac ſi de legitimo matrimonio natus, &
procreatus eſſet, & in omnibus, & per omnia
habeatur, vt verè legitimus &c. operatur, ut
legitimatus ſit, & de eo iudicandum ſit, vti de
69 vero legitimo. vnde ſi legitimè † natus admit
teretur ad curata beneficia, & Epiſcopalem
dignitatem; iſte legitimatus etiam admitti
deberet, argumento tex. in c. Cum illis §. 1. de
præb. in 6. & tradit Stafil. de Grat. expect. §. Se-
cũda forma, in fin. 1. par. & tãto magis admitti
debet ad Canonicatus in cathedrali, in quibus
70 † non cadit electio, Belleni, deciſ. 69. circa me-
71 dium. ille enim, qui † natalibus eſt reſtitutus
poteſt aſſumi ad quemcunque gradum, etiam
ampliſſimum; per d. c. Per venerabilem. qui fil.
ſint legit. & c. fin. 56. diſtin. & vt vt tenuit Il-
luſtriſs. Paleottus in d. c. 57. nu. 3. ad finem. de
Noth. & Spur. & ita concludendum eſt legiti-
matũ, de quo tractatur, habilem eſſe ad Cano-
nicatum, & beneficia curata, & ad quaſcunque
dignitates, & ad ſacros ordines,

Nec obſtat. c. Cum in cunctis. de elect. vbi
requiritur quod eligẽdus in Epiſcopum ſit de
legitimo matrimonio natus, ad quem honorẽ
nõ admittitur filius ſacerdotis, c. 1. de fil. preſb,
neq; ad aliam dignitatem, aut curatum bene-
ficium, c. fin. eod. tit. quia primò reſpondetur
72 quod cũ illud ſit ius poſitiuum, Papa, † vt ſupra
probatum eſt, poteſt illud tollere. Secũdò, & in
73 ſpecie, omne † quod vult in beneficijs, & per-
ſonis ordinandis facit, c. Quantò. de transl. E-
piſc. & faciunt notata per Ioan. Lup. de ma-
trim. & legitim. in 2. part. verſ. Nec obſtant. &
Roſſel. de conc. in quæſt. Pontifex Maximus,
74 num. 4. Tertiò reſpondetur † quod c. Cum in
cunctis. & c. 1. de fil. præſb. verificantur etiã in
caſu ficto. vt habetur in c. Innotuit. & ibi Gl.
in verbo, Coniugata de elect. & in c. Tanta. qui
fil. ſint legit & d. c. Per venerabilem: nam etiã
legitimatus per ſubſequens matrimonium, nõ
eſt natus de legitimo matrimonio, neque filius
75 naturalis legitimatus; ſed ſolum † reſtitutus
ad primæua iura; & tamen poteſt eligi in Epi-
ſcopum. d. c. Cum Vitonienſis. & ibi Gl. parua.
quam ſequitur ibi Abb. & Roſſel. in d. tract. de
Concil. in quæſt. Pontifici Maximo, quæ ſint re
ſeruata. nu. 21. & Præpoſ. in d. c. Per venerabi-
lem. num. 76. & eſt commune dictum ſecundũ
Sonc. in l. Gallus §. Si eius. verſ. 3. eſt caſus. de
lib. & poſthu. per auth. qui. mod. nat. offic. ſui. §.
Reliqui. & ſic patet quod illa diſpoſitio veri-
76 ficatur etiam in caſu ficto: prout quiſquis † il-
legitimus per ingreſsũ religionis, habilitatur
ad ordines ſuſcipiendos. c. 1. 56. diſtinct. quia
aboletur ei omnis macula; ſi quæ ei fuerat an-
te. auth. de monac. in princ. non aliter quàm
ſi fuiſſet ad primæua iura reſtitutus; Bal. in 1.
lect. num. 25. l. 1. C. de Sacroſ. Eccl. & tamen na-
tus eſt illegitimus, quod lex poſitiua tollerat;
77 ergo lex † viua omnem defectum tollit, & fa-
cit de illegitimo legitimum. & in d. caſu fictio
78 † habet effectum veritatis. l. Leges, & conſti-
tutiones c. de leg. Card. in Clem. Quod circa.
num. 18. de elect. Bar. in d. l. Si is, qui pro em-
ptore. ff. de vſucap. & cum iſtud in iure com-
muni ſit cautum; non requiritur alia diſpenſa-
tio particularis. Bar. in l. 1. ff. ad municip. in fin.

Neque obſtant allegata de imperiali legiti
matione, quia paucis tolluntur ex adductis à
Crot. in conſ. 325. per totum, in 3. volum. & in
conſ. 360. eod. vol. & per Rot. Rom. per Capu-
taq. in 2. par. deciſ. 146. 147. & 148. vbi fuit cõ-
99 cluſum, quod patre petente poteſt † filius le-
gitimari ab Imperatore in terris Eccleſiæ, etiã
ſi ſit filius ſacerdotis. Sed quicquid ſit, obie-
ctio non habet locum in caſu noſtro, vbi adeſt
legitimatio Papalis,

Nec obſtant adducta pro opinione, quod
ſpurius vti odibilis non poſſit legitimari, ſed
ſolum diſpenſari: quia contraria opinio eſt ve
80 rior: nam Princeps † reſtituendo ſpurium in
omnibus, ac ſi natus ſit de legitimo matrimo-
nio, dicitur verè, & propriè legitimatus: quod
copioſè probat Couuar. in d. tract. ſponſ. in 2.
part. c. 8 § 8. num. 4. verſ. Ex eadem plumbini. q
maximè procedit in legitimato, & reſtituto à
81 Papa, qui reſpectu † Eccleſiarum, & bonorum
ſpiritualium, eſt abſolutus dominus: vt ſupra
fuit probatum: & notat Rot. per Seraph. deciſ.
151. in 1. vol. diuerſ. nouiſſ. vbi dicitur quod li-
82 cet Eccleſia † ſit mater pudicitiæ, & ſic habeat
83 odibiles illegitimos: Papa † delet omnem ma-
84 culam. Præterea legitimatio † poteſt fieri plu-
ribus modis, vt ſupra probatum eſt; ex nota-
tis ab Ant. Roſſel. quia non eſt ſemper neceſſa-
rium diſponere ſuper matrimonio; cum legiti-
85 mario † ſit etiam vera, & propria, reſtituendo
illegitimum primæuo iuri: vt refutando con-
traria concludit Rol. à Vall. in conſ. 61. à num.
50. ad finem. vol. 1. & in conſ. 96. num. 26. in 3.
vol. & in conſ. 12. num. 29. in 4. vol. vbi conſul-
uit in caſu ſimili noſtro, vnde cum legitimatio

iſta

Digitized by Google

iſta ſit verè,& propriè reſtitutina natalium;v-
86 ti fauorabilis † extenditur ad quoſcunque a-
ctus vt tradūt doct.in l.Imperialis.C.de nupt,
& in l.fin.C.de conſtitu.prin. Anchar. in conſ,
225. Videtur prima facie dicendum. & loqui-
tur de ſpurio legitimato. Quare admitti de-
bet ad omnes honores, & dignitates, ſicut le-
gitimè natus,& maximè quia in his,de quibus
87 agimus,nulli † fit præiudicium: & iſta eſt ve-
ra,& germana opinio,& communiter approba
ta,vt refert. Bonil.de Curtil.in tract.de nobi-
lit.num.22. ex quibus tolluntur omnia ex ad-
uerſo allegata,& remanet firma cōcluſio quod
iſte legitimatus auctoritate Pontificia, & Im-
periali, eſt verè legitimus, & habilis ad bene-
ficia omnia, & dignitates, etiam Epiſcopales,
Et tit.de fil.preſbit. & alia in contrarium;ha-
88 bent † locum in diſpenſato; non autem in le-
gitimato. quod in ſpecie notat Couuar. in ſu-
pra allegato loco;num.5,verſ. Hinc dicendum
erit.& ſentit,Anchar. in c,1.nu.3.de fil. præſb.
in 6. verſ.Quæro; dicens, quod aut Papa legi-
89 timat,aut diſpenſat;ſi legitimat,†& habilitat
ad omnes dignitates; omnes poterit habere;
& omnia beneficia,etiam curata.Nam quando
Papa concedit alicui facultatem conferendi
beneficia, intelligitur etiam de curatis; quia
90 in his,quæ† non concernunt niſi concedentis
præiudicium,ceſſat ambitio; & gratia latè in-
terpretatur. Felin. qui multa allegat in c.Po-
ſtulaſti.num,11.verſ Si autem nemini preiudi-
cat. de reſcript Caſſad.de conceſſ.præben.de-
ciſ. 10.num.6.Card. in Clem.1,nu.6.de renunt,
Mill.in reper.in verbo, priuilegium Principis,
num.38.& tantò magis hoc procedit in iſto ca
ſu,vbi in legitimatione dictum eſt, quod habi
91 lis ſit ad quæcunque beneficia:quæ † verborū
generalitas, vt ſupra extitit probatum, com-
prehendit curata, canonicatus, & dignitates
Eccleſiaſticas. & ſequitur Ioan. Andr, in add,
ad ſpecul.tit.de fil.præſb,& ſimilè notat Gom,
in reg.de trien.poſſ.quæſt.2.dicens ita Rotam
tenere. & idem Borgaſ, in loco pro contrarijs
adducto,num.25. ibi,Secus ſi eſt ampla.Et ap-
92 pellatione † beneficiorum,veniunt præbēdæ,
& alia beneficia,c.Tua nobis,de verb.ſignif.Ol
dr.in conſ.215.Puncta breuia.Card,in Clem.1.
in 4,quæſt. de ſupplen. neglig, prælat; & ibi
Imol.num,17. & hic maximè procedit,vbi ne-
dum de beneficijs eſt facta mentio, ſed de di-
93 gnitatibus.Nam cui† licet quod eſt plus,licet
etiam quod eſt minus.c. Cui licet. de reg. iur;
in 6.& maxime in fauorabilibus, vt eſt in legi-
timatione,vt ſupra fuit demonſtratum.Imò di
94 cit Bellem.deciſ.293. quod qui eſt† diſpenſa-
tus ad dignitates, poteſt beneficium curatum
habere,& in cathedralibus eligi.

Neque obſtat quod de iure diuino ſpurius
ſit prohibitus ingredi Eccleſiam,vt in Deute-
ronomio:quia ſecundum legem antiqui teſta-
menti nemo poterat eſſe ſacerdos,niſi eſſet de
95 tribu Leui:ſed de lege† euangelica nemo eij-
citur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in
Ioan. c. 6. dixit. Neminem ad me venientem
eijciam foras & ad hoc Borgaſ. in d. tit. de fil.
præſb, poſt prin.in 5.part.de irregul.& diſpēſ.
96 multa allegat, vnde poſt aduentum † Chriſti
Domini, remanſit ſolum ius poſitiuum, quod
Papa tollere poteſt, vt ſupra.

Nec obſtat regula Cancellariæ,in qua vide-
tur ſublata facultas Epiſcopis conceſſa ſuper
defectu natalium:quia, Primò,reſpōdeo quod
97 regula†.illa loquitur de diſpenſatione;vt ſci-
licet Epiſcopi non poſsint diſpenſare. in d.ca-
ſu. Sed non habet locum in legitimatione, de
qua non loquitur, & cum ſit ſtilus, & quoddā
impedimentum contra ius commune; tollitur
98 † per indultum conceſſum. Caputaq. deciſ,
99 214.num.7.in 2.part,nec † ligat Papam: vt iſ-
dem Caput. tradit in deciſ. 41. in 3. part, ne-
que ſucceſſorem. Boer. de poteſt. legat. à La-
ter. num.86.& in ſimili not. Caſſad. de priuil,
100 deciſ.3, num. 2. & ſic regula illa † emanata à
Paulo III. non præiudicat priuilegijs, à Leo-
ne Decimo prædeceſſore cōceſsis. Caputaq.
in deciſ.35, in 2.parte:ſed in caſu, in quo lo-
101 quitur,debet intelligi,quod reuocat† facul-
tates per ipſum conceſſas. Et quod per d re-
gulam nō ſit derogatum priuilegio illius,qui
in præſenti caſu legitimauit; probo duobus
102 fundamentis. Primò quia derogatio † facul-
tatis diſpenſandi ſuper defectu natalium,nō
extēditur ad legitimationē Ad ea, quæ not.
Put. deciſ.211,in 1. libro.Secūdò qa ēt ſi ex-
tenderetur ad legitimationem; non deroga-
103 ret† huiuſmodi priuilegio conceſſo ex certa
ſcientia & ob merita: quia habet trāſitum in
vim contractus, & durat etiam mortuo Prin-
cipe concedente.Affl. deciſ 28.& ſentit Caſ-
ſad. in d.deciſ. 10.de conceſſ.præb. num. 6. &
faciunt notata per Mill. in ſuo repert. in ver-
bo, Priuilegium, verſ. vltimo. dum ait quod
104 priuilegio† alteri conceſſo, numquam dero-
gatur per legem generalē, niſi de eo fiat ex-
preſſa mentio:& idem tenuit Rebuf. in prat.
benefic. in 2.part. tit.de Grat. ratio.congru.
105 Neque derogat† priuilegio inſerto in corpo-
re iuris: ſicut affirmat Roman.in conſ.498.n.
15. prout eſt in caſu noſtro: dum Papa infra-
ſcripta conceſsit videlicet.

Ac omnia,& ſingula premiſſa,& circa ea,vel
aliquid eorum quæ feceritis, prout à nobis,
& ſucceſſoribus noſtris ex certa ſcientia, &
motu proprio, & plenitudine poteſtatis ſimi
libus, ex tunc,prout ex ea die,rata,grata,va-
lida, firma, & perpetua eſſe,& inuiolabiliter
omni; & quacunque exceptione tam iuris q̃,
facti remota, Pontificiam firmitatē obtinere
voluit, & cenſuit; ac huiuſmodi conceſsio-
nes,indultum, vel priuilegium, per aliquam
reuo-

Digitized by Google

reuocationem,annullationem,vel ſuſpenſio-
nem ſimilium priuilegiorum,generalem, vel
ſpecialem noſtram,vel ſucceſſorũ noſtrotum
nullatenus reuocatũ,annullatum, vel ſuſpẽ-
ſum cẽſeri,ſed perinde,ac ſi in corpore iuris
clauſum & inter cõſtitutiones conceſſum eſ-
ſet,haberi volumus.

Et ſtantibus etiam clauſulis derogatorijs
in priuilegio inſertis,derogatum cẽſetur no-
dum. d. regulæ(quando loqueretur etiam de
legitimatione) & ſtilo , ſed cuicunq; decre-
to ; etiam requirenti ſpecialem derogatio-
106 nem;quia etiam quando debet† fieri ſpecia-
lis derogatio, ſufficit eam fieri in ſpecie , li-
cet non fiat in indiuiduo , vt probat Cuman.
in allegato conſil.168.in fin. & Stafil. de grat.
expect.§.Poſt hæc.num.15.16.& 17.& Decian.
in reſpon.40.num, 12. & 13.in 3.vol.Præterea
in caſibus vbi procedunt regulæ, non habent
107 † locum, nec conſtituunt diſpoſitionem, niſi
in his,quæ non concernunt auctoritatem or-
dinariorum.Caputaq.deciſ.43.in 3. part.neq;
108 ligant † extra Curiam Romanam , niſi ſint à
Cancellaria extractæ, & apud acta productæ:
109 quæ quando dantur† extra Curiam,requirũt
ſupplicationem Summo Pontifici, & dantur
ſub plumbo. Sarnen, in procem. regul. quæſt.
2.propè finem.& prædicta faciunt ad reſpon-
ſionem eorum, quæ ſunt dicta de ſtilo ; nam
Borgaſ. & Rota allegata loquuntur in caſibus
110 diſpenſationum;nec ſtilus † ligat manus Pa-
pæ, neq; operatur derogationem priuilegio-
rum à Papa prædeceſſore cõceſſorum.ad not.
per Stafil.de grat.expect. §.Poſt hæc, num.12.
13.& 14.in 1.part.per text.in d. c.Innotuit.de
elect. Quare remanet concluſio quod d. legi-
timatus non ſit amplius illegitimus ſed legi-
timus, & quod conſequatur omnia iura legi-
timorum.Paul.de Caſt.in conſi.30.ſuper pun-
cto iſto.num.3.& 4.in 1.vol. ſecundum nouam
impreſsionem, qui licet loquatur in caſu di-
ſpenſationis , concludit quod ſi tollatur im-
pedimentum illegitimitatis, habetur pro le-
gitimo,& quantò magis legitimatus,& habi-
litatus ad quæcunq; beneficia,& omnes actus
legitimos , & dignitates . Et etiam per duas
legitimationes:Curt.Iun.in allegato cõſ. 221.
111 in fin.nam vna† legitimatio dat robur alteri,
vt ait Decian.in d.reſponſ.42.num.20.vol.1.&
& faciunt tradita per Alex.in d.conſ. 2. à nu,
22.ad finem.vol.1.& ita vt ſupra dico,& con-
cludo:Saluo tamẽ meliori iudicio.Laus Deo,
& B.M.

CONSILIVM CIV.

Hoſpitale quando habeatur pro loco religioſo.

SVMMARIVM.

1 Locus dicitur religioſus , quando habet Eccleſiam cum altare,campanile, & campanam .
2 Locus profanus,ſeu laicalis non eſt ſuppoſitus ſolutioni decimarum .
3 Vltimus ſtatus attenditur in beneficialibus.
4 Hoſpitalia ſecularia non dantur in titulum clericis, & num.6.
5 Hoſpitale religioſum poteſt conferri clericis.
7 Hoſpitale ſi eſt tanquam acceſſorium Eccleſiæ,dicitur religioſum .
8 Clerici tenentur ad hoſpitalitatem .
9 Iuſpatronatus non cadit in profano .
10 Actus qui obſeruantur in capiẽda poſſeſſione per clericos loci religioſi,denotant eſſe religioſum.

Deus in adiutorium meum intende .

FACTI SPECIES.

Dubitatur an hoſpitale S. Zenonis ſit Eccleſia-
ſticum , vel laicale ? & an poſſit conferri
clericis ſecularibus , vel non ?

SEntentia mea (ſine præiudio ve-
ritatis)locus eſt religioſus;habet
1 † enim de per ſe Eccleſiam , &
Altare, Campanile , & Campanã
ad populum conuocandum ; in
eaq; celebrantur diuina omnibus
diebus feſtiuis interueniente populo:quæ om
nia demonſtrant locum religioſum: ſicut pro-
bat Ioan.de Selu.in tract.de benef.in 1. part.q.
7.num.7.& tradit Felin.in c.De quarta.de præ-
ſcript.col.4.Declarat. 1. & 2.& Pet. de Vbal.in
tract.de Canon.Epiſc.num.19. & Gig. de penſ.
quæſt.86.Quod etiam confirmatur. quia repe-
ritur in taxa ad ſoluendam decimam , & quod
2 multæ fuerunt factę ſolutiones : nam ſi eſſet †
locus profanus,ſeu laicalis; non eſſet ſuppoſi-
tus ad decimarum ſolutionem.Gl. 1. in Clem.
2.de decim.& ibi Imol.num.4.& eſt expreſſum
in extrauag.Bonif. VIII.de decim.in prin, & ꝓ
indubitato eſt,cum ſæpè fuerit collatum Cle-
ricis,vt beneficium;& præcipuè cõſtat per vl-
timũ ſtatum,in quo vacauit per mortẽ quon-
dam Reuer.Bernardini,cui fuerat collatum; &
3 in beneficialibus† attẽditur vltimus ſtatus.ca.
Cum beneficio . de præben. in 6. Rot. de præ-
ben.deciſ.2.aliàs 32.num.1,in nouiſſ.ſed hoſpi-
4 talia† ſecularia non dantur in titulum cleri-
cis:vt per Clem.Quia cõtingit.§. Vt autem.de
relig.dom. ergo locus eſt religioſus; & poterit
5 † conferri vt beneficium Clericis.Gl.in Clem.
Per litteras. in verbo , Eccleſias. de præben.&
ibi Imol.num.15. verſi. Deinde quæro. & Card.
eod.tit.q.16.

Neq; huic obſtat. d. Clem. Quia contingit.
§.Vt autem.quia,vt ait Imol.vbi ſupra. prohi-
6 bet ſolum hoſpitale† dari in titulum, quando
ſit profanũ,& ſit principale,& eius oratorium
ſit

Digitized by Google

ſit ei tanquam acceſſorium. ſecus autem quã-
7 do Eccleſia † ſit principalis, vt eſt iſto caſu, &
hoſpitale eſt tanquam acceſſorium: quod ta-
men etiam poteſt ſuſtineri non eſſe; quia non
conſtat fuiſſe aliquo tempore ad vſum paupe
rum, ſed ſolum, per duas vices, etiam ex neceſ
ſitate, ꝙ aliqui peregrini in ſtabulo domus.
d. loci hoſpitati fuerunt; quod potuit eſſe ex
8 debito clericorum, qui etiam tenentur † ad
hoſpitalitatem, c. fin. 16. quæſt. 1. Vnde iſtud
non poteſt eſſe argumẽtum validum Imò pro
contrario conſtat quod fructus d. hoſpitalis
conducti ſemper fuerunt in ciuitate ad domũ
Rectorum; & præcipuè iſtius vltimi rectoris
qui fructus per 20. annos poſſedit: præterquã
quod conſtat etiam ante d. R. Bernardinum
per multa tempora fuiſſe collatum in quendã
R. Chriſtophorum, & R. Vincentinm de Con-
tis; cum tamen fructus hoſpitalis, ſi illius ge-
neris fuiſſet, debuiſſent remanere ad benefi-
cium peregrinorum. d. Clem. Quia contingit.
in prin. ergo apparet quod etiam à principio
fuit inſtitutum religioſum, & non profanum.
Vlterius cum ſit de Iurepatronatus familię de
Contis; conſtat eſſe hoſpitale, religioſum, &
non profanum; etiam quando propriè eſſet ho
9 ſpitale, nam iuſpatronatus † non cadit in pro-
fano; vt tradit Abb. in quæſt. 3 incipit. Sem-
pronius num. 14. verſ. Et aduertendum. & Fe-
lin. in d. c. de quarta. n. 5. Grat, reſpõ. 142. n. 10.
lib. 2. & patet ex definitione Iuriſpatronatus,
vt ex Gofred & Hoſtien. in ſum. de iurepat. &
Paul. de Citad, eod. tractat. in 1. quæſt. Et cũ
clerici, quibus collatum fuit, in capienda poſ-
10 ſeſſione † actus geſſerint ſolitos ad capiendã
poſſeſsionem beneficiorum, conſtat quod lo-
cus eſt religioſus. nam in ea capienda, portas
Eccleſiæ aperuerunt, & clauſerunt; cornuaq;
altaris deoſculauerunt; & campanam pulſaue
runt; quæ omnia ſunt ſigna loci Eccleſiaſtici.
vt notat Cald. in conſ. 4. de relig. dom & Felin.
in d. c. De quarta. in 1. & 2. declarat, ex quibus
redditur indubita concluſio, quod locus ſit re
ligioſus, & ita ego teneo, Saluo &c. Laus
Deo, & B.M.

CONSILIVM CV.

**Cenſu facto ea conditione, ſi deficiat in ſolutio-
ne cenſus, poſſit haberi poſſeſsio. 4 partis
Caſtri, ſuper quo factus eſt cenſus.
an veniat iuriſdictio?**

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio comprehenditur ſub appellatione Ca-
ſtri, & bonorum.*
2 *Iuriſdictio venit etiam ſub appellatione territorij.*
3 *Caſtro conceſſo, & territorio, eſt etiam conceſſa
iuriſdictio.*
4 *Præſcripto caſtro, eſt etiam præſcripta iuriſdictio.*
5 *Conceſſo Caſtro cum redditibus quibuſcunq; ve-
niunt omnia inde prouenientia.*
6 *Verba vniuerſalia, quò ad iuriſdictionem, com-
præhendunt pœnas impoſitas reis.*
7 *Pœnæ damni dati, & aliæ condemnationes proue
niunt a iuriſdictione.*
8 *Caſtro in dotem dato, intelliguntur etiam condem
nationes ab eo prouenientes.*
9 *Omne quod intereſt, venit ſub generalitate ver-
borum in iuriſdictione.*
10 *Conſtitutum amplectitur omne, quod conſtituens
poſſidebat.*
11 *Duplex eſt iuriſdictio; altera cohæret perſonæ;
altera rei, & iſta venit in quacumque conceſ-
ſione.*
12 *Habens caſtrum pignori, poteſt punire vaſallos
pro maleficijs.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

CONſtitutus eſt cẽſus ſuper caſtro
quodam, & omnibus illius caſtri,
& ſingulis fructibus redditibus,
& prouentibus quibuſcunq; ad-
dito pacto, quod ſi deficiat in ſo-
lutione cenſus, poſſit haberi re-
greſſus ſine miniſterio alicuius Iudicis, & ca-
pi, & teneri poſſeſsio quartæ partis, d. Caſtri,
& territorij. Modo vertitur in dubium, An ve-
niat etiam iuriſdictio?

Affirmatiuè (ni fallor) concludi poteſt nã
1 appellatione † caſtri venit vniuerſitas, & iuriſ-
dictio, etiam ſi de ea nulla ſit facta mentio;
quia etiam appellatione bonorũ venit: vt no-
tat. Natt in conſ. 405. per totum, & in conſ.
2 435. num. 12 & 13 lib. 2. ſicut appellatione †
territorij venit etiam iuriſdictio, l. Si pupil-
lus. § Territorium. ff de verb. ſignif. Felin. in
c. Rodulphus. de reſcrip. Quare ſi iuriſdictio
venit ſub appellatione cuiuſque prędictorum,
quantò magis cum omnia ſint ſimul iuncta?
3 Vnde conceſſa † 4. parte Caſtri, & territorij,
intelligitur etiam conceſſa iuriſdictio. Alex.
in l. 3. poſt principium. ff. de acquir. poſſeſ vbi
4 num. 26. multa allegat. & ſic præſcripto † Ca-
ſtro cẽſetur etiam præſcripta iuriſdictio. Bar.
in l. Si aliena. §. 1. ff. de vſucap. Iaſ. in l. 1. num.
13. verſ. Secũda vtilitas. ff. de iuriſd. omn. Iud.
Et tantò magis in iſto caſu, vbi cenſus fuit
conſtitutus ſuper omnibus, & ſingulis territo-
rij redditibus, & prouentibus quibuſcunque,
5 quæ verba † compræhendunt omne commodũ
inde prouenient Gl. in c. Generali. in verbo,
Redditus. de elect in 6. & in c. Grandi. etiam
in verbo. Redditus de ſupl. negl. prælat. eod.
lib. l. Loci corpus. §. 1. ff. ſi ſeru. vend. Abb. in
cap.

Digitized by Google

cap. Solitæ. in vltimo notab. de maio. & obed.
6 & ſub dictorum † verborum appellatione cõ-
prehenduntur pœnæ Reis impoſitæ l. Mulcta-
rum. C. de mod. mulctan. nec non confiſcatio-
nes bonorum, & aliæ condemnationes delin-
quentium, & pœnæ damnorum datorum; quia
7 omnia † huiuſmodi ex iuriſdictione proueniũt,
vt in c. t. quæ ſint regal. in extrauag. de vſib.
8 feud. & ſi d. Caſtrum † daretur in dotem; om-
nia iſta tanquam fructus dotis cederent lucro
mariti. Bar. in l. fin. ff. ſolur. mat. vbi Paul. de
Caſt. & Alex. tradunt ita communiter teneri,
& ad idem Bar. Iaſ. & Alex. in l. Diuortio. § Si
9 vir. ff. eod. tit. ſol. mat. ſub ſimilibus † enim ver-
bis venit omne, & quodcunque intereſt. l. Loci
corpus. §. 1. ff. ſi ſeru. vend. Quare cum propter
non ſolutionem cenſus actum ſit quod deuol-
uatur 4. pars d. Caſtri, & territorij, cum om-
nibus fructibus, & prouentibus; pro qua parte
qui cenſum conſtituit poſsidere conſtituit, no
10 mine acceptantis; nimirum † ſi eo modo, quo
ipſe poſsidebat, intelligitur ſe conſtituiſſe. iu-
xta communem, de qua per Bar. Alex. & alios;
in l. Quod meo. & in l. Interdum. ff. de acquir.
poſſeſ. & prædicta maximè procedunt in caſu
iſto, quia agitur de iuriſdictione, quæ cohæret
11 Caſtro. nam duplex † eſt iuriſdictio, altera quę
cohæret perſonæ, & altera rei; & quæ cohæret
rei, in quacunque conceſsione venit, vt notat
Bar. in l. Inter eos. ff. de acquir. rer. domin. &
Iacob. Mand. Alb. in conſ. 64. nu. 67. vnde ſub-
intrat doctrin. Paul. de Caſt. in l. Eleganter. §.
12 fin. ff. de pigno. actio. qui dicit quod qui † ha-
bet Caſtrum pignori poteſt punire vaſſallos
pro maleficijs. & ita vt ſupra iuris eſſe cẽſeo.
Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CVI.

Statuta laicorum non ligant clericos, neque quò ad perſonas, neq; quò ad eorum bona.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum non ligant perſonas Eccleſia-ſticas.*
2 *Laici nullam habent poteſtatem in clericos.*
3 *Forenſes ſubijciuntur ſtatutis in loco vbi contrahunt; & num. 11. & num. 14.*
4 *Statuta condere pendet à iuriſdictione.*
5 *Donationes ſine inſinuatione uſque ad 300. aureos fieri poſſunt 1 & vſque ad 500. in operibus pijs & num. 17.*
6 *Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad mortem.*
7 *Teſtator non poteſt ſibi legem condere.*
8 *Teſtamentum pendet à voluntate cuiuſque.*
9 *Senex centum annorum non præſumitur delirare.*
10 *Statuta laicorum non pertinent ad clericos, niſi in fauorabilibus.*
12 *Pereat qui æquiparat clericos forenſibus.*
13 *Laici ſtatuentes habent in forenſes iuriſdictionẽ in potentia ſuper ſolemnitate actus.*
15 *Statuta contra libertatem Eccleſiæ non valent*
16 *Contra libertatem Eccleſiæ eſt, impedire clericos vti priuilegijs; & iure communi.*
18 *Teſtamenta non ſunt fundata in ratione, ſed in voluntate teſtatoris.*
19 *Voluntas teſtatoris habetur pro ratione.*
20 *Teſtamentum quando poſſit limitari per ſtatuta laicorum.*
21 *Tollere liberam facultatem teſtandi, eſt magna iniquitas.*
22 *Et maximè quando teſtator ſit ſanæ mentis.*
23 *Forenſes ſi transferunt domicilium ligantur à ſtatutis loci.*
24 *Statuentes quando non habent iuriſdictionem in actu, nec in potentia non ligant.*
25 *Statuta, etiam fauorabilia, annullando non comprehendunt clericos.*

Dominus mecum.

FACTI SPECIES.

STante ſtatuto laicorum, in quo donatio-
nes vltra ducentos aureos non valent
ſine inſinuatione; neque excedens an-
nos ſeptuaginta poteſt teſtari, ſine de-
creto iudicis. Quæritur An liget clericos, &
eorum bona?

Ego negatiuam teneo, ſalua ſemper verita-
1 te. Nam laici † non ſolum nullam habent iuri-
ſdictionem condendi ſtatuta tangentia Eccle
ſiaſticas perſonas, vel earum negotia, ſed om-
nino ſunt incapaces. c. Benè quidem. §. Cum-
que. 96. diſtin. c. Si diligenti. de for. comp. &
tradunt doct. in c. Eccleſia S. Mariæ. de conſt.
Nam maiores noſtri videntes res humanas nõ
poſſe ſine diuino auxilio rectè adminiſtrari,
voluerunt duo eſſe genera ciuium; alios, qui
pro rebus humanis peragendis eſſent. & hi
laici appellantur: alios verò pro rebus diui-
nis adminiſtrandis populo, & qui præces Deo
offerent; qui Eccleſiaſtici vocantur. Ex quo
duplici genere perſonarum, ſunt Eccleſiaſtici
præſtantiores: diuina enim ſunt præſtantiora
quàm humana: nimirum ſunt priuilegiati, &
nulli alteri ſubijciuntur, niſi Eccleſiaſticæ po-
2 teſtati; in eiſque laici † nullam habẽt poteſta-
tem: vt plenè probatur per Anchar. in conſil.
61. incipit. Iſta quæſtio. & Lap. alleg. 101. nu.
24. & Roch. de Curt. in tract. de conſuetud.
num. 678. vnde reſtat firmiſsima concluſio quod
laici nullam habent iuriſdictionem in perſo-
nas Eccleſiaſticas: ad quod multa poſſent al-
legari.
3 Neque militat ratio quod forenſes † quan-
doque ſubijciantur ſtatutis laicorum; vt pote,
ſi do-

ſi domicilium transferant in loco; vel contra-
hant; l.2.C. quemad. teſtam. aperian, & not.
Bar. in l.1.C. de ſum. trin. in 1 quæſt. nam il-
lud procedit, quia in eis extrema ſunt habilia:
ſed in clericis, nulla eſt habilitas, nec eorum
contractus ſubijciuntur ſtatutis laicorum. ſed
4 condere † ſtatuta depender à iuriſdictione; vt
per doct. in l Omnis populus. ff. de iuſtit. &
iur. & in c. Eccleſia. S. Mariæ. de conſtitu. Alex.
in conſ. 123. num. 13. vol. 4. ergo ſtatutum dan
do nouam formã donationibus, extra ius cõ-
5 mune, à quò conceditur ſine inſinuatione † poſ
ſe fieri donationes vſque ad 300. aureos. l. San
cimus. & l. penul. §. fin. C. de donat. Imò vſq;
ad 500. in operibus pijs. l Illud. C. de Sac. San.
6 Eccl. & quò ad teſtamenta, voluntas † homi-
nis eſt ambulatoria vſque ad mortem. l. 4 ff de
adim. leg. l. Cum hic ſtatus. §. Ait oratio. ff. de
don. int. vir. & vxo. In tantum quod neque ip-
7 ſe † poteſt ſibi legem condere. l. Si quis in prin.
8 teſtam. de leg. 3. & ibi Bar. & Teſtamentum †
pendet à voluntate cuiusque. l. 1. ff. de teſtam.
Nec quiſquam, licet ſenio confectus, impedi-
tur. l. Senium. C. qui teſtam. fac. poſſ. vbi Paul.
9 de Caſtr. num. 2. dixit. quod ſenex † non præ-
ſumitur delirare, licet ſit centum annorum.
Vnde cum ſtatutum diſponat extrà, imò con-
tra ius commune, non valet, ſeu non poteſt va
lere in clericis, qui non ſunt ſub iuriſdictione
laicorum. Quare ſi dicamus ſtatuta prædicta
obſeruanda eſſe etiam contra perſonas Eccle
ſiaſticas: quis negabit iuriſdictionem laicorũ
exerceri in eas? cum ſtatuta huiuſmodi dent
nouam formam vltrà, imò contra formam à iu
re communi traditam; & per conſequens; quin
laici iuriſdictionem exerceant in Eccleſiaſti-
10 cos? & ſtatuta † laicorum non pertinent ad
eos; niſi in fauorabilibus. Gemin. in c. fin. verſ.
Quæro pone. de offic. deleg. in 6. Lap. in alle-
gata alleg. 101. num. 14. & 15. Dec. in c. Eccle-
ſia. S. Mariæ. num. 50. verſ. Non obſtat. de con-
ſtitut. Abb. etiam ibi, ad finem, & Alex. in cõſ.
210. num. 11. vol. 2.

Nec obſtat argumentum de forenſibus qui
11 tenentur † ſeruare ſtatuta loci, vbi contrahũt:
ex Accoramb. deciſ. 46. quia contrahendo vi-
dentur ſubijcere ſuos contractus formæ ſtatu-
torum loci: ſed illud nõ procedit quò ad per-
ſonas; quia cum ſint externi, & non habeant
ibi domicilium, non ligantur perſonæ ad eorũ
obſeruationem; quod in clericos non poteſt
12 habere locum: Imò qui vellet † huiuſmodi
rationem colorare in perſonis Eccleſiaſticis,
peccaret. Primò, quia æquiparat clericos forẽ
ſibus, qui penitus ſunt extranei; & clerici ſunt
eiuſdem patriæ, & ſubeunt onera ſpiritualia
13 pro ſalute patriæ. Secundò quia laici † ſta-
tuentes habent iuriſdictionẽ in potentia con-
tra forenſes, qualiter extenditur generaliter
ſup ſolẽnitate actus, vt dicit Abb. in cõſ. 52. n. 4.

Quod dictum poſſet procedere in forenſibus,
14 qui † ratione contractus ſubeunt ſolemnitatẽ
ſtatuti; ſed nõ quadrat in Clerico vt ipſe Abb.
refert ibi referendo ſe ad diſpoſitionem. c. Cũ
Eccleſia S. Mariæ. & per eum dicta. & ſubintrat
doctrina ipſius Abb. in c. Quod Clerici. nu. 26.
de for comp vbi decidit iſtum caſum. Et lo-
quitur in caſu prædicto quando ſtatutum in-
ducit ſolemnitatem actus: & confirmat quod
15 non ligat Clericos & tantò magis ſi eſſet † cõ-
tra libertatem Eccleſiaſticam. Quia nihil va-
leret. auth Caſſa. C. de Sacroſan. Eccleſ c. No-
uerint. de ſent. excommu & quandocunq Lai-
ci intendant d. ſtatutum amplecti clericos, in-
16 dubitatè eſſet contra † libertatem Eccleſiæ,
quæ nedum inſurgit quando impediuntur fa-
cere ea, quæ ſibi competunt in priuilegijs cõ-
ceſsis; ſed etiam quando eis ſit reſtricta facul-
tas ea faciendi, quæ à iure communi ſunt con-
ceſſa. Alex. in conſ. 210. nume. 11. vol. 2 Alb. in
conſ. 8. nu. 3 & 4. Felin. qui plura adducit. in d.
c. Eccleſia. S. Mariæ. in 2. quæſt. principali. ſub
num. 69. verſic. expedita & Roch. de Curt. tit.
de conſuet. num. 456. in 3. caſu ſed in iſto caſu
17 donatio † ſine inſinuatione valet vſq; ad 300.
aureos, per ſupra allegata. & tradit Dec. in cõſ.
536. num. 14. & conſ. 239. num. 3. & latius in cõſ.
432. n. 17. & Iaſ. in cõſ. 51. n. 3 lib. 1. vbi de cõmu
ni. Vnde ſtatutum reſtringẽs ad 200, irritãdo,
quatenus non ſit inſinuata; quæ inſinuatio de
iure communi non eſt neceſſaria cum reſtrin-
gat libertatem vtendi iure communi, dicitur
contra libertatem: & per conſequens non va-
let, ſicut non valet, nec poteſt ligare clericos
ad aliquam conditionem obſeruandam in te-
ſtamentis, præter traditam à iure communi;
per ſuperius allegata, & maximè quia teſta-
18 menta † non in ratione ſunt fundata. ſed in ſo-
la voluntate teſtatoris. l. Cum quidam. in fin.
19 C. de neceſſ. hæred. inſtit. & pro ratione † alle-
gamus ſolam voluntatem defuncti. vt ait Aug.
in l. 3. C. de inſtitut. & ſubſtit. & quamuis ſecũ-
20 dum aliquos factio † teſtamenti poſsit per ſta
tutũ limitari, & reſtringi. prout referunt Dec.
in conſ. 361 Omiſſa col. pen. verſic. Secundò
reſpondetur & Pariſ. in conſ. 16. col. 1. & ſeq. lib.
3. alij tamen, quos refert Iaſ. in l Ex facto. num.
8. ff. de vulg. & pupil. qui ibidem num. 9. poſt-
quam retulit eos, & communem opinionem,
qui in contrarium tenent; dicentes quod
21 eſt magna † iniquitas auferre teſtanti liberam
facultatem; videtur concordare cum illis, qui
tenent ſtatuta valere: tamen fatetur quod non
22 valeant contra illos, qui † ſint ſanæ mẽtis: quia
tunc eſſet iniquum. vt ibi num. 9. verſi. Ego te-
neo: ibi, Sed circumſpectis. & loquitur in Lai-
cis. Crot. conſ. 206. num. 6. vol. 2. & Pariſ. in con-
ſil. 40. volum. 3. vbi ſtatuta compræhendentia
perſonam, nõ valent cõtra religioſos. Sed non
refertur ad caſum noſtrũ: quia (vt ſupra proba

tum

Digitized by Google

.tum eſt) ſtatuta laicorum non operantur in
Clericos, quibus non poteſt infringi id, quod
eis à iure reperitur conceſſum.

Et argumentum de forenſibus non militat;
quia aut loquitur de illis, qui habent iuriſdi-
ctionem actu, & ſtatuta ligāt ſubditos quò ad
perſonas, & quò ad ſolemnitates: aut habent
ſolum iuriſdictionem in potentia, velut in fo-
renſes;& tunc ſi potentia iuriſdictionis dedu-
citur ad actum quò ad perſonas, vt eſt quando
23 † forenſes transferunt domicilium; tunc ſtatu-
ta ligant etiam perſonas. ſecus autem quando
ſolum faciunt contractus:& tunc tantum con-
tractus ſubijciuntur: l.2.C. quemad. teſt. aper.
Bar.in l.1.C.de ſum trinit.in 1. quæſt.& iſto ca
ſu procedit opin. Abb. in d.conſil. 52. Aut ſta-
24 tuentes † nullam habent iuriſdictionem, neq;
in actu,neq; in potentia;vt in Clericis,in qui-
bus, laici nullam poſſunt prætendere ſuperio-
ritatem.d.c. Benè quidem.§ Cumq; .96.diſtin.
& d.cap Si diligenti.de for.comp. & tunc nul-
lo modo ſtatuta ligant eos, neq; quò ad per-
ſonas, neq; quò ad ſolemnitatem actus. nam
25 communiter eſt traditum, quod huiuſmodi †
ſtatuta etiam fauorabilia, ſi procedant annul-
lando,& irritando,non pertinent ad perſonas
Eccleſiaſticas: ſed ſolum ſi diſponant priuile-
giando.ita Gem.in c.fin.in prin. verſic. Quæro
pone. de offic.deleg.in 6 Dec.in d.ca. Eccleſia
S.Mariæ.num.50.& Alex.in conſ.210. num. 11:
volum.2.Vnde nulla reſtat dubitatio quod hu-
iuſmodi ſtatuta non arctant Clericos ad ali-
quam reſtrictionem donationum, vel teſta-
mentorum. de quo latè Ioan Lecirier. de pri-
mogenit. q. 23.1.lib.nu.8. & 9.vbi dicit, quod
Iudex Eccleſiaſticus poteſt petere, quod laici
declarent,ſimile ſtatutum nō ligare Clericos.
Præterea Clerici dicuntur ciues loci, vbi be-
neficia habent. Abb. in cap. Poſtulaſti. de for.
comp & in c.Cum cauſſa.num. 4. de ſent. & re
iud. ergo non obſtat ſtatutum,nec militat ra-
tio forenſium. & ita dico,& teneo. Saluo &c.
Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CVII.

Iuſpatronatus quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Capella iam erecta non recipit onus ex dotatione, niſi de conſenſu Ordinarij.*
2 *Conſenſus Ordinarij ad onus iniunctum capellæ, debet probari. & num. 15.*
3 *Res Sacra non recipit ſeruitutem.*
4 *Iuſpatronatus eſt ſeruitus.*
5 *Qui dant aliquid Eccleſiæ iam erectæ dicuntur benefactores,non patroni.*
6 *Laici non acquirunt ius in locis ſacris,niſi de conſenſu Ordinarij.*
7 *Conſenſus Ordinarii in erecta Eccleſia eſt neceſſarius in acquirendo iure. & num. 10.*
8 *Conſenſus non præſumitur, quia eſt ſolemnitas extrinſeca.*
9 *Auctoritas tutoris non præſumitur,niſi probetur.*
11 *Beneficia in ſeruitutem non ſunt de facili redigenda.*
12 *Præſcriptio non currit in his,quæ requirunt legitimum titulum.*
13 *Titulus legitimus requirit conſenſum Ordinarii, vel tempus immemorabile.*
14 *Conſenſus ordinarii eſt cauſſa efficiens ad acquirendum Iuſpatronatum.*
16 *Narratiua Papæ non probat, quando ſuper eam non ſe fundat.*
17 *Narratiua Papæ nō probat ſi ad petitionem partis ſit facta.*
18 *Narratiua,etiam ſi ſit fundata gratia in ea, non probat,cum ſit fundata ad inſtantiam.*
19 *Narratiua eſt probanda, quando gratia eſt ad inſtantiam partis.*
20 *Narratiua debet probari, quando ſit cauſſa conceſſionis.*

Dominus mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

VAcante beneficio. S. Catharinæ ad
Altare Crucifixi, Dominus Io-
ſeph de Ioſephis præſentauit Re
uer. Dominicum: qua præſenta-
tione non obſtante Reuerendiſs.
Epiſcopus d. beneficium contu-
lit Reuer. Pompeo, eius familiari: Quare
orta controuerſia, Quæritur quid iuris?

Ad quam difficultatem tollendā duo prin-
cipaliter, ſunt animaduertenda, An, ſcilicèt
conſtet de Iurepatronatu? Secundò, An etiam
appareat de aliqua poſſeſsione præſentandi?
1 Quò ad primū conſidero, quod qñ capella †
eſt iā erecta,& conſtructa, nō pōt recipere ali-
quod onus ex dotatione, niſi de expreſſo con-
ſenſu Ordinarij.c.Nemo.il 1.& c.Nullus præsb.
de conſecrat.diſtin. 1. Nec ſufficit ſi appareat
2 de petitione; quia oportet quod probetur †
expreſſus conſenſus. ad tradita per Lambert.
de iur.pat.lib.1.artic.3. 2.quæſt.prin.1. par.nu.
2.verſic. Et aduerte. Quod procedit etiam ſi
capella ab initio fundata,eſſet ſine dote. Nam
quamuis ille, qui de nouo fundat, ſeu dotat,
facilè acquirat Iuſpatronatū;ea ratione, quia
de non eſſe, reducitur ad eſſe: tamen aliter eſt
quando ſit iam erecta,& ad eſſe deducta; quia
3 res † Sacra non recipit ſeruitutem. l. Seruitu-
tes.§.vltimo.ff de ſeruit.l. Cauere.ff. commun.
præd. Bal.in c Significauit.in 1.notab.& ibi Fe-
lin.num.2.de teſtib.& Lamb. eod. tract. lib. 1.
artic.1.quæſt.6.1.part.prin.num.2.& Iuſpatro-
natus

4 natus† eſt ſeruitus.d.c. Significauit. Vnde qui
5 dant† bona Eccleſiæ iam erectæ non dicuntur patroni;ſed benefactores. Sicut refert Innoc. in Rubrica de iurepat. Rot. per Cantuc. deciſ.167.num.2. ad finem in 2.vol.diuerſ.nouiſſ.
6 Laici enim†non poſſunt acquirere aliquod ius in locis ſacris, niſi de expreſſo conſenſu Ordinarij.c. Sacroſancta. & c. Maſſana. de electio. & ſic in acquirendo iurepatronatus in capella iam erecta. Et quando dotatur ea, quæ non erat dotata eſt neceſſarius conſenſus Ordinarij: quia eſt diſtinctio inter non erectam, & iā
7 erectam; nam in iam erecta † requiritur expreſſus conſenſus. Quam diſtinctionem ponit Abb. in conſ.106. num.2. & in conſ. 59. nu. 3. vol.2.vbi decidit caſum iſtum:addens quod
8 Conſenſus † præfatus non præſumitur,cum ſit ſolemnitas extrinſeca; ſicut in contractu pu-
9 pilli non præſumitur † auctoritas tutoris. l. Quæcunque. ff. de publ. Neque conſenſus Epiſcopi in alienatione à capitulo facta, c. t.de
10 reb.Eccl. non alien. in 6.& ſic in acquirendo† iurepatronatu requiritur expreſſus conſenſus Ordinarij,ad not. per Lamb. eod. tract. lib. 1.
11 artic.3. 2. q. prin. 1. part.Quia beneficia † de facili non ſunt in ſeruitutem redigenda. ſicut dicit Concilium Tridentinum in c. 9. ſeſſ. 25. de reform. in prin. & prædicta in tantum ſunt
12 vera; quod neque præſcribi poſſunt: nam in† his,quæ requirunt legitimū titulum, præſcriptio non currit. & in huiuſmodi caſu,vt ſit le-
13 gitimus titulus, requiritur cōſenſus†Ordinarij;vel ſaltem curſus tanti temporis,cuius initij non extet memoria. c. 1. de præſcrip. in 6. Abb. in d.conſ.106.col.2. verſ.1.lib.2. id quod
14 traditur etiam in Conc. eod. c.9.Conſenſus † enim Ordinarij eſt cauſa efficiens ad acquirēdum iuſpatronatum. vt not. Lamb. in eodem tract. artic.1. & artic.3. 1. par. prin. primi lib. & Roch. de Curt. eod. tit. in verbo. Et dotauit. quæſt.2. & quæſt. 10. & facit. c. Nobis. de iurepat. & quæ notantur in deciſ. 85. in prin. per Rotam in 2.lib.diuerſ.nouiſſ. Quare cū nō ſit probatum iuſpatronatum, neque appareat conſenſus Ordinarij; neque præſumatur, ſed
15 † probari oporteat. Paul. de Citadin. in eod. tract. de iur. patron. num.15. verſ. Vltimò facit. dicendum eſt collationem Reuerendiſſimi Epiſcopi valere. Et tantò magis,quia non apparet de aliqua præſentatione admiſſa: ſed ſolum pro Iurepatronatus allegatur quædam Bulla Papalis reſeruationis penſionis, in qua ſit mentio incidenter de iurepat. Quæ narra-
16 tiua, licet † ſit facta à Papa,non probat; quia ſuper eam non fundat ſuam intentionem. c.Si Papa.de priuil.in 6.Clem.de probat.vbi Card. num.8. & Imol. num. 6. at quantò magis cū ſit
17 factum alienum? ex quo † narratiua præſumitur emanata ad petitionem partis. Rot. per eundem Cantuc.deciſ.154.num.5.lib.2. diuerſ. nouiſ. Imò (vt ibi num.4.) quando etiam Pa-
18 pa † fundaſſet ſuam intētionem in narratiua, non probaret,cum ad inſtantiam procedat. q̃ maximè procedit in Iurepatronatu; quia nar-
19 ratiua † omnino eſt probanda.vt per Aldobr. deciſ.531. in prin. decreuit Rota. lib.1.diuerſ.
20 nouiſ. & fortius cum huiuſmodi narratiua † fuerit cauſa conceſſionis,vt in deciſ.168.nu.4. per eundem Aldobr.eod.lib.1.Narratiuę enim Principis non ſtatur quando narrata tangunt intereſſe partis. Caputaq. dec.337. num. 5. in 3.vol. Vnde fit, vt in caſu præſenti,in quo nec de titulo, neque de quaſi poſſeſſione præſentandi conſtat; ſed ſolum de illa narratiua; q̃ nulla ſit præſentatio huiuſmodi: nam præſentationes,vt aliquod ius præberent; ex multiplicatis præſentationibus, quæ hominum memoriam excederent, deberent eſſe ad formam Concilij. in d.c.9. Et tantò magis, quia Sacra Congregatio ſuper d. c.9. declarauit decretū. d.c.9.locum habere, tàm in petitorio,quàm in poſſeſſorio: & non eſſe admittendam præſentationē patroni, niſi verificato prius Iurepatronatu, ex dicto Concilij decreto. Quare ſtandum eſt ſupradictæ concluſioni quod in caſu prædicto ualeat collatio Reuerendiſſimi Epiſcopi; reiecta huiuſmodi præſentatione.& ita dico, ſaluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CVIII.

Pœna legato pio adiecta quando incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres incidit in pœnam impoſitam à teſtatore;licet ipſe, non nominauerit nominandos,ſed Ordinarius contra num. 9.*
2 *Pœna à teſtatore impoſita vt incurratur, debet committi ſecundum modum expreſſum.*
3 *Pœna non incurritur niſi formaliter contra mandatum veniatur.*
4 *Pęna priuationis à teſtatore impoſita non extenditur,ſed in caſu expreſſo tantum habet locum.*
5 *Pœna ſuper inſtitutione Hoſpitalis in vno caſu impoſita non extenditur ad alium.*
6 *Pœna conſtitutionis non habet locum,niſi concurrant omnes qualitates deſcriptæ in Conſtitut.*
7 *Pœna in diſpoſitione teſtatoris appoſita nō incurritur,niſi formaliter contraueniatur.*
8 *Extenſio non fit in pœnalibus: etiam ex identitate rationis.*
9 *Intellectus ad l.Celſus.ff.de recep. arbit.*

Da mihi verbum Domine.

FACTI SPECIES.

TEſtator inſtituendo hęredes N.N.ſuos nepotes, iuſſit,& eos obligauit ad dandum annuarim pro dote capellæ S.Mariæ ſcutos ſexaginta; diſtribuendos inter quattuor capellanos, per ipſum teſtatorē eligendos per eius cedulam; quam ſolutionem voluit incipere

O poſt

poſt duos annos proximè futuros: Quibus
elapſis, ſi non fuerit adimpleta eius voluntas,
voluit quod omnia eius bona deuoluantur ad
Ecclesiam, & Conuentum Fratrum Seruorum.
Teſtator autem poſt tres dies deceſſit; nec no-
minauit Capellanos, quos poſtea Epiſcopus
nominauit. Sed lapſis duobus annis, hæredes
nequaquam ſoluerũt dictos ſcutos ſexaginta:
Quare illi fratres prætẽdũt veniſſe caſum de-
uolutionis bonorum: & Quæritur quid iuris?

Pro affirmatiua facit textus in l. Celſus. ff.
de recept. arbitr. & auth. hoc amplius. C. de fi-
deicom. & doctrina Paul. de Caſt. in l. Multa.
ff. de cond. & demonſt. vbi contra Bart. dicit,
quod ſi executio, vel declaratio ſit deuoluta
1 ad Epiſcopum, & hæres † poſt lapſum tempo-
ris non ſoluat, incidit in pœnam, non ſecus, ac
ſi teſtatoris declarationi non paruiſſet.

Tamen in caſu præmiſſo veritas ſtat in cõ-
trariũ; quia pœna priuationis à teſtatore fuit
poſita conditionaliter; ſi poſt duos annos hæ-
redes non ſoluerent. 60. aureos Capellanis ab
ipſo nominandis; ſed non extenditur ad nomi
2 nandos per alium: nam pœna † à teſtatore im
poſita vt incurratur, oportet vt committatur
ſecundum modum expreſſum. l. Multa. ff. de
cond. & demonſt. vbi Bar. qui communiter eſt
receptus, vt atteſtatur Sõnc. ibi col. 1. verſic.
Circa primam concluſionem. Et eandem opi-
nionem ſequitur Imol. ibi verſ. Extra gloſſam,
& Bal. in l. Vnica. C. de his, quæ pun. no. num. 6.
3 vbi dicit, quod pœna † non incurritur, niſi for-
maliter contra mandatum veniatur. & ibi Iaſ.
in 3. colum. verſ. Tertiò limita. dicens; quod
quando forma teſtatoris non poteſt impleri
in forma ſpecificata per eum, non incurritur
pœna. & idem ſequitur Dec. in conſ. 90. col.
pen. verſ. Secundò, pœna priuationis. & in cõſ.
273. col. 2. & Iacob. Mand. Alb. in conſ. 97. num.
4 41. nam pœna † priuationis à teſtatore impo-
ſita non extenditur, ſed habet locum tantum
in caſu expreſſo, etiam ſi agatur de fauore Ec-
cleſiæ. Vnde Dec. in d. conſ. 273. ſub num. 3. di-
5 cit, quod pœna appoſita ſuper inſtitutione Ho
ſpitalis in vno caſu, non extenditur ad alium.
& Io. And. in c. 1. de homic. in 6. ait, quod pœ-
6 næ † alicuius conſtitutionis nunquam habent
locum, niſi concurrant omnes qualitates de-
ſcriptæ in conſtitutione. Et in diſpoſitione
teſtatoris hoc maximè cautum eſt, quod pœna
7 priuationis † ab eo impoſita, nõ incurritur, niſi
formaliter eius præcepto cõtraueniatur. Grat.
8 reſpon. 35. num. 18. lib. 2. Extenſio † enim in
pœnalibus nunquam fit, etiam ex identitate
rationis. Aleiat. conſ. 22. num. 3. tom. 3. lib. 9. Vn
de cum teſtator non nominauerit capellanos;
pœna priuationis nõ poteſt habere locum; li-
cet hæredes cogi poſſint ad dictos ſexaginta
aureos ſoluendos: vt tradũt allegati doctores.

Nec obſtant allegata in contrarium; & pri-
9 mo l. Celſus † non facit ad propoſitum noſtrũ;
quia ibi non alteratur forma, nec modus: ſed
in iſto caſu pœna fuit appoſita expreſsè in ca-
ſu, quo non ſoluerent hæredes ſexaginta au-
reos capellanis à teſtatore nominandis: qui
poſtea non fuerunt nominati, ſed in caſu. d. l.
Celſus. non erat alterata diſpoſitio.

Secundò, Non obſtat d. Paul. de Caſt. in d.
l. Multa. quia contra ipſum tenet Bar. cuius
opinio eſt communiter approbata. Imò ipſe
Paul. hoc idem tenuit in l. Vnica. C. de his,
quæ pen. nom. num. 7. verſ. In ſequenti Gl. ſi-
cut non obſtat. d. auth. hoc amplius. C. de fi-
deicom. quia in illo caſu non eſt alteratus mo-
dus, nec obligatio, neque perſona. Nos verò
ſumus in caſu, vbi expreſſa diſpoſitio pœnalis
teſtatoris, non poteſt habere locum: quia no-
minatio capellanorum ab eo non fuit facta, &
ſumus in pœnalibus; quia odia reſtringi de-
bent. c. Odia. de reg. iur. in 6. Et ex ſupradi-
ctis clarum eſt non eſſe locum pœnæ, & ita di-
co. Saluo &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CIX.

Emphyteuta, cui fuit data facultas nominandi
hæredem, an vno nominato poſſit pœ-
nitere, & alium nominare?

SVMMARIVM.

1 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet declaratur. num. 15.*
2 *Mutare conſilium nemo debet in præiudicium alterius: declaratur. num. 16.*
3 *Notarius poteſt abſenti acquirere: declaratur. num. 22.*
4 *Donatio ſecunda cum poſſeſſione præualet primæ nondum ratificatæ.*
5 *Variatio eſt licita, quando prima nominatio non ſit ratificata. num. 14.*
6 *Non præſtat impedimentum, quod de iure nõ ſortitur effectum.*
7 *Emphyteuſis ad plures generationes, habet locum finita prima.*
8 *Nominatio intelligitur ſecundum naturam generationis.*
9 *Nominatus ſuccedit poſt obitum nominantis.*
10 *Nominatio, ſi requirat ratihabitionem, non habet aliquid in eſſe ante ratihabitionem.*
11 *Nominatio collata in euentum mortis: poteſt variari ante mortem.*
12 *Patronus iuriſpatronatus poteſt variare nominando.*
13 *Iudex interloquendo poteſt variare.*
15 *Regula, Quod ſemel placuit. declaratur.*
16 *Regula, Mutare conſilium. declaratur.*
17 *Variari poteſt quando res eſt integra.*
18 *Lex Paulus. ff. rem ratam haberi. declaratur.*
19 *Lex, Serui electione. ff. de leg. 1. declaratur.*

20 *Ele-*

20 *Electio in vltimis voluntatibus trahit ſecum e-
lectionem.*
21 *Variatio admittitur in contractibus.*
22 *Notarius acquirit abſenti: intellige ſequuta ra-
tihabitione.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

FVit conceſſa emphyteuſis cuiuſ-
dam Terræ Eccleſiaſticæ Domi-
no Petro Alexandrino cũ pote-
ſtate nominãdi vnum hæredem;
& nominauit Dominum Aloyſiũ
abſentem per rogitum notarij,
ſed antequam Dominus Aloyſius ratam ha-
buiſſet. d. nominationem d. Dominus Petrus
ductus pœnitentia nominauit alium, videlicet
Dominum Bernardinum de Altouiſijs; eumq;
in poſſeſſione d. Terræ poſuit. Quo facto Do-
minus Aloyſius ratum habuit, & orta eſt inter
ipſum, & Dominum Bernardinum controuer-
ſia, ſuper qua quæritur quid iuris?

Prima facie videtur dicendum ſecundam
nominationem non valere in præiudicium pri
1 mæ: per regulam, Quod ſemel † placuit. de
reg. iur. in 6. & l. Paulus. ff. Rem ratam habe-
2 re. Nemo enim † debet mutare conſilium in
alterius præiudicium. c. Mutare. eod. lib. 6. de
reg. iur. & l. Serui electione. ff. de leg. 1. vbi le-
gata electione ſerui, ſemel duntaxat eligi po-
teſt. & hoc maximè videtur verũ in caſu prædi
cto, quia de prima nominatione rogatus fuit
3 notarius, † qui abſenti poteſt acquirere. l. 4.
in prin. & ibi doct. ff. rem pup. ſal. for. & in l.
Qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria
ſententia eſt verior. nam antequam Dominus
Aloyſius ratam haberet ſuam nominationem,
fuit reuocata; & iſta ſecunda fuit facta cũ poſ-
ſeſſione. Videmus enim quod in donatione fa
4 cta † abſenti, ſi antequam fuerit ratificata, fiat
ſecunda donatio alteri cum traditione poſſeſ
ſionis, ſecũda valet, & eſt efficax, vt not. Paul.
de Caſt. in conſ. 195. Viſis his. num. 2. lib. 2. &
Dec. in conſ. 432. num. 25. & ſequitur Hyeron.
Cagn. in l. fin. nu. 273. C. de pact. nondũ enim
ius eſt acquiſitum abſenti ante ratificationẽ;
5 & ideo † eſt licita variatio. l. 2. ff. de opt. leg.
cum ibi not. & fuit concluſum in Rot. per Lã-
cell. dec. 504. in 1. par. diuerſ. nouiſſ. quia ſub-
6 intrat regula; Non præſtat † impedimentum,
quod de iure nõ ſortitur effectum. de reg. iur.
in 6. quod tantò fortius procedit in iſto caſu;
in quo effectus non ſortitur ſtatim, ſed ſucceſ-
7 ſiuè: quia emphyteuſis † conceſſa ad plures
generationes, habet intelligentiam, vt ſecun-
da habeat locum, finita prima, vt per Iaſ. in l.
2. num. 210. & nu. 166. C. de iur. emph. & Bal. in
auth. Si quas ruinas. C. de Sac. Sanct. Eccl. &
8 in huiuſmodi materia nominatio † intelligitur
ſecundum naturam generationis, i. deſt ordine
ſucceſsiuo: nam cum nominatio ſubrogetur in
defectum generationis, ſequitur quod nomina
tio ſortiatur qualitates generationis, in cuius
9 locum ſubrogatur: ideſt vt nominatus † ſuc-
cedat poſt obitum nominantis. l. Filiæ. § 1. ff.
de cond. & demon. ante verò nullum ius ha-
bet. l. Si quis ſub conditione. ff. ſi quis emiſ.
cau. teſtam. & conſquenter cum requiratur
10 ratihabitio † facta nominatione, antequã fiat
nihil eſt in eſſe. Ad quod facit textus in c. Si
electio. de elect. in 6. & l. Vnum ex familia. in
prin. cum ibi not. ff. de leg. 2. Quare cum in
11 præſenti caſu facultas nominandi † ſit col-
lata in euẽtum mortis, licet per ſtipulationẽ,
poteſt in vita variari. Bar. in l. Seia. ff. de dot.
12 præleg. & videmus etiam quod Patronus † Iu-
riſpatronatus, facta nominatione, poteſt va-
riare, vt tradit Roch. de Curt. in tit. de Iure-
pat. in verbo. Honorificum. num. 40. & ſub eo-
dem verbo. num. 53. verſ. Secundò mouebar.
dicit. quod ſemper poteſt variare uſque ad in
13 ſtitutionem. Et Iudex † interloquendo, ante-
quam ſententiã interlocutoriã exequatur, po-
teſt quãdocunque uariare. l. Quod iuſſit. ff. de
re iud. Quare reſtat concluſio quod cum ante
14 † ſecundam nominationem, prima non fuiſſet
ratificata, quod habuit locum uariatio. c. Si cõ-
promiſſarius. de elect. in 6. & c. Ne captandę
eod. tit. & libro. & ſic. ſecunda ualet.

15 Nec obſtat regula, Quod † ſemel placuit. &
regula, Mutare. quia loquuntur quando dictũ,
vel factum tenet; quia ſi ſententia Iudicis non
teneret, poſſet ſecundò pronuntiare, & quã-
do electionis iam factæ eſſet ſubſequutus effe
ctus, tunc habet locum regula: ſecus verò ſi
non ſit ſequutus: vt declarat. Din. in d. reg.
Quod ſemel. in prin. & num. 11. & regula, Mu-
16 tare. † ſecundum eundem Dinum procedit
quando res adhuc non eſt integra: quia ſi ſit
integra licitum eſt mutare. Quare ſubintrat
alia regula. Non præſtat impedimentum. quã-
do adhuc res eſt integra, prout in caſu iſto: &
ratio in vtroq; caſu redditur ab ipſo Dino in
vtraq; regula. Et adeſt pro iſta opinione cõtra.
d. regulam, Quod ſemel. deciſio Afflict. 146. vbi
17 fuit concluſum poſſe † variari: per tex. in l. Si
ſterilis. §. fin. ff. de actio. empt.

18 Nec obſtat. l. Paulus. ff. rem rat. hab. quia lo-
quitur quando res eſt iam in eſſe; declarans ꝙ
rata habetur & actu, & verbis; nos verò loqui-
mur in caſu, quando res adhuc eſt integra. Ne-
19 que obſtat. l. Serui † electione. ff. de leg. 1. quia
loquitur in caſu teſtamenti: nam aliud eſt in vl
tima voluntate; in qua in certis caſibus variari
non poteſt: ſed ſecus eſt in contractibus, vt re
fert, & probat Iaſon in d. l. num. 11. vbi dicit ꝙ
20 in vltimis † voluntatibus electio ſtatim tra-
hit ſecum electionẽ; quia trãsfertur ſtatim do
21 miniũ: ſed in cõtractibus † admittitur variatio.

Digitized by Google

Vnde remanet cõcluſio quod iſto caſu valeat,
& ſit efficax ſecunda nominatio ſequuta poſ-
22 ſeſſione. Nec refert quod nobis † acquiri poſ-
ſit per notarium : quia illud procedit ſequuta
ratihabitione abſentis;ſed non ſequuta ratiha
bitione, ius non eſt acquiſitum . l. Communis
ſeruus.§ 1 ff. de acquir. poſſeſſ. l,Si ego . ff. de
negot. geſt & ita ſecundum ſupradicta conclu
do pro ſecunda nominatione. Saluo &c. Laus
Deo, & B.M.

CONSILIVM CX.

Puella in duodecimo anno deſponſata apud quẽ
educari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Puella deponitur, quando eſt controuerſia inter tutorem, & agnatos.*
2 *Educatio puellæ ſpectat ad tutorem.*
3 *Sponſalia immatura quando arguant dolum contra matrem.*
4 *Puella quando apud Amitam educari poſſit. & num. 17.*
5 *Honeſtas, & probitas Amitæ debet eſſe in conſideratione.*
6 *Suſpicio ſi abſit ab Amita, datur ei puella ad educandum*
7 *Educatio præterita arguit futuram.*
8 *Voluntas ſponſi in educanda puella præfertur voluntati patris,*
9 *Cura pudicitiæ puellæ ſpectat ad ſponſum.*
10 *Iudex debet committere puellam educari vbi ſponſus voluerit,*
11 *Diſſolutio ſponſaliorum eſt factum turpiſſimum,*
12 *Puella eſt dotanda de bonis paternis,*
13 *Voluntas puellæ in ætate. 12. annorum; eſt attendenda in educatione,*
14 *Præſumitur pro matre quãdo ſit honeſta perſona.*
15 *Bart. in l.3.§.In hoc interdicto, ff. de lib. exhib. declaratur,*
16 *Puella relinquitur apud honeſtiorem perſonam ex duobus litigantibus,*
18 *Officium tutoris nõ eſt educare puellam, ſed vtilia facere.*
19 *Præſumptio doli ceſſat, ratione coniunctionis ſanguinis,*
20 *Aetas immatura non eſt quando eſt proxima ætati annorum 12.*
20 *Proximus ætati dicitur, qui diſtat per ſex mẽſes.*

FACTI SPECIES.

Nobilis puella in duodecimo anno cõ-
ſtituta de voluntate Illuſt. Dominæ
Catherinæ matris fuit deſponſata no
bili viro Domino Alphonſo:& de vo-
luntate matris, & ſponſi fuit ad educationem
tradita Illuſt. Dominæ Annæ, Amitæ d. Puellæ;
ſed tutor quærit. d. Puellam ſponſam à d. Do-
mina Anna abducere rationibus infraſcriptis
videlicet.

Per doctrinam Bar. in l.3.§.In hoc interdicto,
ff. de lib.exhib. qui determinat, quod quando
1 † eſt controuerſia de puella exhibenda, debet,
lite pendente, deponi.

2 Secundò, quod imò educatio apud ipſum †
eſſet facienda, ad quem ſpectat onus tutelæ &
Amita, cui poſſet ſpectare ſucceſſio, eſt prohi-
bita. l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. & ſuſpecta. l.
fin. C. eod.

3 Tertiò, quod cum ſponſalia † ſint immatura
arguunt dolum contra matrem, quæ procura-
uit ſponſalia, & ipſam educationem. ad not.
per Crau. in conſ. 18. lib. 1.

Sed re cõſiderata in præſenti caſu, arbitror.
d. Puellam non poſſe ab Amita abduci ratio-
nibus infra dicendis; ſalua ſemper veritate. Et
in primis aduerto quod iuxta diſpoſitionem
4 d.l.1.ff. vbi pup. educ. deb. d. puella † non po-
teſt melius educari, quàm apud d. Amitam: ha-
bita conſideratione ad ea, quæ tradit Bal. in
conſ. 487. incipiente, Pupilla. lib. 5. qui eſt vi-
dendus. & præſertim quia d. eius Amita eſt
inſignis probitatis, & honeſtatis, & eius coniũ
5 ctiſsima, quod ante † omnia eſt conſiderandũ,
iuxta diſpoſitionem. l. 1. C. vbi pup. educ. poſſ.
6 Et à qua abeſt † omnis ſuſpicio ſucceſsionis,
vt dicetur infra, & conſideratur in l. fin. C. eod.
tit. & quæ de præterito per multum tempus
fuit apud d. eius Amitam honeſtiſsimè educa-
7 ta. & ex præterita † educatione optima, arguẽ-
dum eſt de futuro. ad not. in c. Scribam. de
præſump. & in terminis Corn. in conſ. 198 nu.
20. ad finem. lib. 1. Et tantò magis concurren-
te voluntate ſponſi, quæ ante omnia eſt atten-
8 denda; ita quod etiam præferri † debet volun-
tati patris ſi adeſſet. l. 1. in fin. & l. 2. & ibi Bar.
ff. de lib. exhib. l. Si ad inſtar. & ibi doct. C. eod.
Quæ leges habent locum nedum in vxore, ſed
in ſponſa; vt notat Bar. in ſua diſputatione. 16.
9 verſ. Contra nam principalis † cura pudicitiæ,
& honeſtatis, ſponſæ ſpectat ad ſponſum; qui
poteſt accuſare ſponſam iure mariti. l. Si vxor.
§. Diui. & l. 2. §. fin. ff. de adult. & ideo conſul-
uit Sonc. in conſ. 193. in fin. lib. 2. incipit, Cir-
ca primum quæſitum, quod ſcilicet Iudex, etiã
10 † diſſentientibus conſanguineis, & tutoribus
debet committere ſponſam educari vbi ſpon-
ſus voluerit: in quo quidem conſilio: verſ. Pri-
mò ex qualitate perſonæ. Concludit quod Iu-
dex debet arbitrari ſponſam educandam eſſe
apud eam perſonam, quæ antea benè ſe geſsit:
quia idẽ in futurũ præſumẽdũ eſt de ea. Quod
tantò magis procedit in iſto caſu; quia pſona,
præterquã quod eſt coniũctiſsima, eſt inſignis
probitatis, & honeſtatis; quæ eſt vna ex præci-

puis

pnis conſiderationibus, quæ fieri debeant. ad
d.l.1. C. vbi pupill. educ. Vnde cum voluntas
ſponſi talis ſit, quod educari debeat penes
Amitam, graue damnum de facili oriri poſſet,
ſi inde abduceretur: & primo poſſet dari oc-
11 caſio diſſolutionis ſponſaliorum, quod † eſſet
factum turpiſsimum. argum. l. Repræhēdenda.
Cod. de inſtitut. & ſubſtit. l. Filia. cū alijs ſimi-
libus. Cod. de inoffic. teſtamen. Secūdò occur
reret non paruum puellæ damnum, quia cum
12 ex † bonis paternis dotari deberet. l. fin. C.
de dot. promiſſ. & paterna hæreditas ſit te-
nuis; vnde pro augenda dote ad honorem, &
nobilitatem filiæ, ſe obligauit ad ſcutos quin-
que mille, vt deſpōſaretur nobili ſponſo, qua-
re, & virum nobiliſsimum, & dotem mater-
nam ammitteret; quia mater ſimilem dotem
auxit, vt d. ſponſo ſoli, traderetur: vnde Iu-
dex prudens arbitrari debet eam non eſſe
ammouendam ab educatione Amitæ, cui de
voluntare matris, & ſponſi fuit commendata.
Imò magis accedente etiam voluntate. d. puel
13 læ, quæ † eſt attendenda, cum iam ſit in duo-
decimo anno: prout in terminis conſuluit
Corn. in conſil. 175. nume. 13. verſic. Sexto ali-
quis. lib. 3. & ſic concurrente voluntate ſponſi,
matris, & ſponſæ non eſt cur quæratur eam
abducere ab Amita. Nam quando oritur con-
trouerſia inter matrem, & tutorem, bonus
vir, qui ſtatuere debet, vbi puella commorari
14 debeat, reminiſcatur, quod pro matre † præ-
ſumitur, & maximè quando ſit honeſta: vt tra-
dit Bald. in d. conſil. 487. & tantò magis in iſto
caſu cum mater filiam dotauerit, ſeu eius do-
ti augumentum dederit.

Nec obſtat Doctrina Bart. in l. 3. §. In hoc
15 † interdicto. ff. de lib. exhib. quia loquitur quā-
do controuerſia eſſet inter duos, & puella eſ-
ſet apud vnum ex eis; quia ne liti fieret præ-
iudicium, deberet deponi apud tertium. Sed
in caſu iſto eſt penes tertiam perſonam, cum
qua nulla eſt lis; ſed cū matre. Imò illa. l. 3. ſup
qua ſcripſit Bart. decidit iſtum caſum. vt in §.
Iulianus. videlicet, quod etiam quando lis
eſſet inter duos, quorum alter eſſet perſona
16 honeſta, & auctoritatis; apud eam deberet re-
linqui vſq; ad finem litis. Vnde cum iſta puel-
la ſit apud perſonam coniunctam honeſtam, &
probitatis vitæ, & auctoritatis; nec ſit cum ea
lis aliqua, ab ea non eſt remouenda: & maxi-
17 mè † accedente voluntate matris, & ſponſi: vt
ſupra probauimus; & concludit Sonc. in d. cō-
ſil. 193. in fine.

Nec obſtat ſuſpicio ſucceſsionis, cum d.
Amita ſit coniunctior; quia fallit in iſto caſu,
vbi p diſpoſitionem ſtatutorum ciuitatis non
datur ſucceſsio Amitæ. de qua in d. l. 1. ff. vbi
18 Pup. educ. & officium † tutoris, non ſe exten-
dit ad educationem: ſed illud facere, quod
puellæ ſit vtilius; vt refert Imperat. inſtitut.
de tutel. §. Eſt autem tutela. Vnde ceſſat alle-
gata ratio.

Neq; obſtat ſuſpicio allegata ex immatura
ætate, per Crau. in conſ. 18. vol. 1. quia loquitur
de matre inepta, & ſtulta; nos verò de matre
prouida, & honeſtiſsima. Et quæ procurabat
filiæ ſponſum pauperem, & inæqualem; nos au
tem de nobiliſsimo, & ditiſsimo. Imò ipſe
Crau. ibi. num. 21. dicit quod ratione coniun-
19 ctionis † ſanguinis, ceſſat doli præſumptio &
num. 22. quod dolus non præſumitur ex actu,
ex quo quis non ſentit commodum: cum ergo
mater iſtius puellæ non ſentiat ex educatione
prædicta apud Amitam, commodum aliquod;
nec ipſa Amita; Imò conſtet quod ſit commo-
dum, & vtile puellæ per ſupradicta: ſtandum
eſt in concluſione quod apud d. Amitā debeat
permanere.

Nec obſtat allegata immaturitas ætatis;
20 quia cum eſſet proxima † ætati annorum duo-
decim per quinq; menſes, non poteſt argui de
immatura: per ea, quę not. Abb. in ca. De illis.
ad finem. & c. ſeq. num. 4. de deſpon impub. vbi
21 proximus ætati † dicitur ille, qui diſtat per
ſex menſes. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c.
Laus Deo. & B.M.

CONSILIVM CXI.

Clauſulæ papales in bullis beneficialibus, quid
comprehendant.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo; com præhendit omnem modum vacandi.*
2 *Clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo: non comprehendit beneficia reſeruata, ſed Ordinariorum.*
3 *Clauſula, quomodocunq;, compræhendit omne genus vacationis.*
4 *Clauſula, quomodocunq;, additis verbis, ex cuiuſcunq; perſona, tollit omnem limitationem.*
5 *C. de multa. de præben. & extrauag. Execrabilis. loquuntur de duobus Curatis, vel de Curato, & dignitate.*
6 *Canonicatus eſt ſimplex beneficium.*
7 *Reſidentia non inducit vacationem ipſo iure.*
8 *Clauſula, per aſſecutionem, compræhendit vacationem per aſſecutionem alterius beneficij.*

Dominus ſit mecum.

FACTI SPECIES.

REuerendus Dominus Nicolaus Canonicus in Cathedrali obtinuit à Summo Pontifice gratiam conſequendi aliud beneficium, etiam ſi eſſet Curatum: & aduenit caſus quod Reuerendus Pettus

Rector Parochialis S. Zenonis ad eoneurſum alterius parochialis fuit electus ab ordinario, & tranſmiſſa cedula Romæ; d. Reuer.Canonicus Nicolaus,prætendens vigore eius bullæ ſuper d.Parochialem S. Zenonis, eam præſentauit eum inſtantia:cui obſtat Reuer.Ioannes,in concurſu admiſſus , vnde quæritur quid iuris ? ſuper quo quæſito ego reſpondi , vt infra, pro intelligentia clauſularum in d. bulla appoſitarum quod d. Reuer. Canonicus ſit admittendus ad d.Parochialem S.Zenonis.

1 Clauſula † in bulla beneficiali, ſiue præmiſſo,ſiue alio quouis modo vacet,comprehendit omnem vacationem. per textum, & doct. in c. Suſceptum.de reſcript. in 6. etiam ratione incōpatibilitatis. de qua in e.De multa. de præben. & extrauag. Execrabilis. eod.tit. Rot. de reſerip. Deeiſ.1. in nouiſ.& deciſ.14.eod.tit.in Rebuff. in pratic. benefic.tit, de form. ſignat. ſimpl.prouiſ. in verbo, Siuè præmiſſo,ſiuè alio quouis modo.cum alijs ibi allegatis vbi videndæ ſunt limitationes . Sed quidquid ſit , non
2 videtur † comprehendere vacationem beneficij reſeruati,ſed ſolum ordinarij. Rot. deeiſ. 475.num.7.in 3.vol.diuerſ.nouiſſ.

3 Clauſula,aut aliàs† quomodocunq; ,& qualitercunq; , & ex quouis capite vacet,comprehēdit omne genus,& ſpeeiem vacationis,propter verba generalia , & geminata:ad ea , quæ tradit Gemin. in conſ.29.nu.3. Rot. deeiſ 368. num.5. in prima part. diuerſ. nouiſ. Vnde videtur concludi poſſe.d.Reuer.Canonieum admittendum eſſe ad d. Parochialem .

Nec obſtat dictum Caſſad. in d. deciſ. 5. de præben. & aliorum,qui dixerunt quod d. clauſula,ſiue pręmiſſo,ſiue alio quouis modo,comprehendit ſolum omnem modum vacandi ex perſona nominata;quia illud dictum non procedit in caſu iſto,vbi nulla perſona fuit nominata: ſed in genere fuit expoſita clauſula: eum
4 additione,ſcilicet vacet ex† cuiuſcunque perſona : ex qua tollitur illa limitatio,& remanet in ſua generalitate. ſicut probat. Mand. in regula 19. quæſt.19. in 4.& 5. & in reg.30. q.7.n. 22. & in d. reg.19. & d.quæſt.19.num.7.probat etiam quod d. clauſula comprehendit etiam beneficia reſeruata .

Neque obſtat quod Canonieatus , & Parochialis videantur pati defectum incompatibilitatis;ex diſpoſitione.d.c.De multa. & extra-
5 uag. Execrabilis. quia illa † iura loquuntur de duobus curatis,aut de eurato, & dignitate. vt tenet Rot.deciſ.37. de præben.in antiq & Ca-
6 nonicatus † eſt ſimplex beneficium:vt in d.deciſ.& incompatibilitas venit propter reſiden-
7 tiam, quæ† non inducit vacationem ipſo iure , niſi ſequatur ſententia : vt annotaui ſupra in conſ.101.& tantò fortius.d. Canonicus eſt admittendus; cum nedum in eius bulla adſint ſupradictæ clauſulæ;ſed altera,per aſſecutionē ;
8 quæ comprehendit etiam vacationem per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis : vt per Rot.deciſ.17.de reſcript.in nouiſſ. & ita cōcludo iuris eſſe.Saluo,&c.Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXII.

Spolia qualiter debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Camera Apoſtolica ſubintrat in locum Eccleſiæ.*
2 *Acquiſita de fructibus Eccleſiæ, ſunt Eccleſiæ.*
3 *Eccleſia habet intentionem fundatam in acquiſitis ex bonis Eccleſiæ .*
4 *Qui in ius ſuccedit alterius, illo iure vti debet.*
5 *Nemo poteſt in alium plus iuris transferre, quàm quod ipſe habet .*
6 *Relicta per Prælatum Eccleſiæ,debentur deductis expenſis,& oneribus vſque ad nouos fructus.*
7 *Fructus beneficiorum ſunt deputati ad onera ſupportanda vſque ad nouos fructus .*
8 *Succeſſor habet tantum de fructibus perceptis ; quantum ſufficit ad onera ſupportanda .*
9 *Priuilegia conceſſa Reuer. Cameræ non debent eſſe in damnum alterius .*
10 *Priuilegia, ſi in damnum ſint alterius , reſtringi, vel reuocari debent .*
11 *Qui ſentit onus,commodum ſentire debet.*
12 *Eccleſia tenetur alere ſucceſſorem .*
13 *Alimenta debentur ſecundum conditionem perſonæ. & num.14.*
15 *Expenſæ bullarum computantur inter expenſas faciendas .*
16 *Spoliorum nomine non veniunt ſcamna,neque paramenta,& alia de quibus in bulla Pij V.*

Da mihi verbum Domine,vt annuntiem veritatem .

1 PRæſuppoſito quod Reuerēda Camera Apoſtolica † ſubintret in locū Eccleſiæ , quò ad ſucceſsionem in bonis per defunctum beneficiatum relictis: vt atteſtatur Redoa. in ſuo tractat. de ſpol. q. 17.num.2.per deciſ.Rot.855.incipit,Cum Camera Apoſtolica.in antiquis. in tit.de probat.
2 & quod acquiſita † per Rectorem defunctum de fructibus Eccleſiæ , ſint eiuſdem Eccleſiæ . vt per c. Præſenti. de offic. ordin. in 6. & in c. Relatum.il 2. de teſtam. & c. Quia ſæpè. de e-
3 lect. etiam in 6. & quod Eccleſia † habeat intentionem fundatam in eis.vt refert Abb.in c. 1. de pecul. cler. verſ. Et nota ſic . & quod d. Reuerenda Camera idem ius habeat.per regu-
4 lam ; Is qui in ius † ſuccedit alterius , illo iure,quo ille,vti debet . de reg. iur. in 6.

Tamen arguendo adduco aliam regulam,in d.tit.

5 d.tit.de reg. iur. in 6. Nemo † ſcilicet, poteſt
plus iuris in alium transferre, quàm ſibi com-
petere dignoſcatur. Ex qua regula arguo, ꝙ
Camera nõ poteſt habere plus iuris, quàm ha-
bebat Eccleſia, ſeu ſucceſſor; & regula pro ip-
ſa allegata retorquetur: ſcilicet quod ſolum
poſsit vti illo iure, quo poterat Eccleſia, vel
ſucceſſor. Sed cautum illud erat in iure; quod
6 bona † per Prælatum relicta, Eccleſiæ vel ſuc-
ceſſori debebantur ſolum, deductis, & ſolutis
debitis, & ſupportatis oneribus incumbenti-
bus vſque ad nouos fructus, & pro ſeruitorib⁹,
& miniſtris Eccleſiæ; & ſuſtentatione noui ſuc-
ceſſoris. vt in c. fin. §. Porrò. de offic. ordinar.
in 6. & ibi Io. Andr. Franc. & Gemin. & notat
Ludou. Bolog. in addit. ad conſ. Ioan. de Anan.
87. ad finem. & exceptio prædicta eſt fundata
in bono, & honeſto iure; quia bona, & fructus
7 † beneficiorum ſunt deputati ad ſupportanda
onera toto anno, vſque ad nouos fructus. vt
not. Gemin. in d. c. fin. §. Porrò. in 3. notab. &
Gig. de penſ. quæſt. 39. nu. 6. ad finem. & Cou-
uar. in lib. 1. variar. reſolut. c. 15. num. 12. verſ.
Prius tamen. Aliàs enim ſi Camera omnia ha-
beret, Eccleſia defraudaretur debitis ſeruitijs;
quia nihil remaneret pro ſuſtentatione noui
Rectoris; & pro neceſſarijs Eccleſiæ expenſis
faciendis, & eſſet contra mentem extrauag. Io.
XXII. quæ incipit, Suſcepti regiminis, de elect.
8 §. 2. & 3. qui ſtatuit, quod ſucceſſor † tantum
habeat de fructibus perceptis, quantum ſuffi-
cit ad onera Eccleſiæ ſupportanda. Quare pri-
9 uilegia † conceſſa Reuer. Cameræ non debent
eſſe in damnum alterius. l. 2. §. Si quis à Princi-
10 pe. ff. ne quid in loc. pub. & quatenus † eſſent
in damnum, reſtringi, vel reuocari deberent. c.
Sugeſtum. de decim. vbi doct. & aſſerit. Ge-
min. in d. §. Porrò. in 2. quæſt. vnde cum ſuc-
ceſſor in beneficio teneatur ad incumbentia,
vſque ad nouos fructus, vt ſupra eſt allegatum;
ſi Camera in eius locum ſuccedit, ad ea, etiam
11 tenetur ex reg. Qui † ſentit onus. de reg. iur.
in 6. res enim tranſit cum ſuo onere; ex vulga-
ta regula: & ſic deducenda ſunt, quæ pro obſe-
quijs Eccleſiæ faciendis ſunt neceſſaria, videli-
cet, pro ſuſtentatione noui Rectoris, quem Ec
12 cleſia † tenetur alere. Abb. in c. 1. num. 1. de ſo-
lutio. Item neceſſaria ſunt pro expenſis, & ſa-
larijs ſeruitorum, & familiæ: quia Prælatus, &
13 alius quilibet † debet ſecundum conditionẽ
ſuam ſuſtentari. c. Videntes. & c. Epiſcopus. &
c. penul. §. His ita. 12. quæſt. 1. Innoc. in c. In-
decorum. de ætat. & qual. ordin. ad finem. &
14 diſtinctè ſecundum qualitatem † perſonarum
prout magis, & minus conuenit, tradit Flam.
Pariſ. in lib. 5. de reſignat. benef. quæſt. 6. à nu.
145. incipiendo à verſ. Pendens igitur, vſque
15 ad num. 154. Inter quas † expenſas connume-
rari oportet expenſas expeditionis bullarum:
vt notat Abb. in 3. quæſt. incipit, Sempronius.
num. 12. verſic. 2. probatur cum verſic. ſequen-
ti: & facit tex. in c Quicunq; 12. queſt. 4 & præ
dicta omnia tenet etiam Redoa. in d. tract. de
ſpol. quæſt. 10. num. 36. verſic. Dicta deciſio. &
16 num 37. Neq; ſub nomine ſpoliorum † veniũt
paramenta, & alia ad vſum diuinum à defun-
cto Rectore relicta; neq; cathedræ, ſcamna, &
alia de quibus in bulla Pij V. incipit. Romani
Pontificis: publicata anno 1567. Quæ omnia
ſunt à collectore relaxanda, tum Eccleſiæ, tum
ſucceſſoribus, tum etiam hæredibus: vt ſupra
de iure eſt diſpoſitum. Et ita dico. Saluo, &c.
Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXIII.

Lis inter prouiſum Apoſtolicum, & præſentatum
quando ſummariè cognoſcatur, & cita-
tiones fieri debeant.

SVMMARIVM.

1 *Edicta ad formam. ca. fin. de elect. in 6. debent fieri in actu præſentationis.*
2 *In prouidendo Eccleſiæ procedi debet ſummariè.*
3 *Libellus, nec conteſtatio litis requiritur in prouidendo Eccleſiæ.*
4 *Terminus eſt dandus vtriq; parti, in mota lite: & num. 5.*
6 *Præſentatus, quando anteferri debeat prouiſo Apoſtolico.*
7 *Iudex mandat prouiſo Apoſtolico, vt oſtendat titulum.*
8 *Titulus non præſumitur, ſed eſt probandus.*
9 *Poſſeſſio non datur, quando adſit lis, niſi præuia intimatione literarum.*
10 *Poſſeſſionẽ ingrediendo auctoritate propria in beneficialibus incurrit vitium intruſionis.*
11 *Poſſeſſio per alium dari debet.*
12 *Intruſus, ob captam poſſeſſionem beneficij, priuatur beneficio.*

Da mihi verbum Domine, vt veritas eluceſcat.

FACTI SPECIES.

VAcante beneficio. S. Claudij, Domi-
nus Fabritius prætendens Iuſpatro-
natum præſentauit Reuer. Nicolaũ,
1 & durante † termino edicti ad for-
mam. c. fin. de elect. in 6. comparuit Reu. Aloy-
ſius cum prouiſione Apoſtolica, cuius vigore
adeptus eſt poſſeſsionem non expectato iudi-
cio; neq; docendo de ſua prouiſione. Præſenta-
tus verò inſtat per Iudicem cogi ad oſtenden-
dum titulum: & prouiſus agit ordine iudicia-
rio ad conteſtationem litis; negando teneti
ad oſtendendum titulum, ſaltem ad inſtantiã
partis.

Digitized by Google

partis.Super quo reſpondi vt infra.

Præmitto enim quod quãdo agitur de pro-
2 uidendo† Eccleſiæ,proceditur ſummariè,ſim-
pliciter,de plano, ſine ſtrepitu. & figura iudi-
cij.Lamb.in tract.de iur. patron. artic.12. 9. q.
3 prin.2.part.2.lib. Vnde non requiritur † libel-
lus , nec litis conteſtatio. vt ipſe Lamb. atte-
ſtatur in eo loco.artic. 13. & nihilominus dan-
4 dus † eſt terminus vtriq; parti ad probandum
incumbentia:ipſe Lamb.eod.tract. artic.1. 10.
q.prin.2.part.2.lib.vbi dicit quod ſi virtute e-
dicti,de quo ſupra; cõpareat aliquis contradi-
ctor,& faciat aliquã reſponſionẽ,qualis qualis
5 ſit,habetur loco litis conteſtatæ;& debet† da-
ri terminus ad probandum incumbẽtia vtriq;
parti;iuxta naturam cauſſæ deductę:& præſen-
tatus,cuius vigore fuit factum edictum, pote-
rit producere iura ſua pro obtinenda inſtitu-
6 tione , & debet anteferri † ad poſſeſsionem
prouiſo Apoſtolico, etiam licet nondum ſit
inſtitutus;ſicut in terminis tenuit Rot. in vna
conſentanea.30.Ianuarij.1581.& Abb. in ca.2.
num.22.de in integ.reſtitut. & Roch. de Curt.
de iur.patron.in verbo,Competens.nume. 15.
7 verſic. Et nota: & ad eius inſtantiam Iudex †
debet præcipere prouiſo Apoſtolico vt oſten-
dat titulum ſuæ poſſeſsionis.Abb.in c.Heli.ad
finem. de Simon. quem ſequitur Ioſeph Ma-
ſcard.concluſ.180.num. 18.19.& 20.in ſuo lib.
8 de probat.nam titulus † non præſumitur : ſed
eſt probandus. vt ipſe tradit in ea concluſ.nu.
10.& 11.Imò prouiſus ipſe , ſi ita eſt , non po-
tuit auctoritate propria ingredi poſſeſsionem
etiam vigore litterarum executorialium , niſi
9 præuia† intimatione literarũ , & ſeruatis cer-
tis terminis ad dicendum contra ; & obtenta
declaratoria debet etiam habere brachium
ſeculare. Felin.in cap.Ad probandum.num.6.
de re iudic.& not.Mand.in regul.29. quæſt. 4.
10 num.4.5.& 6. aliàs incurrit † vitium intruſio-
nis; vt ibi Mand & probat.Rebuff. in practic.
benefic.tit.de miſsio.in poſſeſſ.nume.5. 6. 7.&
8.qui dicit quod non debemus propria aucto-
11 ritate poſſeſsionem ingredi, ſed per † alium
induci : & idem in 3. parte ſignat. nume. 54.
probat illum eſſe intruſum , qui auctoritate
propria ingreditur poſſeſsionem beneficij, &
12 intruſus † priuatur eo ipſo, omni iure , quod
habebat . Et ita concludendum eſt prouiſum
ipſum eſſe cogendum ad oſtendendum titu-
lum.& in cauſſa procedendum eſſe ſummariè ;
ne diu differatur prouiſio Eccleſiæ.& ita dico;
Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CXIV.

Banniti,an ſine peccato receptari poſsint,ſtante prohibitione Principis?

SVMMARIVM.

1 *Alteri eſt faciendum quod ſibi fieri velit.*
2 *Conſanguinei receptantes bannitos excuſantur.* & *num.* 4.
3 *Quæ ſunt ſtricti iuris reſtringuntur.*
5 *Ignorantia præſumitur aduentus banniti.*
6 *Cauſa eſt conſideranda in quauis materia.*
7 *Dolus requiritur, vt quis incidat in pœnam.*
8 *Peccatum non committitur ſine voluntate.*
9 *Peccare contra conſilium non eſt mortale.*
10 *Tranſgreſſio legis humanæ ex cauſſa, non eſt mortale peccatum.* & *num* 13.
11 *Homicidium ad defenſam non prohibetur:*
12 *Fur ob neceſſitatem non punitur.*
14 *Qui facit permittente lege, non peccat. num.* 16.
15 *Lex inferioris non valet contra ea, quæ à ſuperioris lege permittuntur.*
17 *Peccatum non eſt ſine dolo.*
18 *Dolus eſt probandus.*
19 *Bona fama facit ceſſare præſumptionem doli.*
20 *Qui habet bonam famam; non incidit in pœnam.*
21 *Pœna pecuniaria in ruſtico eſt maior corporali.*
22 *Omnis cauſſa, etiam beſtialis, excuſat à dolo.*
23 *Dolus requiritur ad pœnam contrauentionis.*

Adſit Spiritus Sanctus.

FACTI SPECIES.

STante edicto Principis , quod nemo ſub certa pœna audeat receptare, nec alloqui,vel auxilium præſtare bannitis,etiã cõſanguineis, & amicis;Ludouicus Menotus alloquutus fuit quẽdam fratrem ſuum ; & eum non expulſit à domo propria,in qua de nocte per horam ſtetit: & cum hæc omnia narraſſet confeſſori ; violebatur dubius ad eũ abſoluendum; quia videbatur commiſiſſe peccatum; & teneri ad pœnam pecuniariam edicti: Quare conſultus reſpondi ; d. Menotum non commiſiſſe peccatum; neque ad d. pœnam teneri .

Bannum enim huiuſmodi , licet ob publicã
vtilitatem ſit promulgatum,eſt odioſum: quia
eſt contra Ius Diuinum,in quo ſcriptum repe-
ritur; Benefacite his,qui oderunt vos:eſt etiã
contra Ius Naturale;quia omnia ſunt commu-
1 nia; vnde alteri † eſt faciendum quod ſibi ipſi
vellet fieri. c. 1. diſtin. 1. Nec non contra Ius
2 ciuile; nam parentes† & alij conſanguinei ex-
cuſantur. l. 1. ff. de bon. eorum qui ant. ſent.
mort. ſibi conſciu. Qua de re datur intelligi ,
quod huiuſmodi edictum non debet extendi ,
imò

Digitized by Google

3 imò reſtringi:omnia enim,quæ† ſunt ſtricti iu-
ris(vt ſunt ſimilia)reſtringũtur.l.3.§.Hæc ver-
ba,ff.de negot.geſt. & tradit Imol.in conſil.80.
4 num.3.in tantum quod† conſanguinei nõ mæ-
reantur pœnam ordinariam.l.2.vbi Bar.& Alex.
ff.de receptat.Imò,aliter non conſtando, præ-
5 ſumendum † eſt quod ignorauerit aduentum .
d.eius fratris.vt not.Gl.1.ibi. Et omnes intel-
lige.in l.1.ff.de recept. & ſequitur Iacob. No-
uell.in tract.crimin.ad defenſam.§.Reſponſio-
nes reorum in conſtitutis.num.50.cum alijs ab
eo allegatis: & ſic excuſatione dignus eſt . Et
hoc maximè procedit iuxta mentem edicti ;
quod regulatur à præfatione; quæ narrat edi-
6 ctum fieri ad euitanda delicta: Quare cauſſa †
in qualibet materia eſt conſideranda potius ,
quàm ipſum factum.vt notat.Crau.in conſ.75.
num.15.cum ibi allegatis; ſed per receptatio-
nem fratris d.Ludouici,& alloquutionem,nul-
lum fuit ſequutum delictum , ergo nec pœna
aliqua eſt imponenda . Et licet edictum non
intelligatur Ludibrio factum;per hoc nõ ope-
ratur illud quod eſt contra opera charitatis ;
ſed haberet locum ſi ex inde ſequeretur deli-
ctum ; aliàs enim nunq; intelligi debet fuiſſe
factum contra charitatem; quia cõmeret ini-
quitatem;cum ſicut probat Crau.in conſ. 186.
7 num.14.& vt quis incidat† in pœnam,requiri-
tur dolus. l. Qui iniuriæ. ff. de furt. & peccatũ
8 † non committitur ſine malitioſa voluntate;
vt referunt omnes ſummiſtæ declarando quid
ſit mortale peccatum : vt eſt quando aliquid
committitur voluntariè , quod ſit contra præ-
cepta legis diuinæ,humanæ,vel naturalis : ſed
9 qñ præcepta hominũ† ſint cõtra conſiliũ Dei,
tranſgreſſor non dicitur mortaliter peccare ,
ſed venialiter : ita Nauar. in ſuo Manual. præ-
lud.9.num. 8. verſic. Dixi contra pręceptum :
10 omnis† enim trangreſsio legis humanæ ex ra-
tionabili cauſſa facta, excuſat à peccato mor-
tali;ſicut refert D.Thom.1.2.quæſt.96.artic. 6.
vbi exemplificat in ciuitate obſidiata, ob quã
ſit præceptum quod non aperiantur portæ ; ſi
immineat periculum vitæ ciuibus; poterit ia-
niter portas aperire,vt fugiant hoſtes,nec in-
currit peccatum,neq;.pœnam : quod procedit
etiam in priuata perſona , quæ ad euitandum
periculum,nedum legem hominis, ſed naturæ
poteſt tranſgredi :vt videmus in præcepto, Ne
11 occidas ; quia homicidium † non prohibetur
ad defenſionem.l.Vt vim.ff. de inſtit. & iur. &
12 in furc; quia coactus† fame alienam rem ſum-
mit.c.Si quis propter.de furt.c.Diſcipulos, de
conſecrat.diſtin.5. vnde in caſu prædicto Me-
notus ex improuiſo de nocte recepit fratrem,
quem repellere non potuit; & mãdatum Prin-
cipis verſabatur contra charitatem ; & conſe-
quenter erat actus imperfectus ; tranſgreſsio
13 † non potuit inducere mortale peccatum: ſi-
cut ex D.Thom.2.2.quæſt.35.recitat ſum. Ar-
mill.in verbo,Peccatum.num.13.& ſic cum lex
diuina,ciuilis, & naturalis imponat nedum a-
micis, ſed inimicis,benefacere.d.Menotus nõ
14 peccauit:nam qui† lege permittente facit, nõ
dicitur peccare.l.Gracchus.C.de adult.l. Ne-
mo damnum.ff. de reg. iur. Imò poteſt dici qđ
ſimile edictum,quando loqueretur de non re-
ceptando bannitum , etiam ſi non ſequeretur
15 delictum,non valeret: quia lex † inferioris nõ
præſtat auctoritatem his, quæ à ſuperiori lege
vel conceduntur,vel prohibentur.c.Quæ con-
tra mores.8.diſtin.& c.Qui reſtit.11.q.111.Vn-
de cum lex huiuſmodi ſit promulgata ad tol-
lenda delicta;non eſt intelligenda,quod vetat
vti charitate,quando non agitur de delicto &
ſic cum ille fecerit quod à lege diuina , & na-
turali eſt permiſſum ; non dicitur peccaſſe ;
quamuis tranſgreſſus ſit legem inferioris.Quia
16 ille† non peccat,qui facit illud,quod lex per-
mittit.l.Nemo damnum.ff.de reg.iur.Præterea
17 non eſt† peccatum ſine dolo.c.Beatus. 22.q.2.
neq; ſine voluntate;vt tradunt omnes ſummi-
ſtæ.& poſt illos Ceph.in conſ.76.num.28.& 29.
vol.1.& ſequitur Franc.Perſon.in ſuo tract.cri-
min.tit.de indic.& tortur.q.27.num.41.Quare
non poteſt argui hic de dolo : cum ex impro-
uiſo bannitus ad Menotum fratrem iuerit.Qui
18 † dolus erat probandus , vt dicit Perſonal. in
d.q.17.nu.33.vbi de communi & in contrarium
19 conſtat de ſimplicitate Menoti,& eius bona†
fama, quæ facit ceſſare omnem præſumptionẽ
doli;vt ibidẽ Perſon.nu.45.& ſequitur. Octau.
Vulpel.in conſ.crimin.conſ. 149.num. 6.Iacob.
Nouell.in tract.ad defenſ.reorum.tit.an indic.
pro reo dan. ſint nu. 39.Boſ.in tit.de Inquiſit.
nu.36.& 37.cum alijs,qui allegari poſſent . Et
maximè cum non conſtet eum commiſiſſe vllo
tempore delictum , neq; quod ſit ſolitus con-
trauenire:vnde fit quod nedũ dici poteſt pec-
20 caſſe;ſed neq; quod in vllam† inciderit pęnã.
vt not Gandin.in tract.maleficiorum.tit. Vtrũ
pęna poſsit augeri? poſt prin. & Gramat. vot.
23.num.24.

Et licèt aliqui dixerint quod illa regula ;
Ceſſante dolo,ceſſare debet pęna : debeat re-
ſtringi ad pęnam corporalem,ſcilicet qđ pęna
corporalis ceſſare debeat ceſſante dolo : nihi-
lominus , etiam ſequendo illam opinionem ,
idem iudicium debet eſſe in ruſtico ; in quo
21 maior† eſt pęna pecuniaria,quàm corporalis :
vt atteſtatur Bon.de Curt.de nobilitate. q. 5.
num.77.Quare in caſu prædicto concludendũ
eſt quod d. Menotus non inciderit in peccato
mortali,neq; in pęnam,in quo nullus eſt inue-
tus dolus : ad quem expellendum ſufficit om-
22 nis† cauſſa, etiam beſtialis Perſon. in loco ci-
tato.num.22.Caputaq; deciſ. 108.nume.3.in 3.
part. ad hoc enim , vt quis incidat in pœnam
23 † contrauentionis , requiritur neceſſariò do-
lus; qui excuſari non poſsit ex quauis cauſſa ,
etiam

etiam beſtiali Caputaq.deciſ.233.num. 8.in 1. part.aliàs ceſſat peccatum,& pęna.Et ita ſentio.Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CXV.

Delegatus quando ſubdelegare non poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Principe,poteſt ſubdelegare: diſtinctio infra cadit.*
2 *Subdelegari non poteſt quando eſt electa induſtria perſonæ.*
3 *Diſcretioni tuæ,quid importat.*
4 *Stilus non operatur contrarium à recto Sermone.*
5 *Verba demonſtrant intentionem proferentis.*
6 *Collector dicitur negotiorum geſtor.*
7 *Negotiorum geſtor,poteſt conſtituere actorem.*
8 *Collectores ſunt Iudices.*
9 *Delegatus non poteſt excedere fines cōmiſſionis.*
10 *Cauſſa,quæ requirit cognitionem cauſſæ, poteſt ſubdelegari.*
11 *Remiſſorio teſtium poteſt fieri,quando difficultas eſt probationis.*
12 *Quando ſit difficultas in probatione, poteſt mitti Notarius,vel alius qui examinet.*
13 *Qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur.*

Dominus mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

FVit commiſſa à Summo Pōtifice Reueren.Vicario Regienſi quædam diſpenſatio matrimonialis inter virū, & mulierem Oppidi Mirandulę cum huiuſmodi verbis; videlicet, Diſcretioni tuæ remittimus;vt de præmiſsis per diligentē Inquiſitionem per te ipſum informes; & ſi repereris quod preces veritate nitantur,auctoritate Apoſtolica diſpenſes: ſuper quo conſcientiā tuam &c. Inſtabat ſupplicantes dati literas examinatoriales in d.Ooppido;ſed Reuer. Vicarius recuſabat;prætendens teſtes à ſe ipſo eſſe examinandos. Quare requiſitus quid in hoc ſentiam;dixi vt infra.

In Iure regularitet cautum eſt, quod dele-
1 gatus† à Principe poteſt ſubdelegare. vt in c.
Cum cauſſam.de appel.& in ca.fin. in princ.de
offic.deleg.l.A iudice.C.de iudic.quam tamen
regulam Iaſ.in d.l.A iudice.nu. 11. multis modis limitat, & præcipuè quod attinet ad huiuſmodi caſum in quinta & ſexta fallentia re-
2 ſtringit.d.regulam,quod ſubdelegare†nō poſ-
ſit, quando ſit electa induſtria perſonæ: quia
tunc videtur Pontificem elegiſſe perſonam;vt
3 notāt etiam verba illa, † diſcretioni tuæ; per
te ipſum;&c.Et hanc opinionem ſequitur Specul. tit. de offic. deleg.§. Iam nunc dicendum. ad finem.& Franc.in ca.Statutum. §. Aſſeſſorē. num.2.de reſcrip.Capic.deciſ.151.nu.5. & poſt alios Borgn.Caualc. in deciſ.46.nn.383.& 384. Et quamuis aliqui dixerint, quod huiuſmodi verba apponuntur de ſtilo; & quod ideo non tollunt facultatem ſubdelegandi:Iaſ.tamen in
4 d.l. A iudice in 5. limitat. dicit quod ſtilus †
huiuſmodi non operatur intetprætationē di-
uerſam à recto ſermone nerborum, quæ ſigni-
ficant mentem Papæ ſcilicet quod confidentiā
ſolam in delegato habeat, vt perſcrutetur ve-
5 ritatem.Verba† enim demonſtrant intentionē
proferentis. l.Labeo. ff. de ſuppel. leg. cum ſimilibus: & ego ita ſentio, ſine veritatis præiudicio:& regulam ipſam credo habere locum quando Princeps ſimpliciter committat cauſſam:ſed hic ſunt verba ſpecialia directa ad ſolum delegatum.

Neque ab iſta opinione moueor ex deciſ. Rot. 265. alias 8. de offic. deleg. in nouiſ. ob quam mand.in reg.4.quæſt.11. num.5.dicit Rotam nouam ita decreuiſſe, delegatum, etiam ſimilibus verbis expreſsis in delegatione,poſſe alium ſubdelegare: quia in caſu. d. deciſ.
265. agebatur de collectore Cameræ Apoſto-
6 licæ; qui † reputatur negotiorum geſtor d.
Cameræ: vt in ipſa deciſione habetur:& nego-
7 tiorum † geſtor ex ſe, de iute communi,poteſt
ſubſtitnere actorem:vt not. Bar. in l.Qui aliena. §. Quamquam. ff. de negot. geſt. & alium quempiam in negotio ſubſtituere. l. Nam, & Seruius. §.Mandato. vbi Bar. & Bal.ff. eod.tit. de negot. geſt. Imò dicit Barthol. Bellin. de
8 charitat. ſubſid. in quæſt.94.quod ſimiles†col-
lectores ſunt Iudices: & habent omnimodam
iuriſdictionem, & cenſuras exercendi, carcerandi,& alia quamplurima: quod non habent huiuſmodi delegati, de quibus loqnimur: qni
9 fines† ſuæ commiſsionis excedere nō poſſunt.
c.Cum dilecta. ad finem.de reſcrip. l.Diligenter. ff. mandat. Vnde cum cauſſa ſit commiſſa perſonæ,reſpectu eius induſtriæ; addita clauſula per te;non video quomodo ille alteri committere valeat vices ſuas: de qua differentia eſt textus cum Gl. in verbo: Vt perſonaliter. in c.fin. de offic.delegat. Borgaſ. tamen. de irregul. & diſpenſ.part.2.tit.de delegat.diſpenſ.
10 num.1.videtur inclinare,quod quando cauſſa †
requirit cauſſæ cognitionem,quod poſsit ſubdelegari: non tamen in eam opinionem concludit;ſed adducit deciſ. Biſign. in tit. de offic.vic.quæ deciſio in meo codice eſt regiſtrata in lib.deciſ. antiq.eod.tit. incipit,Vt notat ipſe: Epiſcopus conſtituit vicarium, deciſ.9.ul i in uerſ. Secunda quæſtio. recitantur tres opiniones,nullaque earum eſt affirmata: Quarum ultima dicit,quod quādo ad eſt cognitio cauſſæ:ea demum,quæ ſunt cauſæ cognitionis poſſunt ſubdelegati, non ea quæ ſunt facti. Ego

uerò

verò dicerem in huiuſmodi caſu, quod ſi diffi-
11 cilè ſit † inducere teſtes coram delegato, nè facultas probandi tollatur, quod poſsit fieri remiſſoria teſtium: per ea, quæ tradit Card. in Clem. de offic. deleg. & per ca. Significauit. de offic. ordin. & not. Io. Fran. Pauin. de offic. & poteſt. capit. ſed. vac. quæſt. 10. num. 9. Imò tutius
12 quod vel † mittatur, vel deputetur nuntius; pro vt tangit Abb. in cap. 1. de reſt. cogen. qui examinet nomine ipſius Delegati; quia idem erit ac ſi ipſe Delegatus examinaſſet, per regu-
13 lam, Qui † per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, de reg. iur. in 6. & ita ego adimplerem: Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXVI

Sortilega ſemel abiurata, & fuſtigata, reincidens, An ſit torquenda?

SVMMARIVM.

1 *Incantatores dicuntur Necromantici.*
2 *Incantatores grauiſſimum ſcelus perpetrant.*
3 *Incantatores dicuntur malefici.*
4 *Inuocantes dæmones olim dicebantur idololatræ, & heretici.*
5 *Tormentis ſubijciuntur malefici.*
6 *Malefici dicuntur ſemper malum facere.*
7 *Tortura ex præſumptionibus datur maleficis.*
8 *Sortilegus poſt abiurationem reincidens, dicitur relapſus.*
9 *Relapſus quis dicatur.*
10 *Qui habet conuerſationem cum dæmone, reputatur eiuſdem naturæ contra Deum.*
11 *Qui abiurauit, & poſtea conuerſatur cum hæreticis, dicitur eis ſimilis.*
12 *Tortura continet quinq; ſpecies.*
13 *Tortura leuis non eſt propriè tortura.*
14 *Confeſſus delictum propter minas, non dicitur cõfeſſus per torturam.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

QVædam mulier aliàs commiſit incantationes, cum inuocatione dæmonum & cum quodam maligno ſpiritu conſuetudinem habuit, quem retinebat in ampulla, & in eiſdem delictis, pro quibus fuerat fuſtigata, & bannita, poſtea reincidit: & in carceribus retenta, eadem confeſſa, eſt ſimulatè tamen ad inducendas mulieres ad amoroſa incantamenta: & vt apud eas famam acquireret. Vnde quæritur, An ſit torquenda pro veritate habenda? An ſcilicet ad amorem tantum, vel in dæmonem crederet etiam ad futura?

In præſenti quæſtione tria ſunt conſideranda. Primo, An d. ſortilega, ſimulata incantamẽta, an realia fecerit? Secundò, An inuocatio dæmonum fuerit ſolum ad prouocãdum amorem, an verò ad futura ſciendum? Tertiò, effectum conſuetudinis cum dæmone. Ad quorum dilucidationem aduertendum eſt quod incan-
1 tatores † Necromantici dicuntur. cap. Hoc mirum, 26. q. 5. & qui huiuſmodi ſcelus ſequuntur,
2 grauiſsimũ † crimẽ dicuntur perpetrare. ad Bald. l. 3. verſ. 2. not. C. de Epiſcop. audien. quos Im-
3 perator appellat † maleficos. l. Nemo. C. de malef. & mathem. aliàs enim tàm iſti, quàm inuo-
4 cantes † dæmones, dicebantur idololatræ, & hæretici. & de idololatris habemus text. in ca. Sortes. d. cauſ. 26. quæſt. 2. & de hæreticis in ca. Accuſatus §. Sanè; cum Gl. in verbo, Saperent. de hæret. in 6. & in ca. Epiſcopi. ead. cauſſa. 26. quæſt. 5. in quo crimine quilibet, etiam in di-
5 gnitate, ſubijcitur † tormentis. l. Et ſi excepta. §. 1. ad finem. C. de malef. & mathem. talia enim
6 exercentes † ſemper ad malum dicuntur facere. ex D. Thom. in 2. 2. quæſt. 95. artic. 1. ad finem. Vnde in ſimilibus atrocioribus delictis de facili proceditur ad torturam, nedum præ-
7 cedentibus legitimis indicijs, ſed ex † præſumptionibus. Imò ex ſolis ſuſpicionibus: vt poſt multa tenet Boſ. in ſua practic. tit. de indic. & conſid. ant. tort. nume. 202. ſed iſta rea fatetur commiſiſſe incantationes, & inuocationes, ſi ex auctoritate D. Thomæ præſumitur ad malũ, erit torquenda ſuper habenda veritate; an ad malum, & ad quod malum talia commiſerit?

Et hoc ideò corroboratur ex dictis Franc & Domin. in d. ca. Accuſatus. §. Sanè. Franc enim num. 2. & Domin. nume. 6. dicunt, quod qui vt
8 ſortilegus † abiurauit hæreſim, & poſtea eadẽ committat, eſt relapſus. & pœnam relapſi meretur. Verum Dominic. ex opinione Lap. diſtin-
9 guit inter eum, qui † credit dæmonem talia poſſe auctoritate propria. & reputatur relapſus; & in pœnam relapſi eſt puniendus: ſed ſi non credit ea poſſe; & ſolum inuocauit ad ea, quæ regulariter dæmon tentat; ad inducendũ hominum ad peccandum: tunc ſecus ergo torquenda erit iſta mulier ad eruendam verita-
10 tem, & tantò magis cum habuerit poſtea † cõuerſationem cum dæmone; ex qua dicitur eſſe eiuſdẽ illius malignitatis, & naturæ erga Deũ. d. c. Accuſatus. §. Ille quoq; vbi dicitur quod il-
11 le, qui † ſemel abiurauit, ſi poſtea cum hæreticis conuerſatus fuerit, dicitur ei ſimilis: & in pœnam eorum condemnari debet & ſic dicendum eſt quod ſit locus torturæ.

Et quia Doctores diſtinguunt inter leuem, &
12 atrocem torturam: enumerando quinq. † ſpecies, Quarum: prima, dicitur eſſe comminatio; ſecunda, conductio ad locum: tertia, ligatio: quarta, eleuatio: quinta, ſquaſſatio: & aliqui dixerunt quod illæ tres primæ ſpecies, continentur ſub vna tantum ſpecie; ego loquor de
13 vera tortura: nam † leuis non eſt dicenda tortura propriè; vt not. Paul. Ghirlan. in tit. de quæſt.

Digitized by Google

14 quæſt.5.num.4.nam ille, qui ductus † ad locum torturæ ob & minas confitetur delictum non dicitur fateri per torturam, ſed ſponte: ſecundum.Iul.Clar.in praetic.crimin.§. fin.quæſt.64. verſic. Nune de grad.torturæ. Ex quibus mea quidem ſententia, ſine veritatis præiudicio, iſta ſortilega erit eleuanda, & ſquaſſanda, niſi prius fateri deliberauerit. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXVII.

Sortilega accuſans alium, an faciat indicium?

SVMMARIVM.

1 *Sortilega, quæ vadit ad ludum, corporaliter vadit ſecundum Theologos.*
2 *Sortilega dicitur etiam quandoq; ire ad ludum illuſiuè.*
3 *Socius non facit indicium, quando illuſiuè eatur ad ludum.*
4 *Nemo excipitur in delicto ſortilegorum.*
5 *Confeſſio debet continere verum, & poſſibile.*
6 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
7 *Qui non eſt diffamatus de crimine torqueri non debet.*
8 *Diffamatio debet præcedere in cauſſis, in quibus ſocius facit indicium.*
9 *Lex, Et ſi excepta. C. de malef. & mathem. nō habet locum, niſi conſtet de delicto.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

SOrtilega conſtituta confeſſa eſt iuiſſe ad ludum dæmonum: & in conſtituto dixit, cum ea quandoq; iuiſſe quandam nobilē mulierem, de qua nobili quærebatur an (quia negabat) deberet Carcerari, & torqueri?

Diuerſæ fuerūt opiniones, An mulieres, quę ad ludum dæmonum eunt, corporaliter, vel illuſiuè eant? Siquidem Paul. Ghirl. in titu. de ſortileg. quæſt.7.num. 21. adhærendo opinioni
1 Theologorum † tenet quod vadant in corpore. & ibi nume.26.& 27. atteſtatur de quodam ruſtico, qui ab vxore ductus ad locum Beneuentanum, exiſtens ad epulas inuocauit nomen Dei, & ſtatim ibi remanſit nudus: & de quadam puella, quæ ad ſonum Aue Mariæ: fuit in terram dimiſſa: & inuenta poſtea de mane à certo iuuene. Franciſcus verò Ponzinus. in
2 tit. de Lamijs: tenet † contra, quod ſcilicet
3 eant illuſiuè: & ideo dicit quod ſocius † non facit indicium: & allegat textum in c. Qui ſine Saluatore. 26.q.2.& c. Nec mirum. ead. cauſ. quæſt.5. & vtrumq; dictum Sancta mater Eccleſia tollerat. Si volumus ſtare dicto ſocij, in
4 huiuſmodi delicto, in quo nemo † excipitur. l. Et ſi excepta. C. de malef. & mathem. iſta rea faceret indicium. ad Gl. in c. Veniens. in ver-
5 bo, Confeſſio. de teſtib. ſed quia confeſſio † debet continere verū, & poſſibile. Gl. in c. fin. de confeſſ. Quare cum non conſtet in iſto caſu de veritate; an ſcilicet ipſa rea iuerit in ſpiritu, vel corporaliter: & ſtantibus adductis à Ponzino quando illuſiuè iuiſſet; nō poſſet haberi vera ſcientia; & conſequenter per experimenta non diceretur apparere; & ideo Non
6 † entium, nullæ eſſent qualitates: l. fin. ff. pro ſoc. tutius arbitror perquirere alia indicia: Imò dicit Ponzin. ibi num. 53. quod ſi adeſſēt alij teſtes, qui affirmarent alios fuiſſe unctos; non probarent; quia etiam ipſi eſſent illuſi: in quibus idem operatus fuiſſet dæmon. Et quādo etiam conſtaret ream corporaliter iuiſſe;
7 cum d. nobilis accuſata non ſit † diffamata; mea ſententia, non eſſet torquenda: nam in cauſſis ſpecialibus, in quibus ſocius criminis
8 facit indicium, debet † præcedere diffamatio.
9 Salic. in l. fin. c. de quæſt. & ſic. l. Et ſi † excepta. non habet locum, niſi conſtito de delicto. Boſ. in pratic. crimin. de conſid. ant. tort. num. 66. & ſic teneo d. nobilem non eſſe torquendam, alio non conſtito. Saluo &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXVIII.

Bona per rectorem relicta cui debeantur: & de eleemoſina data ad celebrandum Miſſas.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij diuiduntur inter ſucceſſorem, et heredes ad ratam ſeruitij Eccleſiaſtici.*
2 *Suppellectilia lignorum dantur hæredibus defuncti Rectoris.*
3 *Fructus, qui ex conſuetudine dabantur hæredibus Rectoris; quando dentur eiſdem.*
4 *Fructus beneficij tennes, & inhabiles ad ſuſtentationem Rectoris non indicant relicta ab ipſo, acquiſita de bonis Eccleſiæ.*
5 *Bona per rectorem relicta, quando non præſumātur ex bonis Eccleſiæ acquiſita.*
6 *Fructus hortorum Eccleſiaſticorum quomodo diuidendi.*
7 *Frumentum datum rectori pro miſſis celebrandis, ſi non fuerint celebratæ, cui debeatur.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

QVatuor erant differentiæ inter ſucceſſorem in beneficio. S. Claudij Parochiali, & hęredes prędefuncti Rectoris. Prima An, & cui debeatur penſio liuelli terrarum

ratum beneficij, cum prædeceſſor ſuperuixiſſet, vſque ad collectos fructus per liuellarium?

Secunda, An hæredes teneantur dare nouo Rectori ſuppellectilia lignaminum? ex diſpoſitione Bullę Pij V. incipit, Romani Pontificis.

Tertia, An fructus horti Eccleſiæ percepti à defuncto, debeantur ad ratam nouo Rectori?

Quarta, An hęredes teneantur dare ſucceſſori quaſdam minas frumenti habitas à defuncto pro miſsis non celebratis.

Et partes amicabiliter omnia in me remiſerunt. Ego verò ex quadam honeſtate, vt infra compoſui: videlicet.

Ad primam ex mente Couar. in 2. lib. variar. reſolut. c. 15. num. 12. dixi liuellum, † ſeu
1 penſionem nondum ſolutam fructibus recolectis, diuidendam eſſe inter hæredes, & ſucceſſorem ad ratam ſeruitij Eccleſiaſtici.

2 Ad ſecundam dixi ſuppelectilia † lignorum, de quibus per Pium V. deberi hæredibus: ex opinione Nauar. in tractat. de Spolio Clericorũ. §. 1. nam Pontifex declarauit ea non venire ſub nomine ſpoliorum: verumtamen non declarauit cui debeantur; vnde in diſpoſitione iuris communis remanent, & ſtante compoſitione cleri cum Reuerenda Camera Apoſto-
3 lica, & conſuetudine † diœceſis, ex qua antequam ſpolia eſſent ad cameram redacta, hæredes clericorum ſuccedebant: ex adductis à Bald. in conſ. 313. Præmittendum, in 2. vol. & Gemin. in c. Præſenti. num. 12. & 13. de offic. ordin. in 6. & Cald. in conſ. 2. de pecul. cleric.
4 & tantò magis, quia: d. beneficium erat † tenue: & minus ſufficiens ad ſuſtentationem Rectoris: vnde ex parte hæredum erat indubita-
5 ta præſumptio, quod illa bona † non eſſent ex fructibus beneficij, ſed patrimonialia, quæ cõſtabat defunctum habuiſſe, & labore in cura facta; ſecundum adducta à Redoan. in tract. de ſpol. quæſt. 9. §. Quid dicendum. num. 17. & 18.

6 Ad tertium dixi. quod fructus † horti pro parte dominicali eſſent diuidendi ad ratam, modo quo ſupra: deductis expenſis, & ſeminibus pro hæredibus.

7 Ad quartam dixi, quod minæ frumenti † pro tempore præterito, in quo per defunctum miſſæ fuerunt celebratæ ſint hæredum: aliæ verò non celebratæ; deberent celebrari per ſucceſſorem, & pro illis haberet minas frumenti ad ratam: iuxta, ea quæ in ſimili notat Nauar. in ſuo manuali. c. 25. num. 92. & Marc. Ant. Cuch. in ſua inſtitut. canonica tit. de miſſa. num. 78. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXIX.

Cauſſæ matrimoniales an cognoſcantur per Capitulum, vel eius Vicarium, ſede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinguitur inter ordinariam, & delegatam iuriſdictionem.*
2 *Capitulum ſuccedit in omnibus iuriſdictionalibus ſede vacante.*
3 *Capitulum venit appellatione Eccleſiæ, ſede vacante.*
4 *Vicarius deputatus à capitulo, ſede vacante, ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi. & num. 5.*
6 *Capitulum non ſuccedit in delegatione.*
7 *Sede vacante quando cauſſa matrimonialis poſſit expediri.*

Dominus dabit mihi verbum.

FACTI SPECIES.

Oritur dubium, An cauſſæ matrimoniales, ſede vacante, cognoſcantur p Vicarium capituli? ſtante diſpoſitione Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 20. de reform. verſ. Ad hęc cauſſæ matrimoniales.

Quia reſolutio pertinet ad Illuſt. Cõgregationem Cardinalium ſuper materia Concilij: nõ eſt cur in ea abſolutè procedã; ab ea enim eſt reſolutio petenda: ſed tantum informãdo
1 dico, quod eſt diſtinguendum † inter ordinariam, & delegatam iuriſdictionem: nam de ordinaria non videtur dubium; quia capitulum
2 † in omnibus iuriſdictionalibus ſuccedit, ſede vacante, in locum Epiſcopi Rot. per Cantuc. deciſ. 1. num. 13. in 2. lib. diuerſ. nouiſſ. Io. Fran. Pauin. de offic. & poteſt capit. ſed. vacan. q. 10.
3 num. 8. 1. part. prin. Imò venit † appellatione Eccleſiæ. c. Clerici. de verb. ſignif. c. Cum anriquos. 10. quæſt. 1. Quare ſi agatur de cauſ. matrim. ex ordinaria iuriſdictione, non videtur dubium quin Vicarius ſede vacãte deputatus
4 à capitulo, eam cognoſcere valeat: qui in † totali iuriſdictione Epiſcopi ſuccedit. Gl. in c. 2. ne præl. vic. ſuas. & cum ea tranſit Marc. Ant. Cuch. in ſua inſtit. canonica. de offic. & poteſt cap. num. 29. & 30. 31. & 32. & illic. nu. 93. ſecũdum allegata dicit quod generaliter ſuccedit
5 † in omnibus, quæ in ſpirituali, & temporali iuriſdictione competebant Epiſcopo: & idem tradit. d. Pauin. in eod. tit. in 1. quæſt. 1. partis.

De delegata verò magis eſt dubitandũ: nã quando eſt commiſſa cauſſa Epiſcopo, ſeu eius Vicario; in hæc verba ſcilicet dilecto filio Vicario fratris noſtri Epiſcopi, finito officio per
6 obitum Epiſcopi; videtur quod capitulum † non ſuccedat in delegatione: per ea, quæ nor. Lap. alleg. 88. Commune Florentiæ: & iſdem Pauin. in loco allegato, num. 3. qui tamen.

ibi. num.4.verſ.Verum pro concordantia: di-
7 cit,quod quando † ſit neceſſe, aut vtile cauſſã
expediri. vt eſt tunc cum agitur de ſedandis
inimicitijs, vel de reſtituenda fama, & ſimili-
bus;quod etiam cauſſa poſſet expediri ſede va
cante: & idem tenet Cuch. tit. quo ſupra.nu.
80. & 84. tutius tamen eſſet conſulere Illu-
ſtram Congregationem. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXX.

Matrimonium quando diſſolui poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non conſummatum diſſoluitur per ingreſſum religionis.*
2 *Matrimonium non dicitur conſummatum, quando ſemen non emittitur intra vas.*
3 *Iuramento mulieris non ſtatur, quo ad dirimendũ matrimonium.*
4 *Iuramentum viri, & mulieris requiritur quando agitur de dirimendo matrimonio.*
5 *Aſſertioni iurantis non ſtatur ſine alijs adminiculis, quando agitur de dirimendo matrimonio.*
6. *Eligendæ ſunt matronæ, quæ videant clauſtra virginitatis, quibus datur iuramentum.*
7 *Matronæ electæ ad videnda clauſtra virginitatis, ſi iurant ſe veritatem dixiſſe; diſſoluitur matrimonium.*

Domine labia mea aperies.

FACTI SPECIES.

ILluſtris Domina Lucretia vxor Il-
luſt. Domini Alberti inſtar ſibi
dari licentiam ingrediendi mo-
naſterium, allegans matrimoniũ
non fuiſſe conſummatum: ſuper
quo quæritur, quid iuris?

1 Matrimonium † ratum, non conſummatum,
diſſolui poteſt per ingreſſum religionis alte-
rius coniugis; etiam altero renitente: c. 2. &
ex publico. de conuerſ. coniug. & nouiſsime
Conc. Triden. ſeſſ. 24 canon. 6.

Dubitatur tamen in præſenti caſu, An ma-
trimonium fuerit conſummatum; quia mulier,
etiam cum iuramento, atteſtatur non fuiſſe
conſummatum; licet vir dicat cum ipſa ſteciſ-
ſe, & ſemen emiſiſſe; tamen non affirmat id
fuiſſe intra clauſtra pudoris: quod remittit iu-
ramento ipſius vxoris, quæ conſtanter cum iu-
ramento affirmat non fuiſſe ſtupratam. Quod
2 cum ita ſit, matrimonium non † eſſet conſum-
matum, cum requiratur ſemen emitti intra
vas naturale c. Extraordinaria. 35. q. 2. & facit.
c. fin. de ſponſal. quem ſequitur Nauar. in ſuo
manual. c. 27. num. 252. verſ. Quintò dico &c.
Sed cum agitur de matrimonio dirimẽdo; nõ
3 videtur † ſufficere iuramentum mulieris; ſed
quod requiratur concurſus vtriuſque, viri ſci-
licet, & mulieris d. c. Extraordinaria; & ibi Gl.
4 quæ vult requiri † vtriuſque iuramentum. Imò
neque amborum conſenſus videtur ſufficiens;
quia de facili præſumuntur colludere, c. Super
eo. & ibi Gl. de eo qui cogno. conſang. vxor.
ſuæ. ſuper quo Henr. Boich. diſtinguit; conclu-
dens quod quando agitur ad diſſolutionẽ ma-
5 trimonij non debet † ſtari aſſertioni confiten-
tis contra matrimonium, ſine alijs adminicu-
lis: et maximè quando mulier fuiſſet traducta
Hoſtien. in ſum. tit. de conuerſ. coniugat. §. &
vtrum. nu. 9. verſ. quid ſi quis contrahat. Qua-
re in iſta difficultate, ego conſulo quod adhi-
6 beantur mulieres, ſeu matronæ † honeſtæ, &
expertæ in opere, quæ videant, & indicent an
clauſtra virginitatis ſint, vel non integra: vel
aperta? & delato iuramento de veritate, refe-
rant, ſicut docet Sylueſt. in ſum. in verbo. di-
uortium, num. 22. & Lap. alleg. 54. num. 4. & 5.
& ſequuntur doct. in cap. Fraternitatis. de fri-
7 gid. & malefic. & ſi reperiatur † mulierem ve-
ritatem iuraſſe, poſſet ei dari licentia ingre-
diendi monaſterium, ſicut probant iura à Fe-
lin. adducta in c. Propoſuiſti, de probat. & ita
dico, & conſulo. Saluo tamen meliori conſi-
lio. Laus Deo, & B. M. ſemper Virgini.

CONSILIVM CXXI.

De præcedentia inter Canonicos Collegiatæ, & Cathedralis.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia diuiditur in quatuor ſpecies.*
2 *Prima ſpecies præcedentiæ eſt ex tempore.*
3 *Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure.*
4 *Sacerdos præfertur Diacono, & Diaconus Subdiacono.*
5 *Vicarius Canonicus, in actibus capitularibus, eſt vti Canonicus.*
6 *Vicarius, & Epiſcopus Canonicus, extra actus capitulares, præcedit alios.*
7 *Epiſcopus Scholaris, non præcedit Rectorem.*
8 *Ordo, neq; dignitas non præiudicat tempori.*
9 *Archidiaconus in quibus non præcedat Archypræsbiterum.*
10 *Conſuetudo in præcedendo attendi debet ſecundum communem. & num. 11.*
12 *Conſuetudo deſignat locum ſedendi.*
13 *Ceſſante officio, ceſſat dignitas.*
14 *Dimittens officium quando retineat honorem.*
15 *Dignitas ex meritis acquiſita, durat ea deficiente.*
16 *Priuatus dignitate intelligitur, qui ex demeritis ſit officio priuatus.*
17 *Dignitas quando non perditur.*

18 *Pro-*

18 *Prothonotarij habent primum locum, poſt Epi-*
ſcopos.
19 *Prothonotarij ſunt commenſales Papæ.*
20 *Sacerdotes aliquando dicuntur Angeli.*
21 *Sacerdotes dicuntur lumen mundi.*
22 *Doctor eſt in dignitate.*
23 *Doctor eſt nobilis.*
24 *Doctor cæteris eſt præponendus.*
25 *Doctor eſt illuſtris.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

ORta controuerſia inter Reuerendum
Canonicum Flaminium de Burne-
rijs, aliàs de Corrigia, & Reuerendũ
Canonicum Vincentium de Contis:
in colleggiaca Terræ Corriggiæ ſuper pręcedẽ
tia: ille enim de Contis erat prior receptus,
& in ordine Subdiaconus: alter verò de Corri-
gia, poſterior, ſed ſacerdos: & vigore ſacerdo-
tij prætendebat præcedentiam in omnibus; &
allegabat pro ſe c. Statuim⁹. de maior. & obed.
Alter verò c. 1. eod. tit. & caſu differentiæ ad
me tranſmiſſo dixi, Canonicum de Contis an-
teferri in omnibus actibus capitularibus: alte-
rum verò extra Eccleſiam & dictos actus capi-
tulares ex infra dicendis: ſcilicet.

1 Quatuor ſpecies enumerat Henr. Boit. in c.
Statuimus. de maior. & obed. in caſu præce-
dentiæ: & totidem Hoſtien. in ſum. de offic.
Archid. §. 1. ex tempore ſcilicet, ex præroga-
tiua ordinis, ex prærogatiua ordinantis, & ra-
tione dignitatis: nec vna facit alteri præiudi-
2 cium. Prima namque † ex tempore, oritur à
diſpoſitione. c. 1. de maio. & obed. Secunda à
c. Statuimus. eod. tit. Tertia, à c. Per tuas. etiã
eod. tit. & Quartà, à c. Si clerici. de iudic. & c.
Tranſmiſſam. de elect. Vnde, tractando de tem
pore, ille præfertur, qui prior fuit receptus. ex
3 alia regula. Qui † prior eſt tempore. de reg.
iur. in 6. Si verò agitur de ordine, non eſt du-
4 bium quod Sacerdos † præfertur diacono, &
diaconus ſubdiacono; d. c. Statuimus. ſed iſta
non tollunt pręeminentiam alijs debitam; &
alijs dignitatibus acquiſitam: vt patet in Epi-
ſcopo; qui quando ſit etiam canonicus; in a-
ctibus canonicalibus, non facit præiudicium
5 cœteris canonicis, & dignitatibus. Neque † Vi-
carius; qui quamuis ſit in dignitate, & alios
præcedat, ſi ſit canonicus, in actibus capitula-
ribus aget vt canonicus, ſine aliorum pręiudi-
cio. Abb. in conſ. 21. vol. 1. Rot. deciſ. 200. in 1.
6 lib. diuerſ. nouiſſ. licet extra † chorum, & dictos
actus capitulares retineant locum ſuæ digni-
tatis: Domin. in c. A collatione. de appell. in 6.
And. Barb. in tract. de præſtan. Card. num. 32.
Rip. in c. Eam te. nu. 28. de reſcript. lib. 2. Ant.
de Præt. de iuriſd. Epiſ. defen. 4. 6. num. 53. &
54. vbi dicit quod nedum Epiſcopus non præ-
cedit canonicos in actibus capitularibus, quã-
7 do ipſe ſit canonicus: ſed neque † Rectorem,
aut Vicerectorem, ſi ſit ſcholaris, & idẽ tenet
Barb. in loco citato. Ex quibus conſtat, quod
8 neque † ordo; neque dignitas præiudicat tem
pori. c. Quia ſæpe. de præben. in 6. ita quod q
prior fuerit receptus, non præferatur poſte-
riori, licet ſit maior in ordine, vel dignitate:
9 nam, vt notant, prædicti doct. Archidiaconus †
licet maior Archipræsbytero, non præiudicat
ei in his, quæ ad eius dignitatem pertinent: in
cæteris verò vnuſquiſque tenet gradum ſuũ.
c. A ſubdiacono. 93. diſtin. cum alijs ab Ho-
ſtien. allegatis. in d. tit. de offic. Archid. nu.
2. ad finem: & prædicta adiuuantur à conſue-
10 tudine: quæ † attendi debet: & quando pro-
pria Eccleſia eam non habeat, attenditur con-
ſuetudo aliarum Eccleſiarum. c. Super eo. de
cenſ. & refert Gl. in d. c. Statuimus. in verbo.
Potiorem. Quæ ita ſe habet quaſi vniuerſali-
ter; vt in huiuſmodi collegijs prior receptus,
in actibus collegialibus præferatur poſterio-
ri, etiam maiori in ordine, vel dignitate: extra
verò ſeruetur ordo ordinum, & dignitatum.

Nec obſtat Abb. in d. c. Statuimus. dum vi-
detur non approbare conſuetudinem; quia In-
11 noc. eam approbat; & eum † communiter ſe-
quuntur cœteri; Imò ipſe Abb. ibi verſ. Extra
gloſſam: fatetur opinionem Innoc. eſſe verio-
rem: quam ſequitur etiam poſt Henr. Boit. &
Hoſtien. vbi ſupra. Imol. in d. c. Statuimus. &
Ant. de Præt. in d. tract. de iuriſd. Epiſc. defen.
d. c. 6. num. 55. allegans Bal. in c. Cum olim. de
12 conſuet. qui dicit quod Conſuetudo † deſi-
gnat locum ſedendi, & nõ debet præpoſterari.
Et ſic remanet concluſio quod qui in canoni-
cum prior eſt acceptus, licet minor in ordine,
in actibus collegialibus, præferri debet poſte-
riori, etiam maiori.

Et quoniam per ſuper allegata probatur q
Vicarius Generalis Epiſcopi, ſicut Epiſcopus,
quando ſunt canonici, in actibus capitularibus
non pręcedunt alios priores, extra verò, ſicut
& alij in dignitate, ſecundum gradum ſuum
pręcedunt: conſentaneum videtur declarare
quæſtionem motam; An ſcilicet Vicarius cano-
nicus, dimittens Vicariatum, poſtea etiam ex-
tra pręcedat alios canonicos? & qui erat pro-
thonotarius ſimiliter dimiſſo Vicariatu pręce-
dere debeat extra actus capitulares? & de Vi-
cario ſine titulo prothonotariatus: diſtinguẽ-
dum eſt, An pretio, vel ſuffragio alicuius Vica-
riatum quis adeptus fuiſſet: an virtute, & me-
ritis ſuis? ſeu an ſi ex meritis conſequutus
fuiſſet; poſtea ex demeritis, vel delictis pri-
13 uatus eſſet. In primo caſu; ceſſante † offi-
cio ceſſat & ipſa dignitas quo ad ipſum. l.
Vniuerſi. & ibi Bart. C. de legat. li. 10. & diffusè
Rol. à Vall. in cõſ. 66. n. 47. in 1. li. In ſecũdo caſu

(in quo caſu ego progreſſus ſum:nam ex volun
tate Sereniſſimi Ducis Alphōſi fui aſſumptus
ad officium Vicariatus,in Terra Carpi,vbi per
15. annos gratis fui: poſtea ex eadem volun-
tate Mutinæ: & poſtea voluntate Papæ Gre-
gorij XIV. Cremonæ; ab eoque creatus pro-
thonotarius: & eo defuncto, iuſſu d. Sereniſ-
ſimi Regij: non per mendicata ſuffragia: aut
14 pretio) licet dimittat † officium non perdit
honorem dignitatis. l. Vnica. C.de comit. qui
prouin. reg. lib.12. l.1. & 2.ff.de offic. procon.
Bart. in l. Quod principi. ff. de leg. 2. Natt. in
conſ.129.num.8. & in conſ.163.num.14.Tiraq.
in oppuſc. ceſſ. cau. limit.15. nam beneficium
15 quod quis per dignitatem † acquirit ex me-
ritis,durat etiam deficiēte dignitate. l.Maior.
dignitas. C. de dignit. lib.12.Guid.Pap.quæſ.
16 377.In tertio caſu; ſi demeritis † ſit priuatus
officio. intelligitur etiam priuatus dignitate.
l. Iudices. C.de dignit.eod. lib.12. l.Senatorē.
ff.de Senat. l.fin. iuncta Gl. in verbo, Decurio.
ff.de decur. latè Bon.de conſil.de nobilit.in 7.
17 parte. aliàs enim dignitas † nunquam perdi-
tur.Gl.in l.Eos. C.de excuſ. mun. Salic. in l. 1.
C. de aduoc. diuer. iud.

Quò verò ad Prothonotarios,quotieſcunq;
nō ſint degradati à dignitate propter aliquod
crimen,non videtur dubiū quin debeant præ-
cedere,durante eorum vita: nam Pius II. Papa
in eius bulla ſecunda ſtatuit Prothonotarios
18 † habere primum locum poſt Epiſcopos: &
eos eodē decorauit Leo X.in bulla VIII. inci-
pit,Regimini.& Paul. III. declarauit eos,etiā
ſi ſint extra numerum participantium,quando
ſunt creati à Papa, haberi debere indubitatos
19 familiares, & † continuos Commenſales Pa-
pæ: vt in eius conſtitutione 78. & 79. prout
atteſtatur, & ſequitur Rot. deciſ. 404. in 2.
part. & in deciſ.27. in 3.par.in regula declara-
toria.

Et non obſtat Conc.Triden.c.11.ſeſſ.24.de
reform. quia non annullat priuilegia: ſed ſolū
diſponit,quod non intelligantur exempti à iu
riſdictione Ordinarij.& ita remanet concluſio
quod ipſi præcedere debeant in omnibus,præ-
terquam in actibus collegialibus. Sicut ille,
qui ex meritis fuiſſet Vicarius,& minimè pri-
uatus ex ſuis demeritis, debet extra dictos a-
ctus habere primum locū; & eò fortius ſi fue-
20 rit Sacerdos, & doctor. Nam Sacerdotes †
in diuinis eloquijs aliquando etiam angeli; &
aliquando Dei vocantur.vt in c.Sacerdotibus.
11. quæſt.1.quibus etiam Ieſus Chriſtus reue-
rentiam exhibuit,dum leproſos ad eos remi-
21 ſit. c.Nonne. prima quæſt. 1. & vocantur † lu-
men mundi. c.Sacerdotes. diſtin. 93. & præe-
minent Regali dignitati. c. Duo ſunt. 96. diſt.
22 Et Doctor † dicitur in dignitate conſtitutus.
c. Quantò. de magiſt. & tradit Bon. de Curtil.
in tract. de nobil. in 3.part. num. 99. & Signo-
de Homod. tit. de præced. doct. num. 50. &
23 ſtatim quod ad doctoratum † aſcendit adep-
tus eſt nobilitatem.vt not Bar.in l. Iudices.C.
de dignit. lib. 12. ad quod videndus eſt Bon.
de Curtil. in allegato tit. de nobilit. in 3. par.
per totum,& præcipuè in num.27. & infra: vbi
24 oſtendit maiorem † nobilitatem in doctore,
quàm in alijs; illumque cæteris eſſe præponen
25 dum. Doctores enim Imperator vocat † illu-
ſtres: vt in procem. digeſtorū notatur: ex qui-
bus poteſt intrepidè concludi,quod hi, qui ſi-
mul habent plures dignitates,ſint præferendi
cæteris minores habentibus; quantò enim
quis habet plures dignitates,dicitur in digni-
tate maior. l.Senatorem.ff. de Senat.& ita iu-
ris eſſe ego inter alios minimus concludo.Sal-
uo &c. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CXXII.

Sacerdos an, & quando torqueri poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Clericus torqueri non poteſt, etiam ex atteſtatio-
ne vnius teſtis, niſi de crimine ſit diffamatus.*
2 *Clericus, etiam ſi coram Iudice laico confeſſus ſit
crimen, & haberet mille indicia contra; ſi non
ſit diffamatus, ab Eccleſiaſtico torqueri non
poteſt.*
3 *Clericus confitendo vnum delictum; de alio tor-
queri non poteſt, niſi ſit diffamatus de illo.*
4 *Clericus vt torqueri poſſit duo requiruntur.*

Domine labia mea aperies.

FACTI SPECIES,

QVidam ruſticus cum baculo fuit graui-
ter in capite percuſſus, ex qua percuſ
ſione dubitabatur de morte: de qua
percuſſione fuit imputatus Reuerēdus Nico-
laus, Sacerdos, & contra eum erat teſtis, qui
affirmabat cognouiſſe. d. Sacerdorem percu-
tientem d. ruſticum: qui ruſticus ignorabat
percutientem: & ipſe clericus,ſtabat in nega-
tiua. Quare tractabatur de illum torquendo:
ſuper quo caſu requiſitus reſpondi non eſſe lo-
cum torturæ.

1 Nam clericus † ex ſola atteſtatione vnius
teſtis,ſi non ſit diffamatus de crimine,non pōt
torqueri; vt tradit Stephan.Aufrer.de poteſt.
ſecul. ſuper Eccleſ.perſo.in 3.regula.n.17. quē
ſequitur Diaz.in regula 135.ſub lim.3.& in ſua
prat.crimin. Canonica. c. 117. & Iul. Clar. in
prat.crim.§.fin.quæſt.64.verſ.Sed an clerici. &
Boſ.in ead.prat.tit.de indic.& cōſid.ante tort.
n.35.& tit.de tor.teſt.n.6.q doct.atteſtātur de
com-

communi, & contrarijs reſpondent. Et ma-
gis ſpecificè tradit Ioſeph. Maſcard. in ſuis
concluſionibus de probat.concluſ.352.nu. 20.
2 vbi dicit quod Clericus, † etiam ſi confeſſus
eſſet coram Iudice Laico, & haberet contra
mille indicia, niſi de crimine ſit diffamatus,
torqueri nón poteſt à Iudice Eccleſiaſtico. Et
idem probat Viuius in lib.commun. opinio.in
verbo.C'ericus torqueri: & quandocumq; ſi-
ne tortura; vel etiam data. in caſu præmiſſo,
3 fateatur† delictum,non poteſt de alio torque-
ri;de quo non conſtet etiam per diffamatio-
nem;ſecundum Diaz.in d.ſua pract.crim. Ca-
nonica.d.c.117. qui dicit quod ad hoc vt Cle-
4 ricus † torqueri poſsit duo requiruntur ſcili-
cet;quod ſit de illo crimine ſuſpectus:& indi-
cia ſint benè probata: & ꝙ ſubſit cauſsa;ideſt
quod delictum ſit tale, quod deueniri poſsit
ad torturam; de quo loquuntur primi Docto-
res,ex quibus iudicio meo,ſalua ſemper veri-
tate,d. Reuer. Nicolaus in caſu prædicto non
eſt torquendus,alio nõ apparente. Laus Deo,
& B.M.

CONSILIVM CXXIII.

Clericus fur an ſit irregularis? & an inferior
Epiſcopo poſsit diſpenſare.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus à lege expreſſis.*
2 *Irregularitatem non eſſe, in dubio indicari debet.*
3 *Furtum ſimplex non inducit irregularitatem.*
4 *Fur manifeſtus, eſt ille, qui in ipſo facto deprehẽditur.*
5 *Fur non manifeſtus non eſt irregularis.*
6 *Clericus fur non manifeſtus poteſt ordinari.*
7 *Epiſcopus diſpenſat cum Clerico fure.*
8 *Quatuor ſunt genera delictorum.*
9 *Furtum inter grauia delicta dicitur.*
10 *Graue delictum non inducit irregularitatem.*
11 *Depoſitio ſimplex eſt verbalis.*
12 *Ordines ſuſpenduntur per ſolemnem depoſitionem.*
13 *Depoſitus verbo, poteſt etiam verbo reſtitui.*
14 *Depoſitus ſolemniter ab vno Ordine tantum, poteſt reſtitui ad inferiores ordines.*
15 *Quod non eſt prohibitum adimpleri poteſt.*
16 *Diſpenſatur in delictis occultis per Epiſcopum.*
17 *Archipræsbyter Carpi habet iura Epiſcopalia, & Iuriſdictionem.*
18 *Et proprium diœceſim.*
19 *Cui conuenit qualitas demonſtrata conuenit diſpoſitio.*
20 *Inferiores prælati, qui habent ius Epiſcopale, poſſunt diſpenſare.*
21 *c.Tua.de pœn.contra Diaz.non habet locũ in furto ſimplici.*
22 *Differentia inter latrocinium, & ſimplex furtũ.*

Dominus mihi adiutor, & non tacebo veritatem.

FACTI SPECIES.

QVidam clericus territorij, & diœce-
ſis Carpenſis, mediante confeſſore,
fecit reſtitutionem certarum rerum
ab eo furatarum,& confeſſor pro abſolutione
acceſsit ad Archipreſbyterum Collegiatæ;tã-
quam ad ordinarium:ſed oritur dubium an il-
le clericus ſit irregularis? & quod ab ipſo in-
feriori prælato diſpenſari non poſsit. In quo
caſu requiſitus reſpondi ex infra dicendis. d.
clericum non eſſe irregularem, & poſſe à cen-
ſura abſolui, ſeu diſpenſari à d.Prælato, qua-
tenus in aliqua incurriſſet.

1 Et moueor quia Irregularitas † non incur-
ritur niſi in caſibus à lege expreſsis.c.Is qui in
2 Eccleſia. de ſent.excom. in 6. & quando † ſit
dubium,Iudex arbitrari debet non eſſe irregu
larem.Card. in Clem.Si furioſus.num.13.ad fi-
nem. de homic. & in lege non repetitur ſcri-
3 ptum quod clericus † propter furtum ſimplex
incurrat irregularitatem, imò contra c. Cum
non ab homine. de iudic.& loquitur de mani-
feſto fure: quod tradit etiam Borgaſ. de irre-
gul. & diſpenſ. in tit. de furt. in prin. in 6.par.
4 & ille dicitur† manifeſtus,qui deprehenditur
in ipſo furto,vel cum re furata,antequam rem
furatam ducat ad locum deſtinatũ: Abb.in ca.
fin. num. 10. de furt. l. Fur eſt manifeſtus.ff.de
5 furt. & fur † non manifeſtus non eſt irregula-
ris: vt habetur in d.c.fin. de furt. in quo loco
6 deprahẽditur quod clericus† fur,ſi non ſit ma
nifeſtus,poteſt ordinari: & in ſuſceptis ordi-
nibus miniſtrare, quinque cõcurrentibus, ſci-
licet,quod ſponte ſit confeſſus furtum.Secun-
dò quod ſatisfecerit læſo. Tertiò, quod de fur
to non ſit diffamatus. Quartò, quod egerit
pœnitentiam. & Quintò, quod ſit idoneus ad
ſuſcipiendos ordines:in quo caſu non erit ne-
ceſſaria diſpenſatio. Et iſta concurrunt in iſto
caſu: quia iſte clericus ſponte confeſſus eſt:
ſatisfecit læſo: nec eſt diffamatus: & ad pœ-
nitentiam recurrit: vnde in collatis iam ordi-
nibus poterit miniſtrare: & ſi aliquid de præ-
7 dictis deficeret,poſſet ab Epiſcopo † diſpen-
ſari.c.At ſi clerici. § de Adult. de iudic: & ita
poſt contraria tenet Borg. in allegato tract.&
tit.num.7. dicens quod quando omnia prædi-
cta concurrunt non eſt neceſſaria diſpenſatio,
& ſi aliquid prædictorum deficiat, Epiſcopus
poteſt diſpenſare.

Sed vt magis caſus iſte eluceſcat quatuor
8 † delictorũ genera ſunt cõſideranda.leuia ſci-
licet;grauia grauiora: & grauiſsima. vt not.
Bar.in l.Nõ ſolũ.§.Si mandato.ff.de iniur.Abb.
9 in c.Tuæ.n.3.de pœn. Furtũ† verò inter grauia

Digitized by Google

annumeratur, vt illic Abb. & graue delictum
10 † non inducit irregularitatem; ſed ab officio
depoſitionem, doct. in d.c. Tuæ. & in d. c. Cum
non ab homine, Depoſitio verò aut ſimplici-
11 ter fit, aut cum ſolemnitate, Simplex † autem
depoſitio, eſt verbalis, & iſta non ſuſpendit ab
12 ordinibus, ſed ſolum ab honoribus, Ordines †
autem ſuſpenduntur per ſolemnẽ depoſitio-
nem, quæ eſt degradatio. Specul. de accuſ. §.
Secundo loco, num. 4 & 5. & Borgaſ. in eo tract.
de excomun. in Rubrica de ſent. depoſit. nu.
9. & num. 40. verſ. Si verò non fuerit ſolemni-
ter depoſitus. vbi diſtinguẽdo dicit, quod aut
Epiſcopus depoſuit clericum ab adminiſtra-
tione; & ipſe poterit illum reſtituere. Et tũc,
aut in contumaciam, aut ſine: ſi ſine contuma-
13 cia, ſicuti quando verbo † tantum depoſuit vt
Nauar. in ſum. c. 27. nu. 204. verbo etiam pote-
rit illum reſtituere. Sed ſi cum ſolemnitate,
14 aut ab vno † ordine tantum depoſuit; ad in-
inferiores ordines; non autem maiores pote-
rit reſtituere: & ita in caſu prædicto quando
d. clericus incurriſſet pœnam depoſitionis, nõ
eſſet ſolemnis depoſitio; & conſequenter cum
eo diſpenſari poſſet.

Neque aduerſatur Concilium Triden. in c.
6. ſeſſ. 24. de reform. quia loquitur de irregula-
ritate. & hic caſus eſt ab ea omnino alienus. &
non tollit auctoritatem diſpẽſandi in caſibus
15 à iure permiſſis. vnde cum non ſit † expreſsè
prohibitum, quod à iure eſt conceſſum, adim-
pleri poterit. Innoc. in c. Cum pridem. de re-
nunt. & Borgaſ. in tit. de furt. nu. 7. verſ. Non
tamen. & eò maxime, quia non habet clauſ. nõ
obſtan. neque decretum irritans. vt refert etiã
Nauar. in d. ſum. c. 27. num. 204. imò ſecundum
d. Conc. quatenus in irregularitate cecidiſſet,
16 poſſet † diſpenſari; cum eius delictum ſit oc-
cultum.

Verum quia prædicta iura loquũtur de Epi-
ſcopo; videtur dubium quod quando d. cleri-
cus eſſet in caſu diſpenſationis, quod Archi-
præsbiter prædictus, licet ſit ordinarius, non
poſſit cum eo diſpenſare: tamen, mea quidem
17 ſententia, poſſet diſpenſare: ipſe enim † ex
priuilegijs collegiatæ habet omnia iura Epi-
ſcopalia, & iuriſdictionem; & meritò nomen
Ordinarij. Gl. in c. Ordinarij. in verbo Ordina-
rij. in 6. & ibi Gemin. num. 5. & Fran. nu. 3. Ho-
18 ſtien. in ſum. eod. tit. nu. 2. & habet † propriam
diœceſim. Ant. de But. in c. Nimis. nu. 7. de iu-
reiur. Gl. in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. in
verbo. Proprij. & in Clem. 1. de for. comp. in
verbo, *Diœceſanis* vbi dicitur, quod iſti infe-
riores Prælati gerunt vices Epiſcoporũ. quod
ſequitur Felin. & Dec. in c. At ſi clerici. §. de
19 Adulterijs: de iudic. vnde Cui † conuenit qua-
litas demonſtratiua, conuenit etiam diſpoſi-
tio. Socin. in conſ. 200. col. fin. verſ. Sed, Ad hæc.
in 2. vol. & ita Borgaſ. tit. de vot. & vot. redẽp.
nu. 79. qui dicit quod regula, quæ habet, quod
ſolus Epiſcopus diſpenſat, fallit in inferiori-
20 bus, qui † de iure ſpeciali habent ius Epiſco-
pale in perſonis: qui, ſicut Epiſcopus, poſſunt
diſpenſare. quod affirmat etiã Card. in Clem.
1. num. 24. de offic. vic. Quare ſi requiratur di-
ſpenſatio, Archipræsbyter ipſe poterit diſpen
ſare.

Nec prędictis obſtat doctrina Diaz. in c. 84.
21 ſuæ prat. crimin. can. qui vult quod diſpoſitio †
c. Tuæ de pœn. habeat locum etiam in furto
ſimplici; qui errat, & eius opinio ab omnibus
eſt reprobata; vt atteſtatur Foll. in pratic. cri-
min. can. c. 21. cum ibi per eum annotatis. nam
22 differentia † eſt inter latrocinium, & ſimplex
furtum, vt doct. in d. c. Tuæ. & tractat. d. Folle-
rius, cum quo tranſeo, & ita vt ſupra conſulo.
Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXIV.

Clericus homicida quando non ſit irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam proximi ſui quilibet tenetur debellare.*
2 *Rei licitæ dat operam, qui conſanguineũ defendit.*
3 *Clericus dans operam rei licitæ, ſi delinquat, non ammouetur ab ordinibus.*
4 *Aggreſſorem quando licet occidere.*
5 *Diſtinctio inter euitabilem, & non euitabilem neceſſitatem.*
6 *Clericus in ineuitabili neceſſitate, in nullo tenetur ſi occidat. & num. 13.*
7 *Inculpata tutela quando intelligatur. & nu. 15.*
8 *Neceſſitas ineuitabilis eſt quando aggreſſus non poteſt fugere.*
9 *Fugere nemo tenetur, quia ponit ſe in periculum, & num. 10.*
11 *Fugere eſt dedecus, & num. 12.*
13 *Clericus occidendo, ſi ſit in ineuitabili, remanet in ordinibus, & in officio. num. 14.*
16 *Moderamen quando dicatur.*
17 *Tutior via eſt ſemper eligenda.*

Dabit mihi Deus verbum.

FACTI SPECIES.

DVo laici enſibus denudatis aggreſſi ſunt conſobrinum clerici; qui vidẽs à longe inſultum, accepto enſe acceſſit ad defendendum conſobrinũ; & alter ex duobus in d. clericum irruit magno impetu: & in eo conflictu ſe defendendo clericus vulnerauit laicum, ex quo vulnere poſtea deceſſit, & dicebatur clericum irregularem, & eſſe puniendum pœna homicidij: in quo caſu dixi, vt infra; videlicet.

Qui-

Digitized by Google

1 Quilibet † tenetur debellare iniuriam pro-
ximi ſui, eumque ab aggreſſore defendere; ēt
modum excedendo, vt expreſsè dicit textus
in c. Fortitudo. & in c. Non inferenda, cum c.
Sequenti. 23. quæſt. 3. & idem notat textus in
c. Dilecto §. Et quidem. de ſent. excom. in 6.
2 vbi eſt caſus expreſsus. vnde, qui † conſangui-
neum defendit, dicitur dare operam rei licitę:
3 & qui dat operam rei licitæ, etiam ſi ſit † cle-
ricus, ſi homicidium committat non remoue-
tur à ſuſceptis ordinibus; nec à promouendis
impeditur. c. Dilectus. c. Ex litteris. & c. Signi-
ficaſti. il 2. de homic. nec eget diſpenſatione.
c. 2. eod. tit. Abb. in d. c. Significaſti. & textus in
c. Ioannes. eod. tit. & in Clem. 1. eod. vbi ex-
preſsè notatur. Et cum in præſenti caſu cle-
ricus defenderet conſobrinum, & conſequen-
ter faceret licitum opus, alter ex aggreſſori-
bus impetu magno in eum irruit, quapropter
ſui ipſius defenſorem eſſe coactus fuit: in quo
4 † caſu ſibi licuit occidere aggreſſorem ſine pœ-
na. c. Lator. de homic. & c. Quia te. 50. diſtin.
5 Et non obſtat quod doct. diſtinguant † in-
ter euitabilem, & ineuitabilem neceſſitatem:
vt refert inter alios Hoſtien. in ſum. eod. tit. de
homic. §. Qua pœna. verſ. Si verò quis facto
homic, qui concludunt quod quando clericus
6 ſit † in ineuitabili, in nullo tenetur: & ſi ſit in
euitabili, vt quando poteſt fugere: incidit in
pœnam. Veruntamen vis tota pendet in co-
gnoſcendo euitabilem ab ineuitabili. & Nicol.
Plot. de irregul. num. 22. ſequutus Archid. in c.
1. 23. quæſt. 3. interpratatur illud dictum; vt
7 inculpata † tutela ſit, quando percusſio in ag-
greſſorem fiat incontinenti idest in ipſo actu
inſultus, & defenſionis: & neceſſitas ineuita-
8 bilis † ſit quando aggreſſus non poteſt fugere
ſine periculo. Quam quęſtionem recitat Card.
in Clem. 1. de homic. num. 26. in qua Paul. di-
uersè à Zenz. ſentiebat. Paul. enim tenebat, q
potens fugere, ſi non fugit, ſit in culpa, & ca-
dat in pœnam: Zenz. verò dicebat quod nemo
9 † tenetur fugere; cum fugiendo ponat ſe in pe-
riculum; quia cadere poteſt, & cadendo inter-
10 fici, cui periculo ſe exponere non † tenetur, c.
Accedens, il 2. vt lit. non conteſt. & per alia
iura ab eo allegata, cui me remitto. Imò fu-
11 giendo incurrit † in dedecus, etiam ſi non ca-
deret: vt probat Card. vbi ſupra; qui reprobat
mentem Paul. & ſtat cum Zenz. dicens quod
æquiparatur non poſſe recedere, ſeu fugere;
12 vel poſſe cum † dedecore: ad quod nemo te-
netur: textus tamen in c. 2. de homic. & in c.
De his clericis. il 2. 50. diſtin. & c. Quia verò.
13 videtur tenere, quod etiam ſi clericus † eſſet
in euitabili, non fugiendo, remanet in ſuſce-
ptis ordinibus; licet ad altiora non aſcendat:
& c. De his clericis. qui ſupra, dicit quod ſi in
14 neceſſitate † ineuitabili occidat, ſine ſua cul-
pa, remanet in officio ſuo de iure; abſque di-
ſpenſatione; & iſta opinio ſecundum Tartas.
dicit Borgaſ. de irregul. in 6. part. tit. de ho-
mic. num. 5. verſ. Prima tamen opinio. quod eſt
communior. Hoſtien. etiā vbi ſupra, dat aliud
exemplum de clerico, qui tenebat gladium in
manu ad defenſam, & paganus irruit in eum,
ita quod euitare non poterat, quod ſi clericus
eum occidat, non eſt ei imputandum. Ex qui-
bus redditur firma concluſio, quod clericus, de
quo agitur, præter voluntatem occiderit, quia
periculum euadere non poterat; imò nec fu-
15 gere; & in eo cadit dictum cum moderamine †
inculpatæ tutelæ. Gl. in d. c. Significaſti. in ver-
bo, Tutelæ. verſ. Seruatur. dicens quod ſerua-
16 tur moderamen, † ſi illud tantum fiat, quo om-
miſſo violentia ommitti non poſſet; ſi ergo
uiolentum interficis, ſic quod periculum mor-
tis ab eo euadere non poteras, eum ſine pœna
interficis & ſic fuit in prædicto caſu: ita quod
pœna non ſit in clericum exequēda, & pro iſta
opinione ſtatuit Conc. Trident. ſeſſ. 24. de re-
form. ca. 7. Tutius tamen dicerem ad abundā-
tem cautelam, ipſum debere diſpenſationem
procurare antequam in ſuſceptis adminiſtret:
17 quia tutior † via ſemper eſt eligenda pro ſa-
lute animæ. & ſecundum Conc. vbi ſupra or-
dinarius habet facultatem. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXV.

Beneficium Iuriſpatronatus quando Papæ ſit
deuolutum.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non poteſt præſentare ſine conſenſu ſui ſuperioris.*
2 *Abbatiſſa non poteſt præſentare ſine conſenſu capituli.*
3 *Paria ſunt non facere, & minus canonicè facere.*
4 *Tempus à die mortis currit patrono in præſentando.*
5 *Tempus ſcientiæ habet locum in electione, non præſentatione.*
6 *Admiſſio præſentationis acquirit ius præſentato.*
7 *Præſentatus admiſſus poteſt agere pro inſtitutione ſibi facienda.*
8 *Qui habet ius ad rem, habet actionem.*
9 *Admiſſio ſi & inquantum; cuius ſit efficacia.*
10 *Præſentatus in poſſeſſorio præferri debet prouiſo Apoſtolico.*
11 *Omnis cauſſa finalis attenditur in gratioſa diſpoſitione.*
12 *Gratia Papæ ſuper narratis eſt nulla, ſi narrata ſint falſa.*
13 *Inſtitutio ſpectat ad Epiſcopum.*
14 *Derogatio non amplectitur ea, quæ non fuerunt narrata.*
15 *Poſſeſſio, ſine citatione partis, eſt nulla.*
16 *Nemo debet priuari iure ſuo, ipſo non citato.*

Intruſus

17 Intruſus quis dicatur?
18 Prouiſus Apoſtolicus non mittitur in poſſeſſionē præſentato non citato.
19 Intruſus non reſtituitur.
20 Præſentatio infra quatuor menſes fieri debet à laicis.
21 Tempus quatuor menſium currit in beneficijs de patrimonio laicorum.
22 Tempus quatuor menſium currit de momento ad momentum.
23 Lapſo quadrimeſtre fit deuolutio ordinario. & num. 25.
24 Idem iudicium de præſentatis, quod de patronis, & quando.
26 Lapſo quadrimeſtre ſtatim currit tempus ex menſium ordinario.
27 Idem tempus, quò ad conferentem, quod ad inſtituentem.
28 Ordinarius debet viſitare diœceſim quotannis.
29 Ignorantia Iuris non excuſat.
30 Deuolutio fit ab Ordinario Carpenſi ad Papam.

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

VAcante ſimplici beneficio S. Cæciliæ per deceſſum Reuer. Petri, Abbatiſſa S. Thomæ, & confeſſor monaſterij, qui habebant votum præſentandi vnà cum ſucceſſoribus fundatoris laici; qui d. beneficium ex proprijs bonis dotauerat, præſentauerunt Reuer. Dominicum coram Reuerendo Præpoſito & Ordinario; qui præſentationē admiſit; & dum ageretur de inſtitutione, Abbatiſſa, & confeſſor præſentauerunt vnà cum Domino Marco, vno ex ſucceſſoribus, Reuer. Hieronymum: inter quem, & Reuerendum Dominicum orta fuit lis: qua pendente. d. Reu. Hieronymus præſentauit prouiſionem ſibi factam de d. beneficio à Papa; in qua narrauerat habere medietatem votorum: & durante lite d. Hieronymus vigore literarum Apoſtolicarũ adeptus fuit poſſeſſionem beneficij; & tandē Reuer. Benedictus d. beneficium impetrauit etiam à Papa, tanquam deuolutum: & auctoritate Reuerendi Vicarij Mutinenſis, cui Papa executionem commiſerat; habuit poſſeſsionē.

Multa in hac materia doctiſsimi Cōſulentes ſcripſerunt, ita quod ſatis eſſet eorum auctoritatem ſubſcribendò approbare; verum amico cupiēs ſatisfacere, aliquas ſpicas colligam, & faſciculis tantorum virorũ adijciam: in qua cauſa ſufficit oſtendere quod beneficium, de quo agitur, ſit Papæ deuolutũ; & quod Reuerendus Benedictus in poſſeſsione ſit tuendus.

In cuius cauſæ exordio aduerto, ꝙ collatio Pontificia Reuer. Hieronymi, vti ſubreptitia, nullius eſt valoris: ſicut præſentatio de eo facta poſt Reuer. Dominicum: Imò quod, ſtante nullitate, tanquam intruſus eſt incapax d. beneficij.

Primò enim narrauit Papæ habere medietatem votorum; ſuper qua Papa fundauit gratiam; ſed quia vota legitimè non habuit, gra-
1 tia redditur nulla. Confeſſor † enim non potuit dare votum ſine conſenſu ſui ſuperioris; vt demonſtrant allegationes ex auctoritate. Lamb. in tit. de iur. par. lib. 3. artic. 6. 4. quæſt.
2 prin. 1. part. neque Abbatiſſa † ſine auctoritate ſui capituli. c. Ea noſcitur. de his, quæ fiũt. à Præl. & not. Lamb. in lib. 2. 1. part. artic. 12. 3. quæſt. prin. num. 10. & ideo nulliter dederunt
3 vota. Paria † enim ſunt, non facere actum, & minus canonicè facere. l. Quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan. l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iud. Imò nec votum illius Marci eſt alicuius momenti; cum à morte prædeceſſoris elapſi eſſent quatuor menſes: vt iſdem Lamb. in 6. artic. 3. quæſt. prin. 2. part. 2. lib. num. 8. & 9. Nam tem-
4 pus † à die obitus d. Prædeceſſoris incepit currere; non autem ſcientiæ. c. Quia diuerſita-
5 tem, de conceſ. præben. Tempus † autem ſcientiæ habet locum in electione, non autem in præſentatione; quia ſtatim mortuo rectore incipit currere. Lamb. in lib. 2. artic. 8. 1. q. prin. 2. part. cum ibi per eum allegatis. Et ita quia vota confeſſoris, & Abbatiſſæ: et etiam ſucceſſoris fundatoris fuerunt nulliter data; conſequenter gratia Papæ, fundata in narratiua, fuit nulla. Non entis enim, nullæ ſunt qualitates.

Præterea in bulla non eſt facta mentio litis, nec de præſentatione Reuer. Dominici ad-
6 miſſa; per quam † acquiſiuerat ius ad rem. Rot. de iurepat. decis. 7. aliàs. 328. in antiq. Mand. in reg. 91. quæſt. 5. num. 11. c. Dilectus. de offic. leg. Lamb. lib. 2. part. 3. quæſt. prin. art. 9. Felin. in c. Super literis. num. 6. de reſcrip. Cran. in conſ. 68. num. 12. primo vol. & in conſ. 573. num. 15. in 4. vol. Quod ius erat tantæ ef-
7 ficaciæ quod præſentatus † poterat agere pro inſtitutione ſibi facienda; maximè cum eſſet idoneus. Gl. & doct. in d. c. Dilecti. & not. Mād.
8 vbi ſupra. Nam qui † habet ius ad rem; habet etiam actionem in actu iam introducto, & videtur ipſam rem habere. l. Qui actionem. ff. de reg. iur. l. Rem in nobis. ff. de acquir. rerum domin. Et tantò magis ſtante admiſsione, ſi & in
9 quantum; quæ † cum ſit facta in caſu; in quo admitti debebat, eſt tantæ efficaciæ, vt præ-
10 ferri † debeat prouiſo Apoſtolico in poſſeſſorio, etiam ſi in petitorio ſuccumbere debuiſſet. Rot. per Seraph. decis. 657. in primo libr. diuerſ. nouiſſ. & Papa nunquam intendit tollere alicui ius ſuum. Bar. & alij in l. fin. C. ſi cont. ius. vel rem pub. Felin. Dec. & alij. in c. Quæ in Eccleſiarum. de conſt. & quantò magis iſto caſu; quia Papa in expreſſo conceſſit cum clauſula; dummodo non ſit alteri ius quæſitum.

Vnde

Vnde reſultat concluſio, quod prouiſio ſit nul-
11 la. Nam in omni † gratioſa diſpoſitione, atten-
ditur cauſſa finalis, ſuper qua eſt fundata. Bar.
Bal. & alij. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. quare cũ
Papa fundauerit ſuam gratiam ſuper narratis,
12 cum narrata ſint falſa, nulla † redditur gra-
tia. c. Suggeſtum, de decim. Abb. in c. Super
litteris. ſub. num. 6. verſ. Item ceſſante cauſa
gratiæ. de reſcript. & latè Tiraq. in tract. ceſs.
cauſ. ceſſ. effect.

Secundò, ommiſit narrare, quod adhuc du-
rabat tempus ordinario, inſtituẽdi præſenta-
tum: nam prædeceſſor deceſſerat de menſe
Martij; præſentatio fuit facta de menſe Apri-
lis, & data Bullæ Apoſtolicæ eſt de mẽſe Maij:
13 inſtitutio † enim ſpectat ad Epiſcopum. c. Cũ
ex iniuncto. in fine. de hæret. c. 2. & 3. de inſti-
tut. & idem ius competit inferiori prælato.
Lamb. in d. tract. de iur. pat. in 3. part. 2. lib.
artic. 10. pri. quæſt. prin. Quare iuri prædicto
14 non † intelligitur derogatum; de quo nulla
fuit facta mentio, ſicut de iure quæſito Reue-
rendo Dominico. c. Si propter tua debita. de
reſcrip. in 6. & c. Quamuis. & Lamb. in 3. part.
2. libri. artic. 9. 1. quæſt. prin. num. 15.

Tertiò, eſt etiam nulla. d. prouiſio; quia nar
rauit Epiſcopum Ferrariæ eſſe viciniorem, quod
eſt falſiſſimum; vt notant eruditiſſimi viri in
ſuis allegationibus. Imò dato quod ille Vi-
carius fuiſſet legitimus iudex; ex quo ineptè
proceſſit dando poſſeſſionem d. Reuer. Hie-
15 ronymo † ſine citatione Reuer. Dominici, om
nia ſunt nulla: vt probat Card. in conſ. 65. nu.
16 6. c. Si Epiſcopus. de præben. in 6. Nemo †
enim eſt priuandus iure ſuo, ipſo non citato.
Clem. Paſtoralis. in fin. de re iud. & adeſt re-
gula Cancell. de non toll. iur. quæſ. vbi Mand.
Quapropter. d. Reuer. Hieronymus eſt intru-
17 ſus. Ille etiam dicitur † intruſus, qui benefi-
cium habet à non habente facultatem: vel ẽt
ab habente, non ſeruata forma canonica. Imol.
in c. Cum veniſſent. num. 6. de in integ. reſtitu.
Mand. in regula 29. quæſt. 4. num. 5. 6. & 7. & te-
nuit Rot. in d. deciſ. 687. in primo vol. diuerſ.
18 nouiſſ. vbi concluditur quod prouiſus † Apo-
ſtolicus nõ mittitur in poſſeſſionem, niſi prius
citato, & audito præſentato: & tenetur ad re-
ſtitutionem fructuum, nedum perceptorum,
ſed qui percipi potuerunt à die intruſionis:
Rot. deciſ. 1170. lib. 3. diuer. nouiſſ. qui ſi eſſet
19 illa poſſeſſione priuatus; non haberet † reme-
dium reſtitutionis, neque attentatorum. Fer-
ret. in conſ. 372. num. 6. & 7. & ſic remanet cõ-
cluſio quod d. Reuerendus Hieronymus nullũ
ius habeat in d. beneficio. Sed reſtat diſcute-
re, An Reuer. Benedictus qui aliam prouiſio-
nem à Papa impetrauit mortuo Reuer. Domi-
nico; narrans beneficium deuolutum Sedi A-
poſtolicæ, audiri debeat?

Ad quam dilucidationem præmitto, quod
in Iurepatronatu laicorum, ſuccedente vaca-
20 tione, præſentatio † fieri debet infra quatuor
menſes. c. Vnico. de iurepat. in 6. & Eccleſia-
ſticorum infra ſex menſes. Secundò præmit-
to, quod licet religioſi habeant ius præſentan
di cum laicis; ſi iuſpatronatus conſiſtat in pa-
trimonio laicorum; idem eſt iudicium de ip-
21 ſis, ſicut de laicis: ſcilicet, vt currat † tempus
quatuor menſium ad præſentandum. Lamb. in
9. artic. 1. quæſt. prin. 2. partis. 2. libri. Tertiò
præmitto, quod tempus ſtatim ſequuta morte
22 Rectoris incipit currere & currit † de momen-
to ad momentum: vt iſdem Lamb. vbi ſupra.
artic. 14. 1. quæſt. prin. 2. pat. 2. lib.

Quibus præmiſſis inſpiciendo tempus mor
tis prædefuncti Rectoris; quæ fuit anno 1589.
menſe Martij. & tempus impetrationis Reue-
rendi Benedicti, quæ fuit anno 1592. menſe Iu
nij: abſque dubio conſtat de deuolutione: nã
præſuppoſita inualiditate præſentationis Re-
uer. Hieronymi; & etiam prouiſionis Apoſto-
licæ, vt ſupra demonſtratum eſt; nec non etiã
inualiditate Reuer. Dominici, ex nullitate vo
torum Confeſſoris, & Abbatiſſæ: qui etiam pẽ-
23 dente lite deceſſit; lapſo † quadrimeſtre, fuit
facta deuolutio Ordinario. c. 2. de ſuppl. negl.
prælat. & tempus ſemper cucurrit, etiam du-
rante lite: nam quando lis eſt inter præſenta-
tos, ſuper iure præſentandi, quia vnus dicat
habere potiora iura, vigore ſui præſentãtis; al-
24 ter verò idem contendat: idem † eſt ac ſi ipſi
patroni inuicem de eodem contenderent, &
tunc currit omnino tempus quatuor mẽſium,
non minus ac ſi nulla eſſet contentio. ita Rot.
deciſ. 421. in primo vol. diuerſ. nouiſſ. licet te-
neat currere à tempore ſcientiæ: nam iſto ca-
25 ſu concurrit currere à die mortis; quò † lapſo
fit deuolutio in Ordinarium. Lamb. in d. ar. 9.
1. quæſt. prin. 2. part. 2. lib. in octauo caſu: n. 17.
26 iuncto cum 9. caſu, num. 20. & ſtatim lapſo †
quadrimeſtre: incipit currere tempus ſex men
ſium ordinario ad conferendum. c. Nulla. de
27 conceſſ. præb. quod tam † in conferente, quã
in inſtituente procedit. vt Lamb. in eod. tract.
artic. 8. 2. quæſt. prin. 3. part. 2. lib. in quo loco
ſecundum deciſionẽ Rotæ, probat, quod igno-
rantia deuolutionis non poteſt prætendi, quia
28 Ordinarius † quotannis debet viſitare diœ-
ceſim, & ſcire vacationem beneficiorum, ſicut
ordinarius inferior tenetur; aliàs nullã habet
29 excuſationem; quia ignorantia † iuris non ex-
cuſat. c. Ignorantia. de reg. iur. in 6. ergo ſi à
morte prædeceſſoris vſque ad prouiſionem
Reuer. Benedicti lapſi ſunt pluſquam duo an-
ni, non eſt neganda deuolutio.

Nec obſtat diſpoſitio. d. c. Nulla. de conceſſ.
præb. vbi videtur quod deuolutio inferioris
deuoluat ad Epiſcopum, & ab Epiſcopo ad
Archiepiſcopum, & demum ad Papam: quia
etiam ſi eſſet in vſu, (quod tamen nõ credo)
ordina-

Ordinarius inferior, de quo agitur, nullum re-
cognoſcit ſuperiorem, niſi Papam; ideo deuo-
30 lutio † fit ab eo ad Papam. Imò quando illa
diſpoſitio procederet, (quod non credo) cũ
neſciatur cui Epiſcopo: ſtante quod in ſola tu-
tela eſt Papæ; tamen adhuc eſſet facta deuo-
lutio. quia lapſis quatuor menſibus deuolutio
fit d. Ordinario; & lapſis alijs ſex, aſcendunt
ad decem & ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum
alij ſex, qui faciunt ſexdecim; ergo quia data
Reuer. Benedicti fuit de anno 1592. menſe Iu-
nij incipiendo ab anno 1589. quis negabit fa-
ctam eſſe deuolutionem Papæ? & conſequen-
ter prouiſionem validam? & ita iuris eſſe cen-
ſeo: Saluo, &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXXVI.

**Erecto collegio clericorum in parochiali Eccle-
ſia, an intelligatur erecta collegiata.**

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitioni non eſt locus, quando ea, quæ fiunt nõ ſunt eiuſdem naturæ.*
2 *Materia beneficialis eſt ſtricta.*
3 *Verbum, Collegium, non ſemper capitur per collegiata.*
4 *Seruientes in Eccleſia non ſemper faciunt collegium.*
5 *Gratia ad petitionem facta, non excedit poſtulata.*
6 *Verbum, collegium, quando non intelligatur pro collegiata.*
7 *Verbum, collegium, interpretatur iuxta petita.*
8 *Cauſſæ, quæ requirantur ad erigendam plebem.*
9 *Ordinarius poteſt vnire parochialem alteri.*

Adſit Dominus.

FACTI SPECIES.

IN Parochiali Eccleſia S. Georgij Terræ Sa
xoli fuit factum collegium clericorum, cũ
vnione duorum beneficiorum; vt cultus
diuinus augeretur; & populus eò feruen-
tior in deuotione eſſet quantò plus in diuinis
officijs eſſet numerus ſeruorum Dei. Et fuit
dubitatum vnionem illorũ beneficiorum ſu-
biecisse ea beneficia ſeruituti iurispatronatus
Eccleſiæ S. Georgij, & quod collegium prædi-
ctorum clericorum vim, & nomen collegiatæ
aſſumpſiſſet. & ad hoc proponebantur infra-
ſcripta dubia videlicet Primò, diſpoſitio, Cõc.
Tridentini. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. Inſuper. Secun-
dò, quod vbi ſit collegium, ibi dicere oportet,
quod ſit collegiata; quia à collegio dicitur col
legiata. Tertiò quod per vnionem dictorum
beneficiorum, addito collegio, argumentatur
collegiata: ſuper quibus dubijs reſpondi, vt
infra, videlicet.

Quò ad primum dubium ex verbis concilij;
& diſpoſitione Bullæ erectionis collegij, & v-
nione, liquidò apparet non eſſe locum pro-
motæ difficultati. Nam verba Concilij ſunt
hæc: ſcilicet: Ita vt prædicta beneficia libera
eiuſdem naturæ cum ijs, quibuſcum vniuntur,
1 efficiantur: ſed cum † non ſint effecta eiuſdẽ
naturæ; non eſt locus diſpoſitioni. l. Dies cau-
tioni. §. Toties. vbi Bar. ff. de damn. infect. c. No
bis. de iurep. ſed licet ſit facta vnio; eſt nihilo-
minus reſeruata libertas cõferendi quando-
cunque ſit tempus vacationis. & ſic vnio cũ il-
la conditione fuit facta: vnde non eſt locus
diſpoſitioni Cõcilij, quæ ſimpliciter loquitur,
quando ſit facta vnio nulla adiecta conditio-
ne: caſus verò iſte eſt diuerſus, quia libertas
fuit reſeruata.

Quò ad ſecundum dubium, reſpondetur ꝙ
ceſſante ſubiectione dictorum beneficiorum,
ceſſat etiam ipſum dubium; & tantò magis ꝗa
Eccleſia S. Georgij non eſt in Collegiatam ere-
cta, ſed in plebem, vt ſonat diſpoſitio Bullæ;
& conſequenter verbum prolatum, collegium,
non habet effectum collegiatæ; nam in mate-
2 ria † beneficiali, quæ eſt ſtricta non fit exten-
ſio, vt vna res comprehendat aliam; ſed ſtatur
ſolum in caſu expreſſo. c. Cum in illis. §. Cum
autem. vbi Gemin. & alij. de præben. in 6. Et
3 verbum illud † collegium, licet quandoque cã
piatur pro collegiata; non ſemper interpræta-
4 tur collegiata; nec multi † clerici ſeruientes
in vna Eccleſia faciunt Collegium, neque col-
legiatam. c. Dilecta. de exceſſ. prælat. vbi Abb.
& Innoc. & ſequitur Archid. in c. Monaſterium.
16. quæſt. 7. & in Bulla ipſa fuit expreſſum quod
clerici inſeruiant illi Eccleſiæ, non tamen in
collegiata, & patet in multis Eccleſijs, in qui-
bus concurrunt multi clerici, & tamen nec col
legiatam, nec collegium faciunt, & maximè nõ
debet iſto caſu extendi gratia ad collegiatam;
quia non motu proprio, ſed ad petitionem fuit
5 conceſſa & tunc † non excedit poſtulata. Card.
in conſ. 30. Quidam. A. præsbyter. num. 14. &
17. & licet verbum, collegium, poſſit intelligi
6 pro Collegiata non † procedit, quando in nar-
ratiua ſupplicatum ſit de ſola Plebe erigen-
dã: vt comprehenditur in Clem. 1. ad finem. de
7 præben. vnde reſultat quod illud † verbum nõ
diſponat vltra quàm fuit poſitum? Sicut not.
Felin. in c. Licet. num. 5. de offic. ordin. vbi de
communi.

Quo ad tertium reſpondetur quod ſuperius
adducta tollunt obiecta, & quod Illuſtriſsimus
Epiſcopus ad erigẽdam plebem fuerit motus,
tum à petitione populi, tum etiam ab infor-
mationibus in viſitatione, & poſtea ſuſceptis:
& præcipuè ob maximum periculum fluminis
Situlæ, in quo multi diuerſis temporibus pe-
rierãt, cum ad plebem Caſtri Caſtelarani irẽt
ad ſuſcipiendum oleum ſanctum, quod caſtrũ
eſt

eſt ab alia parte fluminis : & Terra Saxoli eſt
nobilitata , & ornata quamplurimis viris do-
8 ctiſsimis, & nobilibus : quæ † cauſsæ fuerunt
efficientes ad erigendam. d. plebem. vt notat
Henr.Boit. in c.Nobis.in fin. de iurepat. & no-
tatur. in c. fin. de Eccleſ. edific. & confert te-
xtus. in c. Ad audientiam. eod. tit. &, Conc.
Triden. in ca.4.ſeſſ.21. ſuper quo Illuſtrisſima
9 Congregatio decreuit Ordinarium † poſſe in
erigendo nouam parochiam eidem vnire aliã
Eccleſiam Curatam: ex quibus pro concluden
ti dignoſcitur Epiſcopum rectè processiſſe, &
per erectionem plebis,non comprehendi col-
legiatam, & ita iuris eſſe concludo. Saluo &c.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXVII.

Iudices ſynodales , qui conſtitui poſsint .

SVMMARIVM.

1 *In conſtitutionibus Synodalibus eligi debent Iudices pro cauſſis.*
2 *Intentio legis potiuſquam verba eſt ſpectanda .*
3 *Perſonæ quibus olim ante Concilium committebantur cauſſæ,recuſari non poterant.*
4 *Præſumptio olim erat pro deputato ad cauſſas , quod eſſet idoneus : & quod facta eſſet bona electio .*
5 *Canonicus cathedralis præſumitur prudens.*
6 *Doctor eſt Illuſtris.*
7. *Doctores dicuntur in dignitate .*
8 *Doctores non ſunt excluſi à diſpoſitione Bonifacij VIII.in c.Statutum.de reſcrip.in 6.*
9 *Doctores habent iuriſdictionem .*
10 *Canonicus collegiatæ non Doctor , non deputatur Iudex in Synodo .*
11 *Omnes cauſſæ committi poſſunt habentibus dignitatem .*
12 *Cauſſæ committi poſſunt Guardianis: & prioribus minorum .*
13 *Canonicis cathedraliũ olim committebãtur cauſſæ,hodie omnibus dignitatem habentibus .*
14 *Doctores quicunque ſint, idonei intelliguntur ad cauſſas.*

Dabit mihi Dominus verbum.

FACTI SPECIES.

STatutum eſt in Concilio Tridentino. ca.
10. ſeſſ.25. de reform. quod in ſynoda-
1 libus † conſtitutionibus eligantur per-
ſonæ,quæ habeant qualitates ad diſpo-
ſitionem conſtitutionis Bonifacij VIII. quæ
regiſtrata reperitur in c. Statutum. de reſcrip.
in 6. quibus cauſſæ in partibus delegari poſ-
ſint: quæ qualitates ſunt; vt ſint in dignitate,
vel perſonatum habeant; aut canonicatum in
Cathedrali : qua diſpoſitione ſtante quæritur,
An canonici collegiatę,qui ſint doctores,ad id
aſſumi posſint ? cui quæſito reſpõdi diffinitio-
nem huiuſmodi caſus ſpectare Illuſtriſsimæ
Congregationi ſed requiſitus pro informatio
ne, informando tantum reſpondi, vt infra,vi-
delicet .

2 Intentio † condentis legem potiusque ver-
ba ſemper eſt ſpectãda.Clem.2.§.fin.vbi Card.
de religi domi.Vnde intentio concilij ea fuit,
vt cauſſæ committãtur idoneis perſonis,quod
3 olim non conſiderabatur. Nam perſonæ,† qui-
bus cauſsæ committebantur,recuſari non po-
terant; vt communiter notant doctores in d.
4 c. Statutum . quia præſumebatur † pro depu-
tato,quod eſſet Iuris prudens : & quod dele-
gans bonam feciſſet electionẽ.Quæ iuris pru-
5 dentia præſumitur † in canonico Cathedrali .
ſecus verò in canonico collegiatæ ; ſed quan-
do veritas apparet non recurritur ad præ-
ſumptionem ; ideo ſi canonicus doctor ad-
ſit in collegiata , eſſet turpe quod per ade-
ptionem canonicatus ammitteret illud , quod
6 à iure ſibi fuerat conceſſum : ſiquidẽ doctor †
nuncupari debet Illuſtris; ſicut ſtatuit Impera
7 tor in Rubrica prohem.ff & ſunt † in dignitate
c.Quantò. de magiſt. & dicit Bar. in prohem.
8 C.& in l.fin.c.de Inde. Qui † non ſunt eſcluſi in
d.diſpoſitione Bonifacij V. ex c.Prædicto Sta-
tutum. de reſcrip. ſecundum doctrinam Abb.
9 in c.De multa.de præben.Doctores † enim iu-
re vniuerſali habent iuriſdictionem . vt notat
Bar.in l.2.ff.de adopt.leg.& etiam de iure par-
ticulari; vt in priuilegijs eorum : vnde nefas
eſſet dicere,quod per Canonicatum in Colle-
giata amitterent illud,quod de iure vniuerſa-
li, & particulari conſequũtur : Quare licet il-
10 lud eſſet verum quod canonicus † collegiatæ,
quamuis peritior canonico cathedralis,qui ta
men non ſit doctor , non debeat ad huiuſmodi
deputari; vt refert Ioan. And. in d. c.Statutũ.
ſecus eſt de eo,qui ſit doctor: cũ ſit talis,qua-
lis Concilium requirit.Habet enim qualitates
requiſitas à conſtitutione Bonifacij : vnde cũ
11 quælibet † cauſſæ committi poſsint quibuſ-
cunque perſonis habentibus dignitatem,licet
ſint extra cathedralem;vt probat Dominicus.
in c.Nullus.num.6. de elect. in 6. per Gl. in d.
12 c. Dum vult quod cauſſæ † committi posſint
Guardianis,& Prioribus minorum;cum ſint in
dignitate;quæ ratio procedit etiam in docto-
re, cum ſit in dignitate .

Nec obſtat Gl. in verbo , Quædam . in d.c.
13 Statutum. dum ait ; quod ſolum † canonicis
cathedralium fiat delegatio;quia hodie aliter
ſancitum reperitur , vt ſcilicet omnes indiffe-
renter habentes dignitatem,posſint ad cauſas
decidendas admitti . Diſpoſitio enim Conc.
& d.c.Statutum , licet loquatur de canonicis
cathedralium , loquitur etiam de habentibus
digni-

Digitized by Google

14 dignitatem: Quare doctores † cum ſint in dignitate; vbicumque ſint, erunt idonei, cum habeant qualitates à Bonifacio requiſitas. Ex quibus, ſalua ſemper correctione Illuſtriſſimæ Congregationis, arbitror quod Ordinarius in ſynodali conſtitutione poſſit etiam eligere canonicos collegiatæ, qui ſint doctores; ad cauſſas ſynodales: Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXVIII.

Offenſus, an pro ſalute teneatur facere offenſori inſtrumentum pacis?

SVMMARIVM.

1 *Offenſor debet petere veniam, & ſatisfacere offenſo.*
2 *Offenſus debet dimittere odium.*
3 *Actionem dimittere non tenetur offenſus. & n. 4.*
5 *Odium eſt duplex, bonum, & malum.*
6 *Odium bonum iniuriatus non tenetur dimittere: & quale ſit.*
7 *Odium bonum quandoque offenſus poteſt conſeruare.*
8 *Offenſus ſatisfacit officio hominis Chriſtiani dimittendo odium, cum ſignis in communi*
9 *Perfectionem charitatis nemo tenetur oſtendere.*
10 *Actio non dicitur remiſſa ab offenſo per ſigna in communi.*
11 *Offenſus poteſt agere contra offenſorem coram iudice.*
12 *Iniuriam non remittere quandoque expedit.*
13 *Qui optat proximum puniri à iuſtitia, non liuore vindictæ, ſed, zelo iuſtitiæ non peccat.*
14 *Agere contra offenſorem, vt alij caueant à delictis; eſt effectus iuſtitiæ vindicatiuæ.*
15 *Petens pacem cum oblatione ſatisfactionis, debet legitimè, & ſecundum legem ſatisfacere.*
16 *Satisfacere ſecundum legem, eſt de damnis, iniurijs, expenſis, & intereſſe.*
17 *Petens veniam debet eſſe paratus ad emendam iniuriæ.*
18 *Offenſus cum iuramento poteſt extimare damnũ.*
19 *Dominus offenſi tenetur ad vindictam legitimè, vel remiſſionem iniuriæ ſerui ſui offenſi.*
20 *Ius remittendi iniuriam tranſit ad hæredes.*
21 *Habere animum oſtendendi ſigna communia ſufficit offenſo, in tempore opportuno.*

Veni Sancte Spiritus.

FACTI SPECIES.

ILluſtris Dominus Petrus Romanus fuit pluribus vulneribus vulneratus, qui in articulo mortis fuit nomine offenſorum requiſitus de pace; & habito cõſilio à quodam theologo, in confeſſione dixit eis veniã præbere, & remittere omne odium, & rancorem: ſed recuſauit facere inſtrumentum pacis; quia à d. theologo, & confeſſore fuerat monitus quod ita ſufficiebat ei ad ſalutem: quò defuncto, mota fuit dubitatio ex parte offenſorum, quod ſine inſtrumento pacis ſaluari nõ poterat.

Ad deciſionem præſentis caſus duo requi-
1 runtur à parte offenſoris, petere † ſcilicet veniam, & ſatisfacere offenſo. c. fin. de pœnit. diſtin. 5. ibi; aut ſi offenſo cuilibet non ſatis faciat. Ex quo textu duo mihi videntur colligi, videlicet ex parte offenſi; iniuria, & actio: & ex parte offenſoris, pœnitentia, & ſatisfactio. Vnde falſa ſit pœnitentia, ſi non ſatisfaciat: ſicut ex parte offenſi, falſa remiſſio iniuriæ, ſi nõ remittat odium: quod etiam non requiſitus
2 tenetur dimittere. c. Si quis contriſtatus. 90. diſtin. vbi Gl. in verbo, Satisfactione. quæ dicit quod iniuriatus, etiam ſi non ſit requiſitus, tenetur dimittere rancorem: Sed de actione, quod
3 teneatur † eam dimittere, nullum vidi textũ hoc mandantem: imò Gl. prædicta contrarium notat. & in eadem ſententia concurrunt Sylu. in ſum. in verbo. Iniuria. quæſt. 5. Armilla in eod. verbo. num. 6. & Ang. in eo verbo, in eius
4 ſumma. etiam. num. 6. Nemo enim tenetur † remittere actionem ſuo offenſori; præſertim quando non ei ſatisfecit: vt in allegata Gloſſa; & probat Iacob. Graff. in 2. lib. 1. partis ſuarum deciſionum in caſibus conſcientiæ. c. 72. & in eod. vol. in 2. part. tit. de iniur. num. 19. & Gondiſl. in tit. de legato. quæſt. 13. nu. 16. Abb. in c. 1. num. 7. de iniur. D. Thom. 2. 2. q. 83. arg. 8. Sylueſt. in ſum. in verbo. Iniuria quæſt. 5. per textum in c. Illic. 23. quæſt. 4. Couuar. latè in 2. lib. var. reſol. c. 10. num. 7. qui eſt videndus; qui allegat D. Thom. Caiet. Scotũ: & alios: quod procedit indifferenter, niſi forſan liberaliter; ad oſtendendam perfectionem ageret. Imò dicit Nauar. in ſuo manuali. c. 14. num. 25. quod
5 ex quo odium † eſt duplex: bonum ſcilicet, & malum offenſus tenetur ſtatim dimittere malum: Imò non deberet illud vnquam concipe-
6 re: odium † verò bonum non tenetur dimittere, quod naſcitur ab ira, qua optat delictum puniri à Iudice. Addens ipſe Nauar. quod
7 quandoque tenetur offenſus iſtud odium bonum concipere conſeruare, & oſtendere: & idem tenet Syluẽ. in ſum. verbo, Charitas. q. 6. poſt medium dicens quod quandoque licitè tenemus rancorem, ſcilicet quando eſt iuſtus. Et idem Couuar. vbi ſupra, dicens quod ſatiſ-
8 facit † homo officio chriſtiani, remittendo odium, & de eo dans ſigna in communi: ſigna verò ſpecialia pertinent ad oſtendẽdum per-
9 fectionem charitatis, quæ † nemo tenetur oſtendere, niſi inquantum habeat animum præparatum. Addens Sylueſt. in loco proximè allegato. quæſt. 6. quod ſi offenſor petat veniam

cum

eſt oblatione ſatisfactionis; quod neq; offen-
ſus per hoc tenetur ad remittendam actionē
iniuriæ;ſed ſolum ad dimittendum rancorem.
Imò ille in verbo,Iniuria.nu.10.verſi.Non cre-
10 do.dicit quod ſi offerantur ab ipſo ſigna † ini-
mico in communi; non per hoc dicitur remiſ-
ſa actio:& cum eo concordat Graff.in loco ſu-
pra allegato. Vbi ad num.9.dicit quod paſſus
11 † iniuriam poterit iuſtè agere contra iniuriā-
tem coram Iudice,non ſolum,vt ſibi detur de-
bita ſatisfactio,ſed etiam, vt criminaliter pu-
niatur; ſi tamen id faciat zelo iuſtitiæ; & ad
comprimendam malitiam,vel vt offenſor emē-
12 detur. Addens quod ſæpè † expedit iniurias
hoc modo non remittere, & contra iniuriantē
agere. Quod etiam exponit Syluest. in verbo,
Iniuria.quæſt.5. dicens quod benè facit agen-
do vt ſatisfaciat. & idem tenet Couuar. loco
13 ſupra allegato.Nam qui † vellet proximum pu-
niri à iuſtitia,non liuore vindictæ,ſed zelo iu-
ſtitiæ,& vt alij caueant à delictis,non peccat;
quia,(vt ait ſum.Armil.in verbo, Odiū.nu. 2.)
14 eſt effectus † iuſtitiæ vindicatiuæ.Imò etiam ſi
aliqua ſit facta oblatio ſatisfactionis; in caſu
in quo facta oblatione quis teneretur pacem
15 facere,non obligaretur † ad eam; niſi ſatisfa-
ctio eſſet iuſta,& legitima: ſicut interpretan-
do dicit Archidiac. & Gemin. & concurrunt
omnes Canoniſtæ;in d. c. Si quis contriſtatus.
90. diſtin. qui dicunt quod ſatisfactio debet
16 eſſe legitima ſecundum legem. & text. vult
quod ſatisfactio ſiat de damnis,iniurijs,expē-
ſis,& intereſſe.c.ap.Conquæſtus. de for. comp.
& Syluest.in d. ſum.in verbo, Charitas. quæſt.
17 6.dicit quod ille veraciter, † & corde contri-
tus dicitur petere veniam,quando eſt paratus
18 emendare iniuriam : quam offenſus † poteſt
æſtimare cum ſuo iuramento, addit à iudicis
taxatione.Syluest.in d.verbo,Iniuria. quæſt.7.
l.Inſtitutionibus. ff. de iniur. & notatur in In-
ſtitut. eod. tit. §. Pœna. & per Couuar. vbi ſu-
prà.verſ.Sic iniuriam paſſus.Ex quibus in præ-
ſenti caſu; cū nulla fuerit ſatisfactionis obla-
tio facta; concludi poteſt quod quò ad ſalutē
ſatis fuit.d.Illuſtri Domino Petro remiſiſſe rā-
corem;& quod remittere actionē, nulla obla-
ta ſatisfactione ſpectabat ad perfectionem:
ſalua ſemper veritate.

Et poſſet etiam dici,quod d.Illuſtris Domi-
19 nus † non tenebatur ad iniuriæ remiſſionem;
cum eſſet officialis Sereniſs. Ducis Florentiæ:
vt notatur in §. Patitur autem. & §. ſequenti,
cum Gloſ.Inſtitut.de iniur & per Graff. in ſu-
praſcripto. c.72. nume.11. & Syluest.in verbo,
Iniuria.quæſt. 6. Et quatenus remiſſio Domi-
no,vel non ſpectaret;vel de ea non curaret;ius
20 † tranſit ad eius hæredes, qui agere, & æſti-
mare ſibi poterunt iniuriam factam defuncto.
l.1.§.Sed ſi fortè cadaueri.ff.de iniur. & tradit
Syluest. loco proximè allegato: Et licet aliqui
pro offenſionibus dicant quod tenebatur fa-
cere Inſtrumentum pacis,ad oſtendendum qđ
ex animo remiſerat rancorem: ego verò nullū
inueni Doctorem approbatum ita ad neceſſi-
tatem ſalutis tenentem; ſed ſolum ad perfe-
ctionem charitatis: Sed quod ſufficiant ſigna
in communi;de quibus Summiſtę allegati;imò
Nauar.in d.cap.14.nume.25.verſi.Dixi odium.
21 atteſtatur ſufficere † animum habere illa ſi-
gna vniuerſalia oſtendendi tempore oportu-
no. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CXXIX.

Iuſpatronatus an tranſeat in Fiſcum; facta con-
fiſcatione omnium bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, & in Fiſcum.contra num.4.*
2 *Iuſpatronatus conſiſtit in iuribus.*
3 *Iuſpatronatus non tranſit in venditione bonorū.*
4 *Iuſpatronatus non tranſit in Fiſcum.*
5 *Iuſpatronatus quando non tranſeat in filios.*
6 *Collega in iure præſentandi quando non admittatur.*
7 *Eccleſia Iuſpatronatus quando ſit libera.*

Auxilium à Domino.

FACTI SPECIES.

Dominus Annibal Ferracius commi-
ſit homicidium, propter quod fue-
runt à Sereniſs.Camera omnia eius
bona confiſcata,& ipſe bannitus &
dum exularet vacauit ſimplex beneficium Iu-
riſpatronatus eius familiæ; & præſentatio ad
Dominum Franciſcum eius fratrem, & ipſum
Annibalem ſpectabat. Verum quia inter eos
facta erat compoſitio, vt alternatim modo v-
nus, modo alter præſentaret; occurrit caſus
vacationis eo tempore, quo d. Annibal exula-
bat: & quod omnia eius bona fuerant cōfiſca-
ta: vnde oritur quæſtio ad quē ſpectet præſēta-
tio; Fiſco, vel filijs d.banniti? aut ius tranſeat
ad Eccleſiam,ſiue in collegam?

In quo caſu Roch.de Curt.in tract.de Iure-
pat.in verbo,Ipſe,vel is à quo.q.29.nu.65. te-
1 nuit Iuſpatronatum † tranſire in Fiſcum cum
vniuerſitate bonorum confiſcatorum; ex vul-
gari regula quod tranſeat cum vniuerſitate bo
norum; & cum ſit etiam in extraneum trāſitu-
rū,tranſeat in Fiſcū.l.1.2.& 3.ff. de bon. damn.
cum alijs ab eo allegatis.

Sed in caſu præſenti non arbitror opinionē
Rochi procedere;qa loquitur in caſu qn̄ Iuſpa

tronatus ſit in hæreditate deuoluta: ſed in materia contingenti Iuſpatronatus etiam deuoluta hæreditate, non deuoluitur; cum ſit factũ in familia; vnde delictum, ſeu contractus, aut etiam teſtatio mentis non præiudicat; & caſus eſt ſolum quoad præſentationem pro hac vice. Et Roch. ipſe præſuppoſuit idem iuris eſſe in appellatione bonorum, quod in hæreditate: vt ſcilicet ſicut iuſpatronatus tráſit cum vniuerſitate bonorum, ita cum vniuerſitate hæreditatis; ſed in hæreditate adſunt iura, quæ
2 non tranſeunt: & ita cum Iuſpatronatus † conſiſtat in iuribus, non poteſt tranſire paſſim in
3 quocunque; ſicut nec † in venditione omnium bonorum; vt ita probat diſtinguendo Lamb. eod. tit. de iurepat. in 14. artic. 5. quæſt. prin. 2.
4 par. 1. libri, & ſic non † poterit in fiſcum tranſire ſicut docet ipſe Lamb. refutando opinionem Roch. in 8. artic. octauæ quæſt. prin. 3. lib.
5 num. 10. in 3. & 4. caſu. Imò neque † in filios, vt ipſe atteſtatur, ſecundum allegata, in 23. art. 2. quæſt. princ. 2. part. 1. libri, ſecundum quam opinionem, in 10. artic. 8. quæſt. prin. 3. libri. Ille
6 le collega† Franciſcus pro hac vice neque poterit præſentare; ſed Ordinarius pro bannito præſentabit coram tribunali ſuo ordinario. cũ
7 Eccleſia † hac vice ſit effecta libera, & quando compoſitio inter Annibalem, & Franciſcum eſſet finita; Franciſcus præſentaret pro parte ſua, & ordinarius pro parte banniti. Quod ego arbitror verum in caſu propoſito; quia in inſtrumento Iuriſpatronatus; præſentatio ſola ſpectabat Annibali, & Franciſco, nec vlterius fuit diſpoſitum: ſed ſi Iuſpatronatus tranſiret in familiam futuris temporibus, vlterius eſſet conſulendum, Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXX.

Illegitimus an ſit capax Iuriſpatronatus?

SVMMARIVM

1 *Intelligentia Bullæ Pij V. in ordine 120. & 152.*
2 *Conſtitutio noua corrigens ius commune, non extenditur, vltra quam loquatur.*
3 *Illegitimus eſt capax iuriſpatronatus laicorum.*

Illumina cor meum Domine.

FACTI SPECIES.

SToTa uis conſiſtit in elucidando, An illegitimus de iure communi ſit capax Iuriſpatronatus? quia ſi ſit capax, Extrauag. Pij V. non obſtabit Dominæ Eliſabetæ naturali, ex patre ſeculari
1 quia illa bulla † loquitur de bonis feudalibus, & emphyteuticis Eccleſiaſticis: & quando loquitur de patrimonialibus; intelligitur de acquiſitis per clericum; vt ſonant verba illius conſtitutionis, quæ in libro bullarum in ordine eſt 120. & alia 152. declaratiua primæ. De acquiſitis verò per laicum non loquitur; neq; ad Iuſpatronatum laicorum extendi poteſt:
2 quia quando noua † conſtitutio corrigit Ius commune in aliquo, non poteſt extendi vltra quàm loquatur. Bart. ſingulariter. in l. Minoris. poſt prin. ff. qui pet. tut. & l. Si cõſtante. in prin. 9. quæſt. ff. ſolut. mat. Vnde cum non loquatur de bonis laicalibus non eſt cur in dubio agatur de bonis relictis à laico; pro vt de his, quæ in hæreditate patris d. Dominæ Eliſabethæ tractamus. Sed ſupereſt videre, An illegitimus ſit de iure communi capax Iuriſpatronatus? & nã data capacitate abrogatæ ſunt omnes difficultates. In quo caſu doctiſsimè ſcripſerunt duo Eccellentiſs. Doctores; quorum dicta ſequendo, adduco concluſionem Roch. de Curt. in tit. de iurepat. in verbo, Competens, nume. 9. qui poſt longas diſputationes concludit quod
3 ſit † capax. & poſt illũ ita tradidit Lamb. eod. tit. art. 29. 2. quæſt. prin. 2. part. 1. libri: & eos, & eorum dicta approbat Illuſtriſs. Card. Palleot. in ſuo tract. de not. & ſpur. c. 38. Ex quibus ego in eadem concurro ſententia, quod Domina Eliſabeth ſit capax d. Iuriſpatronatus, & maximè cum ſit legitimata, & ad hæreditatem d. ſui patris habilitata. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXI.

Epiſcopus An poſsit ſine capitulo tranſferre Eccleſiam, vel Curam?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt prouidere neceſſaria Eccleſiæ.*
2 *Concil. ſeſſ. 21. c. 7. loquitur de capitulo exempto.*
3 *Conſenſus capituli non exempti, non requiritur in geſtis per Epiſcopum.*
4 *Conſenſus capituli non requiritur, niſi ſit conſuetudo.*
5 *Conſuetudo quod conſenſus capituli interueniat, non attenditur quando proceditur per viam decreti.*
6 *Decretum ſupplet conſenſum.*
7 *Translatio habet locum, quãdo Eccleſia reſtaurari non poteſt.*
8 *Conc. ſeſſ. 21. c. 7. non tollit auctoritatem Epiſcopo conceſſam à Iure.*
9 *Epiſcopus diſpenſat contra canones, ex cauſſa.*
10 *Rector debet habere vnum manſum terræ.*
11 *Pauperes Eccleſiæ ſunt illæ, quæ non poſſunt honeſtè ſuſtinere Rectorem, & hoſpites recipere.*
12 *Prouidendum eſt potius multis, quam paucis.*
13 *Neceſſitati Eccleſiæ eſt attendendum.*
14 *Eccleſia dicitur cœtus fidelium.*
15 *Epiſcopus ad prouiſionem Eccleſiæ poteſt ad beneplacitum procedere.*

16 Re-

16 *Rector poteſt cum conſenſu Epiſcopi agere ad tranſlationem Curæ.*
17 *Transferri poteſt Eccleſia propter difficultatem locorum.*
18 *Cōſenſus præſumitur non ammouendo iam diſpoſita.*
19 *Conſenſus præſumitur per literas; quæ non tollūt iam facta.*
20 *Qui patitur, quod impedire poterat, conſentire videtur.*
21 *Conſenſus præſumitur ex ſpatio decem annorum.*
22 *Prouiſio Eccleſiæ eſt Epiſcopo remiſſa.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

ERat olim Eccleſia curata, in quodā Caſtro, in quo tunc habitabat populus, ſed progreſſu tēporis Parochiani ferè omnes, exceptis Comitibus, & Prætore, extra d. Caſtrum ſibi habitationes fecerunt, & in eis morati ſunt: & quia propter difficultatem loci d. Caſtri non poterant ad d. Eccleſiam in Caſtro accedere pro Sacramentis, vel non ſine magna difficultate, inſtiterūt Epiſcopo ſuo, vt Curam transferret in Eccleſia S. Mariæ, eis propinqua; ſicut habitis informationibus conceſſit, ſuoneritando tamē quod in prima Eccleſia illius Caſtri diebus feſtiuis celebrarentur miſſæ ad commoditatem illorū paucorum Parochianorum: ſed Cōmites, & Prætor malè ſentiētes de ſimili prouiſione, dicebant Epiſcopum non potuiſſe translationē facere ſine conſenſu capituli; ex diſpoſitione Concilij Tridentini. ſeſſ. 25. c. 6. allegando etiā non adeſſe cauſſam legitimam. Super quo caſu ego tenui omnia per Epiſcopum geſta valere ex infra dicendis, videlicet.

1 Quod Epiſcopus † potuerit hoc facere, non
eſt cur aliter probetur, quia pars ipſa aduerſa
fatetur; & poſt allegata notat Lap. alleg. 67. vbi
diffusè. Sed supereſt obiectis reſpondere. Nam
2 † Concilium in c. 7. ſeſſ. 21. non obſtat iſto caſu;
quia loquitur de capitulis exemptis: nos uerò
3 ſumus in caſu capituli non exempti, cuius †
conſenſus non requiritur: Gl. fin. & ordinaria.
in c. Eò libentius. de ſeruis non ordin. Quod
4 maximè procedit, quando aliàs nō † ſit de cō-
ſuetudine introductum. Abb. & alij. in c. Cum
conſuetudinis. de conſuetud. Caccialup. de v-
nio. art. 3. num. 15. & artic. 6. num. 10. Imò quā-
5 do etiam † adeſſet conſuetudo; non procede-
ret, quando Epiſcopus ageret per viam decre-
6 ti: quia tunc decretum † ſupplet conſenſum, vt
in addit. ad Abb. in d. c. Conſuetudinis. poſt ver
bum, Cōſilium. verſ. Poſt prædicta, dicit quod
decretum Iudicis. Et in iſto caſu Reuerendiſ-
ſimus Epiſcopus per viā decreti proceſſit poſt
completum proceſſum; in quo cōſtat de cauſ-
ſa: cui auctoritati diſpoſitio concilij non con-
tradicit, vt ſcilicet non poſſit Epiſcopus ea,
quæ ſibi de iure competunt: & declarando di-
cit, quod debet procurare quod Eccleſiæ col-
lapſæ reſtaurentur: vt in ſeſſ. 21. c. 6. de reform.
Imò ad finem illius cap. Videtur confirmare
7 Eccleſias † transferri poſſe, quando reſtaura-
ri nō poſſunt. Super quo Concilij capite, Rot.
per declarationem Illuſtriſſimæ Cōgregatio-
nis Cardinalium; in deciſ. 321. num. 2. in 2. vol.
diuerſ. nouiſſ. concludendo ſcripſit non obſta-
re Concilium Epiſcopo non habenti capitulū
exemptum; quin valeat curam, & Eccleſiam
transferre: & quando d. Concilium non fuiſſet
8 ita declaratum; non diceretur † prohibere E-
piſcopo vti auctoritate ſibi à iure communi
conceſſa, cum non habeat decretum irritans;
& caſus remanet in diſpoſitione iuris commu
nis: ſicut ita deciſū fuit à Rota in d. deciſ. 321.
Et tantò magis, quia etiam quod diſpoſitio
concilij eſſet prohibitiua, ſubſiſtente cauſſa
9 † poteſt Epiſcopus diſpenſare contra Cano-
nes, & Concilia generalia; vt probat Rom. in
conſ. 325. Quò ad primum num. 7. verſ. His ta-
men non refragantibus. Et allegat deciſ. Rot.
152. ſed vera eſt deciſ. 262. aliàs 5. de Iurepat.
num. 2. in nou. Cauſſæ verò iſto caſu ſunt ne-
ceſſitas, & vtilitas, vt fatentur etiam aduerſa-
rij, vltra probationes in proceſſu. De neceſſi-
tate conſtat; quia præter pericula, quæ euenie
bant adeundo ad Caſtrum, aderat etiam ne-
ceſſitas reficiendi Eccleſiam minātem ruinā;
ad quam reſtaurandam redditus Eccleſiæ non
ſufficiebant, & populus, cū ab ea valde diſta-
ret, expenſam recuſabat: Neque Rector ille
habebat id, quod ſibi de iure competebat; O-
10 portet † enim Rectorem ſaltem habere vnum
menſum terræ: vt in c. 1. & ibi Gl. de cenſ. & in
Clem. Ne in agro. §. Ad hæc. de ſtat. monach.
Imò, Eccleſia illa annumerari poteſt inter pau
11 peres Eccleſias, quales † ſunt illæ, quæ hone-
ſtè Sacerdotem ſuſtinere non poſſunt, & hoſpi
tes recipere. Ad Gl. in c. Clericus. in verbo,
Neceſſitatem. 21. quæſt. 1. & alia aderat cauſ-
ſa, quia pauci Parochiani habitabāt in Caſtro;
ſed quaſi totus populus habitabat ab extra, &
12 valde longè. Quare neceſſe erat † prouidere
multis, potiuſquam paucis. Sicut pro conclu-
ſione ſtatutum eſt in c. Et temporis. 16. qu. 1.
13 Neceſſitati † enim Eccleſiæ magis eſt atten-
dendum, quàm commoditati paucorum. ca. 1.
vbi Gloſſ. in verbo, Quam Eccleſiam. ne ſed.
14 vacan. Et Eccleſia † intelligitur, cœtus fide-
lium. c. Eccleſia. de conſec. diſtin. 1.

Sed quandocunque prouiſio facta iſto caſu, vt Sacramenta adminiſtrarentur in Eccleſia S. Mariæ, non haberet vim translationis, vt ſupponunt contrarij; tantò magis deberet habere, etiam nulla ſubſiſtente cauſſa, effectum;

Q 2 quia

Digitized by Google

quia in ſimili prouiſione ſine translatione nõ
15 requiritur cauſſa; cum Epiſcopus † id facere
valeat ſine cauſſa ad eius beneplacitum. d. c.
Et temporis. 16. q. 1. & c. Omnes. de conſecrat.
diſtin. 1. Quam prouiſionum probant etiam
allegationes contrariæ; dum volunt quod Epi
ſcopus poſſit reducere Sacramenta, & curam
ad aliam Eccleſiam, negando ſolum translatio
nem. ſed ſiue ſit translatio, ſiue pura prouiſio;
ſufficit quod valeat, & teneat, vt Cura ad vti-
litatem populi exerceatur. Sed ſtat pro veri-
tate quod valeat etiam pro translatione, quã
16 ſolus † ille Rector facere poterat cum conſen
ſu Epiſcopi. d. c. Cum conſuetudinis. de con-
ſuetud. & c. Eccleſias. & c. Si quis vult mona-
ſterium. 16. q. 7. vbi Gl. & c. Tribus. de conſec.
diſtin. 1. In quibus locis conſtat liquidè, quod
17 propter difficultatem † locorum licet tran-
ſferre Eccleſiam, ſeu Curam alibi, de conſenſu
Epiſcopi. quod probat etiam Petr. de Peruſ. in
tractat. de mutat. ſtat. Eccl. c. 3. ad finem. &
Berthac. in tractat. de Epiſc. lib. 4. num. 81. Vn-
de etiam ſi non appareret prouiſio Epiſcopi
cum per multum tempus Cura in d. Eccleſia
exerceatur, præſumendum eſt adfuiſſe con-
ſenſum Epiſcopi. Nam Eccleſia ipſa per tres
ſucceſſiuè Epiſcopos fuit viſitata; & nihil fuit
remotum: vnde conſenſus præſumitur. Nam
quandocunque qui conſentire debebat, viſi-
18 tando † introducta non remouet, dicitur de
facto conſentire. Rot. deciſ 82. num. 19. in pri-
19 mo vol. diuerſ. nouiſſ. & probari etiam † di-
citur per eius literas, quando intimat decreta
viſitationis; nec aliquid de iam geſtis tollit. l.
Conſenſu. ff. de actio. & oblig. Crau. in tract.
de antiq. temp. §. Vidimus. num. 40. 41. 42. &
20 43. Nam qui † patitur illud, quod impedire
poterat, conſentire videtur. Lamb. de iur. pat.
in 10. artic. 7. q. prin. 2. part. 2. lib. num. 1. vbi
21 alios allegat. & ad præſumendum conſenſum †
ſufficit ſpatium decem annorũ: vt ipſe Lamb.
probat in d. tract. in 9 quæſt. prin. primæ part.
1. lib. num. 107. verſ. Et dicitur longum tem-
pus. Et ſic non videtur dubitari poſſe de va-
liditate d. prouiſionis, ſiue dicamus ab Epiſco
po fuiſſe factam ad ordinem translationis, ſiue
ſimplicis prouiſionis, vel ab ipſo Rectore; quia
de conſenſu Epiſcopi indubitatè cenſeretur
22 facta. Prouiſio † enim huiuſmodi erat eidem
remiſſa. d. c. Eccleſiarũ. §. Si quis vult monaſte-
rium. c. Et temporis. & c. Omnes baſilicæ: &
conſequenter eſt ſeruanda, donec duret cauſ-
ſa. & ita dico, Saluo &c. Laus Deo, &
B. M.

CONSILIVM CXXXII.

Præceptum, & excommunicatio ſuperioris in in-
feriorem quando non valeat.

SVMMARIVM.

1 *Intentio agentis eſt cauſſa finalis.*
2 *Contemptus requirit dolum.*
3 *In primo motu agens, non dicitur agere in con-
temptum.*
4 *Excommunicatio requirit ſcripturã declarationis.*
5 *Edictum in dubio iudicandum eſt promulgatum
poſt delictum.*
6 *Ignorantia excuſat à pœna.*
7 *Monitorium debet habere clauſulam iuſtificatiuã.*
8 *Excommunicatio non fertur, niſi in ſubſidium.*
9 *Excommunicatio non fertur, niſi conſtet quod a-
liter fieri non poteſt. & num. 15.*
10 *Paſtor debet paſcere oues.*
11 *Superior non debet animo irato procedere.*
22 *Qui non obtemperat iniuſto præcepto; non dici-
tur contemnere.*
13 *Monitorium ſine cauſſa cognitione, & clauſula iu-
ſtificatiua non afficit.*
14 *Excommunicandus nemo eſt pro re minima.*
16 *Qui iniuſtè alium excommunicat, tenetur ad in-
tereſſe; nec Eccleſiam ingreditur.*
17 *Monitorium ſine clauſula iuſtificatiua eſt exor-
bitans.*
18 *Præceptum domũ tranſmiſſum, quando ſit nullũ.*
19 *Præcepta quando regulantur ſecundùm Iura Ci-
uilia.*
20 *Cauſſa eſt exprimenda in præcepto.*
21 *Præceptum dicitur ſtrangulatum, quando fit ſine
cauſſæ cognitione.*
22 *Præcepta ſine clauſula iuſtificatiua, non valent.*
23 *Superior in multis non poteſt obligare inferiorẽ.*
24 *Præceptum eſt nullum, committendo dare ſuum
alteri.*
25 *Prohibere ne quis vtatur re ſua, non pertinet ad
ſuperiorem.*
26 *Prælatus debet procedere cum deputatis à capi-
tulo.*
27 *Declaratio Conc. c. 6. ſeſſ. 25.*
28 *Recurſus ad ſuperiorem, vel eius amicum, euitat
pœnam.*
29 *Diſcedens animo redeundi, non incidit in pœnam.*
30 *Citationes, & præcepta non mittuntur domum,
niſi facta diligentia de inuentione perſonali.*
31 *Omnia poſt appellationem ſunt attentata.*
32 *Attentata ſunt poſt appellationem; etiam ſi ap-
pellatio non ſit admiſſa.*

Spiritus Domini repleat corda noſtra.

FACTI SPECIES.

QVidam inferior Prælatus, qui iuriſdi-
ctionem quaſi Epiſcopalem habet in
ſubditos, procedendo contra Cano-
nicum,

Digitized by Google

nicum, quem dicebat contempſiſſe ipſum, &
excommunicationem, quam ei comminaue-
rat; detinuit eum in domo cum pœna ducen-
torum aureorum, & eum condemnare inten-
debat; quia d. Canonicus à domo exiuerat, eũ-
do ad ſuperiorem: ſuper quo caſu nonnulli
doctores ſcripſerunt ad fauorem Canonici; &
ego infimus etiam requiſitus dixi, d. Canoni-
cum non mereri pœnam ex infraſcriptis vi-
delicet.

Tria in præſenti conſultatione occurrunt
diſcutienda. Primum circa contemptu ſupe-
rioris. Secundum circa excommunicationem.
Tertium circa pœnam, in qua vellet ille Præ-
latus Canonicum incurriſſe.

Et quo ad primum: ego præmitto quod in
quocunque actu, ſemper attendi debet inten
1 tio † agentis; quæ eſt cauſſa finalis, vt not. Soc.
in conſ. 251. incipit, Quoniam in 6. col. verſ.
Comprobatur. Secundò præmitto, quod rerũ
ſuarum quilibet eſt moderator: vnde qui re
ſua vtitur, nemini facit iniuriam, nec videtur
agere in alterius contemptũ; qui vt dici poſ-
2 ſet † cõtemptus: requiritur dolus; Card. in cõſ.
11. tit. de verb. ſignif. ſed omnis dolus ceſſat,
vbi adſit cauſſa: & quælibet cauſſa excuſat à
dolo: & quiſquis agit cum cauſſa; etiam ſi ſit
iniuſta, non dicitur agere cum cõtemptu; ſed
3 cum cauſſa. Imò etiam, qui in primo † motu
facit aliquid non dicitur contemnere. Felin.
in c. Si quis. col. fin. verſ. Vltimò circa prædi-
cta. de maior. & obed. vnde Canonicus, qui
tranſeundo per Eccleſiam vidit ſedile ſuum,
quod per multum tempus in ea habebat pro
commoditate audiendi prædicationem & di-
uina officia, etiam antequam d. Prælatus aſ-
ſumptus eſſet ad illam prælaturam, quod fra-
ctum fuerat, ignorans forſan d. Prælatum illud
fregiſſe, ſtatim illud reſtaurauit: quo facto Præ
latus ille prætendens d. Canonicum ad eius
contemptum reſtauraſſe ſedile; quia ipſe fue-
rat, qui illud fregerat; fecit d. Canonico præ-
ceptum, ne diſcederet de domo: & etiam edi-
ctum ſub pœna excommunicationis, quod ne-
mo amoueret ſedilia, quę ipſe accomodaue-
rat: ex quo prætendit d. Canonicum etiam in-
cidiſſe in excõicationẽ, ipſamq; etiã ſpreuiſſe,
ſed illa non erat excõmunicatio; ſed potius
4 cõminatio; nã excõmunicatio † requirit ſcri-
pturã declarationis. c. 1. §. Quiſquis. de ſent.
excomu. in 6. Imò neque potuit eſſe præceptũ
comminatoriũ, & conſequenter ceſſat contẽ-
ptus; vt probat Felin. vbi ſupra: & latius oſtẽ-
dam infra ad reſolutionem tertij fundamẽti.
Nam poſt edictum ille Canonicus nihil fecit;
nec apparet quod antea edictum fuiſſet pro-
mulgatum quia vna die omnia ſupradicta eue
5 nerunt: Et in dubio † iudicandum eſt edictũ
promulgatum poſtea, ad euitandam pœnam:
vt ita tenet Borgaſ. de irregul. part. 6. tit. Quo-
modo ſciamus aliquam eſſe excom. quæſt. 8. n.
21. verſ. Dixit. Et vt ligare potuiſſet, require-
batur ſcientia: de qua nihil conſtat, & ignorã-
6 tia † excuſat, vt in extrauag. Ioan. XXII. Suſce-
pti. de elect. iuncta Gl. in verbo, Poſtquam ſci-
uerit, & eſt expreſſum in c. Vt animarum. de
7 conſtit. in 6. Et monitorium † debebat habe-
re clauſulam iuſtificatiuam; ſicut docet Mãd.
in tract. de monit. q. 7. & tantò magis in caſu,
de quo agitur, vbi agebatur de intereſſe mul-
torum, qui habebant ſedilia in ea Eccleſia.
Quare concludendum eſt nullius fuiſſe momẽ
ti. Et tantò magis dicitur inualidum; cum cõ-
tineat pœnam excommunicationis, ad quod
8 remedium † deueniri non debet niſi in ſubſi-
dium; ſicut in expreſſo conſtituit Conc. Tridẽ
tinum ſeſſ. 25. de reform. c. 3. ſuper quo Illu-
ſtriſs. Congregatio decreuit, nunquam eſſe lo-
cum d. remedio, niſi quando alia via non po-
teſt eſſe conſultum: addendo, quod de neceſ-
9 ſitate conſtare † debet in actis, & per ſcriptu-
ram, quod aliter fieri non debet. Vnde moni-
torium illud, quod nihil iuſtificatiuum habet,
tanquam non factum cenſendum eſt: & Cano-
nicus ille iuſtam habebat cauſſam credendi,
non adeſſe monitorium huiuſmodi: quia Pa-
10 ſtor, † qui iuſſu domini debet paſcere oues, nõ
debet illas diſperdere. Et tantò magis eſt cre-
dendum quod monitorium fuerit promulga-
tum poſt adaptationem ſedilis; tum ex dictis
teſtium, tum ẽt ex interrogatorijs d. Prælati fa
ctis d. Canonico dum interrogabat; An ſciuiſ-
ſet ipsũ accomodaſſe illa ſedilia? quæ inter-
rogatio denotabat incertitudinem rei: Imò
qñ etiã conſtaret quod adaptatio ſedilis fuiſ-
ſet facta poſt monitorium; cum non fuerit fa-
cta declaratio, remaneret ſola monitio; & cõ-
ſequenter quia Prælatus informiter in omni-
bus proceſſit, Canonicus in nullo tenetur; cũ
præſumeretur animo irato proceſſiſſe, quod
11 facere † non debebat. c. Ille. 11. quæſt. 3. c. Iu-
12 dicet. 3. quæſt. 7. Et qui non obtemperat †
iniuſto præcepto; vel voluntati ſuperioris nõ
obedit; non dicitur agere ex contemptu: vt
aſſerit Caiet. in ſum. in verbo, Contemptus,
& D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 9. verſ.
Ad tertium. & Nauar. in ſua ſum. cap. 23. nu.
42. & ſic in vtroque caſu illud monitorium
non afficit d. Canonicum. Et eò fortius,
13 quia nulla † iuris cognitione fuit editum, &
ſine aliqua clauſula iuſtificatiua: ad ea; quæ
not. ipſe Nauar. in d. ſum. c. 27 num. 11. & ea
14 etiam ratione, quia † nemo pro re minima eſt
excommunicandus. cap. Epiſcopi. 3. quæſt.
15 7. & quando aliter † prouideri non poteſt,
vt Concil. vbi ſupra. Excommunicatio enim
16 nunquam eſt ferenda; niſi † ex rationabili
& iuſta cauſſa. Et qui ſecus agit, vltra
ingreſſum Eccleſiæ, qui ei prohibetur,
tenetur ad intereſſe illius; in quem lata

Digitized by Google

quia in ſimili prouiſione ſine tranſlatione nõ
15 requiritur cauſſa; cum Epiſcopus † id facere
valeat ſine cauſſa ad eius beneplacitum. d. c.
Et temporis. 16. q. 1. & c. Omnes. de conſecrat.
diſtin. 1. Quam prouiſionum probant etiam
allegationes contrariæ; dum volunt quod Epi
ſcopus poſſit reducere Sacramenta, & curam
ad aliam Eccleſiam, negando ſolum translatio
nem: ſed ſiue ſit tranſlatio, ſiue pura prouiſio;
ſufficit quod valeat, & teneat, vt Cura ad vti-
litatem populi exerceatur. Sed ſtat pro veri-
tate quod valeat etiam pro tranſlatione, quã
16 ſolus † ille Rector facere poterat cum conſen
ſu Epiſcopi. d. c. Cum conſuetudinis: de con-
ſuetud. & c. Eccleſias. & c. Si quis vult mona-
ſterium. 16. q. 7. vbi Gl. & c. Tribus. de conſec.
diſtin. 1. In quibus locis conſtat liquidè, quod
17 propter difficultatem † locorum licet tran-
ſferre Eccleſiam, ſeu Curam alibi, de conſenſu
Epiſcopi: quod probat etiam Petr. de Peruſ. in
tractat. de mutar. ſtat. Eccl. c. 3. ad finem. &
Berthac. in tractat. de Epiſc. lib. 4. num. 81. Vn-
de etiam ſi non appareret prouiſio Epiſcopi,
cum per multum tempus Cura in d. Eccleſia
exerceatur, præſumendum eſt adfuiſſe con-
ſenſum Epiſcopi. Nam Eccleſia ipſa per tres
ſucceſſiuè Epiſcopos fuit viſitata; & nihil fuit
remotum: vnde conſenſus præſumitur. Nam
quandocunque qui conſentire debebat, viſi-
18 tando † introducta non remouet, dicitur de
facto conſentire. Rot. deciſ 82. num. 19. in pri-
19 mo vol. diuerſ. nouiſſ. & probari etiam † di-
citur per eius literas, quando intimat decreta
viſitationis; nec aliquid de iam geſtis tollit. l.
Conſenſu. ff. de actio. & oblig. Crau. in tract.
de antiq. temp. §. Vidimus. num. 40. 41. 42. &
20. 43 Nam qui † patitur illud, quod impedire
poterat, conſentire videtur. Lamb. de iur. pat.
in 10. artic. 7. q. prin. 2. part. 2. lib. num. 1. vbi
21 alios allegat. & ad præſumendum conſenſum †
ſufficit ſpatium decem annorũ: vt ipſe Lamb.
probat in d. tract. in 9 quæſt. prin. primæ part.
1. lib. num. 107. verſ. Et dicitur longum tem-
pus. Et ſic non videtur dubitari poſſe de va-
liditate d. prouiſionis, ſiue dicamus ab Epiſco
po fuiſſe factam ad ordinem tranſlationis, ſiue
ſimplicis prouiſionis, vel ab ipſo Rectore; quia
de conſenſu Epiſcopi indubitatè cenſeretur
22 facta. Prouiſio † enim huiuſmodi erat eidem
remiſſa. d. c. Eccleſiarũ. §. Si quis vult monaſte-
rium. c. Et temporis. & c. Omnes baſilicæ: &
conſequenter eſt ſeruanda, donec duret cauſ-
ſa. & ita dico, Saluo &c. Laus Deo, &
B. M.

CONSILIVM CXXXII.

Præceptum, & excommunicatio ſuperioris in inferiorem quando non valeat.

SVMMARIVM.

1 Intentio agentis eſt cauſſa finalis.
2 Contemptus requirit dolum.
3 In primo motu agens, non dicitur agere in contemptum.
4 Excommunicatio requirit ſcripturã declarationis.
5 Edictum in dubio iudicandum eſt promulgatum poſt delictum.
6 Ignorantia excuſat à pœna.
7 Monitorium debet habere clauſulam iuſtificatiuã.
8 Excommunicatio non fertur, niſi in ſubſidium.
9 Excommunicatio non fertur, niſi conſtet quod aliter fieri non poteſt. & num. 15.
10 Paſtor debet paſcere oues.
11 Superior non debet animo irato procedere.
22 Qui non obtemperat iniuſto præcepto; non dicitur contemnere.
13 Monitorium ſine cauſæ cognitione, & clauſula iuſtificatiua non afficit.
14 Excommunicandus nemo eſt pro re minima.
16 Qui iniuſtè alium excommunicat, tenetur ad intereſſe; nec Eccleſiam ingreditur.
17 Monitorium ſine clauſula iuſtificatiua eſt exorbitans.
18 Præceptum domũ tranſmiſſum, quando ſit nullũ.
19 Præcepta quando regulantur ſecundùm Iura Ciuilia.
20 Cauſſa eſt exprimenda in præcepto.
21 Præceptum dicitur ſtrangulatum; quando fit ſine cauſſæ cognitione.
22 Præcepta ſine clauſula iuſtificatiua, non valent.
23 Superior in multis non poteſt obligare inferiorẽ.
24 Præceptum eſt nullum, committendo dare ſuum alteri.
25 Prohibere ne quis vtatur re ſua, non pertinet ad ſuperiorem.
26 Prælatus debet procedere cum deputatis à capitulo.
27 Declaratio Conc. c. 6. ſeſſ. 25.
28 Recurſus ad ſuperiorem, vel eius amicum, euitat pœnam.
29 Diſcedens animo redeundi, non incidit in pœnam.
30 Citationes, & præcepta non mittuntur domum, niſi facta diligentia de inuentione perſonali.
31 Omnia poſt appellationem ſunt attentata.
32 Attentata ſunt poſt appellationem; etiam ſi appellatio non ſit admiſſa.

Spiritus Domini repleat corda noſtra.

FACTI SPECIES.

QVidam inferior Prælatus, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet in ſubditos, procedendo contra Canonicum,

nicum, quem dicebat contempſiſſe ipſum, &
excommunicationem, quam ei comminaue-
rat; detinuit eum in domo cum pœna ducen-
torum aureorum, & eum condemnare inten-
debat; quia d. Canonicus à domo exiuerat, eũ-
do ad ſuperiorem: ſuper quo caſu nonnulli
doctores ſcripſerunt ad fauorem Canonici; &
ego infimus etiam requiſitus dixi, d. Canoni-
cum non mereri pœnam ex infraſcriptis vi-
delicet.

Tria in præſenti conſultatione occurrunt
diſcutienda. Primum circa contemptu ſupe-
rioris. Secundum circa excommunicationem.
Tertium circa pœnam, in qua vellet ille Præ-
latus Canonicum incurriſſe.

Et quo ad primum: ego præmitto quod in
quocunque actu, ſemper attendi debet inten-
1 tio † agentis; quæ eſt cauſſa finalis, vt not. Soc.
in conſ. 251. incipit, Quoniam in 6. col. verſ.
Comprobatur. Secundò præmitto, quod rerũ
ſuarum quilibet eſt moderator: vnde qui re
ſua vtitur, nemini facit iniuriam, nec videtur
agere in alterius contemptũ; qui vt dici poſ-
2 ſit † cõtemptus: requiritur dolus; Card. in cõſ.
11. tit. de verb. ſignif. ſed omnis dolus ceſſat,
vbi adſit cauſſa; & quælibet cauſſa excuſat à
dolo: & quiſquis agit cum cauſſa, etiam ſi ſit
iniuſta, non dicitur agere cum cõtemptu; ſed
cum cauſſa. Imò etiam, qui in primo † motu
3 facit aliquid non dicitur contemnere. Felin.
in c. Si quis. col. fin. verſ. Vltimò circa prædi-
cta. de maior. & obed. vnde Canonicus, qui
tranſeundo per Eccleſiam vidit ſedile ſuum,
quod per multum tempus in ea habebat pro
commoditate audiendi prædicationem & di-
uina officia, etiam antequam d. Prælatus aſ-
ſumptus eſſet ad illam prælaturam, quod fra-
ctum fuerat, ignorans forſan d. Prælatum illud
fregiſſe, ſtatim illud reſtaurauit; quo facto Præ-
latus ille prætendens d. Canonicum ad eius
contemptum reſtauraſſe ſedile; quia ipſe fue-
rat, qui illud fregerat; fecit d. Canonico præ-
ceptum, ne diſcederet de domo: & etiam edi-
ctum ſub pœna excommunicationis, quod ne-
mo amoueret ſedilia, quę ipſe accomodaue-
rat; ex quo prætendit d. Canonicum etiam in-
cidiſſe in excõicationẽ, ipſamq; etiã ſpreuiſſe.
ſed illa non erat excõmunicatio; ſed potius
4 cõminatio; nã excõmunicatio † requirit ſcri-
ptutã declarationis. c. 1. §. Quiſquis. de ſent.
excomu. in 6. Imò neque potuit eſſe præceptũ
comminatoriũ; & conſequenter ceſſat contẽ-
ptus; vt probat Felin. vbi ſupra: & latius oſtẽ-
dam infra ad reſolutionem tertij fundameti.
Nam poſt edictum ille Canonicus nihil fecit;
nec apparet quod antea edictum fuiſſet pro-
mulgatum quia vna die omnia ſupradicta eue-
5 nerunt: Et in dubio † iudicandum eſt edictũ
promulgatum poſtea, ad euitandam pœnam:
vt ita tenet Borgaſ. de irregul. part. 6. tit. Quo-
modo ſciamus aliquam eſſe excom. quæſt. 8. n.
21. verſ. Dixit. Et vt ligare potuiſſet, require-
batur ſcientia: de qua nihil conſtat, & ignotã-
6 tia † excuſat, vt in extrauag. Ioan. XXII. Suſce-
pti. de elect. iuncta Gl. in verbo, Poſtquam ſci-
uerit, & eſt expreſſum in c. Vt animarum. de
7 conſtit. in 6. Et monitorium † debebat habe-
re clauſulam iuſtificatiuam; ſicut docet Mãd.
in tract. de monit. q. 7. & tantò magis in caſu,
de quo agitur, vbi agebatur de intereſſe mul-
torum, qui habebant ſedilia in ea Eccleſia.
Quare concludendum eſt nullius fuiſſe momẽ-
ti. Et tantò magis dicitur inualidum; cum cõ-
tineat pœnam excommunicationis, ad quod
8 remedium † deueniri non debet niſi in ſubſi-
dium; ſicut in expreſſo conſtituit Conc. Tridẽ-
tinum ſeſſ. 25. de reform. c. 3. ſuper quo Illu-
ſtriſs. Congregatio decreuit, nunquam eſſe lo-
cum d. remedio, niſi quando alia via non po-
teſt eſſe conſultum: addendo, quod de neceſ-
9 ſitate conſtare † debet in actis, & per ſcriptu-
ram, quod aliter fieri non debet. Vnde moni-
torium illud, quod nihil iuſtificatiuum habet,
tanquam non factum cenſendum eſt: & Cano-
nicus ille iuſtam habebat cauſſam credendi,
non adeſſe monitorium huiuſmodi: quia Pa-
10 ſtor, † qui iuſſu domini debet paſcere oues, nõ
debet illas diſperdere. Et tantò magis eſt cre-
dendum quod monitorium fuerit promulga-
tum poſt adaptationem ſedilis; tum ex dictis
teſtium, tum ẽt ex interrogatorijs d. Prælati fa-
ctis d. Canonico dum interrogabat; An ſciuiſ-
ſet ipſũ accomodaſſe illa ſedilia? quæ inter-
rogatio denotabat incertitudinem rei: Imò
qñ etiã conſtaret quod adaptatio ſedilis fuiſ-
ſet facta poſt monitorium; cum non fuerit fa-
cta declaratio, remaneret ſola monitio; & cõ-
ſequenter quia Prælatus informiter in omni-
bus proceſſit, Canonicus in nullo tenetur; cũ
præſumeretur animo irato proceſſiſſe, quod
11 facere † non debebat. c. Ille. 11. quæſt. 3. c. Iu-
12 dicet. 3. quæſt. 7. Et qui non obtemperat †
iniuſto præcepto; vel voluntati ſuperioris nõ
obedit; non dicitur agere ex contemptu: vt
aſſerit Caiet. in ſum. in verbo, Contemptus,
& D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 9. verſ.
Ad tertium. & Nauar. in ſua ſum. cap. 23. nu.
42. & ſic in vtroque caſu illud monitorium
non afficit d. Canonicum. Et eò fortius,
13 quia nulla † iuris cognitione fuit editum, &
ſine aliqua clauſula iuſtificatiua: ad ea, quæ
not. ipſe Nauar. in d. ſum. c. 27 num. 11. & ea
14 etiam ratione, quia † nemo pro re minima eſt
excommunicandus. cap. Epiſcopi. 3. quæſt.
15 7. & quando aliter † prouideri non poteſt,
vt Concil. vbi ſupra. Excommunicatio enim
16 nunquam eſt ferenda; niſi † ex rationabili
& iuſta cauſſa. Et qui ſecus agit, vltra
ingreſſum Eccleſiæ, qui ei prohibetur,
tenetur ad intereſſe illius, in quem lata

fuit excõmunicatio. c.Sacro.de ſent.excomu.
17 Monitorium enim † abſque cauſſæ cognitione,& ſine clauſula iuſtificatiua iniuſtum, incõſideratum, exorbitans, & nullum eſt: ſecundũ communem opinionem:. de qua Mand. in d. tract.de monit.quæſt.17. num. 5. & 6. Ex quibus concludi poteſt quod d. canonicus nedũ non incidit in commin ationem monitorij, ſed neque in pœnam pecuniariam; tum ex ſupradictis, tum etiam quia præceptum, ſuper quo ipſe ſe fundat, non eſt probatum; licet dicat oretenus id feciſſe: cui ſoli non eſt ſtandum; & quatenus eſſet probatum, nullũ eſſet; ſicut
18 nullum eſt † præceptum domũ tranſmiſſum: quia à præceptis nõ eſt inchoandũ. Et quãdo
19 † non adſint ſtatuta particularia, de iure communi procedendum eſt ad inſtar cauſſarum ciuilium. Boſ. in pratic. crimin. tit. quomodo
20 proced. per præcep. num. 2. & 3. Et cauſſa † ſaltem in genere eſt exprimenda, vt ipſe Boſ. ibi. num. 5. Hic autem nullus ordo fuit ſeruatus; neque aliqua cauſſæ cognitio adhibita;
21 merito præceptum † dicitur ſtrangulatum, & eſt ipſo iure nullum: & non eſt timendum. Ad ea, quæ probat Pariſ. in tractat. de ſyndic. ſub tit. de libel. conteſt. poteſt. in ſyndic. in verbo. Quia ſæpè nu. 3. 4. & 5. & ibi num. 6. ſecundum Innoc. in c. Querelam. de elect. dicit; q
22 tale præceptum debet habere clauſulam † iuſtificatiuam, ſi fiat ſine cauſæ cognitione; & ante litem conteſtatam, aliàs non valet; Et idem affirmat ibi. num. 13. Præterea, vt dicit
23 D.Thom. 2. 2. quæſt. 104. artic. 5. ſunt † multa, ad quæ ſuperior non poteſt obligare inferiorem; & maximè quando præcipit illud quod non ſpectat ad eius iuriſdictionẽ, vel aliquod
24 iniuſtum: & iniuſtum † eſt ſemper, præcipere quod detur ſuum alteri, vel quid ſimile. Et refert Innoc. in c. Inquiſitioni. num. 3. de ſent. excom. & Iacob. Graff. in 2. part. eius ſum. tit.
25 de obedien. relig. nu. 23. quid non pertinet † ad eius Imperium prohibere, ne quis vtatur re ſua: vnde ille Prælatus non poterat dare alteri ſedile illius canonici; neque illum impedire quin vteretur illo: & ſi quando illud ſedile impediret cultum diuinum, quod eſt falſum, debebat cõmittere patronis, quod illud amouerent, non autem illud frangere, vel alteri dare; quare ipſe potius errauit: & omne agitatum per d. Prælatum eſt nullum; cum ip-
26 ſe ſolus ſine † deputandis à capitulo procedere non poſſit: ex concilij decretò. ſeſſ. 25. de reform. c. 6. quæ diſpoſitio procedit etiam in prima citatione. Et quamuis Sacra Cõgregatio declarauerit illam diſpoſitionem habere locum ſolum in Capitulis exemptis; id ta-
27 men aliàs † declarauit procedere in cathedralibus; quia in collegiatis ſemper ſeruanda eſt illa diſpoſitio; ſicut in d. c. 6. reperitur declaratum. Hic Prælatus ſine capitulo, vel ab eo deputatis proceſſit, ergo nulliter. Et quãdocunque d. præceptum, etiam non obſtantibus prædictis, eſſet validum, canonicus tamẽ condemnari non poteſt: tum quia non diſceſſit à domo ex cauſa inobedientiæ, ſed vt ad Principem recurſum haberet: tum etiam quia
28 ſtatim reuerſus eſt. Quando enim † recurritur ad ſuperiorem, vel ad amicum Principis, pro auxilio impetrando, non inciditur in pœnam; vt probat Boſ. in practic. crimin. tit. de carc. fideiuſſ. num. 46. vbi multa ad propoſitum. Et
29 quando † etiam diſcedit animo redeundi, nõ incidit in pœnã. Bal. in l. 1. nu. 15. verſ. Et ideo ſi ſtatutum. C. de ſeru. fugit. per quam doctrinã ego aliàs defendi quendam conſanguineum meum. Animus autem redeundi cognoſcitur, quando ad breue tempus reuertitur; & permanet in loco vbi fuit detentus; ſicut iſte ſbo canonico qui ſtatim data informatione Principi reuerſus eſt. Quare abſoluendus eſt omnino: & maximè quia contra ipſum ſine cauſ-
30 ſa fuit proceſſum, & informiter citationes † enim, aut præcepta non ſunt domum tranſmittenda; niſi facta diligenti perſcrutatione de inuentione perſonali; & facta relatione à nuntio poteſt poſtea domum tranſmittere præcepta, vel citationes. De quibus abundè Soc. in tract. de citat. artic. 27. & per conſequens
31 omnia † per d. Prælatum fuit attentata, ſtante appellatione à Canonico interpoſita; ut referunt allegationes Excellentiſſimi Aduocati & Lancellotti de attent. appell. pend. c. 2. ampl. 5. Nec obſtat quod ille Prælatus d. appel-
32 lationem † non admiſerit. c. Sæpe. de appell. ita concludo: d. Canonicũ abſoluendum eſſe.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXIII.

Camera An, & quando habeat actionem? & ordinarius litem cum ſubdito?

SVMMARIVM.

1 *Inferior prælatus non habet Fiſcum, neque Cameram.*
2 *Iuriſdictio conceſſa per priuilegium non extendia tur ad non expreſſa.*
3 *Quod non eſt expreſſum in priuilegijs, non comprehenditur.*
4 *Priuilegium requirit vſum aliàs non valet.*
5 *Qui malè iudicat, debet condemnari.*
6 *Excommunicans, qui iniuſtè excommunicat, tenetur ad intereſſe.*
7 *Iudex quando citari poſſit.*
8 *Appellatione interpoſita, iudex, qui ſententiauit eſt loco partis.*
9 *Ordinarius, qui iniuſtam dedit ſententiam, eſt ſuſpenſus.*
10 *Suſtinens ſuſpenſionem per annum, eſt irregularis.*

11 *Ap-*

11 *Appellatus, ſi faciat committere cauſſam, & po-
ſtea nihil deducat, eſt condemnandus ad intereſſe.*

Ieſus Maria.

FACTI SPECIES.

QVidam inferior Prælatus recuſabat ha
bere litem cum ſubdito; & quia cauſ-
ſa commiſſa, citatus fuerat, nomine
Cameræ dedit reſponſum: nam condemnaue-
rat, licet indebitè, in pœna pecuniaria. d. in-
feriorē, qui appellauerat, & cauſſa fuerat cō-
miſſa, ſed recuſabat nomine proprio cōpate-
re, prætendens ſubditum litem non poſſe ha-
bere cum ſuperiore: ſed Camera ſubintrauit.
Vnde primo eſt diſcutiēdum, An Prælatus in-
ferior habeat cameram? Secundò, An poſ-
ſit litem habere cum inferiore.

Caſum reſtringendo ad concluſionem: Infe
1 rior† Cameram, & Fiſcum non poteſt habere;
quia nullo iure reperitur cautum. Imò neque
Epiſcopus de iure canonum, ſed ſolum iure
conſuetudinario eam habet, vt refert Diaz. in
c. 134. ſuæ criminalis praxis; & quāuis. d. Præ-
latus inferior habeat iuriſdictionem; quia cō-
2 ſiſtit in priuilegijs, ſua† iuriſdictio, non exce-
dit expreſſa in priuilegio: Clem. 2. §. fin. vbi
Card. de priuil. & iſdem in Clem. 1. de teſtam.
quæſt. 6. & habetur in c. Sanè. de priuil. neque
3 quod† non eſt expreſſum præſumitur; ſed pro-
bari oportet. l. Non ignorat. C. Qui accuſ. non
poſſ. Imò quandocunque in priuilegio adeſſet
clauſula expreſſa, non ſufficeret, niſi etiā pro-
4 baret † vſum; quia priuilegium non obſerua-
tum, nedum pro non conceſſo haberi debet;
ſed neque allegari poteſt: vt tradunt omnes
Canoniſtæ in c. Cum acceſſiſſent. de conſti-
tut. Quare datur conſequens quod cum non
habeat Fiſcum, neque Cameram, ſit, & eſſe
debeat pars in lite.

Neque vim facio quod ipſe iudicauerit, cō-
demnando; quia ſtante appellatione, imò ēt
ſi pars non appellaſſet, ſed ſolum habuiſſet re
curſum ad ſuperiorem; cauſſa à ſuperiore eſt
5 cognoſcenda, & ille, qui malè † iudicauit de-
bet condemnari. c. Per tuas. de ſent. excom. &
c. Sacro. eod. tit. vbi dicitur, quod ſi conſtiterit
de iniuſta excommunicatione; excommuni-
6 cans † condemnabitur ad intereſſe, & Abb. ibi
num. 15. ſuper Gl. in verbo, Conſtiterit, dicit,
quod ſi iudex ex officio proceſſit, tunc tenet
7 locum partis; & † citari debet. Quem ſequitur
Dec. in conſ. 242. & notat etiam tex. in c. Qua
fronte. de appell. § 1. ibi, Et offert ſe. & in fine
ibi, Etiam ſi hi, qui. vbi hoc procedere dici-
8 tur, quando appellatio ſit† interpoſita, etiam
ſi ad Sedem Apoſtolicam. Et idem probatur
in c. 1. de re iudic. §. 1. in 6. vbi dicit textus q
9 ſi Iudex Eccleſiaſticus ordinarius † iniuſtam
dederit ſententiam, quicquid fecerit in gra-
uamen partis, per annum nouerit ſe ſuſpen-
ſum: & ad extimationem litis, parti, quam læ-
ſerit nihilominus erit condemnandus. Addēs
10 in fine: quod ſi durante † ſuſpenſione diuinis
ſe ingeſſerit, laqueo irregularitatis ſe inuol-
uet. Et in ſimili notatur de iur. ciuil. in l.
fin. vbi doct. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Et
prædicta eò magis verificantur in iſto caſu, in
quo ille Prælatus poſt interpoſitam appella-
tionem; & cauſſam commiſſam à latere, tan-
quam appellatus præſentauit literas commiſ
ſionis. d. cauſſæ ab Illuſtriſsima Congregatio-
ne: & nihil aliud probauit: neque de iure ſuo
deduxit. Vnde pro iuſtificata concluſione ha-
betur quod ipſe, tanquam appellatus, fecit ſe
11 conſortem litis; & nihil † deducendo venit
condemnandus ad intereſſe cauſſæ. c. 1. §. 1. &
§. vlt. de appell. in 6. & probat ſpecul. in tit.
de appell. §. Qualiter. num. 20. & 23. & in tit.
de dilatio. §. 1. num. 9. verſ. Illud quoque non
eſt ommittendum: & ita, vt ſupra iuris eſſe cē
ſeo. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXIV.

Clericus pro laico fideiuſſor inſolidum, an ſoluat
non diſcuſſo principali.

SVMMARIVM.

1 *Obligans ſe principaliter, & inſolidum non cogi-
tur ad ſolutionem niſi diſcuſſo principali, quā-
do pecunia ad manus eius peruenit.*
2 *Fideiuſſor inſolidum hodie non conuenitur, niſi
diſcuſſo principali.*
3 *Clerici an ſint fideiuſſores?*

*Adiuua me Deus: & ego dicam
veritatem.*

FACTI SPECIES.

REuerendus D. Antonius ſe cum ſuo
conſanguineo obligat inſolidum ad
reſtitutionem dotis Dominę Marga-
ritæ ſponſæ d. ſui conſanguinei, adueniente
caſu reſtitutionis: ex rogitu notarij laici; ſine
conſenſu, neque præſentia ſuperioris Eccle-
ſiaſtici: & poſt lapſum tempus. xxvi. annorum
defuncto conſanguineo. d. Clerici. d. Domina
Margarita fecit tranſitum ad ſecundas nup-
tias; relictis quatuor filijs primi viri: & ille
Secundus maritus intimauit Reueren. D. An-
tonio quod infra triduum ſolueret ei dotem.
d. Dominæ Margaritæ; ſine aliqua diſcuſſione
filiorum primi mariti; cui dos fuerat ſoluta:
Quare conſultus reſpondi. d. D. Antoniū non
teneri;

Digitized by Google

teneri; ex infra dicendis. videlicet a

In quocunq; caſu, etiam inter Laicos, quãdo duo principaliter, & inſolidum ſe obligãt in contractu, in quo pecunia fuerit ſolura; licet regulariter creditor habeat electionem: à quo ex duobus obligatis petat debitum: ta-
1 men ſi pecunia † ad manus vnius tantum peruenit; ille primò eſt conueniendus, & contra illum eſt facienda diſcuſsio: nec poteſt procedi contra alium, principali non diſcuſſo. Gl. in §. 1. Auth. de fideiuſſ. coll. 1. Bar. in l. Ex duobus. §. Vbi duo rei. verſ. Septimò quæro. ff. de duob. reis. Azzo in ſum. de fideiuſſ. num. 10. & cum eo tranſit Specul. in tit. de renunt. & concl. num. 18. verſ. Sed ſi fideiuſſor ſe principalẽ. Ang. in l. Vnde quæritur. ff. commod. quem refert. Bertach. in verbo, Fideiuſſor conuenitur. verſic. 26. & verſic. 80. Imò illa regula hodie nõ
2 procedit; quia ante omnia † debet fieri excuſſio contra principalem, anteq̃ ad fideiuſſorem deueniatur. vt tradit Gl. 2. in c. Peruenit.
3 de fideiuſſ. & eò magis, quia Clericis † eſt prohibita fideiuſsio. vt in c. Te quidem. 11. q. 1. & c. 1. de fideiuſſ. & conſequenter iſto caſu non tenetur. Oldrad. conſ. 110. incipit, Quidã iurauit. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXV.

Propoſitum ingrediendi religionem, An ſit obligatorium voti?

SVMMARIVM.

1 *Votum tria requirit; deliberationem ſcilicet, propoſitum, & promiſſionem factam Deo de aliquo bono. & num. 9.*
2 *Votum, vt teneat, debet fieri Deo.*
3 *Eſt de forma quod votum fiat Deo.*
4 *Propoſitum ingrediendi Religionem, nullo alio ſequuto, non facit votum.*
5 *Propoſitum ingrediendi Religionem, etiam aſſumpto habitu, non facit votum.*
6 *Votum ſine deliberatione non tenet.*
7 *Propoſitum ſolum non obligat ad votum.*
8 *Deliberatio, & propoſitum ſine promiſſione, non faciunt votum obligatorium.*

Dominus mecum.

FACTI SPECIES.

MAgnificus D. Ludouicus aſſerit olim ſe habuiſſe intentionẽ Clericandi; & in hoc feciſſe firmam reſolutionem; nunc mutata intentione, cupit matrimonium contrahere cum Magnifica Domina Eleonora; ſed factis denuntiationibus, Dominus Annibal eius cognatus reuocauit in dubium. d. eius intentionem: vnde quæritur An illud propoſitum faciat votum, & impediat contractum matrimonij?

Ad euidentiam præmitto definitionem voti, à qua pendet reſolutio quæſtionis. Votum
1 † enim, ſecundum Theologos, & Canoniſtas, tria ad validitatem requirit; deliberationem ſcilicet, propoſitum, & promiſsionem factam Deo de aliquo bono: ſicut recitat D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. & 2. & tradunt Abb. & cæteri
2 Canoniſtæ. in c. Literaturam. de vot. Votum † enim, vt teneat, & vires aſſumat, debet fieri Deo, aliàs non obligat: ſicut probat Nauar. in ſum. c. 12. num. 25. & ſequitur Syluest. etiam in ſum. in verbo, Votum. 1. num. 4. Hoſtien. in ſum. eod. tit. num. 1. & iſdem D. Thom. in loco alle-
3 gato. art. 5. eſt † enim de forma, vt votum fiat Deo. ca. Magnæ. §. 1. de vot. & notant prædicti Doctores, & Iacob. Graff. in 2. part. ſuarum de-
4 ciſ. tit. de vot. num. 21. Vnde qui dicit, *Io † faccio fermo propoſito di farmi* Prete, *è* Frate, nullo alio ſequuto, non dicitur facere votum; & illud propoſitum non obligat ad votum. d. cap. Literaturam. de vot. vbi communiter Doctores. & Nauar. in loco ſuperius allegato nume. 24. & nume. 26. verſic. Sextò infertur; vbi dicit
5 expreſsè, quod ſolum propoſitum † ingrediendi Religionem, etiam induto habitu Religionis, non facit votum. Imò dicit quod quando
6 quis verè † vouiſſet, verum non deliberato animo, ſed ex quadam ſubita promiſsione, votum non teneret. cap. Ad noſtram. de regul. & tranſ. ad relig. & iſdem Nauar. vbi ſupra num. 24. ver. Diximus deliberatè. Vnde in caſu propoſito non eſt dicendum votum, cũ nulla ad-
7 ſit promiſsio; & † ſolum propoſitum non obligat. d. c. Literaturam: & eſt etiam text. in l. Si repetẽdi. C. de cond. ob. cau. Imò quandocũq; illa verba arguerent deliberationem, cũ nulla ſit ſequuta promiſsio; non eſſet votum; quia
8 deliberatio, † & propoſitum ſine promiſsione, non faciunt votum obligatorium, vt probant allegati Doct. & maximè Nauar. vbi ſupra num. 26. & Syluest. in princ. de vot. & poſt ipſos latè Iacob. Graff. in 1. part. ſuarum deciſ. c. 21. num. 1. 2. 3. 4. & 5. vbi ſecundum allegata
9 probat, quod ad voti † obligationẽ, tria ſunt neceſſaria deliberatio ſcilicet, propoſitum, & promiſsio; & vno deficiente non eſt votum. Sed hic nulla fuit facta promiſsio, ergo non erit votum obligatorium, quin valeat matrimonium. & ita d. Dominus Ludouicus poterit contrahere matrimonium cum Domina Eleonora. Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CXXXVI.

Coloni Eccleſiarum an gaudeant immunitate & quando.

SVMMARIVM.

1 Clerici, & illis ſeruientes grauari non poſſunt à laicis.
2 Res Eccleſiæ ſunt Dei, & immunitatem à Deo habuerunt.
3 Res Eccleſiæ à ſecularibus grauari non poſſunt.
4 Immunitas Eccleſiæ dependet à lege.
5 Immunitatem Eccleſiæ approbat lex ciuilis.
6 Serui Eccleſiarum gaudent immunitate.
7 Lex Neminem.c. de ſacroſ. Eccl. non valet contra clericos.
8 Imperator l. Neminem non potuit condere contra clericos: neque l. Ad inſtructionem. c. de ſac. ſan. Eccl. & num. 9.
10 Conſuetudo Franciæ circa onera ad Eccleſias.
11 Conſuetudo Franciæ duo requirit, ſcilicet quod adſit neceſſitas, & ſint bona temporalia Eccleſiæ in locis, vbi fiunt pontes, & viæ.
12 Immunitas Eccleſiæ, eſt de Iure Diuino, Canonico, & ciuili. & num. 13.
14 Frangere immunitatem Eccleſiæ, eſt iniuſtitiam facere.
15 Qui frangit libertatem Eccleſiæ eſt hæreticus.
16 Contra libertatem Eccleſiæ quomodo agatur.
17 Errant laici dicentes habere ſuperioritatem in clericos.
18 Clerici, nec eorum Coloni non tenentur conducere bona laicorum.
19 Coloni Eccleſiarũ annumerãtur inter eorũ ſeruos.
20 Angariæ vocantur ab ango.
21 Coloni Eccleſiarum non poſſunt cogi à Principe ſeculari, nec eorum miniſtris.
22 Ratio cur Coloni Eccleſiarum non poſſunt grauari, eſt duplex.
23 Nemo debet duplici onere grauari.
24 Dum onerentur Coloni Eccleſiarum, ſubtrahuntur operæ Eccleſiæ.
25 Immunitas conceſſa rebus, tranſit ad quoſcunq.
26 Immunitate gaudent, qui rem immunem colunt.
27 Onus mixtum non imponitur colonis Eccleſiæ.
28 Coloni Principũ ſunt immunes ab extraordinarijs.
29 Maior dignitas eſt in Eccleſia, quam in Principe.
30 Coloni Eccleſiarum cogi debent ab Eccleſiaſtico pro oneribus.
31 Lex, ſi pendentes. ff. de vſufru. loquitur de vſufructuario.
32 Colonus partiarius non dicitur poſſidere.
33 Qui percipit fructus loco operum, non dicitur poſſidere iure ſuo.
34 Fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis.
35 Fed. de Sen. in conſ. 3. declaratur.
36 Qui colunt proprijs ſumptibus non tenentur ad onera.
37 Fructus quos habent, qui ſumptibus ſuis colunt, non ſunt propriè fructus.
38 Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.
39 Fructus illorum, qui ſumptibus ſuis colunt, non ſunt ad onera obnoxij.
40 Clerici ſuſtinent onera ſpiritualia.
41 Immunitas clericis eſt data in vim pacti.
42 Princeps ſecularis non iudicat, An ſit de neceſſitate quod clerici concurrant.
43 Inferior non poteſt in diſpoſitis per Papam ſe intromittere.
44 Epiſcopus declarat An ſit neceſſe ſubuenire laicis. & num. 45.
46 Laici grauantes ſeruos Eccleſiæ incidunt in excommunicationem.

Da mihi verbum Domine, & ego annuntiabo veritatem.

FACTI SPECIES.

QVidam officiales laici in carceribus detrudi fecerunt quoſdam Colonos Eccleſiarum; quia ipſorum iuſſui non obtemperauerãt; ad conducendum cum curribus, & beſtijs res ipſorum, ſeu eorum Principis: prætendentes, quod dicti Coloni ſint ſubditi eorum iuriſdictioni, ſaltem perſonaliter: ita quod, ſi non poſſent vti curribus, & beſtijs exiſtentibus in poſſeſſionibus Eccleſiaſticis deberent commodatum accipere: vel proprijs humeris res ipſas portare. In quo caſu ego requiſitus dixi, quod clara eſt Iuris cõ-
1 cluſio; quod ſeruientes † clericis, & rebus Eccleſiæ non poſſunt grauari à laicis. Ad quod probandum adduco textum in c. Nulli. & cap. Quicunque militum. 12. q. 2. dum conſtat quod
2 res † Eccleſiæ ſunt Dei; & merentur appellari Sancta Sanctorum: Et ab ipſo Deo immunitatem receperunt. c. Quamquam. de cenſ. in 6.
3 Eoſque † Imperator, aut alius Princeps ſecularis, vel officialis grauare non poteſt; aut eis legem imponere. c. Quæ in Eccleſiarum. de cõ-
4 ſtitu. Hanc enim † immunitatẽ ſtatuit lex canonica, de qua in toto Decretali, Decreto, & Clem. & Sexto, & in ſpecie agitur in Clem. 5. de immun Eccl. diſpoſita per Alex. III. & Innoc. III. de quibus in c. Non minus. & c. Aduer
5 ſus. eod. tit. in Decretali. Quam † quidem immunitatẽ lex Imperialis approbat, vt in l. Placet iuncta auth. Caſſa. C. de Sac. San. Eccl. & in l. 1. C. de Epiſc. & Cler. In quibus iuribus etiam
6 ſerui † Eccleſiarum comprehenduntur, vt ſcilicet etiam ipſi gaudeant immunitate Quod ſtatuerat Concilium Toletanum. de quo in c. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2 & in c. Iudicatum. 89. diſtin. & c. Generaliter. § Nouarum. 16. q. 1.
7 cum ſua Gloſſa. quæ recitat. L. Neminem † C. de Sac.

Digitized by Google

Sac.San.Eccl. non procedere contra immuni-
tatem Eccleſiæ. Quæ lex ſtatuerat, quod in ad-
uentu Principis etiam Eccleſiæ cōcurrere de-
berent. & hoc etiam Abb. tenuit in c. Non mi-
8 nus. num. 16. 17. vbi dicit quod Imperator † non
potuit ſtatuere illam legem in præiudicium
9 Eccleſiæ; ſicut † neque potuit condere l. Ad
inſtructiones. C. de Sac. San. Eccl. ad præiudi-
cium Eccleſiæ. vt not. Abb. in conſ. 3. vol. 1. Nec
obſtat dictum Rebuff. in 1. par. commen. tit. de
10 ſenr. prouiſ. Gl. 6. quia loquitur de † conſuetu-
dine Franciæ. Qui tamen fatetur contrarium
de iure eſſe verum: vt in c. Eccleſia. S. Mariæ. de
conſtitut. vt ipſe notat ibi. num. 3. in fine. Imò
11 fatetur illud in Francia † ſolum procedere
duobus concurrentibus: ſcilicet: quod adſit
neceſſitas, & quod Eccleſia habeat bona tem-
poralia, in locis, vbi fiunt pontes, & viæ. Im-
12 munitas † enim Eccleſiæ eſt nedum de Iure
Canonico, ſed Diuino; ſicut cantum eſt in lib.
1. Eſdræ. ibi, Vobis quoque notum facimus.
13 Et eam † etiam approbat Ius Ciuile. in auth.
Nulla communitas. C. de Epiſc. & Cler. Vnde
14 qui eam infringit, iniuſtitiam facit, & contra
libertatem Eccleſiæ; vt in c. Omnes. 22. diſtin.
15 vbi plus dicit ille textus, quod eſt † hæreticus:
16 Quid autem ſit contra libertatem, tradit † Io.
Lup. in tit. de libert. Eccl. in caſu. 12. & faciunt
notata per Lap. alleg. 92. vbi dicit, quod multi
volentes plus ſapere, quàm oportet, laxãt ha-
benas, dicentes, quod non ſit contra libertatē
17 Eccleſiæ: ſicut qui in iſto caſu dicunt † habere
ſuperioritatem in perſonis; quibus Decian. in
reſpon. 51. in 3. lib. per optimè reſpondet; qui
probat Prætorem Herbariæ non potuiſſe con-
demnare colonos partiarios Equitis Sacrati;
Hieroſolymitani, vigore proclamationum Se-
reniſſimi Ducis Ferrariæ; vt omnis, etiam exē-
ptus, conduceret triticum in Caſtro: nam edi-
ctum non poterat comprehendere eos exem-
ptos, qui immunitatem ab Eccleſia habebant.
Et vltra per eum adducta aduerto ad eorum
dicta: quia aut volunt quod conducere cũ cur-
ribus res, quas conducebant, ſit onus perſona-
le, aut reale, vel mixtum: ſi prætendunt eſſe
perſonale, errant; quia huiuſmodi bona non
perſonæ, ſed currus, & boues conducunt, & cũ
requiratur perſona cum eis, erit potius mixtũ.
De beſtijs, & curribus non eſt dubitandum; q̃a
18 ſunt Eccleſiæ, & ad eos † conducendos nō te-
nentur clerici, neque eorum ſerui. d. c. Eccle-
ſiarum ſerui. 12. quæſt. 2. & c. Generaliter. §. No
uarum. 16. q. 1. l. 1. & 2. C. de Epiſc. & Cler. Co-
19 loni † autem annumerantur inter ſeruos Ec-
cleſiæ. Abb. in d. c. Non minus. nu. 14. verſ. Hæc
officia vilia. qui ad huiuſmodi onera non te-
20 nentur, vt ſupra probatum extitit. Nam † vo-
cantur angariæ, ab ango, ideſt conſtringo, vt e-
uenit in paſſione Domini Noſtri Ieſu Chriſti,
dum Iudæi angariauerunt Simonem quendam
21 ad ferendam crucem. Ad quod onus † nec cle-
rici, neque eorum miniſtri cogi poſſunt, nec
Principe, neque ab eorum miniſtris. c. Si Impe-
rator. 96. diſtin. cum alijs allegatis ab Abb. in
22 d. c. Non minus. num. 14. Ratio autem † quare
ſerui, & Coloni Eccleſiæ non poſſunt grauari
23 eſt duplex. Primò, Quia nemo † debet duplici
onere grauari. l. Nauis. §. Cum autem. ff. ad l.
Rhod. de iact. ſed Coloni Eccleſiarum graua-
ti poſſunt ab Eccleſia, vt ſecundum allegata te
net Pet. de Vbal. in conſil. 2. de collect. qui in
hoc comprehendit etiam iſuellarios, ergò ſe-
culares poterũt ſolum ſuos ſubditos grauare:
Quod ſequitur etiam Berthac. in prin. 1. part.
24 ſui tract. de Gabell. Secundò quia dum † oc-
cupantur Coloni Eccleſiæ à ſecularibus, ſub-
trahitur operæ ipſi Eccleſiæ neceſſariæ, & per
conſequens clerici diſtrahuntur à ſeruitio di-
uino: ex rationibus adductis à Gemin. in d. c.
Eccleſiarum ſeruos. ſuper verbo. Impedimen-
tum. Neque valeret cōſuetudo, quatenus adeſ-
ſet, quia nemo debet ex praua conſuetudine
libertatem Eccleſiæ infringere. c. Omnia. 12.
diſtin.

Si verò prætendunt eſſe onus reale, & Colo-
ni ſunt immunes ratione rei, quam colunt:
25 Immunitas † enim conceſſa rebus, tranſit ad
quoſcunque res habentes. l. Aetatem. §. Rebus.
ff. de cenſ. Ioan. And. in add. ad Specul. de exa-
ctio. verſ. Tractauit Vbertus de Bobio, & latè
Decian. in d. reſponſ. 51. qui eſt videndus; Im-
26 munitate † enim gaudent etiam illi, qui rem
immunē colũt, vt notat Gl. ſingularis in Clem.
1. in verbo, Excolendas. de decim. & ita tenuit
Rota deciſ. 5. de priuileg. aliàs 38. in antiq. &
ſequitur Ferret. in conſ. 102. num. 13.

27 Si verò dicant eſſe onus † mixtum, ex præ-
dictis patet reſponſio, quia nec in perſonali,
nec in reali onere tenentur; ſicut ſingulariter
probat Abb. in d. c. Non minus. num. 15. 16. & n.
17. & 18. & notatur in l. Si penes. C. de agric. &
cenſ. vbi Bar. lib. 11. & in l. 1. C. de priuil. domus
28 augu. etiã lib. 11. ſancitum fuit quod Coloni †
Principum non tenentur ad aliquod onus ex-
traordinarium; ergo nec coloni Eccleſiarum; cũ
29 ſit maior † dignitas in Eccleſia, quàm in Prin-
cipe. c. Duo ſunt. cũ ſequenti. 96. diſtin. & quã-
do adueniat caſus neceſſitatis, & quod iuxta
diſpoſita in d. c. Non minus. & c. Aduerſus. de
immunit. Eccleſi. Coloni Eccleſię cogantur ſu-
bire onera, nō eſt in facultate Iudicis laici eos
30 cogere; ſed † adiri debet Ordinarius Eccleſia-
ſticus, vt tradit Abb. in d. c. Non minus. & cap.
Aduerſus. ergo fortius iſto caſu indebitè lai-
cus proceſſit; tum quia non conſtat de neceſ-
ſitate, & quod facultates laicorum nō ſuppe-
tant; tum etiam quia quando cōſtaret, grauari
non poterant à laico, ſed ſolum ab Eccleſiaſti-
co. Imò conſtat etiam ex ſola excuſatione lai-
corum; quod nulla aderat neceſſitas onerandi

Colonos

Colonos Eccleſiæ: dum friuolis excuſationib⁹
dicunt, quod ſi coloni Eccleſiæ non poterant
vti bobus & curribus Eccleſiæ; debebant com
modatum accipere: ſed ſi aderant currus, &
boues in laicis, qui commodatum haberi po-
terant; vnde ratio, ob quam ſit deuentum ad
Eccleſiaſticos, niſi, vt ſaluarentur laici? & vt
infringerentur immunitates Eccleſiæ? vnde ne
ceſſario confitendum eſt, quod indebitè gra-
uati fuerunt.

Nec obſtat, vt aliqui allegant. textus in l. Si
31 † pendentes. §. Si quid cloacarij. ff. de vſufruct.
neque doctrina Fed. de Sen. in conſ. 13. quia
lex illa loquitur de vſufructuario, qui poſſidet
32 iure ſuo. Sed Colonus † partiarius non poſſi-
det, ſed ſolum detinet: vt not. Alex. in conſ 35.
33 n. 11. & 12. vol. 4 & Soc. in reg. 480. verſ. Quar-
tò fallit. dicit ſecundum allegata: quod ſimilis
34 Colonus eſt quaſi ſocius: & ille non † dicitur
poſſidere iure ſuo, qui percipit fructus loco
35 operum; & expenſarum: cum fructus † non di-
cantur, niſi deductis laboribus, & expenſis l.
Fructus. ff. ſolut. mat. & eſt commune dictum
per doct. ibi, & idem notatur in Extrauag. com
mu. tit. de decim. verſ. In ſoluendo decimam,
Et † Fed. de Sen. loquitur de illis, qui habent
fructus ſine expenſis, quales ſunt illi, qui ſum-
ptibus domini colunt. Nos autem loquimur
36 de illis, qui † proprijs ſumptibus colunt; qui
ad onera huiuſmodi non tenentur; vt poſt ſu-
pradicta tradidit Deciſ. Pedem. deciſ. 83. num.
3. & not. Abb. in c. Ex parte. num. 2. de decim.
Nam præter quod non ſunt vſufructuarij, † fru
37 ctus † quos percipiunt non ſunt propriè fru-
ctus, cum debeant imputari in laboribus, &
38 ſumptibus. Sicut patet etiam in † diſtributio-
nibus quotidianis, quæ dantur pro diurno la-
bore, & non computari debent inter fructus,
vt tradunt Doctores. in c. 1. de Cler. non reſid.
39 in 6. Ita pari ratione fructus † iſtorum nō ſunt
propriè fructus; ſaltem illius naturæ, vt faciāt
onera; & ſi qui aliquando ſuperſint, ſunt obli-
gati Eccleſiæ: vt probat Decian. in reſponſ. 50.
in priu. vol. 3. qui intelliguntur hypothecati
pro ſoluendis honorantijs, & alijs, de quibus
recitat Decian. & conſequenter iniuſtè fuit
actum contra ipſos. d. c. Omnes. 22. diſtin.

Nec vim facio in dictis eorum, qui interpre
tando diſpoſitionem. c. Non minus. & c. Ad-
uerſus. de immunit. Eccl. dicunt quod proce-
dit illa conſtitutio ſolum, quando tractatur de
vtilitate, vel neceſſitate minus principaliter
reſpiciente clerum: quia vltra reſponſa data
per alios conſulentes, adduco Cephal. in conſ.
54. num. 10. in 1. vol. & Deci. conſ. 114. num. 1.
Et ratio quod Eccleſia non debet locupletari
cum aliena iactura, non quadrat: hic enim nō
agitur de vtilitate Eccleſiæ: imò contra de v-
tilitate laicorum. Sed quando etiam aliter eſ-
40 ſet; ratio non militat: nam clerici † ſuſtinent
onera ſpiritualia ad ſalutem laicorum quibus
41 datum † fuit priuilegium in vim pacti; vt re-
fert Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ. num. 97. de
conſtitut. vt tale onus ſuſtineant; nec tenean-
tur ad onera ſecularia. Abſurdum enim eſſet,
& inhumanum, vt ipſi duo onera haberent, &
laici vnicum onus. Quando verò agatur de re
vtili Eccleſiæ, non eſſet abſurdum quod ipſa,
ſeu illius adminiſtratores concurrerent: iuxta
tradita per Borgn. deciſ. 44. num. 100. quæ ta-
mē opinio patitur diſtinctionem, ſcilicet quā-
do agitur de re neceſſaria, & vtili cōmuniter;
& ſuperior Eccleſiaſticus admittat: vt refert
Pet. Duen. in reg. c. Incipit Clerici, & perſonæ
42 Eccleſiaſticæ. in 16. fallen. Neque eſt vera †
alia ratio quod ſcilicet ſpectet ad Principem
ſecularem declarare, quod ſit de communi vti-
litate laicorum, & clericorum: quia textus d.
c. Non minus & c. Aduerſus. hoc non dicit, &
43 cum ſit conſtitutio † Papalis, inferior non po-
teſt ad eam manum apponere. c. Vt noſtrum.
de appell. cum alijs ſimilibus. & regula eſt in
contrarium. l. Si forte. ff. de Caſtr. pecul. Natt.
in conſ. 280. num. 3. & 4. & in conſ. 203. nu. 2. &
habemus deciſionem Rotæ in vna Valentina
gabellæ, de anno 1598. die 9. Decembris. vbi
44 cautū eſt quod declaratio ſpectat † ad Epiſco-
pum cum clero, quando periculum eſſet in mo
ra adeundo Papam: vt loquitur. d. c. Non mi-
nus. & c. Aduerſus. ita etiam tennit Deciſ. Pe-
dem. 68. num. 21. & 22 & idem refert Capra.
in regula 96. num. 77. qui affirmat quod iudi-
45 care † An ſit vtilitas, vel neceſſitas ſpectat ad
46 Epiſcopum: & quod laici † grauantes ſeruos
Eccleſiæ, incidunt in excommunicationem. Ex
quibus redditur clara concluſio, quod ille of-
ficialis iniuſtè egit. & ita dico. Saluo &c. Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXVII.

De habente duas vxores.

SVMMARIVM.

1 *Habens duas vxores eſt ſuſpectus de hæreſi.*
2 *Qui habet duas vxores eſt inimicus fidei chri-
ſtianæ.*
3 *Qui abutitur Sacramento matrimonij committit
ſacrilegium.*
4 *Eccleſiaſticus Iudex poteſt punire habētem duas
vxores.*
5 *Inquiſitor habet iuriſdictionem ſuper hæreticos.*
6 *Iuriſdictio non eſt abrogata Epiſcopo per deputa-
tionem Inquiſitoris.*
7 *Inquiſitor in quibus ſine Epiſcopo procedat. &
num. 10.*
8 *Inquiſitor non ſubijcit tormentis, neque ſenten-
tiam profert ſine Epiſcopo.*
9 *Epiſcopus eſt ordinarius, nec ei tollitur iuriſdictio*

per

per delegationem.
11 *Inquiſitor non habet iuriſdictionem, niſi in hæreſi manifeſta.*
12 *Manifeſtè, verbum, interpretatur pro notorio.*
13 *Caſus qui non ſapiat hæreſim manifeſtam pertinet ad Epiſcopum.*
14 *Errans in fide non tamen pertinaciter, non dicitur hæreticus.*
15 *Hæreſis eſt error in fide cum pertinacia.*
16 *Qui errat in vno Sacramentorum poteſt eſſe hæreticus.*
17 *Qui errat in fide, & ſit paratus emendare, non dicitur manifeſtus hæreticus.*

Veni Sancte Spiritus.

FACTI SPECIES.

HAbens vnam vxorem contraxit cum
alia; & conſtitutus in carceribus;
Quæſitum fuit qua pœna plecti de-
beret, & an ſit caſus inquiſitionis?
Gemin. namq; in c. Accuſatus. §. Sanè. de hæret.
in 6. num. 7. & Couuar. in 2. parte Epitom. ca. 8.
§. 3. num. 6. verſi. Suſpectus etiam hæreſeos. di-
1 cunt quod ſit † ſuſpectus de hæreſi. & text. in
c. Gaudemus. §. Quia verò. de diuort. dicit qd
2 talis eſt † inimicus fidei Chriſtianæ: Quem ap-
probat Cuch. in ſua Inſtitut. Can. tit. de imped.
matr. lib. 2. tit. 10. & Abb. in c. Accepiſti. num. 3.
3 de ſponſ. dicit quod omnis, qui † abutitur Sa-
cramento matrimonij, committit Sacrilegiū;
& poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico, & etiā
Seculari, cum ſit mixti fori & in c. Cum habe-
ret. num. 3. de eo qui duxit in mat. quam poll. per
4 adult. dicit quod Iudex Eccleſiaſticus † poteſt
talem de honeſtare crinibus abſciſsis, & pan-
nos antè, & retro, abſcindendo. ex diſpoſitio-
ne c. De benedicto. 3. q. 1. & idem tenet Cou-
uar. in loco ſupra allegato. verſic. Punitur etiā.
& in num. 7. Addit quod ſeruatur in practica
talem imprimere litera. Q. in fronte, candenti
ferro, vel ſigno crucis; ſed hoc improbat Iul.
Clar. in lib. ſent. §. Fornicato. verſic. Dicitur e-
tiam; vbi recitat conſtitutionem Mediolani,
quæ vult quod puniatur in quingentis aureis,
vel tribus ictibus equulei ad arbitrium Sena-
tus. Ex quibus opinionibus, mihi videtur me-
lior, in iſtis partibus opinio Abbatis: per text.
expreſſum in c. De benedicto. de quo ſupra.
Sed reſtat videre ad quem ſpectat ius pu-
niendi huiuſmodi virum? nam text. in d. c. Ac-
cuſatus. §. Eum qui. de hæret. in 6. videtur incli-
nare in Inquiſitore dum ait; quod qui errat in
vno Sacramento Eccleſiæ, dicitur hæreticus:
5 ſed Inquiſitor † deputatus à Papa iuriſdictio-
nem habet ſuper hæreticos. cap. Super hoc. de
hæret. in 6. Ergo videretur dicendum, iudiciū
illud ſpectare ad Inquiſitorem. Sed iuriſdictio
6 † non eſt per hoc abrogata Epiſcopo. vt colli-
gitur in d. c. Super hoc. & habetur in Clem. 1. §.
eod. tit. de hæret. & tradit Gondiſlaus. de hæ-
retic. quæſt. 7. num. 8. Vnde quilibet eorum po-
teſt procedere ad citationem, ad capturam, ad
carcerationem, ad manus, & pedes aſtringen-
dum ferris, & ad inquirendum: nō tamen vnus
7 ſine alio (niſi † aliud conſtet in delegatione In-
quiſitoris) debet procedere ad pœnam duri
8 carceris, aut tormentis reum † exponere, vel
ſententiare ſine altero: vt in d. Clem. §. 1. verſi.
Sic quod quilibet. & verſi. Duro tamen. Inqui-
ſitor enim non debet excedere fines ſuæ dele-
gationis. c. ſ. de offic. deleg. in 6. & c. p. & g. eod.
9 tit. in Decretali: ſed Epiſcopus † eſt Ordina-
rius; vnde videtur quod ei non ſit ſublata Or-
dinaria poteſtas. d. c. Super hoc. niſi forſan Pa-
pa in delegatione aliud diſpoſuiſſet.
Dubium autē in præſenti caſu eſt; quia reus
eſt in carceribus Epiſcopi; & proceſſus per E-
piſcopum eſt formatus: vnde ſtāte diſpoſitio-
ne d. c. Accuſatus. §. Sanè. de hæret. in 6. vbi In-
quiſitor ſolum ſe intromittere debet in caſi-
bus, qui hæreſim manifeſtam ſapiant, An poſsit
Epiſcopus ſine Inquiſitore ad ſententiam pro-
cedere: & maximè ſtante opinione Domi. Ge-
min. in d. ca. Accuſatus. §. Sanè. num. 7. & Franciſ.
Squillac. de fid. Cathol. c. 13. num. 4. Qui ex di-
ſpoſitione d. c. Accuſatus. §. Cum verò. tenent
10 quod ſine † Inquiſitore procedi non poſsit: &
ſtante Clem. 1. eod. tit. Vbi in quinq; caſibus
vnus ſine alio poteſt procedere: & ſtante etiā
diſpoſitione. §. Sanè. in d. c. Accuſatus. quæ vi-
detur prohibere iudicium Inquiſitori, quando
11 † caſus non ſapiat manifeſtam hæreſim: Quod
12 verbum † Manifeſtè, interpretatur pro noto-
rio: vt probat idem Gemin. in conſil. 54. ſuper
præmiſsis. num. 4. verſi. Et iſto Secundo modo.
& Archid. in d. c. Accuſatus. num. 5. & 6. vbi di-
13 cit, quod quando † non ſit manifeſtè hæreſis,
caſus remittitur Ordinarijs. Quare mihi vide-
tur, ſalua ſemper veritate; quod vis tota depē-
det in cognitione caſus, ſcilicet: An qui habet
duas vxores ſit hæreticus manifeſtus: ex quo
in vno Sacramentorum errat: & tunc crederē
non debere procedere ſine Inquiſitore, ſaltem
ad diſpoſitionem d. Clem. Sed poteſt dubita-
ri, An qui errat in Sacramento Matrimonij ſit,
14 vel ne, manifeſtus hæreticus? nam qui † errat,
non tamen pertinaciter (quia ſe remittit de-
terminationi Eccleſiæ, non dicitur hæreticus.
c. Damnamus. de ſum. Trinit. & fid. Cath. Card.
15 in Clem. Vnica eod. tit. quia Hæreſis † eſt error
cum pertinacia, corrumpens fidem Chriſti. ca.
Hæreticus. 24. quæſt. 3. & notat. D. Thom. 2. 2. q.
76. Secùs verò ſi in pertinacia perſiſtat. Vnde
quia (vt ait Gemin. in d. cap. Accuſatus. §. Sanè)
16 qui † errat in vno ex Sacramentis Eccleſiæ po-
teſt eſſe hæreticus: dicerem quod Inquiſitor
poſſet in iſto caſu perquirere veritatem, qua-
liter

liter ſcilicet ſentiat de Sacramento matrimonij, vt videtur de mente Franc. Squill. in d. rit.
17 de fid. cathol. quæſt. 15. num. 2. & ſi dicat † ſe errore fuiſſe dictum, & emendare ſit paratus; non credetem illum debere haberi pro hæretico manifeſto. ut dixit Apoſtolus 24. quæſt. 3. & tangit Oldr. in conſ. 271. num. 3 & quod Epiſcopus poſſit ad vlteriora procedere. Si verò in pertinacia fuerit, adhibendus ſit Inquiſitor ad diſpoſitionem. d. Clem. ... de hæret ſalua ſemper ſententia S. Matris Eccleſiæ. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXXXVIII.

Ordines minores an, & quando denegari valeāt.

SVMMARIVM.

1 *Crimina, quæ ordinum promotionem impediant, & adminiſtrationem debent eſſe maiora, & manifeſta.*
2 *Minora crimina non impediunt ordinum promotionem niſi ſint per euidentiam facti manifeſta.*
3 *Crimina mediocria quæ ſint.*
4 *Suſpicio omnis eſt repellenda.*
5 *Præſumere debemus benè de vnoquoque.*
6 *Iudicari nemo debet ante veram, & iuſtam probationem.*
7 *Mala credere non debemus, ſed probata vlciſci.*
8 *Sacrilegium non manifeſtum non impedit ordinū promotionem.*

Veni Sancte Spiritus.

FACTI SPECIES.

Titius cupiens clericalem primam tonſuram, & quatuor minores ordines, oſtendens legitimam ætatem, & natiuitatem; & quod neque in foro Eccleſiaſtico, neque ciuili fuit de aliquo crimine vnquā denuntiatus: nihilominus opponitur ei, quod habuerit amicitiam cum quadam monacha, ad quam multas literas ſcripſerat, quæ eidem ſublatæ ab aliquibus monialibus, præſentatæ fuerunt: in quibus tamen non erat aliquid denotans malum, ſed ſolam amicitiam, quam Titius aſſerit habuiſſe, rogatus à parētibus Monachæ, qui erant forenſes: vt eidem ſuccurreret nomine illorum in tēpore opportuno: & Monacha illa dicebat, quod Moniales, quæ eidem ſuſtulerant literas, mouebantur odio quia ipſa denuntiauerat quoſdam, qui cum eis nimiam licentiam habebant; & quæ bona monaſterij diſſipabant. Ex quo quæritur, An impediri debeat ad ſuſceptionem ordinum? vnde conſideratis his omnibus, & alijs cōſiderandis, iudicio meō, ſalua ſemper veritate, non eſt cur impediri valeat: nullum enim crimen apparet, ex annumeratis ad impedimentum. Crimina † verò, quæ repellunt ad ſuſcipiendos ordines; & impediunt adminiſtrationem ſuſceptorum, debent
2 eſſe maiora, & manifeſta; quia mediocria † nō repellunt, niſi ſint per euidentiam manifeſta: vt probat Marc. Ant. Cuch. in ſua cah. inſtit. lib. 4. tit. de his, qui ad ordin. à num. 95 vſque ad num. 134. & Paſſ. Borg. in ſuo tract. de irregul. & diſpenſ. part. 6. in proœm. num. 1. 2. 3. & 4. qui ſunt videndi, cum falcem imponant ad meſſem: & breuitatis cauſſa in his vlterius
3 non inſiſto. Crimina verò † mediocria, vt ipſi atteſtantur; ſunt adulterium, fornicatio, furtū, dolus contra proximum, ſacrilegium, falſum teſtimonium, crimen, proditio peccatoris penitentis. In quorum numero, neque & fortius apparet, Titium incurriſſe. imo quandocunq; orirentur aliqua ſuſpicio, ex aſſertis literis, de ſacrilegio; non eſſet attendenda ad impedien-
4 dum eum: omnis † enim ſuſpicio debet repel-
5 li. c. Oues. 6. q. 1. De vnoquoque enim † benè, & non malè præſumere debemus. c. Dudum. de præſumpt. & c. ... de ſcrutin. in ordin. facien. &
6 nemo † iudicari debet ante veram, & iuſtam probationem. c. Nullum. 30. q. 5. vbi ex Apoſtoli ſententia dicitur, quod mala audita nullum mouere debent; nec paſsim dicta abſque vera probatione quiſquā vnq̄ credat. Mala etenim
7 credi non debent, ſed potius probata vlciſci. c. Cum ... cu ... ctis. 11. q. 3. Et ... tò ... gi ... cre di non debet malum de iſto Titio: de quo nulla mala præſumptio haberi poteſt. Imò quando ipſe etiam commiſiſſet facti ... ; cum non ſit manifeſtum: & ſit crimen m... non debet impediri ad ... ordines ſuſcipiendos quia neque ... impediret in iam ſuſceptis
8 ... ſtrare. Quod ... pro bat A... c. Ex ... e. nu. 3. & ad propoſitum illius caſus. in verſ. Si autem ſint occulti. de temp. ordin. & ita breui ſermone teneo iuris eſſe: & itaq; Titium non eſſe repellendum à minoribus ſuſcipiendis. Saluo &c. Laus Deo. & B. M.

CONSILIVM CXXXIX.

Mulieres an ingredi poſsint monaſteria virorū.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio pœnalis reſtringitur ad expreſſa.*
2 *Tranſgreſſores propter incertitudinem non incidunt in pœnam.*
3 *Odia reſtringi debent.*
4 *Mulier habet probabilem ignorantiam iuris.*
5 *Mulieres excuſantur ob ignorantiam iuris, quando agitur de damno.*
6 *Gratia, ... priuilegiū eſt cōtra ea, quæ cōceduntur.*
7 *C... vni non extenditur ad alios.*
8 *Con... vni, vel ... concesſa, vel prohibita ... ſentir, per quæ ad id perueniri po...*
9 *Pro...bitio extenditur ad ſimilia.*

10 Probibitum aliquid, omne probibitum cenſetur quod ex illo ſequitur.
11 Diſpoſitio trahitur ad omnes, quando narratur cauſſa ob quam fiat diſpoſitio.
12 Conditor legis, interrogatus, reſponderet cauſſam ob quam fuiſſet motus ad legem condendam.
13 Diſpoſitio ex identitate rationis extenditur.
14 Extenſio in pœnalibus fit ex identitate rationis.
15 Pius V. declarauit intentionem eius Bullæ XXII. fuiſſe comprebendere omnes mulieres

Ieſus Maria.

FACTI SPECIES.

NOnnullæ mulieres, non animo peccandi, ſed quadam curioſitate videndi Viſitatorem, ingreſſæ ſunt intra ſepta monaſterij monachorum: vnde contingit dubitare, An inciderint in excommunicationẽ de qua in bulla Pij V. in ordine XXII. incipit, Regularium perſonarum: & altera Gregorij XIII. in ordine XXXVI. incipit. Vbi gratiæ?

Ad elucidationem cuius caſus, prima facie videtur negatiuè reſpondendum; nam Pontifices illi loquuntur de mulieribus, quæ habebant licentiam ingrediendi huiuſmodi monaſteria, & eas reuocant, prohibendo ne de cætero ingrediantur; ſed non loquuntur de alijs mulieribus, quæ licentiam non habebant; vnde caſus remanet in diſpoſitione iuris communis; nec extenditur ad non expreſſa; quia om-
1 nis † diſpoſitio pœnalis reſtringitur ad expreſſa. & ad non expreſſa extendi non poteſt. c. Statutum. de elect. in 6. Et maximè ratio procedit in iſto caſu; quia mulieres poſſunt prætendere ignorantiam conſtitutionis; etiã ſi agatur de ignorantia iuris: quia quando cõ-
2 ſtitutio redditur ambigua; propter † incertitudinem, transgreſſores non incidunt in pœnam. c. 1. & ibi Gl. in verbo, De cætero. de po-
3 ſtul. prǣl. in 6. Odia † enim reſtringi debent. c. Odia. de regul. iur. in 6. Quod maximè procedit in qualitate perſonæ tranſgredientis, vt
4 in muliere; quæ † habet probabilẽ iuris ignorantiam, ſicut in minore. l. Regula. ff. de iur. & fact. ignor. Vnde quando agitur de damno,
5 mulieres † excuſantur propter ignorantiam iuris. l. fin. C. de iur. & fact. igno. l. Error. ff. eod. titulo.

Sed prædictis non obſtantibus contraria ſẽtentia eſt verior. ſi quidem prohibitio facta mulieribus aliàs habentibus licentiam, arguit quod illæ, quæ non habebant licentiam erant
6 prohibitæ. Nam gratia † & priuilegium de ſua natura ſunt contra ea, quæ conceduntur. c. Priuilegia. diſtin. 3. Gl. in c. 1. de conſtit. in 6. in verbo, Naſcatur. Socin. in conſ. 260. col. 7. verſ. Concedere ergo. vol. 2. ſecundum antiq. im-
7 preſs. nec † vni conceſſum cæteris intelligitur conceſſum; idem Socin. conſ. 7. col. 2. verſ. Nec obſtat. & in conſ. 74. col. 3. verſ. Tertiò probatur. vol. 1. Imò arguit prohibitionem aliorũ. Bal. in tract. ſchyſm. col. 9. verſ. His accedat. & interdictus. c. Hinc eſt. poſt prin. 16. q. 1. c. fin. §. Item Hieronymus. 25. q. 1. Et conſtitutiones prædictæ tendunt ad tollendum ea, quæ poſſent tollere, aut impedire quietem religioſorum, & propoſitum ſeruiendi Deo: & ad remouenda ſcandala. quæ oriri poſſent; ſicut prælationes, & diſpoſitiones dictarum conſtitutionum denotant. Quare omnia videntur prohibita, quæ poſſent eam quietem impedire: nã
8 vno conceſſo, vel prohibito, omnia videntur conceſſa, vel prohibita, per quæ ad id poſſet perueniri. l. Cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. om. iud.
9 l. Oratio. ff. de ſponſ. & prohibitio † trahitur, & extenditur ad ſimilia. Bal. in auth. Ex cauſſa. num. 32. ff. de lib. præt. exhær. per notata in l. 2. C. de vſucap. pro empt. quando enim ali-
10 quid † prohibetur, omnia prohibita dicũtur, quæ ſequuntur ex illo. c. Cum quid. de reg. iur. in 6. vnde licet verba in expreſſo non ſequantur de omnibus mulieribus, reuocando licen-
11 tias iam aliquibus cõceſſas, & narrando † cauſſam, ob quam ad conſtitutionem ſit deuentũ; diſpoſitio trahitur ad omnes. l. Si pupillus. §. Si
12 teſtator ff. de leg. 1. & ſi Papa fuiſſet † requiſitus de eius voluntate, abſque dubio reſpondiſſet ſuam fuiſſe intentionem prohibere omnibus mulieribus ingreſſum huiuſmodi. l. Tale pactum §. fin. ff. de pact. Adeſt enim eadem ratio in illis, quæ licentiam non habebant; qualis erat in illis quæ licentiam habebant. Qua-
13 re omnis † diſpoſitio, ex identitate rationis extenditur. c. Cum dilecta. de confirm. vtil. vel
14 inutil. Et huiuſmodi ratio habet † etiam locũ in pœnalibus, ſecundum allegata per Ioan. de Selu. tit. de beneficio, quæſt. 22. num. 16. & maximè quando eadem ratio ſit in vtroque: & ad trad. per Ioan. Lecirier, de primogenitura. q. 25. primi lib. num. 34. verſ. Cum ergo pater. Imò, vt ait Nauar. in ſuo manual. Confeſſ. c. 27. nu. 150. verſ. Sexageſimaprima. cum ſequenti.
15 vbi dicit, quod Pius † Papa V. declarauit ſuam fuiſſe intentionem includendi in prædicta cõſtitutione, etiam mulieres licentiam non habẽtes: & eandem dicendum eſt fuiſſe intentionẽ Gregorij Papæ XIII. & hoc idem declarauit Sacra Congregatio ſuper Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regul. & ita ego teneo iuris eſſe. Saluo &c. verum quia illæ mulieres ſine dolo, aut malo animo; ſed curioſè ingreſſæ fuerunt, ignorantes forſan prædictas conſtitutiones; conſulo, vt tutius pro anima agatur, quod adeant Sacram Congregationem, vel Pœnitentiariam. Laus Deo, & B. M.

CON-

CONSILIVM CXL.

In caſu mixti fori quomodo procedat præuentio.

SVMMARIVM.

1 *Nutus dat ſignum voluntatis.*
2 *Omne quod conſenſu fieri poteſt, perficitur conſenſu.*
3 *Verbum, quocunque modo, importat omnem modum.*
4 *Iudæus recurrens ad Eccleſiam præſumitur bono zelo.*
5 *Dolus non præſumitur in muliere.*
6 *Inquiſitor procedit ſeruata Clementina prima de hæreticis.*
7 *Epiſcopus habet ordinariam iuriſdictionem.*
8 *Sacrilegium eſt mixti fori.*
9 *Præuentio reſultat ex mixto foro.*
10 *Præuentio habet locum in pari iuriſdictione.*
11 *Dignior præcedit minus dignum.*
12 *Iuriſdictio debet prouenire ab eodem imperio, vt detur locus digniori.*
13 *Præuentio incipit ab actu.*
14 *Iuriſdictio in habitu, tantum non dat præuentionem.*
15 *Præſentatio commiſsionis, nõ dat præuentionem.*
16 *Exercitium iuriſdictionis requiritur ad acquirendam præuentionem.*
17 *Citatio requiritur ad præuentionem acquirendã.*
18 *Denunciatio aperit viam iudicij.*
19 *Citatio realis fit per capturam.*
20 *Sacrilegij in Eccleſia commiſsi, iudicium eſt Iudicis Eccleſiaſtici.*
21 *Sacrilegium in communi via inter ſeculare, & Eccleſiaſticum, non parit præuentionem.*
22 *Conditio eſt melior prius occupantis.*
23 *Eccleſiaſticus procedit, quando ſit dubium de præuentione.*
24 *Iudex Eccleſiaſticus procedit in quacunque oppreſſione facta Eccleſiæ.*
25 *Iudex ſecularis agit ad dotem dandam hebræa, quæ ad fidem peruenit.*
26 *Iudæi, ſi fiant chriſtiani, debent habere bona ſua.*
27 *Pater puellæ hebrææ quæ ad fidem deuenit, tenetur eam alere.*

In Domino confido.

FACTI SPECIES.

CVpiens quædam hebræa ad fidem chriſtianam deuenire, ſub prætextu eundi ad ſynagogam cum alijs de familia ſua tranſeundo ante Eccleſiã S. Iacobi, in ciuitate Regij, in ea ſe contulit: & hebræi qui cum ea erant impetum fecerunt ingrediendi in Eccleſia, vt eam raperent, ſed à chriſtianis qui in ea aderant, fuerunt repulſi: quorum hebræorũ vnus denunciauit Illuſtriſsimo Gubernatori d. hebræam ſibi fuiſſe raptam: & eodem tempore quidam clericus denuntiauit Illuſtriſsimo Epiſcopo omnia, quæ in ea Eccleſia obuenerant: cui etiam ille hebræus miſſus ab Illuſtriſsimo Gubernatore, denuntiauit omnia in curia ſeculari denuntiata. Illuſtriſsimus verò Epiſcopus ad denuntiam illius clerici miſerat Reuerẽdum Vicarium ad illam Eccleſiam, qui examinauit illam hebræam, & ab ea intellexit, quod animo deliberato ad chriſtianum ritum perueniendi ad Eccleſiam confugit, nec in ea actus aliquis raptus fuit: & facto examine ſuperuenit Magnificus Dominus Iudex Cõſultor Illuſtriſsimi Domini Gubernatoris: qui tamen d. hebræam non examinauit, nihilominus vigore denuntiationis d. Illuſtriſsimus Dominus Gubernator nonnullos hebræos, & chriſtianos in carcerem detrudi fecit, ex quo raptus ad ſeculare iudicium dicebatur pertinere, & ſacrilegium ex inſultu facto ad Eccleſiam, ſit mixti fori, in quo ſuccedit præuentio. Et dum quærebatur de iure vtriuſque fori, Reuerendus Inquiſitor ex bulla Gregorij XIII. Papæ nu. 73. incipit, Antiqua iudeorum, dicebat caſum huiuſmodi ad eum ſpectare; in quo, & in ſupradictis caſibus ego, vt infra ſcripſi, me tamen correctioni, iudicioque S. Matris Eccleſiæ ſubmitto.

Bulla namque Gregoriana in his uerbis loquitur videlicet: Si quis cathecumenum, vel quemcunque ex Iudæis, aut infidelibus, Deo inſpirante, ad fidem chriſtianam venire volẽtem, poſt declaratam, nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo, volũtatem eius, à fide, vel fidei inſtructione, aut à ſacri baptiſmatis ſuſceptione, retrahere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neuè regenerationis lauacro abluatur, quouiſmodo impediuerit. &c. Ex qua quidem diſpoſitione colligitur, quod ex ſolo nutu ſufficit apparere aliquẽ ad fidem admitti velle: quia nutus
1 † dat ſignum voluntatis. Bat. in l. Nutu. ff. de leg. 3. Gl. in l. Item quia. in
2 verbo, Et nutus. ff. de pact. Omne † enim quod conſenſu fieri poteſt, perficitur nutu, ſine verborum prolatione: l. Si ita ſtipuler. §. fin. ff. de verb. oblig. Vnde quãuis illa hebræa per prius non propalaſſet animum ſuum, ex actu ingrediendi Eccleſiam, dedit ſignum ſuæ volũtatis: & ſtantibus verbis illius bullæ: videlicet, vel quocunque alio modo: ille modus ſufficiebat ad oſtendendam voluntatem: nam huiuſmodi
3 † verba important omnem modum. ſicut refert Ioan. And. in c. Indemnitatibus. n. 2. propè finem. de elect. in 6. cum ibi per eum allegatis. Dictiones enim vniuerſales non poſſunt reſtringi. Rol. à Val. conſil. 54. nume. 39. in

3 *Bona Eccleſiæ ſunt exempta, & merentur vocari Sancta Sanctorum.*
4 *Immunitas Eccleſiæ à Deo eſt: & num.6.*
5 *Imperator non poteſt legem dare, rebus Eccleſiæ.*
7 *Immunitas Eccleſiæ eſt de iure Canonico. & Ciuili, & num.8.*
9 *Qui non obſeruat immunitatem Eccleſiæ, dicitur venire contra libertatem.*
10 *Vſufructuarius tenetur ad onera.*
11 *Res Principis tranſeunt cum immunitate ad quoſcunque.*
12 *Maior eſt dignitas in Eccleſia quàm in Principe.*
13 *Omnis poteſtas à Deo eſt.*
14 *Omnis res immunis tranſit cum immunitate ad quoſcunq;*
15 *Fructus non ſunt propriè, niſi deductis expenſis.*
16 *Fructus rei locatæ Eccleſiæ ſunt hypothecati.*
17 *Qui frangit libertatem Eccleſiæ, eſt excommunicatus.*
18 *In controuerſia inter Gabellarium, & Eccleſiam, ſeu agētes eius, Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex.*

Da mihi verbum Domine.

FACTI SPECIES.

BReui ſermone referam veritatem in quæſita conſultatione, An ſcilicet conductor rerum temporalium Eccleſiæ, pro fructibus in eis recolectis, gaudeat immunitate?

Ad quam delucidationem præmitto, quod
1 nemò † debet ex praua conſuetudine infringere libertatem Eccleſiæ. c. Omnia cum ſua Gl. 12. diſtin. Secundò præmitto quod quiſquis
2 † immunitatem Eccleſiaſticam infringit iniuſtitiam facit, & contra libertatem Eccleſiæ venit. c. Omnes. 22. diſtin. Imò dicit ille tex. quod eſt hæreticus.

Modo ad propoſitū, nemini debet eſſe du-
3 bium, quod bona † Eccleſiæ ſunt exempta, adeò quod merentur Sācta Sanctorum vocari. c. Nulli.
4 & c. Quicunq; militum. 12. q. 2. Immunitatem † enim à Deo acceperunt. c. Quanquam. de cenſ.
5 in 6. Quare nec etiam Imperator † poteſt eis legem imponere. c. Quæ in Eccleſiarum. de cōſtit. c. Non minus & c. Aduerſus. de immun. Ec-
6 cleſ. Clem. 5. eod. tit. Immunitas † huiuſmodi eſt de iure Diuino. vt habetur in veteri teſtamento. in lib. 1. Eſdræ. ibi. Vobiſq; notum facimus. &
7 dicitur in d. ca. Quanquam. Et eam approbat † lex Canonica. vt in d. Clem. 5. & d. c. Nō minus.
8 & c. Aduerſus Imò etiam † lex ciuilis. l. Placet. & auth. Caſſa. C. de Sacroſ. Eccleſ. & l. 1. C. de Epiſc & Cler. & auth. Nulla cōmunitas. eod. tit.
9 Vnde, qui † non obſeruat. d. immunitatem, dicitur venire cōtra libertatē Eccleſiæ. vt tradit Ioan. Lup. in ſuo tract. de lib. Eccl. in caſu 12. & Lap. alleg. 92. vbi dicit, quod multi volētes plus ſapere, quàm oportet, laxant habenas, dicentes, qđ non ſit contra libertatem. Sed nō credo aliquem eſſe, qui neget immunitatē Eccleſiæ. Multi tamen opinor, vel errore ducti, vel volentes fauere Principi, vel proprio intereſſe ducti; conantur friuolas adducere obiectiones: modo allegando quod dando Laicus conducit bona Eccleſiæ, quod illa bona mutant naturā: modo quod conductores Laici, qui ſunt ſubiecti foro Seculari, ad omnia onera tenentur: quaſi velint quod ratione perſonæ, bona etiā ipſa ſint ſubiecta: modo quod habeantur pro
10 vſufructuarijs; & † vſufructuarius ad onera tenetur. l. Si pendentes. § Si quid cloacarij. ff. de vſufru. & tradit Fed. de Sæn. in conſ. 3 Sed friuola ſunt dicta: & quo ad mutationem, miror quomodo velint res Eccleſię mutare naturam; cum ſint illæ; ſicut fatentur quod res Principis
11 † ad manus cuiuſcunque peruenientes, tranſeant immunes, ſicut iuris eſt, & in viridi obſeruantia. l. Si penes. C. de agric & cenſ. lib. 11. & l. 1. C. de priuil. dom. augu. eod. lib. Et volunt quod omnis res tranſeat cum onere ſuo: quaſi quod ſit maior dignitas in Principe terreno, & eius rebus, quam in Deo; quod eſt fal-
12 ſum: quia eſt maior † dignitas in Eccleſia quā in Principe. c. Duo ſunt. cum. ſeq. 96. diſtin. &
13 omnis † Principis poteſtas à Deo eſt. Sicut patet in reſponſo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dato Pilato, quando dixit; Non haberes poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper. vnde ſi Principes ſunt à Deo, ſicut ſcriptum eſt in 2. Epiſtola Diui Petri. quando dixit. Siue regi tanquam præcellenti: ſiue Ducibus, tanquā ab eo miſſis ad vindictam malorum: quomodo eſt maior dignitas in eo, & præeminentia in rebus? & ſi res tranſit cum onere; quare non trāſit etiam cum immunitate? ergo errant; quia
14 hoc eſt in iure expreſſum, quod omnis † res immunis ad quoſcunq; tranſit cum immunitate. l. Aetatem. §. Rebus. laudem verò bonorum. ff. de cenſ. Ioan. And. in add. ad ſpecul. de exact. verſ. Tractauit Vbertus de Bobio, & latiſſimè Decian. in reſpon. 51. in 3. lib. de quo memoriā feci in conſ. 136. Et quid ad rem allegare quod conductores ſint laici, & foro ſeculari ſubiecti? quia agitur de re, & non de perſona; & fructus quos percipiunt ſunt de re Eccleſiæ, quæ affert ſecum immunitatem. Nec dicuntur proprij ſicut loquitur. l. Si pe deentes. & doctrina. Fed.
15 de Sæn. in d. conſ. 3. quia fructus † propriè non ſunt, niſi deductis ſumptibus. l. Fructus. ff. ſol. mat. & ex allegatis notat Couar. in 1. lib. variar. reſolut. c. 3. num. 3. & commune dictum, & habetur in extrauag. committit de decim. ver. In ſoluendo decimam. Et iſti conductores, ratione fructuum quos percipiunt ſoluunt Eccleſiæ conuēta, in locatione; ergo fructus non ſunt
16 ſuis, niſi ſolutis debitis; qui † ſunt hypothecati Eccleſiæ. vt multis rationibus probat Decia.

in reſpon.50.lib.3.cui me remitto:ergo eſt friuolè dictum. Et cum iſtis, & ſimilibus excuſationibus non eſt quin veniant contra liberta-
37 tem Eccleſiæ;& qui†eam violare præſumit incidit in excommunicationē: vt poſt alios probat Capra.in regula 96. nu. 77. Malè igitur loquuntur;quia ſi res tranſit cum ſuo onere, trāſit etiam cum immunitate. d. l. Aetatem. Nec ſunt melioris conditionis res Principis, quàm res Eccleſiæ, vt ſupra dixi. Imò ſi res onerata trāſeundo ad manus Principis, efficitur immunis:quare ſi ad Eccleſiam tranſeat non erit immunis? De quo dicam ſuo loco. Et ſatis ſit ad propoſitum caſum oſtendere, quod conductores bonorum Eccleſiæ debēt pro dictis rebus, & eorum fructibus immunitate gaudere. Pro vt ita iuris eſſe dico. Saluo &c. Et quandocun-
38 que†oriatur controuerſia, iudicare eſt Iudicis Eccleſiaſtici, non Laici: vt probat. Bertach.in ſuo tract.de Gabel.in 7.part.princ.nu.24. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CXLII.

Prælatus inferior, An, & quando, poſsit conferre Ordines minores,& dimiſſorias ad Sacros dare?

SVMMARIVM.

1 *Declaratio non datur in his, quæ à Iure communi exponuntur.*
2 *Intra, dictio ſignificat interius.*
3 *Intra dicuntur, quæ ſunt in corpore.*
4 *Enunciatiua verba Papæ probant in antiquis. & nume. 11.*
5 *Incertitudo parit libertatem.*
6 *Duo Epiſcopi non poſſunt habere in eundem Iuriſdictionem.*
7 *Vna Eccleſia non poteſt duobus ſubiacere.*
8 *Qui per decem annos ſtat in libertate, liber eſt iudicandus.*
9 *Narratiuæ Papæ in antiquis ſtatur, etiam de facto alieno.*
10 *Scripturæ publicæ ſtandum eſt, in qua narratur de finibus diœceſis.*
12 *Conſuetudo immemorabilis probatur per narratiuam Papæ.*
13 *Priuilegia, & libertas conceſſa à Papa, tolli non poſſunt, niſi à Papa. & num. 15.*
14 *Excommunicatio eſt comminata his, qui audeant violare conceſſa à Papa.*
16 *Concilium non tollit ea, quæ Papa conceſſit.*
17 *Confirmatio Papæ generalis, non ſe extendit ad præiudicium auctoritatis Papæ.*
18 *Confirmatio non ſe extendit ad priuilegia in vim contractus.*
19 *Pacti vigore omnia ſunt obſeruanda.*
20 *Pax eſt ſeruanda.*
21 *Concilium.ca, 10.ſeſſ.23.non derrogat priuilegijs confirmatis.*
22 *Conc.c.8.ſeſſ.7.& c.10.ſeſſ.23.non obſtat Prælato inferiori habenti iuriſdictionem Epiſcopalem.*
23 *Papa confirmando Concilium nō intelligitur præiudicare auctoritati Pontificiæ.*
24 *Conſuetudo excedens memoriam hominum, habetur loco conſtituti.*
25 *Ius quæſitum non poteſt tolli per Principem.*
26 *Tempus immemorabile habet præſumptionē confirmationis.*
27 *Baculum Paſtorale, ſignificat coerctionem, & cuſtodiam Gregis.*
28 *Ordinarij nomen qualiter acquiritur.*
29 *Diœceſim quis dicatur habere.*
30 *Iuriſdictionem Epiſcopalem quis dicitur habere.*
31 *Qui habet iuriſdictionem Epiſcopalem; tantum poteſt in ſubditos, quantum Epiſcopus in ſua diœceſi.*
32 *Cui conuenit qualitas demonſtratiua, conuenit diſpoſitio.*
33 *Cōfirmatio probatur ex clauſula, ex certa ſciētia.*
34 *Generalis derogatio nō comprehendit priuilegia confirmata.*
35 *Inferior nō poteſt cōtra ea, quæ ſuperior decreuit.*
36 *Confirmatio Concilij à Papa, non derogat exemptioni in vim contractus.*
37 *Confirmatio Papæ, non præiudicat iuri quæſito.*
38 *Qui habet iuriſdictionem, & priuilegia confirmata, dicitur habere territorium, & diœceſim.*
39 *Duo capita in vna diœceſi eſſe non debent.*
40 *Eccleſia non conſtruitur ſine licentia Epiſcopi.*
41 *Eccleſiam quis ſibi ad orandum ædificare poteſt ſine licentia; ſed in ea celebrari non poteſt ſine conſenſu Ordinarij.*
42 *Omnes Eccleſiæ ſunt in poteſtate Ordinarij, in cuius Territorio ſunt poſitæ.*
43 *Conſenſus Superioris non præſumitur; ſed probari debet.*
44 *Conſenſus Principis quando præſumitur.*
45 *Qui ſe opponit conceſſis à Papa, incidit in excōmunicationem.*
46 *Ordinatio inferioribus non committitur.*
47 *Ordines minores, & dimiſſorias dare; eſt actus iuriſdictionis. & num. 48. & 53.*
49 *Iura Epiſcopalia poſſunt præſcribi.*
50 *Inferiores Prælati olim ad minores, auctoritatem habebant, & dimiſſorias.*
51 *Abbates poſt Concilium non dant minores non ſubditis.*
52 *Abbates conferunt minores ſecularibus cum cōſenſu Epiſcopi.*
54 *Vicarij Epiſcoporum concedunt dimiſſorias.*

Da

Da mihi verbum Domine: & annuntiabo veritatem.

FACTI SPECIES.

AYſtulphus Rex Longobardorum conſtruxit Terram Carpi in ſuo Regno; & in ea erexit Eccleſiam, Plebē nuncupatam, ſub titulo Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ; & eam dotauit multis bonis; & vno Archipræsbytero, & certis Canonicis: & quia d. Terra, & Eccleſia reperiebatur fundata in confinibus diœceſis Mutinenſis, & Regienſis; illi Epiſcopi prætendebant in d. Archipręsbyterum, & Eccleſiam; iuriſdictionem; ſed quia ignorabatur in qua diœceſi eſſet conſtituta, qnia in confinibus vtriuſq;, inuicem contendebant, & vnuſquiſq; dabar moleſtiam d. Archipræsbytero, qui Regi omnia reportauit: & ipſe Rex habuit recurſum ad Stephanū II. Papam; qui vt refert Platina de vir. Pontif. gerebat Pontificatum tempore Pipini Regis Franciæ, anno ſalutis. 755. Qui Stephanus Papa, vt refert Caliſtus II. Pontifex in ſua Bulla, anno Domini. 1123. liberauit Eccleſiam prædictam Carpenſem à cōtentionibus dictorum Epiſcoporum eamq; ornauit multis priuilegijs, & præcipuè accipiendi à quocunq; Antiſtite ſibi placito ordinationes, Chryſma, Oleū Sanctum, Conſecrationes Eccleſiarum; & ſub tutela Sedis Apoſtolicæ d. Eccleſiam, & Archipræsbyterum accepit: Ita vt nulli alteri ſubiaceret; & vtriq; dictorum Epiſcoporum dedit quædam prædia pro ſuis prætenſionibus. & eādem exemptionem, & libertatem, & priuilegia ſeruauerunt ſucceſſores Pontifices vſq; ad prædictum Caliſtum, ſicut ipſe refert; & ipſe confirmauit; in his verbis. Et nos ergo eandem libertatem prædictæ Eccleſiæ per Dei gratiam conſeruantes, ſtatuimus, vt nulli Epiſcopo, vel nulli omninò Eccleſiaſticæ, ſeculariuè perſonæ eadem Eccleſia ſubiecta ſit, niſi tantum Sedi Apoſtolicæ, ad quam, vt prædictū eſt, iure proprietatis, & tutelæ, defenſionis ſpecialiter ptinere cognoſcitur. Aliaq; priuilegia addidit. d. Eccleſiæ, & Archipræſbytoer, & præcipuè auctoritatem conferendi minores ordines ſuis ſubditis: quos ſemper continuatè contulit, & dimiſſorias ad Sacros dedit.

Anno verò 1512. petente Domino Alberto Pio tunc Domino d. Terræ. ex quo multum. d. Terra, in populo, & fortilitio creuerat, Iulius II. Papa, plebem prædictam in Collegiatam erexit: & Archipræsbyterum ornauit multis priuilegijs: & maximè vtendi mitra, baculo Paſtorali, annulo, & alijs Pōtificalibus inſignijs: nec non deferendi Cappam, Rochetum, Palas, & veſtes, ac alia ornamēta Eccleſiaſtica, Miſſas Pontificales, & benedicere populum: confirmando eidem nouæ Eccleſiæ ſic erectæ omnia, & quęcumq; priuilegia, & conſuetudines prioris Eccleſiæ demolitæ: & omnia per prædictum Iulium conceſſa, Leo. X. ſucceſſor confirmauit, addendo numerum Canonicorum, & alia priuilegia: & omnia à tēpore Caliſti, Iulij, & Leonis, etiā conferendo minores Ordines, & dando dimiſſorias fuerunt obſeruata vſq; ad annum 1609. in quo motum fuit dubium Concil. Trid. c. 10. ſeſſ. 23. de reform. quo ad ordines. & c. 8. ſeſſ. 7. quò ad viſitationem Ex aduerſo prętendens quod poſt Conc. Archipræsbyter, nec ordinare ad minores, nec dimiſſorias ad maiores dare, valeat, neq; viſitare. Ego autem (ſalua ſemper correctione. S. Matris Eccleſiæ;) nō declarando, ſed rationes adduceudo pro Eccleſia, & Archipræsbytero Carpenſi; opinor Concilium nō obſtare, ex rationibus infra dicendis.

Et vt res magis eluceſcat primò aduertendum eſt ad verba Concilij in cap. 10. ſeſſ. 23. de
reform. in quibus tota vis videtur conſiſtere:
& oritur difficultas, ſi tamen ſit; quia ceſſante
cauſſa difficultatis, ceſſabit etiam omnis dif-
ficultas. & quandocunq; per diſpoſitionem iu-
ris conſtet de veritate, non erit locus declara-
1 tioni Sacræ Congregationis: quia in his † quæ
à iure communi exponuntur, non datur decla-
ratio. Borgn. Caual. in deciſ. 28. nu. 34. vbi alios
allegat: & fuit deciſum in Rota. deciſ. 691. nu.
2. vol. 1. diuerſ. nouiſſ. Ideò aduertantur verba
Concilij: diſponunt enim quod nullus exem-
ptus, etiam nullius diœceſis, qui ſit intra fines
alicuius diœceſis, poſsit conferre ordines mi-
nores, nec dimiſſorias dare: quia ſi verba non
conueniunt, non erit locus diſpoſitioni. ca. In-
demnitatibus. §. pen. de elect. l. Dies cautioni.
§. Toties. vbi Bar. ff. de damn. infect. & ſic vt ha-
beat locum illa diſpoſitio opportet quod Ec-
cleſia Carpenſis fuerit ſita intra fines vel Mu-
2 tinenſis, vel Regienſis diœceſis: nam verbū, †
intra, interius ſignificat. vt atteſtatur Ambro.
Calep in verbo, Intra: & facit text. in c. 1. 13. q.
1. iuncto. c. Conſtitutus & c Cum dilectus. ver-
ſic. Quod ſi Abbas. de relig. dom. & referr. Re-
mig. in tract. de immun. Eccleſ. Ampl. 5. verſic.
Paſſus. nu. 4. & 6. & Innoc. in c. Inter alia. in prin.
3 de immun. Eccleſ. Ea enim † tantum dicuntur
eſſe intra quæ ſunt annexa, & in corpore. c. fin.
de reſtit. ſpoliat. in 6. & in prin. d. c. 1. 13. q. 1. Sed
quod Eccleſia Carpenſis fuerit intra fines, nec
Mutinenſis, nec Regienſis conſtare nō poteſt;
imò conſtat fuiſſe ſemper de per ſe; vt in Bul-
la Caliſti: dum ait: Ayſtulphus ſi quidem Lon-
gobardorum Rex, in Regni ſui prædio, quod
Carpum dicitur. B. M. ſemper Virginis Eccle-
ſiam conſtruxiſſe dignoſcitur, quam vt à vici-
norum Epiſcoporum, in quorum confinijs idē
pagus erat, contentionibus, & moleſtijs omni-
nò liberam redderet, &c. Quæ verba enuntia-

riua

tiua probant contra dictos Epiſcopos: quod ſcilicet dicta Terra, & Eccleſia nunquam fuetit intra fines nec vnius, nec alterius. Ná vet-
4 ba † enuntiatiua Papæ in antiquis probant, etiam contra tettium: vt reperitur deciſum in Rot. deciſ.58.volum.1.diuerſ.nouiſſ.Ex quibus verbis conſtat, quod erat incertitudo cui ſubeſſe
5 deberet: ex qua incertitudine† d. Eccleſia ſemper in libertate dicitur ſtetiſſe: & ſic extra fines cuiuſq; illorum Epiſcoporum l.Locus.ff de acquit.poſſeſſ.l. Duo ſunt T:tij. ff. de reſtam.tutel.Crau.in conſil.104.nume. 11. nam
6 † vtetq; illorum non poterat habere iuriſdictionem.c.a. Quoniam.de offic. odin. Nec ipſa
7 Eccleſia † poterat duobus ſubiacere: vt deciſum eſt in ca. 1.2 & 3. 31.q.1.Quare cum nunq; conſtiterit cui, ſeu intra quam diœceſim fuerit, nlli debet eſſe ſubiectum, quin ſemper fuerit in libertate, & ſoli Sedi Apoſtolicæ ſubie-
8 cta: quia etiam qui † per decem annos ſtat in libertate, tanq. liber eſt habendus, & iudicádus.c. Licet.de coniug.ſeru.c. vltim. de ſent.& re iud. & alio non apparente ſtandum eſt nar-
9 ratis á Papa, quibus, † etiam de facto alieno, ſtandum eſt in antiquis, vt diximus. & quando gratiam ſuam fundat ſuper narratis. Clem. 1. de probat. & tradit Lap. allega.67.& Staſil. de grat. expect. §. Conſequenter, ad finem,.& ſequitur Innoc.in ca.Cum olim.nume.1.& 5.de
10 cenſ.vbi dicit, quod ſemper† eſt ſtandum ſcripturæ publicæ, in qua continetur de finibus alicuius Epiſcopatus, etiá ſi ſcriptura ob aliud fuiſſet facta: donec probetur contrarium. Imò quando Caliſtus in narratis non fundaſſet in-
11 tentionem ſuam; cum ſumus† in antiquiſsimis plenè contenta in Bulla probant: vt ſupra per deciſ.Rot. diximus & not.Ioſeph.Maſcard. de probat.concluſ.209.num.12.Ex qua Bulla probatum ſatis reperitur; quod d. Eccleſia Carpéſis nedum vigore priuilegijs, ſed conſuetudi-
12 nis† pluſq; immemorabilis ſtetit in libertate, & in iuriſdictione; dum Papa narrat omnia á Stephano II.vſq; ad eius tempora fuiſſe ſeruata. vt in ſimili caſu fuit deciſum in Rot. anno 1580. 4.Martij, vt in deciſ. 13. in materijs Concilij: & á Caliſto vſque ad iſta tempora habuit iuriſdictionem ordinum: quam auctoritatem
13 ei auferrè nemo poteſt. Nam† libertas, & priuilegia á Papa conceſſa, tolli non poſſunt niſi á Papa.ca.Fratet noſter. 16.q.1.vbi Papa pœná
14 † excommunicationis imponit his omnibus, qui audeant violare conceſſa á Papa: & idem probatur. in c.Cum tempore.de arbit.& in ca Amputaro.24.q.a.dicitur, quod ea, quæ ſunt ab Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus inſtituta, nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione violétur, nulla concertatione, turbentur. Priuilegia
15 † enim á Papa conceſſa nec tolli, nec immutari poſſunt.c.Priuilegia. ead.cau. & quæſt.

Nec obſtat Concilium allegato c.10.ſeſſ.23. ex infra dicendis: & Primò quia etiam quod Eccleſia Carpenſis quádoq; fuiſſet intra fines alicuius diœceſis, quod tamen ex ſupradictis, & infra dicendis contrarium probatur: cum fuerit liberatá á Papa, & priuilegiata, Conci-
16 cilium† non poteſt rollere, quæ á Papa fuerút conceſſa ſine auctoritate Papæ.c.Significaſti.§. 1.ad finé.de elect.Abb.in c.Super quibus dam. num.3.de verb.ſignif. Et huic non obſtat quod interuenit confirmatio Papæ in decretis Con-
17 cilij: quia generalis† confirmatio non ſe extédit ad præiudicium auctoritatis Pontificię, niſi expreſsè dicatur.c.Sua nobis. de cóſitm.vtil. vel inutil.

18 Secundò derogatio† Conc. de qua in d.ca. 10. Non ſe extendit ad priuilegia conceſſa in vim contractus. Rot.per Moned.deciſ 119. vol. 1.diuerſ.nouiſſ.Gl.in c.Veniens.in verbo, Confirmatam de tranſact & ipſa Congregatio Cócil.dixit ex mente Greg.XIII.ſuper ca.4.ſeſſ.6.
19 de reform. Vigore† enim pacti, omnia ſunt obſeruanda.c.Contingit de tranſ.c.1.de treug.&
20 pac.& c.1.de pact.vbi Gl.dicit quod pax † eſt ſeruanda. Quare cum pro concordia (vt refert Caliſtus) actum fuerit, vt d. Eccleſia conſetuaretur in libertate, & ſuis priuilegijs, nó eſt di-
21 cendum quod Concilium † abroget iam conceſſa á Papa & toties confirmata. quod in fortioribus terminis fuit in Rota deciſum anno Domini 1579.14.Decembris. vt Epiſcopus Salam. non poſſet viſitare ſubditos Abbatis exiſtentis in ſua diœceſi; quia habebat priuilegia confirmata: & Concilium non ſe extendebat ad ea. Et hoc idem fuit ſæpius repertum, & præcipuè anno Domini.1580.9.Maij. deciſ. 14. & 16.in iiſdem materijs Cócilij: vbi in expreſ-
22 ſo concluſum fuit, quod Concilium† in cap.8. ſeſſ.7.& cap.10.ſeſſ. 23.de reform.non obſtabat Prælato inferiori, habenti Epiſcopalem iuriſdictionem; quia illud Territorium dicebatur effectum propria diœceſis: & cum priuilegiú, ſeu conſuetudo conferendi minores, & date dimiſſorias ad maiores fuiſſet confirmata; Cócilium non poterat obſtare. & idem fuit repetitum eod.anno.3.Iunij.
23 Tertiò, non eſt credendum, quod Papa † cófirmádo decreta Concilij intellexerit prgiudicare auctoritati Pontificiæ. ca.Si ea deſtruere. 25.quæſt.4.& cap.Quod verò.ead.cau.& 9. vbi Papa dicit abſit hoc á me, vt ſtatuta maiorum cum Sacerdotibus meis, in qualibet Eccleſia, infringam: quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo.
23 Quartò, cum iſta conſuetudo† excedat memoriam hominum, habetur loco conſtituti. l. Hoc iure.§.Ductus aquæ. ff. de acquit. cott. & eſtiu.
25 Quintò quia Ius† quæſitum tolli non poteſt per Principem, quando fit ex contractu; vt fuit in Rot.deciſum per Cantuc.deciſ. 161. num.7. in 1.

in 2.vol. diuerſ. nouiſſ. at tantò magis non eſt
dicendum Concilium, nec confirmationem Pa
pæ ſe extendere ad caſum prædictum, de quo
nulla fuit mentio facta. Oportebat enim cla-
rè, & expreſsè in confirmatione facere men-
tionem de priuilegijs à Papa conceſsis, aliàs
non intelliguntur reuocata. ad ea, quæ not. Fe-
lin. in c. Cum olim. num. 5. verſ. Tamen ſi de mẽ
te Papæ. de ſent. & re iud. Alex. in conſ. 125.
num. 7. in 2. vol.

Quod conceſsio conferendi ordines, & dã-
di dimiſſorias, importet confirmationem pro-
bo ſic: In iure hoc eſt cautum, quod qui per
26 tempus † immemorabile in poſſeſsione ſtetit
alicuius honoris, & iuriſdictionis, habet pro ſe
præſumptionem confirmationis; ita quod al-
leganti contrarium incumbit onus probandi.
Ioſeph Maſcard. concluſ. 404. & Crau. in tract.
de antiq. temp. in 3. part. §. Vidimus. num. 29.
vnde auctoritas conferendi ordines minores
à Caliſto conceſſa præſumitur ab alijs ſucceſ-
ſoribus confirmata: & in ſpecie à Iulio II. re-
peritur confirmatio, dùm in erectione colle-
giatæ concedit Archipræsbytero. d. Eccleſiæ
27 vſum Mitræ, Baculi † Paſtoralis, ex quo com-
prehẽditur coercitio, & cuſtodia gregis. vt not.
Iacob. de Conc. lib. 1. artic. 12. fol. mihi 22. San-
dalium, Annuli, Rocheti, Cappæ, Miſſarũ pon-
28 tificalium, & benedicendi populum: per † quæ
omnia acquiſiuit nomen Ordinarij. Gl. in cap.
Ordinarij, in verbo, Ordinarij. de off. ordin. in
6. & ibi Gemin. num. 5. & Franc. num. 3. & tra-
29 dit Hoſtien. in ſum. eod. tit. num. 1. & 2. Et †
propriam diœceſim dicitur habere. But. in ca.
Nimis. num. 7. de iureiur. & facit Gl. in Clem.
1. in verbo, Diœceſanis. de for. comp. & conſe-
30 quenter † habet iuriſdictionem quaſi Epiſco-
palem. Gl. in Clem. 1. in verbo, Proprij. de reb.
31 Eccl. non alien. Et tantam habet † iuriſdictio-
nem in loca ſibi ſubdita, quantam habeat Epi
ſcopus in ſua propria diœceſi. Felin. & Dec. in
32 c. At ſi clerici. §. de adult. de iud. & ſic cui †
conuenit qualitas demonſtratiua, cõuenit di-
ſpoſitio. Ex quibus, ſecundum Cald. in conſ. 2.
de præſcrip. acquiſiuit ius cõferendi minores,
& dimiſſorias dãdi, & infra dicetur: ergo hæc
eſt confirmatio auctoritatis ei à Caliſto con-
ceſſa. Et magis in ſpecie: dum poſt prædicta
conceſſa: dixit: Nec non Eccleſia erecta, qui-
bus antiqua Eccleſia demolita prædicta, ac Ar
chipræſbyter, &c. omnibus, & ſingulis priuile-
gijs &c. vnde cum Caliſtus in ſpecie dediſſet
auctoritatem conferendi minores; iſte actus
à Iulio II. fuit confirmatus; & deinde Leo X.
ratificando omnia per Iulium conceſſa, dicitur
etiam hunc actum confirmaſſe. Imò magis qa,
& ipſe idem conceſsit: Nam quando narratur
ſubſtantia priuilegij aliàs conceſsi, ſine alia ve
rificatione, ſtandum eſt contentis in eo, & in-
telligitur facta confirmatio. Et quando adeſt
33 † clauſula, ex certa ſcientia, intelligitur pro-
bata confirmatio, vt ſecundum communem o-
pinionem. Rot. decreuit. in deciſ. 36. vol. 2. di-
uerſ. nouiſſ. & ſic quandocunque decreta Cõ-
cilij haberent locum in iſto caſu, quod tamen
ex ſupradictis, & infra dicendis non procedit,
ex quo priuilegia, & conceſsiones huiuſmodi
probantur confirmata; Concilium non derro-
gat; vt ſæpe Rota ipſa decretauit. Nec eſt præ-
ſumendum intentionem Concilij fuiſſe in illa
34 † generali, & ſimplici derogatione, compre-
hendere priuilegia confirmata, Gl. ſingularis.
in Clem. Dudum. verſ. Nos etenim. in verbo,
Pacta. de ſepult. quã Rota approbauit, vt Put.
deciſ. 172. in 3. lib. & Achil. de confirm. deciſ.
vnica. & ſequitur Staſil. de Grat. expect. §. Poſt
prædicta. num. 8.

Et quatenus diſpoſitio Concilij poſſet ma-
num apponere in his, in quibus Papa poſuit;
quod tamen exploratiſsimi iuris eſt, quod in-
35 ferior † non poteſt contra ea, quæ ſuperior
decreuit; vt in iuribus ſupra allegatis: & non
Concilium eſt ſupra Papam, ſed Papa ſupra
Concilium: Caſſad. de præben. dec. 2. num. 4.
36 tamen etiam ſi confirmatio † Papæ in decre-
tis Concilij ad omnia, à Papa conceſſa ſe extẽ
deret non præſumitur derogare exemptioni,
quæ in vim contractus tranſiuit. d. c. 1. de pact.
& c. Ex multiplici. vbi Abb. num. 4. de decim.
37 & per conſequens neque † iuri alteri quæſito,
niſi expreſsè dicat; vt ſuprà notatum eſt, &
& tradit Grat. in conſ. 150. num. 28. vol. 2. ergo
non eſſet derogatum priuilegijs Eccleſiæ Car
penſis; quæ, vt in bulla Caliſti, conceſſa fue-
runt in vim pacti.

Præterea Concilium præterquam quod lo-
quitur de illis exemptis, qui ſunt intra fines,
& non apparet quod Eccleſia Carpenſis ſit,
neque vnquam fuerit intra confines alicuius,
imò ſatis conſtat fuiſſe ſemper extra, quia, vt
ſupra eſt probatum, illi Epiſcopi contendebãt
inuicem, nec vnquam apparuit quis eorum iu
riſdictionem haberet; cum duobus dominis
nemo teneatur obedire, vt ſupra: veruntamẽ
ſi conſtaret ſub quo olim ſubiacuiſſet; quia Cõ
cilium loquitur de exemptis ſimpliciter, non
eſt trahendum ad illos exẽptos, qui vltra exẽ-
38 ptionem, habent iuriſdictionẽ † in ſubditos,
& priuilegia confirmata: quo caſu factum eſt
territorium, & propria diœceſis. vt in c. Abba-
tes. de priuil. in 6. & tradit Gemin. in c. Vt
Apoſtolicæ. in 2. notab. eod. tit. in 6. & ſic quia
Cõcilium loquitur de illis, qui ſunt in diœceſi
alicuius, qui habitu, ideſt à prima inſtitutione
habuerunt iuriſdictionem, quam poſtea actu
per priuilegia conceſſa amiſerant; quia viſum
39 fuit quod in † vna, & eadem diœceſi inconue-
niens eſſet duo eſſe capita; propterea Conci-
lium ſuper hoc diſpoſuit. De quo caſu loqui-
tur Abb. in c. Cum contingat. num. 18. de for.
com-

compet. ſed hic non conſtat, quod aliquis in
habitu, neque in actu vnquam habuerit iuriſdi
ctionem ſed quod ſemper ſtetit in libertate,
& ſoli Apoſtolicæ Sedi annexa: ergo quis po-
teſt arguere de ſubiectione? & ſufficit Eccle-
ſiæ Carpenſi habere pro ſe præſumptionem:
quia dicenti contrarium incumbit onus pro-
bandi. Rot.deciſ.73.vol.1. diuerſ. nouiſſ. vnde
qui dicit eam quandoque fuiſſe ſubiectã pro-
bet. Et quomodo volunt diſpoſitionem Conci-
lij prohibere auctoritatem tam antiquiſsimæ
conſuetudinis obſeruatam; ſi non cõſtat quod
d. Eccleſia vllo tempore fuerit in aliqua diœ-
ceſi, nec habitu, nec actu?

Nec obſtat (vt aliqui dixerunt) quod licet
hodie non reperiatur in iuriſdictione; tamen
40 quia Eccleſia † conſtrui non poteſt ſine licen-
tia Epiſcopi. vt in c. Nemo. de conſecrat. diſt.
1. dicendum eſt, quod quandoque fuerit. Quia
41 primò reſpondeo; quod ædificare † ſibi Ec-
cleſiam in ſuo, quilibet poteſt ad orãdum, ſed
in ea miſſam celebrare, & alia Sacramentalia
agere non poteſt ſine licentia Epiſcopi ordi-
narij: vt habetur in c. Vnicuique, & ibi Gl. 1. ad.
diſtin. de conſec. Vnde ex quo non conſtat
quis Epiſcopus dederit licentiam, non eſt cur
in hoc fundamentum agamus: quia, vt ſupra
dixi, incertitudo operatur, vt ſimus in liberta-
42 te: nam ſi omnes † Eccleſiæ dicuntur eſſe in
poteſtate illius Epiſcopi, in cuius territorio
ſunt poſitæ. c. Omnes baſillicæ. 16. q. 7. c. de Xe
nodochijs. de relig. dom. ſi territorium Car-
penſe eſt de per ſe, nec apparet quod vnquam
fuerit ſub quo aliquo Epiſcopo in ſpiritituali-
bus, ſed tantum ſub Sede Apoſtolica, quomo-
do poteſt valere argumentum? & ſi Epiſco-
pus Mutinenſis, vel Regienſis; qui prætende-
bant, vt in bulla Caliſti, ante fundatam Eccle-
ſiam, vel etiam poſtea dediſſet conſenſum, pro
43 bari debuiſſet: quia conſenſus † ſuperioris nõ
præſumitur, ſed probari debet: l. Sciendum. vbi
doct. ff. de verb. oblig. Lamb. de iurepat. lib. 2.
1. part. art. 12. 3. q. prin. num. 10. ergo ſtandum
eſt narratis à Caliſto; ex quibus conſtat quod
nemo illorum oſtendit aliquod ius, & quod d.
Eccleſia Carpenſis fuit liberata ab illis contẽ
tionibus, & in tutelam Sedis Apoſtolicæ rece-
pta. Quod maximè procedit iſto caſu, vbi ni-
hil actum fuit ab aliquo ipſorum, ex quo præ-
ſumendum ſit de conſenſu.

Secundò, reſpondeo, quod cum Ayſtulphus
Rex narrauerit Papæ controuerſias illorum E-
piſcoporum ſuper d. Eccleſia: & Papa eam li-
berauerit, & in tutelam Sedis Apoſtolicæ ſu-
ſceperit, inductus fuit eius conſenſus, quo ad
erectionem d. Eccleſiæ: & per conſequens ex-
cluſa eſt omnis alia iuriſdictio. Nam conſen-
44 ſus † inducitur, quando narratur iam factum,
& Princeps, cui narratur non contradicit, &
aliquem actum gratuitum facit, ſicut tradunt
omnes Canoniſtæ. in c. Nonnè. de præſump &
in c. Cum M. Ferrarienſis. de Conſtit. & Legi-
ſtæ in l. Quæ dotis. ff. ſol. mat. & ita ex his quæ
contingerunt in præſenti caſu, quando poſſit
valere rato quod quandoque fuerit, dicendũ
eſt quod fuerit in iuriſdictione Papæ, & nõ al-
terius: & tantò magis ſubſequuta liberatione
à contentionibus. Quare quandocunque al-
45 ter dictorum Epiſcoporum ſe opponat † iam
conceſſis à Papa incidit in excommunicatio-
nem. vt in d. c. Frater noſter. 16. q. 1. & ex alijs
ſupra adductis.

46 Nec obſtat, quod ordinatio † ſit de his, quæ
ſpectant ad ordinem, & quæ inferioribus Epi-
ſcoporum non mandentur. c. Aqua. de conſec.
Eccl. vel altar. quia illud procedit in his, quæ
ſunt merè ordinis Epiſcopalis; ſecus verò in
his, quæ ſunt iuriſdictionis. Nam qui habet iu-
riſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, omnia ad
iuriſdictionem ſpectantia poteſt: Sed confer-
47 re † minores, & dimiſſorias dare, eſt actus iu-
riſdictionis; vt habetur in c. Abbates. de pri-
uil. in 6. & tradit Abb. in c. Veniens. num. 5. &
Imol. num. 4. de præſcrip. & Abb. etiam in ca.
Dilectus. de offic. ordin. dicens, quod quate-
nus iſta applicantur ad perſonam ordinati,
48 ſunt † iuriſdictionis, non ordinis: & idem ha-
betur in c. Cum contingat. de ætat. & qual. &
in proprijs terminis tenuit Rot. anno 1580.
22. Aprilis, & 3. Iunij ſuper Conc. ſeſſ. 7. c. 8. &
ſeſſ. 23. c. 10. ergo ſi Archipresbyter Carpenſis
habet hanc iuriſdictionem, vt ſupra extitit p-
batum, habet etiam poteſtatem conferendi
49 minores, & dimiſſorias dare: & ſi † iura Epi-
ſcopalia præſcribi poſſunt. vt probat Abb. in
c. Cum venerabilis. num. 4. de cenſ. & Gl. fin. in
c. Transmiſſam. de electio. & Gl. pen. in d. cap.
Aqua: quare non poterit is Archipresbyter,
qui eam auctoritatem habuit à Papa; talia ex-
ercere in ſubditos?

Neque mens Concilij ea fuit, vt tolleret om
nino facultatem iſtis Prælatis conferendi ſuis
ſubditis minores, & dandi dimiſſorias; ſed id
ſolum, quod in non ſubditis ea non vterentur;
50 prout † olim vtebantur ſecundum diſpoſitio-
nem iuris communis; de qua in d. c. Abbates.
de priuil. in 6. & ibi Gl. in verbo, Tonſuram.
Imò in ſibi ſubditis poſſent ea vti: vt ita die
27. Aprilis 1592. Rot. ſtatuit, diſcuſſa mate-
ria, ex ordine Summi Pontificis; decretando
51 quod Abbates, † qui iuriſdictionem Epiſco-
palem habebant; conferre tantum poſſent mi
nores ſibi ſubditis: & dimiſſorias dare: in non
ſubditis verò, non ſe intromitterent. Id quod
Illuſtriſsimi Cardinales Congregationis ita
declarauerunt, anno 1587. in his verbis: vide-
licet.

52 Abbates † regulares habentes ius baculum
deferendi, & Mitram, poſtquam Sacerdotalẽ
ordinem, & munus benedictionis acceperint,
poſſunt

[illegible] & ordines minores ſecula- [illegible] conſerre, [illegible] Epiſcopi [illegible] accedat: [illegible] Prælati [illegible] ad ſubditos, & ſunt intra fines diœceſis, & vt plurimum in ciuitate vbi [illegible] Epiſcopus; qui [illegible] Prælati ſeculares, & qui non ſunt [illegible] fine debent excludi. Vnde clara, & indubitata conclusio debet eſſe quod Archipræsbyter Carr[illegible] tā auctoritate pontificia, tum de iure commun[illegible] & præſcripta conſuetudine poteſt ſuis ſub[illegible]tis ordines minores conferre, & dimiſſorias
53 dare; cum ſit actus † iuriſdictionis; ſecundum Abb. in d.c. Dilectus. & Rot. quæ ita decreuit anno 1580. 22. April[illegible] & anno 15[illegible] 27. April[illegible] Et eo [illegible] quia [illegible] illa loquuntur de illis, qui ſunt intra fines: & nos verſamur extra, vt ſupra eſt probatum. [illegible] quis
54 ignorat, quod [illegible] Vicarij † Epiſcoporum, abſente ſuo Epiſcopo, concedunt dimiſſorias? vt in c. Cum nullus. de temp. ord. in. 6. ergo eſt actus iuriſdictionis: & ita, ſalua ſemper correctione S. Matris Eccleſiæ, concludo d. Archipræsbyterum poſſe minores conferre, & dimiſſorias dare tum de iure communi; tum de antiquiſsima poſſeſſione [illegible] ex [illegible]tate particu[illegible] Pontificia: quam aut [illegible] non tollit C[illegible] allegatum; tum quia nō amplectitur caſum: ex ſupra dictis, tum etiam, quia quando ad hoc extenderetur non derogat gratijs confirmatis. De quæ confirmatione ſatis eſt probatum. Confirmatio etiam eiuſdē libertatis & [illegible] & in ſola Sedis Apoſtolicæ tute[illegible] apparet expreſſis verbis in bulla [illegible] dicitur [illegible] cet libertatē [illegible] noſtris [illegible] tempora noſtra ſe[illegible] libertate [illegible] vt nulli omnino Eccleſiaſticę ſeculari, vel perſonæ eiuſdē Eccleſia ſubiecta ſit, niſi tantum Sedi Apoſtolicæ. Vnde reſultat conclusio quod inferior à Papa non poteſt eſſe int[illegible] ea, quæ diſpoſuit ipſe Papa. c. Vt [illegible] vbi Abb. & alij de appell. Rot. dec. 3. de appell. in no[illegible] Nam appoſitio manus ſuperioris habet vim derogationis, vt refert Menoch. in conſ 83. nu. 31. in primo vol. & habet vim reſeruationis, vt tradunt not. per Hieron. Gab. in conſ. 166. num. 6. primo vol. & Lancell. de attent. c. 10. in 2. par. num. 1. 2. 3. 4. & 5. & add. in deciſ. 48 Capell. Thol. & Inn. in c. Cum. M. de conſtit. & Rot. decreuit, per Put. dec 240. nu 2. lib. 2. concluſ[illegible] cauſſa ſit ſemel ad Papam delata, [illegible] tolli, niſi de eius expreſſa, & certa ſcientia. Ergo concludēdum eſt quod [illegible] contra d. Eccleſiam: & Leo X. [illegible] expreſsè conceſsit auctoritatem conferendi minores, nec non primam tonſuram, & [illegible] minores ordines eiſdem ſubditis dandi &c. vt ſupra, nume. 32. 33.

CONSILIVM CXLIII.

Conductor ante finitam locationem an expelli poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Conductor expelli poteſt finita locatione.*
2 *Conductor, ſi reſiſtat locatori volenti eum expellere ex cauſſa, debet puniri.*
3 *Conductor re[illegible], & expectans ſententiam, ad reſtitutionem, & rei æſtimationem tenetur.*
4 *Conductor ex quatuor cauſſis poteſt expelli.*
5 *Conductor ad modicum tempus, ſi non ſoluat, expellitur.*
6 *Conductor domus inhoneſtè viuendo, expellitur.*
7 *Inhoneſtè viuere, dicitur cauſſa ſufficiens ad expellendum conductorem, & num. 8.*
9 *Expelli poteſt de domo conducta, vſurarius, ſodomita, blaſphemator: & habens mulierem fornicariam.*
10 *Domus debet honeſtè habitari.*
11 *[illegible] in domo dicitur, ſi ludus in ea tenetur, vel mulieres in ea inhoneſtè habitent.*
12 *Mulieres inhoneſtè viuentes, dicuntur meretrices.*
13 *Mulieres inhoneſtæ non ſunt audiendæ, ſi locator eas expellere velit.*
14 *Conductor, qui vltra legem, & contra legem inſiſtit in domo conducta non auditur: & quomodo intelligatur.*
15 *Notorium dicitur, quod percipitur ex oculorum perceptione.*
16 *Conductor re[illegible], qui vetit eum ex cauſſa expellere, dicitur dominum ſpoliare.*

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

REuerendus Dominus Nicolaus locauit per annum quandam domum ſuā cuidam mulieri, quę in ea habitabat cum duobus eius filiabus vitā inhoneſtam ducens. Locator, etiam non finito anno, inſtetit eam expelli, tum ex cauſſa inhoneſtæ vitæ tum etiā quia penſionem non ſoluebat. Sed d. mulier cauſſam deduxit in litem, & habens Prætorem fauorabilem, elapſo anno per tres mēſes perſeuerabat in ea, prætendens expelli non poſſet. Quare locator quærebat quid iuris? & reſpōdi eam eſſe cogendam.

Nam quando locatio eſt finita, conductor
1 † expelli poteſt, & res alteri locari: nec pro eodem, aut maiori pretio eam retinere valet contradicente locatore, qui etiam propria auctoritate illum expellere poſſet: vt notat Ant. Gome.

Gome.de loc.& cond.c.3.num.5.& adeſt apertus t[illegible] in l.Ne cui liceat.C.de loc.& cond.
2 vbi dicitur,quod ſi † conductor reſiſtat,debet acriter puniri, & in exilium mitti. & in l.Non ab re,C.vnde vi.dicitur, quod poſſidens rem
3 alienam ſine iuſta cauſſa,& † reſiſtat, & expectet ſententiam,nedum ad reſtitutionem, ſed ad rei æſtimationem tenetur. Vnde [illegible] quod locatio ſit finita,non videtur dubium quin expelli poſsit: Imò,ſtantibus narratis, etiam ſi locatio duraret poteſt expelli, [illegible] ex qua-
4 tuor † cauſsis conductor expellitur durante locatione: Primò,ſi dominus eam pro ſuis neceſsitatibus velit. Secundò ſi conductor penſionem non ſoluat. Tertio,ſi male circa rem locatam ſit verſatus. Quartò,ſi rem locatam velit reficere, ſicut notat textus in l. Aedem C. de loc.& cond.& Vincen.Carro.eod.tit.in verbo,Recuſationibus:&Ant.Gom.in lib.ſuo var.reſol.tit.de locat.& condu.c.3. num.5. & 6. vbi diſtinguit inter locationem ad longum,vt per quatuor,vel quinque annos: vel ad modicum:
5 dicens,quod ſi ad † modicum ſit facta locatio, ſi non ſoluat tempore debito, poteſt expelli.: & hanc opinionem tenuerat Abb. in c. Si propter.num.10. loc.& cond. ergo ſi etiam duraret locatio:ob non ſolutam penſionẽ iſta mulier poteſt expelli.& idem dicit Berth.in trac. de Gabel. in 2.part. num. 30. cum alijs ab eo allegatis. concludens quod ſtatim, & propria auctoritate,ſi non ſoluat eſt expellendus, & ad ſolutionem cogendus: & tantò magis il-
6 la † mulier eſt expellenda: quia nedum eſt finita locatio,& penſionem non ſoluit:ſed malè circa rem locatam eſt verſata, nedum in materijs domus,ſed inhoneſtè viuendo cum filia-
7 bus: quæ cauſſa † eſt ſufficiens,vt dicatur malè ſe geſſiſſe:vt in auth. Vt non luxurientur. col. 6. quæ licet loquatur de ſodomia: extenditur
8 tamen † ad huiuſmodi delicta,& maximè quādò publicè committuntur: vt not.Pet. Rebuff. de priuil.ſcholariu.priuil. 11.num.14.dum ait, quod
9 de domo † expelli poteſt vir ſceleratus: puta, inquit,vſurarius, blaſphæmator,ſodomita, vel mulierem concubinariam domi habens.Et ad idē facit quod notatur in l.Non aliter.ff.de vſu, &
10 habit.vbi Gl.& Bal.dicit,quod domus† debet honeſte habitari:& tradit in terminis.Imol.in c.Propter.num.19.loc.& cond. qui dicit quod
11 malè † verſari in domo dicitur, cum ludus in ea tenetur, vel mulieres in ea inhoneſtæ ha-
12 bitant. Iſtæ enim mulieres† dici poſſunt meretrices:cum meretrix ſit illa, quæ multorum libidini patet.c.Vidua.34.diſtin. l. Palam.ff.de ritu nupt.vnde iſtæ mulieres, ita inſtante loca
13 tore.ſunt expellendæ:neque ſunt† audiendæ. l.1.§.fin.ff.de loc.pub.fru.vbi dicitur,quod con-
14 ductor † non debet audiri,qui deſiderat vltra legem frui,vel contra legem. & Gl. ibi declarat,quod vltra legem eſt · vltra ſtatutum tempus differre; & contra legem id eſt contra pacta: & æquum [illegible] non ſuerit ad [illegible] tiam pactorum. Quare cum penſio in tempore non fuerit ſoluta;& annus finitus ſit: ipſæq; mulieres vitam inhoneſtam publicè tenent
15 imò notoriè; & notorium † dicatur omne, quod ex oculorum inſpectione percipitur. Grat. in conſ. [illegible] nu.6.lib.1 Non eſt cur probetur. c. fin. de coh. cler.& mul. [illegible] omnino expellendæ:
16 quæ,cum † domino faciant reſiſtentiam; dicunt [illegible] ſpoliare eum: licet per viam [illegible] ſe opponant,vt tradit Alex. qui eſt [illegible] conſ. [illegible],num.2.vol.6.& Cephal. in conſ. [illegible] num. 40. in primo vol. & Borg. de [illegible] num. [illegible] & 72. ergo [illegible] eorum iam dominus eſt [illegible]: & ita iuris eſſe concludo. Saluo &c. Laus Deo,& B. M.

CONSILIVM CXLIV.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica an poſsit alienari ab vno ex comprehenſis in inueſtitura?

SVMMARIVM

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando tranſeat ad extraneos.*
2 *Emphyteuſis tranſit ad extraneos, quando adeſt perpetuitas contrahentium.*
3 *Emphyteuſis tranſit ad extraneos, ex conſuetudine concedendi in perpetuum.*
4 *Communis opinio non attenditur quando contrarium in iure ſit verius.*
5 *Emphyteuſis habens p[illegible] correſpondentem fructibus,d[illegible] ad [illegible] tempus,et tranſit ad extraneos.*
6 *Emphyteuſis,quæ tranſit in locationem,tranſit in extraneos,quando interuenerit conſenſus Apoſtolicus.*
7 *Ceſſio emphyteuſis habet relationem ad primam conceſſionem.*
8 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
9 *Dominus directus, recipiendo penſiones debitas, dicitur confirmare conductionem.*
10 *Emphyteuſis empta,eſt tranſitoria ad extraneos.*
11 *Emphyteuſis empta dicitur ex cauſa oneroſa.*
12 *Emphyteuſis empta dicitur contractus obligatorius vltro,citroque.*
13 *Fructus non dicuntur,niſi deductis expenſis.*
14 *Argumenta contra regulas iuris, non valent.*
15 *Feudum emptum mutat naturam.*
16 *Feudum emptum æquiparatur patrimonio.*

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

FACTI SPECIES.

IAcobus ab oleó accepit à capitu-
lo Canonicorum Collegiatæ Car
pi de anno 1541. quaſdam terras
ad affictum, vſque ad 29. annos,
in 29. annis, in perpetuum, pro
ſe, & hæredibus ſuis maſculis q-
buſcunque de domo, & familia, & cognatione
ab Oleo; excepto tamen (vt verbis inſtrumẽ-
ti vtar) quod non poſsit, vel ſui filij, & deſcẽ
dentes non poſsint vendere dictas terras ali-
cui perſonæ, quæ non ſit idonea, ad præſtatio-
nem affictus abſque expreſſa licentia prædicti
Capituli: ipſeque poſtea de anno 1543. ceſsit
iura ſua (recepta pecunia) Mignano de Bul-
garellis, acceptanti pro ſe, & ſuis hæredibus
maſculis tantum de familia, & domo, ſeu agna
tione illorum de Bulgarellis, cum pactis, clau-
ſulis, & alijs de quibus in inueſtitura facta di-
cto ab oleo: Qui Mignanus poſtea dictas ter-
ras, ſeu melioramenta cum conſenſu Capituli
vendidit cuidam de Zucculis; & ille Zucculus
eaſdem vendidit Illuſtri Domino Archidiaco
no d. Capituli; accedente etiam conſenſu Ca-
pituli. Nunc autem filij Marconi quondam d.
Mignani de Bulgarellis prætendunt aſſertam
venditionem fuiſſe nullam ad eorum præiudi-
cium: & agunt contra d. Illuſtrem Archidiaco-
num. Super quo articulo doctiſsimè ſcriptum
reperitur, ita quod non videtur locus calamo:
quæ omnia ego approbo: Sed, vt amico ſatiſ-
faciam nonnulla in mediũ offeram, quaſi ſpicas
poſt meſſem colligendo; & quia ætas, & tem-
pus non mihi præſtat per contradicta immo-
rari, procedam per concluſiones; ex quibus iu-
ſtus Iudex, qui Deum præ occulis habere de-
bet, cum ſua prudentia ad veritatem attẽdet.

Prima enim concluſio eſt, quod conceſsio,
de qua in themate, fuit facta in perpetuũ: quæ
1 diſpoſitio † in materia emphyteutica habet
tranſitum ad extraneos: & maximè quando
interuenerint cauſſæ, & ſolemnitates, de qui-
bus in c. Sine exceptione. 12. q. 2. quæ interue-
nerant in præſenti caſu. Et hanc concluſionem
poſt adductas pro, & contra auctoritates, te-
nuit Felin. in c. In præſentia. num. 17. verſ. Puto
opinionem primam; de probat. Et eandem
concluſionem ſequutus eſt Ancar. in conſ. 325.
incipit. Diſcurrit materia dubij: vbi dicit quod
2 abſque dubio hæc opinio procedit † quando
ex parte contrahentiũ adſit perpetuitas: pro-
ut eſt in caſu propoſito; quia capitulum eſt
perpetuum, & hoc eſt commune dictum; ſicut
recitat Socin. in conſ. 266. col. 3. verſ. Secundò
præmiſſa confirmantur. incipit, In cauſſa, quæ
vertitur inter Capitulum: ſecundum antiquam
impreſsionem. Iſtamque opinionem pro con-
cludenti tenet etiam Abb. in conſil. 74. Duo
principalia. num. 3. verſ. Quid ergo. vol. 1. quæ
3 opinio eò magis procedit † quando ſit con-
ſuetudo concedendi in perpetuum, vt eſt in
præſenti caſu. Bal. in auth. Si quas ruinas. C.
de Sac. San. Eccl. num. 3. Iul. Clar. in ſua pra-
tic. in §. Emphyteuſis. q. 28. ibi, Contrariam
verò ſententiam. vbi dicit, quod hęc opinio eſt
in iure verior: & quamuis poſtea dicat, quod
non auderet ab alia opinione recedere in iu-
dicando; ego tamen aliter ſentio; quia ſem-
4 per eſt ſequenda verior opinio; nec † attendi-
tur communis, quando conſtat contrarium eſ-
ſe verius. l. 1. §. Sed neque C. de vet. iur. enucl.
& tradunt Hoſtien. & Ioan. And. in c. 1. de con-
ſtitut. & Tind. in tit. de teſt. c. 10. num. 12. ad fi-
nem. & facit textus in c. Si vir. de cognat. ſpi-
rit. & tantò magis in caſu propoſito, vbi alij
doct. allegant de communi pro iſta parte, &
ipſe Clar. dicit, quod eſt in iure verior.

Secunda concluſio eſt, quod conceſsio de
qua agitur, non eſt propriè emphyteuſis, ſed
locatio ad longum tempus, tum ex vi verbo-
rum; quia verba loquuntur de locatione; tum
5 etiam quia quando † penſio correſpondeat,
vel quaſi, fructibus, non dicitur emphyteuſis
propriè: cum emphyteuſis conſiſtat in modi-
ca penſione pro recognitione; aliàs verò di-
citur locatio, quæ tranſit ad extraneos. Rol. à
Vall. qui alios & multos allegat. in conſ. 96. à
num. 20 per totum. vol. 1. qui dicit, quod ſine
6 difficultate procedit, † quando interuenerit
conſenſus Apoſtolicus. Et eandem opinionẽ
tenuit Ruin. in conſ. 161. nu. 21. in primo lib. &
Cephal. in conſ. 9. num. 8. verſ. Quartò quia vbi.
vol. 1. & Iacob. Berret. in conſ. 32. nu. 8. & Crau.
in conſ. 767. à nu 3. & infra. vbi agit de emphy-
teuſi præpoſituræ Collegiatæ S. Proſperi in ci-
uitate Regij, & fuit deciſum in Rota Roma-
na per Dominum Seraph. deciſ. 564. in primo
lib. diuerſ. nouiſſ.

Tertia concluſio ab ipſo inſtrumento colli-
7 gitur, quia † ceſsio facta ab Oleo illi de Bulga
rellis habet relationem ad primum inſtrumen
tum, prout & debebat habere, vt notat Rol. à
Vall. qui alios allegat in conſ. 21. num. 1. vol. 1.
& Decian. in reſpon. 73. num. 50. in 2. vol. & in
primo inſtrumento dicebatur quod terræ, de
quibus in inueſtitura, vendi non poſſent alicui
perſonæ, quæ non eſſet idonea ad præſtationẽ
penſionis, ſine conſenſu Capituli. Ex quibus
verbis conſtat quod, quandocunque fieret alie
natio in perſona inhabili ad ſolutionem, cum
cõſenſu Capituli, vel in habili, etiam ſi non a-
deſſet conſenſus Capituli, valeret: quoniam
8 exceptio † firmat regulam in non exceptis: vt
probat Quintil. Mand. in reg. Cancell. 27. q. 9. n.
5. cum ibi allegatis: ergo quando huiuſmodi
cõceſsio eſſet emphyteuſis, & non locatio; ex
pacto eſſet tranſitoria in perſona habili ad ſol
uendũ: vel etiã inhabili cũ conſenſu Capituli.

Hic verò agitur de idonea perſona, & vbi fuit
conſenſus Capituli; non eſt locus dubitationi.
Quarta concluſio eſt, quod cū dominus di-
9 rectus † admiſerit ceſsionem factam ab Oleo;
& aliam à Bulgarello, & à Zucculo, recipiendo
penſiones confirmauit eas ceſsiones: vt latè
probat Crau. in d. conſ. 767. nu. 6. verſ. Secundò
igitur principaliter: & per conſequens non po
teſt in dubium reuocari.
Quinta concluſio eſt, quod cum iſta emphy
teuſis, (ſi ſit emphyteuſis) fuit ceſſa interue-
10 niēte pretio, vnde amiſit propriam naturam,
& effecta eſt tranſitoria ad quoſcunque, etiam
extraneos: vt ita prò concludēti tradit Gabr.
in ſuis concluſionibus tit. de iur. emphy. concl.
2. num. 48. & Iaſ. in l. 2. nu. 207. verſ. 2. limita. C.
de iur. emphy. & Bal. in l. 1. ad finem. c. Per quas
perſo. nob. acqu. quē ſequitur Lauren. de Pall.
in tract. quod ſtan. maſc. fem. non ſucc. nu. 46. q
dicit quod regula, quę dicit, quod pater, cui ſit
conceſſa emphyteuſis pro ſe, & filijs, non po-
teſt præiudicare filijs eam alienando. Fallit ſi
eam acquiſiuiſſet ex ſua pecunia: quia dicitur
11 † acquiſita ex cauſſa oneroſa, non autem lucra
tiua. & refert Decian. in reſpon. 73. vol. 2. verſ.
Secundò quia emphyteuſis. qui dicit, quod ha
12 bet locum ius accreſcendi, quia dicitur † con-
tractus, vltrò, citròq; obligatorius: & idem ſen
ſit Alex. in l. Si mihi, & Titio. num. 11. verſ. Si
verò conceſſa eſſet pro penſione correſpondē
te. ff. de verb. oblig. qui applicat caſum ad em-
phyteuſim emptam, & ad non emptam; quan-
do penſio correſpondeat fructibus; quia cum
mutet naturam expenſæ ſunt deducendæ: qa
13 fructus † non ſunt niſi deductis expenſis. l. Fru
ctus. ff. ſol. mat. & in extrauag. commu. de de-
cim. verſ. In ſoluendo decimam. Bar. in l. Si
merces. §. Vis maior. ff. de loc. & condu. Deciſ.
pedem. 83. Ex quibus conſtat ceſſare obiectum
de feud. ad emphyteuſim; quia, vt dicit Alex.
in d. l. Si mihi. & Titio. num. 11. verſ. Facit quia,
14 argumenta † contra iuris regulas non valent:
Imò ſi in caſu præmiſſo valeat argumentum,
retorquetur contra allegantem; quia etiā feu-
15 dum † emptum mutat naturam, & ad omnes
extraneos tranſit: ſicut latè proſequitur Dec.
in conſ. 390. num. 7. & Natt. in conſ. 216. num. 4.
& per totum conſ. qui ſunt videndi, & idem
net Rom. in conſ. 367. num. 12. verſ. Fallit 4. &
Iacob. Berret. in conſ. 33. num. 16. qui omnes
16 concludunt quod de ſimili † feudo iudicandū
eſt, quod de patrimonio. Ex quibus reſtat
concluſio, quod ceſsio facta in Illuſtrem Do-
minum Archidiaconum cum conſenſu domini
directi. ſit valida: non obſtantibus ex aduerſo
deductis: & ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c.
Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXLV.

Onus impoſitum rei, ſi tranſeat ad clericos, an,
& quomodo ſoluatur?

SVMMARIVM.

1 *Onus impoſitum rei, clericus non ſoluit.*
2 *Maior dignitas eſt, in Eccleſia, quàm in Principe.*
3 *Clerici gaudent eodem priuilegio, quo Eccleſia.*
4 *Religioſa dicuntur ea, quæ religioſis adhærent.*
5 *Bona ſequuntur conditionem perſonæ.*
6 *Accedens aſſumit naturam eius, cui accedit.*
7 *Acceſſorium non poteſt eſſe melioris conditionis, quàm ſit res principalis.*
8 *Verbum, onus, refertur ad ipſam rem.*
9 *Debitum non poteſt eſſe maius eo, quod percipitur à re debita.*
10 *Nemo dat quod non habet.*
11 *Res onerata non debet ſoluere, quod non habet.*
12 *Munera debent ſolui per ordinem pro modo fortunarum.*
13 *Ordo ſoluendi eſt, vt vnum, & aliud ſoluatur ſecundum varietatem temporum.*
14 *Tributa diminuuntur propter decrementa.*
15 *Sterilitas dat decrementum.*
16 *Commoda, & incommoda ſequuntur ſecundum naturam rei.*
17 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incomodum.*

Deus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

REuerēdus Annaſtius emit viridarium
pro ſua recreatione; ſuper quo erat
onus ſoluendi vnum quartarium fru-
menti quotanis: & quod annis elapſis ſemper
ſoluit: nunc verò quia maxima eſt ſterilitas; &
in tritico multa adeſt zizania; licet d. Reuer.
pro poſſe conatus ſit quantitatem ſolitam ad
onus ad pulchritudinem reducere; non potuit
ſatisfacere exactori. Quare videndum eſt ad
quid. d. Reuer. teneatur.
Et certè ſi ad commodum clericorum attē-
dere volumus; dicendum eſſet, quod d. Reuer.
1 non teneretur ad prædictum onus; non obſtan
te regula, quod res tranſit cum ſuo onere; quæ
non videretur habere locum quando tranſeat
ad clericos: ſicut in expreſſo tenet Damaſ. in
d. reg. num. 103. in qua pro reſolutione hæc
verba profert, videlicet, onera tranſeuntia, &
rei cohærentia tranſeunt cum re: perſonalia
non: ſi tamen res tranſeat ad priuilegiatum,
exoneratur priuilegiatus à præſtatione one-
rum. Quod nobis experientia demonſtrat;
qa ſi res onerata perueniat ad manus Principis
efficitur immunis: & eadē ratio, imò magis, de
bet eſſe in Eccleſia, & perſonis Eccleſiaſticis;
2 cū ſit maior † dignitas in Eccleſia quā in Prin-
cipe:

Digitized by Google

cipe.c.Duo ſũt.96.diſt.& dixi ſupra in cõſ.141.
3 num.12. & clerici † gaudent eodem priuile-
gio,quo ipſa Eccleſia. de quo latè dixi. in cõſ.
53.num.14.& nu.19.& 20.& adeſt textus,& ibi
Gl.in c. Similiter.16.q.1. & ratio eſt quia, quæ
4 † religioſis adhærent dicuntur religioſa.l.Quę
5 religioſis. ff. de rei vend. & bona † ſequuntur
conditionem perſonę.l.In pecudum.ff.de vſur.
6 & omne accedens † aſſumit naturam eius, cui
accedit.c.Acceſſoriũ.de reg.iur.in 6.& faciunt
tradita per Oldr. in conſ.4.Quid laicus. & ibi
annotationes. & per Abb.in conſ. 13. vol. 2. &
hoc poſſet etiam ſuſtineri de Iur.diuino. vt in
c.47.geneſis. & etiam traditur in canonico . c.
Duo ſunt. & c.Si Imperator.96. diſtin. Verum
ſuper hoc non inſiſto, ſed ad oſtendendum , q̃
malè ſe gerat ille exequutor grauãdo indebi-
tè omnes tam clericos,quàm laicos, ad quorũ
manus peruenerit res onerata , etiam paupe-
tes;quia ſi terra producit zizaniam,vult aurũ,
& argentum . Ad quod oſtendendum adduco
regulam ipſam,videlicet . Res tranſit cum ſuo
onere: quam, ſi quis rectè cogitat , tollit om-
nem difficultatem;nam ponit rem principalẽ,
7 & onus acceſſorium : quod non † poteſt eſſe
melioris conditionis,quam ſit ipſa res princi-
palis.c.Acceſſorium. de reg. iur.in 6. l.Et ſi nõ
ſint.§.Perueniamus.ff.de aur.& argen.leg.& eſt
ſingulare dictum Ant.Corſ. in verbo , Legatũ.
vbi multa ad propoſitum : & ad idem Hieron.
Cagn. in l.Cum principalis.num.1.2. 3. 4. & 9.
de reg.iur. vnde non poteſt onus eſſe aurum ,
8 quando res ſit ſtamnum.Verbum† enim illud,
onus , refertur ad ipſam rem .l. Ex facto. vbi
Gl. in verbo.Sua. ff.ad Senat. con. Treb. & idẽ
ſequitur Curt.Iun.in conſ.139. Præſupponitur
in facto.num.12. & Quinctil. Mand.in pri. reg.
Cancell.quæſt.12.num.5. vnde fit quod debitũ
9 non ſit maius,quàm ſit illud,quod percipitur.
Inſtit.de ſing.reb. per fideic.relict.§.2.ibi.Hoc
ſolum eſt obſeruandum, ne plus quiſquam ro-
getur alicui reſtituere,quàm ipſe ex teſtamen
to cœperit , ergo terra non debet ſoluere il-
10 lud quod non producit;nemo† enim dat quod
non habet. l.Si filius.C.de donat. neque res o-
11 nerata debet ſoluere vltra quod habeat.l. In-
dictiones. ibi. Et ideo ne vltra modum. C. de
anno. & trib.lib.10.& l.1.C.de muner. patrim.
12 eod. lib.vbi dicitur quod munera ciuilia† ſunt
ſuſtinenda per ordinem pro modo fortunarũ.
Et idem fuit ſtatutum . in l. Vltra modum . C.
quemad. ciuil.mun.ind. eod. lib. vbi Gl. in a-
perto hoc tenet. in verbo,ordinem,dicens:eſt
13 enim ordo,† vt nunc vnum, nunc aliud , nunc
ſimul æqualiter ; non autem , vt vnum ſemper
grauet:ergo ſecundum varietatem temporum
onus eſt ſoluendum, prout terra producit : vt
ſcilicet ſi triticum ſit pulchrum,illud ſoluatur;
& ita ſi cum zizania ortum habeat . l. Si quos
inũdatio C.de alluuion.vbi dicitur quod pro-
14 pter † decrementa,tributa minuuntur:nam ſi
fertilitas emolumentum dat poſsidenti rem ;
idem erit onus quia fructus ſunt meliores : &
15 ſterilitas † pari paſſu debet decrementum da
re. Ita ſuccedit regula , Qui ſentit onus . de
reg.iur. in 6. l.Secundum naturam. ff. eod. tit.
16 vbi dicitur; ſecundum † naturam eſt commo-
da cuiuſque rei, ipſum ſequi,quem ſequuntur
incommoda. Vbi Din.& Cagnol. dixerunt , q;
17 eſt eadem ratio in his,qui † ſentiunt commo-
da, qui etiam ſentire debent incommoda . &
faciunt notata per Albert.Brun.in tract. de au
gum.concluſ.13. ergo, Quare ſi exequutor ha-
bet bonum tempore bono , non debet habere
malum tempore malo ? concludo igitur ex ſu-
pradictis,quod res tranſit cum ſuo onere, ſiue
bono,ſiue malo: & quod qui habet terram one
ratam in fructibus,non tenetur niſi ad fructus
quos terra producit ex varietate temporum .
Saluo etc. Laus Deo, et B. M.

CONSILIVM CXLVI.

Promiſsio accipiendi mulierem in vxorem , an
impediat ſacros ordines ?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia debent eſſe libera .*
2 *Lex,per quam matrimonium ſit timidum, eſt ab-
rogata .*
3 *Sponſalia de præſenti contrahuntur per verba de
præſenti .*
4 *Sponſalia de præſenti requirunt mutuũ conſenſũ*
5 *Sponſalia de futuro ſunt promiſſiones de futuro.*
6 *Promiſsiones de futuro non obligant,quin pœniten
tia non habeat locum .*
7 *De iure canonum promiſsiones non obſtabant vo-
lenti ſacros ordines .*
8 *Caſus per quos ſponſalia diſſoluebantur .*
9 *Oſcula,& amplexus poſt ſponſalia , ſine copula
non inducebant matrimonium .*
10 *Sponſalia cum copula non faciebant matrimonia,
niſi concurrente conſenſu vtriuſque .*
11 *Conſenſus tacitus,nec præſumptus, habet locum
in matrimonio .*
12 *Copula non ſufficit ad matrimonium , niſi fuerit
conſenſus ab initio .*
13 *Sponſalia per ingreſſum religionis,& ſuſceptio-
nem ſacrorum ordinum diſſoluuntur.& num.14.*
15 *Promittere quis poteſt,et ante cõtractũ pœnitere.*
16 *Matrimonium ratum,non conſumatum,dirimitur
per ingreſſum religionis .*
17 *Promiſsio de futuro nõ impedit cũ alia cõtrahere.*
18 *Matrimonium ratum olim non diſſoluebatur per
ingreſſum religionis .*
19 *Exceptio firmat regulam in non exceptis .*
20 *Cõſenſus mutuus reqritur ad ſpõſalia de præsẽti.*
21 *Promiſſio nuda non obligat ad contrahendum.*
22 *Matrimonium inducitur ex copula, ſi animus, &
intentio ad hoc fuerit .*

Digitized by Google

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

QVidam laicus cupiens clericare obti-
nuit diſpenſationem à ſummo Ponti-
fice ſuſcipiendi omnes ſacros ordines
intra annum;& dum fiebant denuntiationes in
Eccleſia præſentatæ fuerunt litteræ ab ipſo
ſcriptæ cuidam ſuæ amaſiæ,in quibus promit-
tebat eam in matrimoniũ ducere; & facta in-
ſtantia;eoque conſtituto, dixit dictas litteras
ſcripſiſſe animo ſolum ad eam inducēdam ad
amorem,non autem ad matrimonium. Et du-
bitare contingit,An eſſet admittendus ad or-
dines?& ego reſpondi illum eſſe admittendũ,
rationibus infra dicendis.

Ad quam elucidationem præmitto quod
1 matrimonia † debent eſſe libera. l.Nuptiæ. la
2.C.de nupt. c.Gemma. de ſponſ. vnde omnis
2 lex,ex qua † matrimonium reddatur timidũ,
intelligitur abrogata. c.fin.de ſecund. nupt.v-
bi Abb. & ſequitur Couuar.in Epito.3.c.9.n.4.

Secundò, Præmitto quod ſunt duo genera
ſponſaliorum. ideſt ſponſalia de præſenti, &
3 de futuro: ſponſalia quidem de præſenti †
ſunt illa quæ contrahuntur per verba de præ-
ſenti.c.Ex publico.de conuerſ.coniug. c. Si in-
ter. de ſponſ.& c. Licet. de ſponſ. duorum. &
4 iſta ſponſalia † requirunt mutuum conſenſum.
d.c.Licet. & c.Ex parte. de ſponſ.& matrim.&
notat Sylu. in ſumma. in verbo,de ſponſ. n.5.
5 Sponſalia † verò de futuro ſunt promiſſiones
de futuro.d.c. Si inter. & c.De illis. eod.tit.

Sponſalia autem, quæ ſolam, & ſimplicem
6 promiſſionem faciunt, quando tendunt † ad
futurũ;non obligant, quin pœnitentia habeat
locum;etiam de iure canonico ante Conciliũ
Tridentinum, quæ per ingreſſum religionis
diſſoluebantur;& per ordinum ſuſceptionem;
7 quia non obſtantibus † dictis ſpōſalibus quiſ-
quis poterat ordines ſacros habere: vt refert
Ioan.And. in tract.de ſponſ.& matrim. num.4.
8 verſ. Diſſoluuntur autem ſponſalia vbi † enu-
merat 13.caſus diſſolutionis:quod affirmat ēt
in tract.de conſang. & affin. à num.2.vſque ad
num.17.Sed Nauar. in ſuo Manual.c.22. nu.25.
enumerat.17. caſus. ex quibus diſſoluantur: &
tot recitat Sylu. in ſua ſumma in verbo, Spōſ.
num.10.& infra: inter quos adſunt duo prædi-
cti ſcilicet ingreſſus religionis,& ordinum ſu-
ſceptio: & hoc in tantum procedebat, quod
9 facta promiſſione,etiam ſi munera, & ample-
xus,atque oſcula ſequebantur, non faciebant
matrimonium niſi concurrente copula: vt no-
tabiliter tradit Abb. in c. 1. in 2. notabili. de
matrim.cont. interd.Eccl.contract.Imò ſequu
10 ta † etiam copula non obligabant,niſi concur
rente conſenſu vtriuſque c.fin.de ſponſ.& not.
Gl.pen.in c.Per tuas.de condit. appoſ. quæ nō
concurrunt in illo caſu,vbi non fuerunt mune
ra,neque oſcula, ſed ſolum promiſſio, de qua
in litteris.Nec apparet de conſenſu mulieris;
11 quia conſenſus † tacitus,nec præſumptus,ha-
bet locũ in matrimonio,vbi verba requirũtur;
vel alia ſufficientia ſigna.Sicut in aperto oſtē-
dit Anto.Mass. in conſ.84. nu.6 & infra. inter
12 conſil.matrimonialia; vbi dicit quod neque †
ſufficeret copula; niſi à principio fuiſſet ex-
preſſus conſenſus. Vnde cum hic non ſit copu
la,neque appareat de communi conſenſu,non
13 eſt cur in dubium reuocetur,quin ſponſalia †
huiuſmodi diſſoluantur per ingreſſum religio
nis; aut per ſuſceptionem ſacrorum ordinum,
vt notatur. in c. Ex publico.de cōuerſ. coniug.
& in Conc.Triden.ſicut refert Nauar.in d. Ma
nu.c.21.n.26.& nu.28. & Nicol. Mozz. in ſuo
tract.de contract. tit. de ſponſ. §. de natural.
ſponſ.num.5.& in §.Quomodo ſolu. ſeu annih.
ſponſ. per totum vbi tractat caſum per quem
14 huiuſmodi † ſponſalia non impediunt ordi-
nes:& Marc. Ant. Cuch.in ſua inſtit.canonica
lib.5.tit.de Sacram. mat. num. 45. dicit, quod
15 ex quo quis poteſt † promittere,& ante con-
tract.pœnitere;non ſunt impedienti ordines:
quod eſt etiam de mente Concilij.c.1. ſeſſ.24.
de reformat. matrim. & ſeſſ.6.can.6. dum ait:
16 Si quis dixerit matrimonium † ratum,non cō-
ſumatum,per ſolemnem religionis ingreſſum,
& profeſſionem alterius coniugum, non diri-
mi,anathema ſit. Et quamuis aliqua ſit differē
tia inter religionem monachorum, & clerico-
rum;non refert ad præſentem caſum, quia eſt
etiam differentia inter promiſſionem, & ma-
17 trimonium verum; nam promiſſio, † quæ ad
futurum tendit, non impedit quin cum alia
contrahatur:ex his,quæ not.Couuar.in 2. par.
epitom.c.4.§.1.num.5.6.7.& 8.neque ſacros or
dines ſuſcipere. & eſt argumentum in extra-
18 uag.Ioan.XXII. tit.de voto. vbi cauſa † ſacri
ordinis non licet matrimonium ratum ſolui;
19 ergo ſi exceptio † firmat regulam in non ex-
ceptis;ex allegatis à Mand.in regula 27. Can-
cell.q. 11. nu. 5. quotieſcunque non ſit ratum,
diſſolui poteſt: & quantò magis cum fuerit nu
da promiſſio,vt in præſenti caſu; quæ nec etiā
20 inducit ſponſalia; quia non conſtat de † mu-
tuo conſenſu,qui requiritur ad ea inducenda.
Sicut probat Nicol.Mozz. de matrim. titu. de
ſubſtantial. matrim.num.5.& infra.Et ſi hodie
nec ſponſalia arctant;quantò minus nō poteſt
21 nuda † promiſſio arctare?Mozz. in eod. tract.
tit.de natural.ſponſ. n. 5. qui dicit quod poſt
Concilium Tridentinum, ſponſalia de futuro
etiam per ſubſequentem ſequutam copulam,
non faciunt matrimonium. Quæ quidem ſpon
ſalia ante Concilium matrimonium ita demũ
22 inducebant, † quando vir.& mulier coniunge
bantur ad copulam animo, & intentione,
vt matrimonium induceretur. cap. De illis. &
cap.

Digitized by Google

cap. Per tuas. de ſponſ. Ex quibus clara reſultat concluſio, quod ſola promiſsio de qua in themate non potest impedire ſuſceptionem ordinum. Et ita dico, Saluo &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CXLVII.

Iuſpatronatum an, & quando vicinia, vel uilla habeat?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt quid ſpirituale.*
2 *Simonia committitur etiam in Iurepatronatu.*
3 *Laici non poſſunt poſſidere ſpiritualia.*
4 *Præſentatio eſt ius præambulum ad institutionem.*
5 *Laici per priuilegium habent iuſpatronatum.*
6 *Laici olim, etiam dotando, non habebant ius in beneficijs.*
7 *Conceſsio facta alicui non trahitur in exemplum alijs.*
8 *Priuilegia non extenduntur ad non cõprehenſos.*
9 *Qui non dotat beneficium, non comprehenditur à Concilio.*
10 *Patronum eſſe in beneficialibus, reſpicit petitorium.*
11 *Datatio beneficij facta ab vno, non prodeſt alteri.*
12 *Qui cum temeritate poſſidet, dicitur in mala fide.*
13 *Qui ſcit rem eſſe alienam, & eam poſsidet, eſt in mala fide.*
14 *Qui ſcit rem eſſe alterius, debet ſcire ſuam non eſſe.*
15 *Peccat qui præſentat non habens ius legitimum.*
16 *Prouidetur Eccleſijs ſex modis.*
17 *Dictio, prout, eſt conditionalis.*
18 *Dictio, prout, eſt limitatiua temporis.*
19 *Epiſcopus non poteſt, quod de iure eſt prohibitũ.*
20 *Spiritualia non conceduntur his, qui non ſunt priuilegiati.*
21 *Quod fieri debet cũ conſenſu alicuius, non valet ſine conſenſu.*
22 *Conſenſus patroni requiritur in inſtitutionẽ patronati beneficij.*
23 *Petitorium debet cognoſci ante admiſſionem præſentationis.*
24 *Lex in corpore iuris, dicitur vſu recepta.*
25 *Derogatio legis ſcriptæ requirit ſpatium 40. annorum.*
26 *Conſuetudo tollens ius ſcriptum debet eſſe rationabilis.*
27 *Binæ præſentationes non probant Iuſpatronatũ.*
28 *Iuſpatronatus debet verificari poſt Concilium.*
29 *Qui ſolam poſſeſsionem habet, non poteſt præſcribere.*
30 *Bona fides requiritur ad acquirendum Iuſpatronatum.*
31 *Titulus requiritur in acquirendo iuſpatronatum, vltra tempus immemorabile.*
32 *Quando non conſtat quis erexerit Eccleſiam præſumitur pro poſſidente.*

Ieſus in adiutorium meum intende.

AD collationem liberam beneficij B. Mariæ ſemper Virginis, in Eccleſia S. Pauli: ſex proponuntur dubia.

Primò, quod cum conſtet de titulo dotationis beneficij, nõ eſt agendum de 3. capite concilij. in c.9. ſeſſ.25. verſ. In his verò perſonis. quia Vicinia habet intentionem fundatam; quod conſtet de titulo fundationis, & dotationis.

Secundò, quod cùm Epiſcopus facta dotatione dediſſet beneficium in commendam de conſenſu Viciniæ, approbauit Viciniam eſſe patronam.

Tertiò, quod per tempus immemorabile fuit acquiſitum ius præſentandi.

Quartò, quod edicta ad diſpoſitionem c. fin. de elect. in 6. non proponebantur illo tempore: quod probatur per binas præſentationes, ſine edictis admiſſas, cum inſtitutionibus.

Quintò, quod licet diſpoſitio d.c. fin. fuiſſet in obſeruantia, hoc non potuit obeſſe Viciniæ, ſed ſolum Epiſcopo, cui onus erat ad edicta publicanda.

Sextò, quod adſunt ſententiæ, in quibus aſſeritur de iurepatronatu &c. ſuper quibus omnibus requiſitus reſpondi collationem ab Illuſtriſsimo Epiſcopo factam eſſe validam; & obiectis reſpondi.

Primò, Viciniam fundamento dotationis minimè poſſe adiuuari, rationibus infraſcriptis.
1 Et primò quia Iuſpatronatus † eſt quid ſpiri-
tuale, vel ſpiritualitati annexum. c. Quantò. de
2 iud. & ſuper eo † committitur ſimonia, ſicut
in re ſpirituali. c. Præterea. il primo. de trãſact.
3 ſed laici † non poſſunt poſsidere ſpiritualia,
vel quaſi: ad tradita per Abb. in quæſt. 5. incipit,
Augerio. num. 3. ergo iure mero inſpecto
laici non poſſunt præſentare Rectorem; vt il-
4 lic Abb. num. 4. nam Præſentatio † eſt quoddã
ius præambulum ad inſtitutionem; quæ in ſe
eſt merè ſpiritualis, & per laicos impreſcriptibilis,
etiam per tempus immemorabile; &
5 non iure, ſed ex priuilegio † per Eccleſiã fuit
laicis cõceſſum poſſe habere Iuſpatronatum,
vt notat Abb. in ſupradicto loco citato: qui
ante eis conceſſum huiuſmodi priuilegium, ſi
6 dotabant, † & fundabant, nullum ius acquire-
bant. c. Nouerint. 10. q. 1. ſed id totum ſpecta
bat ad ordinationẽ Epiſcoporum; vnde quod
7 alicui † eſt conceſſum, alijs non debet trahi in
exemplum. c. Quod alicui gratioſè. de reg. iur.
in 6. c. Sanè. de priuil. c. Petiſti. 7. q. 1. Priuilegia
8 † enim non extenduntur ad non comprehen-
ſos. Soc. in conſ. 7. col. 2. verſ. Nec obſtat. & in
conſ. 74. col. 3. verſ. Tertiò probatur. vol. 1. ſecũ
dum antiq. impreſsionem: & ſic iſta Vicinia
nõ poteſt ſe iuuari priuilegio cõceſſo his, q d.
beneficiũ dotauerũt; & maximè ſi nõ fuit vni-

9 uerſalis hæres. Quare nõ eſt locus † Cõcilio, de
dotatione ſequente, cũ ipſa non dotauerit: quod
in terminis probat Archid. in c. Si plures. 16.
quæſt. 7. qui dicit, quod ſi adſint inſtrumenta
dotationis; ſed non poſsit probari, quod qui
ſunt in poſſeſsione præſentandi deſcendant à
ſtirpe illorum, qui dotauerũt, ſed ſolum quod
fuerint in poſſeſsione præſentandi; poſſeſsio
10 non facit illos patronos quia eſſe † patronum
reſpicit petitorium. Et hoc idẽ ſequitur Abb.
11 in allegata quæſtione 5. & ſic dotatio † facta
ab vno, non prodeſt, quo ad titulum, alteri: vnde
de Vicinia dicitur temerariè poſsidere, quod
ad alium ſpectat. c. Sanè. de priuil. & omnis
12 qui cum † temeritate poſsidet, dicitur in ma-
la fide. & vllo tempore non præſcribit c. Vigi-
13 lanti, & c. Quoniam, de præſcrip. Qui † ſcit
enim rem ad alium pertinere, eſt in mala fide,
& præſcribere non poteſt. c. Ad decimas, de re
ſtitut. ſpol. lib. 6. c. fin. de præſcrip. Nec poteſt
prætendere ignorantiam; tum quia à principio
ſciebat dotationem, & fundationem ab alio
fuiſſe factam: tum etiam quia producens in-
ſtrumentum dotationis, vti fundamentum ſuę
intentionis, non poteſt ignorantiam præten-
dere; quia in eo conſtat dotationem ab alio
factam; vnde errat præſupponendo dotationẽ
huiuſmodi ſibi fauorabilem, & ſatisfactum eſ-
ſe Concilio: Et ignorantia eius, quatenus eam
14 prætendat, eſt craſſa; quia qui † ſcit rem alte-
rius eſſe, vel fuiſſe; debet ſcire ſuam non eſſe.
l. Conquerebatur. C. Vnde vi. vnde priuilegiũ
quod habuit ille fundator non extenditur ad
iſtam Viciniam per ſupra allegata; & per alia
quæ adducit Archid. in c. Hortamur. 71. diſtin.
15 vbi in 2. col. dicit, quod Parochiani † peccant;
quia præſentando, cum non habeant ius legi-
timum, demonſtrant voluntatem conſequẽdi,
& retinendi quod iuſtitia vetat, vt not. S. Au-
guſt. in primo libro retractat. ergo dotatio fa-
cta à tertia perſona: cui nõ ſucceſsit Vicinia,
non ſatisfacit diſpoſitioni Concilij: quo ad ip-
ſam Viciniam.

Ad ſecundum obiectum reſpondeo; ſecun-
16 dum Archid. in d. c. Hortamur. qui ſex † modos
dat, per quos Eccleſijs prouidetur: inter quos
eſt; quando ad inſtantiam populi Epiſcopus
dat rectorem: qui tamen modus non facit illũ
patronum; ad ea, quę ipſe allegat.

Secũdò reſpondeo, quod illa prouiſio non dedit
titulũ; quia fuit facta cõditionaliter, ſcilicet vſ-
17 que quo † patronus de rectore prouideret: vt
illa dictio ſignificat. ad Bal. in l. 1. in prin. C. de
18 legat. & eſt † tẽporis limitatiua; vt not. Card.
in Clem. 2. §. 1. in 6. notabili. de ætat. & qual.
vnde illa prouiſio nõn eſt inſtitutio, & non de-
dit titulum: Tertiò reſpondeo, quod etiam ſi
19 fuiſſet inſtitutio, ille Epiſcopus † non poterat
illud quod de iure communi eſt prohibitum. c.
Decernimus, de iudic. & ſic non potuit conce-
20 dere † ſpiritualia, vel quaſi, his, qui à iure pri-
uilegiati non erant, vt ſupra oſtendi: & habe-
tur. in c. Quod autem. in fin. de iurepat.
21 Quartò reſpõdeo, quod quando aliquid † eſt faciẽ-
dum cum conſenſu alicuius, ſi fiat ſine ſuo cõ-
ſenſu, non valet: c. Nouit. de his, quæ fiunt à
22 prælat. ſed conſenſus † requirebatur patroni,
qui dotauerat. c. Illud. & c. Nobis. de iurepat.
ergo etiam ſi illa prouiſio habuiſſet vim inſti-
tutionis, nullius erat valoris; quia conſenſus
veri patroni non interuenit: & tantò magis,
quia non fuit inſtitutio præbens titulum; ſed
ſolummodo merà prouiſio ad tempus, ſcilicet vſque
quò patronus prouideret.

Ad tertium dubium, ſatis patet ex ſupra-
dictis reſponſio; quia tempus immemorabile
non ſufficit ad acquirendum titulum iuriſpa-
tronatus; nec poſſeſsio immemorabilis iuuat
in petitorio, vt ſupra extitit probatum: quod
23 petitorium † cognoſcendum eſt antequam
admittatur præſentatio, ſecundum Cõcilij di-
ſpoſitionem: prout ita ſacra Congregatio de-
clarauit in his verbis, ſuper c. 9. ſeſſ. 25. videli-
cet Congregatio Concilij cenſuit c. 9. ſeſſ. 25.
locum habere tam in petitorio, quàm in poſ-
ſeſſorio, ideo non eſſe admittendam patroni
præſentationem, niſi verificato prius iurepa-
tronatu. ex d. Concilij decreto.

Ad quartum reſpondeo quod diſpoſitio. ca.
fin. de elect. in 6. eſt regiſtrata in corpore Iu-
24 ris. & præſumitur † fuiſſe vſu recepta, ita quod
dicenti contrarium incumbit onus probandi;
Bellam. deciſ. 13. vnde conſuetudo per binos
actus nõ ſufficit ad abrogandam legem, ſed re-
25 quiritur † ſpatium 40. annorum: & præcipuè
in his quæ decidi oportet de iure canonico. c.
fin. de conſuetud. & ibi Gl. in verbo, Legitimè.
26 Imò conſuetudo † vt per 40. annos tollat ius
ſcriptum, debet eſſe rationabilis. Quare binæ
præſentationes, de quibus in dubio, non tollũt
diſpoſitionem d. c. fin. de elect. neque his, qui
præſentauerunt, edictis non publicatis, ſuffra-
gatur; quod ſit incumbentia Epiſcoporum: quia
illa diſpoſitio irritas facit præſentationes, &
inſtitutiones aliter admiſſas. Nec loquitur
de Epiſcopo, neque de patrono, ſed de inſtitu-
27 tionibus, quas irritas facit. Vnde binæ † præ-
ſentationes admiſſæ ſine obſeruantia. d. c. fin.
non faciunt valere quod eſt vanum: & per cõ-
ſequens non eſt ſatisfactum Concilio, vt ita Il-
luſtriſsima Congregatio etiam declarauit in
hæc verba; An ſatis ſit aſſerenti ſibi compe-
tere iuſpatronatũ, ex fundatione, & dotatio-
ne, ſi vna, & altera præſentatio de anno 1554.
& 1561. quæ effectum ſint ſortitæ, oſtendatur:
Congregatio cenſuit non eſſe ſatisfactum. die
10. Februarij 1581.

Ad quintum ex ſupra adductis patet reſpõ-
ſa; quia textus ille in c. fin. de elect. non loqui-
tur de pœna impoſita omittenti edicta, neq;
patrono

Digitized by Google

patrono præſentanti; ſed annullat inſtitutiones, & quaſcunque prouiſiones. Imò quando etiam edicta fuiſſent promulgata, Vicinia per hoc nullum ius probat habere ad diſpoſitionē Concilij, vt ſupra probatum eſt.

Ad vltimum, reſpondeo quod illæ ſentētiæ ante Concilium non ſufficiunt ad ſatisfacien-
28 dum Concilio: quia poſt † d. Concilium oportet, quod Iuſpatronatus verificetur: & ita Sacra Congregatio ſtatuit dicens; quod ſi poſt Concilium Ordinarius admittat præſentatum adhibita cauſſæ cognitione; patronus non debet repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi; ſecus autem ſi ſimpliciter abſque cauſſæ cognitione præſentatio fuiſſet admiſſa. Addēs, quod cauſſæ cognitio eſt, probando iuſpatronatum ad formam à Concilio traditam: vnde fit quod non attenditur quod ante Concilium fuerit actum; quia poſtea oportet docere, de vero iure: nec per vſurpationem acquiri po-
29 teſt. Neque qui ſolam poſſeſſionem habet, poteſt præſcribere, vt ſupra. Et diffusè tractat. Abb. & Archid. in locis ſupra allegatis; & eorum opinionem vti veriorem ſequutus eſt Lamb. in tract. de iurepatron. in 1. lib. 9. q. prin. 2. part. refutando contraria. Et quamuis Concilium admittat præſentationes per tempus immemorabile; præſupponit tamen habilitatem, id eſt quod adſint ea, quæ de iure communi requiruntur, vt in illis verbis; aliàsve ſecundum iuris diſpoſitionem; ſed ſupra oſtenſum fuit quod Vicinia nō potuit præſcribere; ergo etiam ſi adeſſet tempus immemorabile, nihil iuuaret: quia conſtando de particulari fundatore, Vicinia reperitur in mala fide; cui immemorabile tempus ita demum eſſet in ſuffragio, ſi non conſtaret de verò fundatore: quia præſumptio eſſet pro ea habente tempus immemorabile, quod ſcilicet ipſa dotaſſet. nam
30 bona fides † pro ea præſumeretur, quæ requiritur, vt atteſtatur Lamb. in 2. lib. artic. 10. 3. q. prin. Imò vltra immemorabile tempus requi-
31 ritur † titulus, vt atteſtatur Couuar. in regula poſſeſſor. §. 5. de reg. iur. & in lib. 1. variar. reſol. c. 16. num. 8. & ita pro Vicinia ſolum faceret im-
32 memorabilis conſuetudo, quando non conſtaret, quis beneficium erexiſſet, & dotaſſet. quia pro ea eſſet præſumptio, vt notat Roch. de Curt. in tract. de iurepat. in verbo, Conſtruxit. quæſt. 20. Hic verò conſtat de particulari fundatore: ergo Vicinia eſt in mala fide, vt ſupra extitit probatum. Et ita (ſaluo ſemper meliori iudicio) concludo collationem factā ab Illuſtriſsimo Epiſcopo validam eſſe, alio nō apparente. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CXLVIII.

Minor quando non reſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur minori, quando eius pater fecisset cōtractū nullum ſuper re, de qua agitur.*
2 *Bona Eccleſiæ non alienantur ſine conſenſu Papæ.*
3 *Reſtitutio non datur quando notoriè conſtat de non iure petentis.*
4 *Reſtitutio non datur, ſi ante petitam ſit exequutio petita.*
5 *Reſtitutio non datur ſi malitioſè ſit petita.*
6 *Malitiam ſufficit apparere per præſumptiones.*
7 *Præſumptio malitiæ eſt, quando qui petit nō proſequitur, quod petit.*
8 *Qui non proſequitur inſtantiam ſuam, præſumitur renuntiaſſe ſuæ petitioni.*
9 *Qui omittit facere quod debet, dicitur in dolo.*
10 *Malitia præſumitur permittendo labi tempus.*
11 *Reſtitutio non datur, quando culpa procuratoris damnum ſit, & eſt ſoluendo.*
12 *Reſtitutio non datur ſi inter conſortes cauſſa ſit diuiſibilis.*
13 *Reſtitutio pro vno minori inter conſortes litis, non iuuat maiores, ſi non probant, & ipſi habuiſſe iuſtum impedimentum. & num. 14.*
15 *Reſtitutio, etiam ſi cauſſa ſit indiuiſibilis, inter conſortes, ſi non poteſt prodeſſe in meritis cauſſæ, nec maiori, neque minori prodeſt.*

Dominus mihi adiutor, & ego annunciabo veritatem.

FACTI SPECIES.

Reuerendus Franciſcus plebanus Eccleſiæ S. Nicolai, conceſſit in feudum quaſdam terras Eccleſiæ pro annua penſione, ſeu cenſu duorum caponorū Domino de Corbulis: nulla interueniente auctoritate Papæ, neque Ordinarij: quo Domino defuncto eius filij maiorem partem dictarum terrarum vendiderunt iure proprio, ſine conſenſu Rectoris ſucceſſoris: & ſine aliqua ſuperioris auctoritate: qui filij neque poſt mortem patris petierunt inueſtituram à Rectore: Vnde rector declarauit deuolutionem, & poſt lōgam litem obtinuit ab Ordinario cōfirmationem: à qua fuit appellatum, & lapſo, primo, & ſecundo fatali; dum diſputabatur ſuper tertio fuit petita reſtitutio ex cauſſa vnius illorum filiorum minoris: & dum etiam pendebat iudicium ſuper concedenda, vel neganda reſtitutione, requiſitus dixi, reſtitutionem non eſſe concedendam ex infraſcriptis videlicet.

1 Reſtitutio † minori non datur, quando ſuccedit patri, qui nulliter fecit contractum ſuper re,

de qua

de qua ſit poſtea orta quæſtio: vt Rot. conſti-
tuit in deciſ. 346. num. 5. in primo vol. diuerſ.
nouiſſ. hic verò pater nulliter habuit contra-
2 ctum; quia nec † in feudum, nec per aliam alie-
nationem, ſine auctoritate Summi Pontificis,
dantur res Eccleſiæ: vt in extrauag. Paul. II. Pa-
pæ. de reb. Eccl. non alien.
3 Secundò, Denegari debet, quando † con-
ſtat notoriè de non iure petentis. Caſſad. de
reſtitut. ſpol. dec. 1. Bellem. deciſ. 342. in fin.
Mand. in Reg. 27. quæſt. 14. num. 3.
4 Tertiò, Non datur † quando ante petitam
reſtitutionem, ſit petita exequutio ſententiæ.
Odo. Sfor. de reſtit. in prima part. quæſt. 43. ar-
tic. 1. limit. 19. Put. deciſ. 285. lib. 2.
5 Quartò, Et quando † reſtitutio ſit malitio-
sè petita non eſt danda; vel ſaltem non retar-
dat exequutionem. c. Suſcitata. de in integ. re-
6 ſtitut. quam malitiam † ſufficit apparere ex
præſumptionibus. Lancell. de attent. tit. de re-
ſtitut. in integ. pend. c. 18. in 2. part. num. 58. &
7 eſt maxima præſumptio, quando † qui petit
non proſequitur ſuam petitionem, vt probat
Bar. in l. De rebus. ff. de recep. arbit. in tantum
8 quod qui † non proſequitur, præſumitur renū-
tiaſſe appellationi, & acquieſcere ſententiæ
Put. deciſ. 456. num. 2. lib. 2. Lancell. in eodem
tractatu de attent. c. 18. in 2. part. tit. de reſti-
tut. in integ. pend. num. 68. & eſt danda execu-
9 tio. l. Eos. C. de appell. ille † enim, qui omittit
facere quod debet, dicitur in dolo. l. Iulianus.
§. 1. verſ. Si tibi decem. ff. ad exhiben. l. Tutor.
qui repertorium. in prin. ff. de adminiſt. & pe-
10 ric. tut. Præſumitur † etiam malitia permittē-
do tempus labi; cum potuerit in tempore age-
re id, quod opus erat. ita Cephal. in conſ. 201.
Exiſtimo. num. 6. vol. 2. Lancell. de attent. poſt
inhibit. in 2. part. c. 20. limit. 19. Corn. in conſ. 3.
quem allegat Lancell. in c. 18. de reſtitut. in
integ. pend. num. 68. par. 2. in quibus locis con-
cluditur, quod qui differt facere quod debet,
eſt in malitia, quod diferat calumnioſè.
Quintò, Reſtitutio minori non competit
aduerſus ſententiam, quando de damno ſuo
prætenſo poſſit ſibi prouidere per aliam viā:
11 vt eſt quando † procurator, cuius culpa, vel
negligentia paſſus ſit damnum, & ſit ſoluēdo:
contra quem agere debet, vt multis auctori-
tatibus docet Odo Sforz. de reſtitut. in in-
teg. quæſt. 22. artic. 5. nu. 35. verſ. Sed contrà. &
in num. 37. conciliando opiniones, concludit,
quod ſi facto procuratoris damnum eueniat;
agere oportet contra ipſum, & ita in terminis
tenet Caſſad. tit. de appell. deciſ. 5. in prin.
Sextò, & animaduerſione dignum: quando
res, quæ agitur tangat conſortes, inter quos
adſint maiores, & minores; ſi inſtantia ſit pe-
rempta ex negligentia, præſumitur, quod ma-
litia maiorum ſit perempta, vt ope reſtitutio-
nis minorum, & ipſi gaudeant litis procraſti-
12 natione. Nam aduertendum eſt, An † cauſ-
ſa, ſuper qua agitur, ſit inter conſortes diuiſ-
bilis, vel indiuiſibilis? & An maiores habuerint
etiam ipſi iuſtum impedimentum? vt ſi minor
fuiſſet abſens, maiores etiam vel infirmi, vel
carcerati; aut in alio caſu, per quem ipſi reſti-
tui poſſent: quia ſi hæc omnia non concurrāt
13 non † poſſunt huiuſmodi priuilegio gaude-
re, vt poſt alios probat Odo Sforz. in eod.
tract. part. 1. q. 46. artic. 3. 4. & 5. vbi omnia
per pulchrè notantur: & ſi cauſa ſit diuiſibi-
lis, vt eſt quando pro rata vnuſquiſque tene-
14 tur: ſi maiores † nullum oſtendant legitimū
habuiſſe impedimentum, reſtitutio eis nihil
15 prodeſſet. Imò neque quando † res ſit ita
communis, & indiuiſibilis, vt vnus ſine altero
agere non poſſit, ſi reſtitutio non poſſit pro-
ficiſſe quò ad ſubſtantiam litis, neque minori,
neque maiori prodeſt. vt Odo tradit vbi ſu-
pra artic. 4. num. 12. Ex quibus concluditur quod
in themate propoſito, nulla competit reſtitu-
tio; quia conſortes ſucceſſerunt patri, qui cō-
tractum nullum fecerat; & quia fecerunt alie-
nationem irrequiſito domino; & ante petitam
reſtitutionem exequutio pluries fuerat peti-
ta; & ſatis apertè conſtat de malitia, quia ſine
vlla legitima cauſſa labi permiſerunt, primū,
ſecundum, & tertium fatale: & quatenus nul-
lam ipſi habuiſſent culpam; poterant agere
contra procuratorem, cum ſit ſoluendo: & mi-
nor poterat ſe ſeparare ab alijs. Imò etiam
obtenta reſtitutione, per hoc nō poterat cauſ-
ſam vincere. Et ita concludo reſtitutionem
petitā eſſe denegandam. Laus Deo: & B.M.

CONSILIVM CXLIX.

Homicidium quando proditoriè ſit factum.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia quatuor modis committuntur.*
2 *Delictum aut ex propoſitò, aut caſu, aut impetu committitur.*
3 *Delictum ex propoſito duobus modis poteſt contingere.*
4 *Proditoriè eſt vnum in mente habere, & aliud facere. & num. 5. & 6.*
7 *Proditoriè, verbum capitur quando intuitu amicitiæ alium occidit.*
8 *Occidere per induſtriam dicitur proditoriè.*
9 *Caſu committitur delictum ſine dolo, & animo.*
10 *Impetu committitur delictum in rixa.*
11 *Impetu delictum non dicitur proditoriè.*
12 *Leuiora delicta ſiunt motu repentino.*
13 *Ex propoſito delictum proditoriè dicitur ſecundū aliquos.*
14 *Dolus conſiſtit in animo.*
15 *Dolus eſt machinatio abſconditæ mentis.*
16 *Homicidium cum dolo meretur pœnam mortis.*

Digitized by Google

17 *In proditore eſt animus præmeditatus.*

18 *Homicidium ex propoſito habet deliberationem.*

19 *Animus ad homicidium eſt enm induſtria.*

20 *Opinio Franciſci Caſonis, & Iulij clari conciliatur, circa homicidium. & nu.21.*

22 *Dolus eſt machinatio ſtudioſa.*

23 *Paſſio animi eſt nota ſoli Deo.*

24 *Animus per exteriora tantum nobis eſt notus.*

25 *Delictum in dubio interpretandum eſt ex improuiſo euenisſe.*

26 *Dolus probari non poteſt.*

27 *Indicia manifeſta dolum manifeſtum inducunt.*

28 *Minor non excuſatur à dolo malo.*

29 *Minor excuſatur à dolo præſumpto.*

30 *Nemo debet condemnari ex præſumptionibus.*

31 *Homicidium ex cõiecturis dicitur ſine proditione.*

32 *Iniuriato licet iniuriam propulſare.*

33 *Confeſſio reorum dat ſemiplenam probationem.*

34 *Confeſſio extraiudicialis meretur ſententiam fauorabilem.*

35 *Impulſio excuſat ab homicidio doloſo.*

36 *Proditor propriè eſt qui fingit ſe amicum, & agit vt inimicus.*

37 *Homicida ex propoſito extra Eccleſiam non priuatur immunitate Eccleſiæ.*

38 *Error Farinacij in caſu proditionis.*

39 *Proditoriè ſecundum veram intelligentiam eſt intuitu amicitiæ alium occidere.*

40 *Iuſtus dolor tollit qualitatem præmeditati facinoris.*

41 *Iuſtus dolor continuat per 30. dies.*

42 *Extrahentes fugientes ad Eccleſiam ſunt excommunicati.*

Præbe mihi auxilium Domine, & ego dicam veritatem.

FACTI SPECIES.

CAſus ita eſt: Titius forenſis in ciuitate, in qua per paucos ante commorabatur dies, poſt veſperas deambulando cum Seio, fuit aggreſſus à duobus fratribus ciuibus originarijs cum ſclopis, habens ſolir enſem: ſed de ſocio ſibi ſemper fecit ſcutum, vſq; quo ſibi data fuit occaſio fugiendi in certa domo; à qua poſteaq; aggreſſores diſceſſerant egrediens, inuenit tres ſocios etiam forenſes, & acceptis ſclopis, ibant omnes quatuor verſus portam ciuitatis; & obuiantes Sempronio amico illorum duorum fratrum aggreſſorum, eum occiderunt, & ſtatim poſtea in Eccleſiam fugerunt: à qua extracti, & tandem conſignati Ordinario fuerunt: & dominus temporalis inſtabat eos ſibi tradi, quia homicidium, vt ipſe allegabat, fuerat proditoriè perpetratũ, ad formam Bullæ Gregorij XIV. de confugientibus ad Eccleſiam; vnde conuenit caſum perſcrutari.

Ad cuius dilucidationem præmitto, quod
1 quatuor † modis maleficia committuntur: facto ſcilicet, dicto, conſilio. & ſcriptura. l. Ex maleficio. ff. de actio. & oblig. l. Aut. fact. ff. de pen.
2 Secundò, Præmitto, quod omne† delictum, aut ex propoſito, aut ex impetu. aut caſu perpetratur; & delictum ex propoſito commiſsũ, aut ex antecedenti: propoſito committitur: &
3 tunc duobus † modis poteſt contingere, ſcilicet inſultando, vel proditoriè. Inſultando, vt in l. Is qui aggreſſorem. C. ad l. Corn. de Sicar. Proditoriè; vt in l. 3. in prin. ff. ad l. Iul. maieſt.
4 Quod verbum, proditoriè, dicitur† propriè vnum in mente gerere, & aliud in actu oſtendere. l. 1. ff. de præuaric. l. fin. C. de delat. lib. 10. Bar. in l. Reſpiciendum. §. Delinquunt. ff. de pæn. quem omnes ſequuntur, vt refert Iul. Clar. in ſua prat. crimin. in verbo, Homicidium. verſic. Proditoriè. & notat Alex. cum allegatis. in cõſ.
5 13. num. 8. lib. 6. vbi dicit, quod ille eſt† proditor, qui non oſtendit velle facere quod facit: & in ſecreto facit contrarium eius, quod facere debet. Et eum ſequitur Alciat. in conſ. 19. num. 10. tom. 2. lib. 7. & Marc. Ant. Blan. de indic. homic. commiſſ. num. 191 & 192. & Ant. Gomet. in lib. var. reſolu. tom. 3. c. 3. de homic. n. 5.
6 qui omnes concludunt quod proditor† ille eſt, qui dat ſigna amicitiæ in actibus exterioribus; & vnum in mente gerit, & aliud oſtẽdit: & omnes dant exemplum in ſocio itineris, vel commenſalis, qui ſocium in itinere, vel menſa occidit; quod eſt commune dictum, & ſequitur Affl. alleg. 263. num. 64. & Ioan. de Anan. conſ. 44. num. 2. & 3. & Octau. Vulp. in conſ. 59. num. 1. 2. 3. & 4. & latè Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 4. caſ. 360. vbi explanando omnium dicta, hanc partem vti communem tenet. in n. 24. & ita ſecundum communem opinionem il-
7 lud verbum proditoriè † capitur, quando quis colore amicitiæ, alium occidit. Quod etiam reperitur diſpoſitum in c. 1. de homic. dum exponit ille textus, quod qui per induſtriam, & per inſidias occidit proximum ab altari eijci de-
8 bet. nam occidere † per induſtriam, & per inſidias, idem eſt quod proditoriè, ſicut probat Remig. in ſuo libello de immun. Eccl. fallen. 13. & 14. Quare cum, vt ſupra præmiſi, delictũ triplici modo committatur: ex propoſito ſcilicet, impetu, vel caſu: operæ pretium eſt omnes caſus elucidare.
9 Caſu enim † committitur ſine dolo, & animo. l. Si fortuitò. ff. de incend. ruin. naufrag. & tradit Menoch. in d. Centuria 4. num. 34. & tũc delictum non meretur pœnam, & maximè deficiente culpa. l. Abſentem. ff. de pœn. in fine. c. Lator. de homic. & Bar. in d. §. Reſpiciendũ. §. Delinquunt. ff. de pœn.
10 Impetu † verò committitur, quando inter duos ſtatim oritur contẽtio, ſeu rixa, propter aliquod verbum contentioſum, vel etiam per ebrie-

ebrietatem.l.Si in rixa.ff.ad l.Corn. de Sicar. l.
Aut facta.§.Qualitate. ff. de pœn. vel etiam ſi
pater videat filiũ percuti, vel ex alijs cauſſis,
quas refert Menoch. vbi ſupra. num. 8. 9. 10.
11 & 11. In eo enim † delicto non dicitur com-
mitti inſultum, neque factum proditoriè, &
mitius punitur.l.Omne delictum.§.Per vinum.
ff.de re milit. & d.l.Si in rixa.quod dictum ſe-
quitur Bar. in d.l.Reſpiciendum.§.Delinquũt.
12. num. 2. † Leuiora enim ſunt illa delicta, quæ
accidunt repentino motu,vt Menoch. atteſta-
tur vbi ſupra.nu.16. ad finem. quàm ſunt medi
tata,& præparata.
13 Ex propoſito † verò, quod idem eſt, quod
proditoriè, vt eſt quando vnum oſtendit, &
aliud facit.l.Omne delictum. §. Exploratores.
14 ff.de re milit.Nam dolus † dignoſcitur, qui in
nimo conſiſtit.l.Dolus.C.de reſcind. vend. &
eſt malitia prorumpens in alterius damnum.
Bal.in l.Quæ fortuitis. in 3. col. C. de pignor.
15 actio. vbi dicit quod eſt machinatio † abſcon
ditæ mentis,& ſimile delictum inter grauiora
16 reputatur,& pœnam † mortis meretur. l. 1. §.
1.& 2.ff.ad l.Corn.de Siccar. & tradit Mill. in
ſua pratic.crimin.tit.quib.mod. cõmit.maleſ.
num. 5. & 15. in quo delicto Clar. in §. Homi-
cidium.verſ. Proditoriè. videtur facere diffe-
rentiam inter delictum proditoriũ, & ex pro-
17 poſito factum: dicit enim,quod in † prodito-
re eſt animus præmeditatus, & induſtria ad
18 committendum delictum; ſed in propoſito †
eſt ſola deliberatio. Franciſcus Caſonus verò
in tract.de malef. in 2.tract. c. 1. in fine, dicit
19 non poſſe animum † adeſſe, niſi induſtria, &
inſidiæ præcedant. Quorum dicta Menoch. in
d.4.Centuria. num.30. conciliat hoc modo vi-
20 delicet;quod opinio† Caſoni procedit,quan-
do quis odium diſſimulans parat arma, & ad-
hibet ſocios, qui à longe illum ſequuntur, &
exploratores qui ſciant in quo loco aduerſa-
rius ambulat: quia tunc arguitur de inſidijs:
21 opinio † autem Iulij Clari eſt,quando paran-
tur inſidiæ adhibita induſtria: vt, eſt quando
latet vt ex improuisò aggrediatur eum, cum
quo nulla erat inimicitia, nec rixa. Sed ſiue v-
nam,ſiue aliam opinionem ſequamur, in vna,
& altera oportet,quod cõcurrat dolus:& quia
22 dolus † eſt quædam machinatio ſtudioſa ad
decipiendum alterum.l.1.§.2. ff. de dol. & do-
lus conſiſtit in animo, ſicut quædam animi paſ
23 ſio, quæ † ſoli Deo eſt nota, vt dicit Gl.in §.
Aliæ. inſtit. de actio.Clem.Exiui. §. Quamuis.
de verb.ſignif. c.Nunquid. de pœnit. diſtin. 1.
ibi. Quia ego ſum ſcrutator renum,& cordis.
& Angel. in l.1.c.de Sicar. dicit,quod dolus,&
bona fides ſunt paſſiones animi,quæ ſoli Deo
24 ſunt notæ:vnde qualis fuerit animus†iſtorum
reorum nobis non poteſt eſſe notus, niſi per
exteriora. l.Labeo. §. Idem tubero. ff. de ſup-
pel.leg.Abb.in c.1.de homic.& cæteri canoni-
ſtæ. in c.Significaſti. il 2. eod.tit. & per conſe-
quens non eſt cur affirmare poſſimus, An ho-
micidium ſit factum proditoriè? Imò debemus
25 in dubio † inclinare, quod ex improuisò ac-
ciderit: ad notata per Felin.in c. Sicut dignũ.
num.6.de homic. ex Bal. auctoritate in l. 1. in
lectura antiqua. ff. de ſeru. corrup. & alijs à
Boſ.relatis in tract. crim.tit. de homic. nu. 23.
26 & 25.& cum dolus † probari non poteſt, quia
in animo conſiſtit, deuenitur ad coniecturas.
d.l.Dolum. C.de dol. & omnis dolus eſt præ-
27 ſumptus: vnde ſolent oriri indicia † manife-
ſta, quæ, ſi probantur, inducunt dolum mani-
feſtum.d.l.Dolum. quædam verò non ſunt ita
manifeſta,& non concludunt dolum abſolutè.
l.Si procuratorem.§.Dolo. & l.Dolus. ff.mand.
Quare eſt maxima differentia inter dolum ve-
28 rum, & præſumptum;nam de dolo† malo,nec
etiam minor excuſatur.l.vnica.C.ſi aduerſ.de-
29 lict.A dolo verò † præſumpto excuſatur. l.1.§.
fin.ff.de eden. Quare hic agitur de dolo præ-
ſumpto, & de cauſſa criminali, in qua requi-
runtur præſumptiones clariores. l.Sciant iuu-
30 cti.c.de probat. & Nemo † debet condemna-
ri ex præſumptionibus. l.Abſentem.ff. de pœn.
niſi ex aliqua cauſſa in iure expreſſa, l.Si hi,qui
adulterij. C. de adult. ergo iſti rei non eſt in-
terpretandum, quod commiſerint homicidiũ
proditoriè in eum, cum quo nec amicitia, ne-
que inimicitia erat. Imò quando eſſet locus
31 † coniecturis, eſſet dicendum quod irent ad
inueniendum illos, qui parum ante inſultaue-
rant Titio; ex his, quæ tradit Boſ. vbi ſupra.
num.25. verſ. Rixa verò. & Anc. in conſ. 216.
Nos Bartholomæus. num.4. & Paul. de Caſt. in
conſ.277. in cauſa carceratorum: qui vidẽdus
eſt. Ex quibus conſtat quod dicti rei,non pro-
ditoriè,ſed fortuitò, homicidium cõmiſerũt,
& impetu; quia ipſi examinati dixerunt quod
occiſus, ſtatim quod eos vidit, incœpit ex-
clamare contra eos, etiam cum iniuria, quorũ
dicta corroborantur à multis teſtibus, atte-
ſtantibus illum dixiſſe, *Sono qua questi aſſaſſi-
ni*: & alij, quod quando Titius fuerat aggreſ-
ſus ab illis fratribus; cum occiſus eſſet propè
locum dixit, *Biſogna amazzare questi aſſaſſini*,
intelligendo de Titio & ſocijs. Ex quibus re-
ſultat coniectura pro ipſis, quod impetu, &
fortuitò illum occiderunt. Et in ſimili caſu
conſuluit Caſtren. in d. conſ. 277. num. 2. 3. &
per totum conſilium vbi concludit, quod licet
32 † iniuriato propulſare iniuriam. c. Fortitudo.
& c. Non inferenda cum ſeq. 23. q. 3. & c. Dile-
cto.de ſent.excomu. in 6. ſed ſatis eſt ad ca-
ſum,quod non eſt locus conſilio præmeditato
33 ad homicidium. & confeſſio † dictorum reo-
rum inducit ſemiplenam probationẽ; vt pro-
bat.Gramat.in conſ.32.num.8. & 9. in crimin.
& tantò magis cum eorum confeſſio ſit in iu-
dicio,& à teſtibus fulcita. Nam etiam extra-
-iudi

34 iudicialis † confeſſio,concurrentibus alijs ve
riſimilitudinibus,meretur fauorabilem ſentē-
tiam: vt ait Felin. in c.Olim. verſ.Octauo limi
ta;& verſ.Nono limita. de reſcrip. Et ſic præ-
ſumi debet,quod fortuitò, & quodam impetu
mori fuerint ad illud committendum;nam im
35 pulſio,† vt refert Menoch. in d.centuria. 4. n.
8. hoc operatur quod illud committitur non
poſſit dici cum conſilio,ſed impetu,& propte
rea ille occiſus,cum fuerit author rixæ,nō in-
ducit occiſores ad pœnam ordinariam:vt ſecū
dum allegata probat Iacob.Nouel. in tract.cri
min.ad defenſam.tit. de homic. quib. ex cauſ.
à pœn.mort.excuſ.num. 77. & non poſſunt im-
putari de animo deliberato , ſeu proditione :
36 quia proditor † ille eſt, qui fingit ſe amicum ,
& tractat,vt inimicus alium,vel in itinere, vel
in menſa . Et ita not.de Nouell.in prima par.
contra reos.num.64. & Abb.in c.Inter alia.nu.
20. & 21. de immun.Eccleſ. & in c.1.de homic.
vbi dicit,quod licet homicidium ex propoſito
37 ſit commiſſum † extra Eccleſiam , homicida
non debet priuari Eccleſiaſtica immunitate ;
ad diſpoſitionem.d.c.Inter alia.Addens,quod
ille ſolū eſt proditor, qui per inſidias occidit .
38 Et errat † Farin. qui in ſua pratic.crim.tit.de
delict. & pœn. quæſt.18. aliter ſentit:quia hæc
eſt communis, & approbata concluſio , quod
39 proditor† ſit,qui intuitu amicitiæ animo de-
liberato,& præmeditato alium occidit ;vt ſu-
pra probatum eſt: & ſequitur Cephal. in conſ.
57.num.15.vol.1. & magis cum rationibus di-
uinæ legis, naturalis , & ciuilis , hoc idem ſu-
ſtinet Decian.reſpon.80. lib. 3. qui eſt viden-
dus. Quare cū Titius vnus ex dictis quatuor ,
parum ante fuiſſet inſultatus ; præſumendum
eſt quod motus ab ira, & iuſto dolore iret ad
40 inueniendum illos fratres . Et iuſtus † dolor
tollit qualitatem prœmeditati facinoris,vt ait
Menoch. vbi ſupra.num.19. ad finem . & num.
41. 20.Qui iuſtus dolor,† ſecundum magis acce-
ptam opinionem , dicitur continuare per 30.
dies; vt ibi Menoch.Vnde non eſt dubitandū,
quin iret cum ſocijs ad aggreſſores:iuxta alle-
gata à Felino,Gram. & Paul. de Caſt. in locis
de quibus ſupra: & quod caſu obuiam habue-
rint occiſum; qui , cum intrinſecus eſſet ami-
cus illorum fratrum , habet coniecturam con-
tra,quod eos irritauerit ; vnde non eſt eis de-
neganda immunitas Eccleſiaſtica:& Eccleſiæ,
à qua extracti fuerunt,ſunt reſtituendi . & qui
42 † eos ab ea extrahere auſi ſunt , ſunt excom-
municari.Abb. in d.c.1.de homic. num.2. & c.
Inter alia.num.26.de immun. Eccleſ. & ita iu-
ris eſſe,vt ſupra dico . Saluo &c. Laus Deo,&
B. M.

CONSILIVM CL.

Pater clerici an ſit adminiſtrator bonorum Ec-
cleſiaſticorum filij, & de eis diſponere
valeat?

SVMMARIVM.

2 Filij in conditione, ſunt in diſpoſitione. & num.2. & 3.

4 Pater non poteſt præiudicare filijs in conditione poſitis. & num.6.

5 Reciproca ſubſtitutio quomodo procedat.

7 Filij in conditione non ſuccedunt in portione patruorum.

8 Legitimatus non differt à natis de matrimonio.

9 Imperator eſt ſuper ius ciuile.

10 Imperator poteſt tollere ius commune.

11 Legitimati comprehenduntur à quacunque diſpoſitione.

12 Legitimatus ſuccedit in bonis aui.

13 Legitimati, quando ſufficit, quod ſint legitimi tempore mortis teſtatoris.

14 Legitimatus renocat donationem factam à patre. & num.15.

16 Pater quando dicatur alienaſſe legitimum.

17 Renuntiatio legitimæ quando non præſumatur. & num.18.

19 Renunciatio eſt ſtricti iuris.

20 Legitimæ non dicitur renuntiatam per generalem renuntiationem.

21 Renuntiatio dicitur renocata per natiuitatem filij: & quando non. num. 22.

23 Renuntiatio patris quando filijs non noceat.

24 Mutare conſilium quando pater non poſſit in filiorum præiudicium.

25 Pater non habet vſufructum in beneficijs filiorū.

26 Pater non habet adminiſtrationem in bonis beneficialibus filij.

27 Pater adminiſtrans beneficium filij tenetur rationem reddere.

28 Filius habet retentionem bonorum patris, qui beneficia ſua adminiſtrauit.

29 Bona,et debita quando non ſunt confuſa cum hæreditate.

30 Pater qui adminiſtrauit beneficia filij,non poteſt teſtari in præiudicium eius.

Domine labia mea aperies.

FACTI SPECIES.

INferior Prælatus non habens bona allodialia,niſi domum,& quædam mobilia,& vnam periam terræ , quam reliquit filiæ, inſtituit hæredem filium maſculum ; ea conditione quod eo defuncto medietas hæreditatis perueniret Eccleſiæ , cuius ipſe erat Prælatus:qui filius erat clericus, & per multos

annos

Digitized by Google

annos antea habebat duo ſimplicia beneficia,
quorum redditus ipſe pater ſemper habuerat,
cum filius eſſet impubes: & eum in pauca ex-
penſa manutenebat: & auus. d. filij bona ſua
teſtando reliquerat in his verbis:ſcilicet ſi al-
ter ex filijs ſuis decederet ſine filijs; hæreditas
in alios perueniret. Modò quæritur, An d. filius
poſſit teſtari, & de d. domo diſponere, ſtante
diſpoſitione patris?

Ad præſentis caſus elucidationem. Primò
aduertendum eſt ad teſtamentum patris. d.
Prælati; & ad diuiſionem factam ab ipſo Præ-
lato cum fratribus. Et, quo ad teſtamentum;
in quo inſtituti fuit quatuor filij teſtatoris, &
quos inuicem ſubſtituit quandocunque dece-
derent ſine filijs maſculis legitimis: Quare
primus deceſſit ſine filijs, & tres alij ſucceſ-
ſerunt; & duo alij deceſſerunt cum filijs. vnde
prælatus ille fuit vltimus, & veniens ad diui-
ſionem cum fratribus; pro parte ſua contẽtus
fuit domo antiqua; & fratribus omnia bona
immobilia reliquit; cum eo tempore filios nõ
haberet: & cum poſtea filium habuerit legiti-
matum in ampliſſima forma auctoritate Pon-
tificia, & Imperiali; petente patre habilitari
ad fideicommiſſum eius patris; videndum eſt,
An filij in d. teſtamento nominati; intelligan-
tur vocati? & An d. legitimatus ſit habilis ad
ſucceſſionem? & An diuiſio facta à prædicto
Prælato patre poſſit ab ipſo legitimato reſcin
dii vel ſaltem ipſi non noceat, quin ſuccedat
in bonis Aui teſtatoris.

Et quò ad filios, An ſint vocati? omiſſis opi
nionibus illorum, qui dicunt cenſeri vocatos
ex coniecturis, quæ ex teſtamento elici poſ-
ſunt; vt eſt quando maſculi nominantur ad dif
ferentiam fœminarum, & ad earum excluſio-
nem & quando deſcendentes ſunt inſtituti; &
ineſt fauor agnationis: quia data veritate il-
larum opinionum, iſto caſu filius non poterat
grauari à patre ad reſtitutionem hæreditatis;
ex infra dicendis. Neque retenta alia opinio-
1 ne, quod non ſint vocati; cum tamen † ſint in
diſpoſitione; vnde habet locum cõmunis opi-
nio. Gl. in l. Lucius. la 2 ff. de hæred. inſtit. vt at-
teſtatur Iul. Clar. in ſda prat. §. Teſtamentum.
quæſt. 77. & 79. Ant. Gom. in lib. var. reſol. c. 5.
num. 42. verſ. Sed his non obſtantibus. Sim. de
Pret. in 3. lib. interp. vlt. vol. fol. 2. nu. 3. & infra
2 & add. ad deciſ. Guid. Pap. 184. Filij enim † in
conditione poſiti, licet quandoque non intel-
ligantur vocati, ſunt tamen in diſpoſitione: &
iudicio teſtantis ſunt ſubſtitutis præferendi.
3 Ita ſi rectè † cõſideretur textus. in d. l. Lucius.
diſponit: dum ad finem dicit. Nam prudens
conſilium teſtantis animaduertitur: non enim
fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis,
ſed etiam eius liberos, ergo iudicio teſtatoris
filij ſuccedunt.

Nec obſtat iſto caſu illa opinio, quod ex co
niecturis, intelligantur vocati, quia intelligi
debet, quò ad portionẽ, quæ peruenit eorum
4 patribus, vt ſcilicet pater † ad eorum præiu-
dicium non diſponat. & ita declarat Crau. in
conſ. 109. num. 2. & Curt. Iunior. in conſ. 96. n. 5.
Quò verò ad portionem fratrum eorum pa-
tris, vt nõ ſuccedant, dicitur extinctum fidei-
5 commiſſum: quia illa eſt natura † reciprocæ
diſpoſitionis: vt ſi euaneſcat conditio vnius,
in totum deficiat, vt probat Balth. Quin. in
conſil. 177. num. 80. & 135. in vol. 1. ad vltim. vo-
lunt. Sed quo ad portionem patris durat di-
6 ſpoſitio in filios: ita quod pater † nec aliena-
re, nec in præiudicium filiorum poteſt diſpo-
nere: ad tradita per Cuma. in conſ. 190. verſic.
Conſtat autem. Nam voluntas teſtatoris ea
fuit, vt bona ſua poſt filios inſtitutos deueni-
rent ad filios filiorum: ſicut ex multis conie-
cturis dignoſcitur. Vnde cum iſto caſu fratres
Prælati deceſſerint cum filijs: defecit condi-
tio ex parte ipſorum: quia habuit effectum in
portione parentum: ſed quo ad alios, non di-
cuntur vocati, ita quod ſi quis ex inſtitutis de
ceſſiſſet ſine filijs, potuiſſet teſtari: nec ipſi
7 potuiſſent † prætendere in portione deceden
tis ſine filijs: quod probat Dec. in conſil. 21.
In caſu ad me tranſmiſſo. & in conſ. 322. Cum
ſit. num. 2. & conſ. 268. Conſultus. num. 10. Oldr.
cõſ. 21. Thema. & Decian. in proprijs terminis.
reſpon. 47. in 3. vol. Secus autem in portione
patris, quia vt in d. l. Lucius. iudicio teſtatoris
debent ſuccedere, vnde reſtat concluſio quod
d. Prælatus nõ potuit filio ſuo tollere ius quæ-
ſitum ex diſpoſitione aui ſui: & quando etiam
fideicommiſſum duraret in filios filiorum: pri-
mus non teneretur ad reſtitutionem mobiliũ
conſumatorum: l. Mulier. §. Si hæres. ff. ad Tre-
bell. Dec. conſ. 81. num. 4.

Nec obſtat, quod ex ipſo exiſtente Sacerdo
te ſit natus; quia patre petente fuit in ampliſ-
ſima forma legitimatus auctoritate Põtificia,
& Imperiali; & ad d. bona aui habilitatus, vn-
de fit quod ſit comprehenſus in illa diſpoſitio
ne conditionali, ſi deceſſerint ſine filijs: cum
8 non † differat à natis ex verò matrimonio, vt
in auth. Qui. mod. nat. effic. legit. §. Licet. verſ.
Sit igitur licentia. coll. 6. & diffusè probaui in
conſ. 103. Nam eſſe, vel non eſſe legitimum eſt
iuris, & non facti. Inſtit. de nupt. in prin. & Im-
9 perator † omnium ſupremus, vt dicit Bal. in l.
pœn. C. de bon. q. lib. eſt ſupra ius ciuile. ca.
10 Propoſuit. de conceſſ. præben. & poteſt † illud
tollere Innoc. in c. Quæ in Eccleſiarum. de cõ-
ſtitu. Alex. in Rubrica. Si cert. pet. & in l. 3. §. Si
is pro quo. ff. quod quiſque iuris. & compre-
11 henduntur † à quacunque diſpoſitione loquẽ
te de filijs legitimis. Nec differunt à natis de
legitimo matrimonio, ſecundum opinionem
communem, & veram; de qua atteſtatur Alex.
in conſ. 88. num. 4. vol. 7. & in conſ. 2. num. 28. &

num.

num. 41. vol. 1. & Ancar. in conſ. 225. num. 3. &
Crau in conſ. 135. num. 6. Vnde reſultat con-
cluſio, quod d. filius, non minus ac ſi natus fuiſ-
12 ſet de legitimo matrimonio, potuit † in bonis
ſuccedere, ſaltē in portione eius patris: quod
probant iura per Ancar. adducta in conſ. 290.
& in conſ. 225. à num. 3. ad finem. vbi dicit ꝙ
quando teſtator filios poſuit in conditione, nō
expreſſo, quod ſint nati de legitimo matrimo-
13 nio, prout hic, ſufficit † quod ſint legitimi tē-
pore mortis patris. Et idem probat Paul. de
Lancel. in conſ. 176. à num. 36. ad finem in pri.
vol. ad vltim. volunt. & Abb. in conſ. 86. 1. par.
& Soc. in conſ. 226. aliàs 74. 2. part. incipit,
Quæſtio præſentis conſultationis. ſecundum
antiq. impreſſionem: vbi concludit legitima-
14 tum † reuocare donationem factam à patre
ante legitimationem: quem ſequitur Rip. in
l. Si vnquam. C. de reuoc. don. nu. 81. in lib. in-
terp. quod dicit Luch. de Cur. in conſ. 3. nu. 7.
in 1. vol. ad vltim. volunt. Procedit etiam ſi
quæſitum fuiſſet dominium pro illis, in quos
pater feciſſet alienationem. Quare iſto caſu pa
ter dimiſerat omnia bona fratribus excepta
domo, ante natiuitatem filij, quem poſtea na-
tum petijt legitimari, & habilitari ad ſucceſ-
ſionem bonorum eius patris, & aui d. filij, vn-
de ex mente etiam. d. eius patris ſuccedit in
15 dictis bonis: Et poteſt reuocare † ea alienata
ab eius patre. ita Alb. in conſ. 106. num. 19. &
Bal. in l. 2. verſ. Quæro, an filius. C. ſi quid in
fraud. pat. & in l. Quoties. la prima C. de fi-
deicom.

Et quandocunque diſpoſitio d. Aui eſſet in
vim fideicommiſſi, ita quod ex illo inſtitutus
filius poſſet alienare legitimam, & Trebellia-
16 nicam: pater † iſto caſu intelligitur alienatio-
nem huiuſmodi feciſſe; ita quod poſtea non
potuit præiudicare eius filio in d. domo; quin
tota ſit ſua: ſecundum allegata per communē
opinionem à Viu. in ſuo lib. cōmu. opin. in ver
bo, Filij debent habere. ad finem. Imò poſſet
17 ſuſtineri, quod per diuiſionem † patris non ſit
renuntiatum legitimæ; vt narrat textus, vbi
Bal. & alij. in l. Si quando. §. Et generaliter. C.
de inoffic. teſtam. Quam opinionem ſequitur
Paul. de Caſt. & in tantum videtur vera illa o-
18 pinio, vt nec † iuramentum interpoſitum in
diuiſione obſtaret; cum adfuerit enormiſſima
læſio. Et ita pro conſtanti tenet Alb. in conſil.
66. & Crot. in conſ. 120. & Rip. in lib. reſpon.
19 c. 6. & videtur ratio: quia renuntiatio † eſt
ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi expreſſa;
20 vnde per generalem † renuntiationem non vi-
detur renuntiatum legitimæ; Deſid. Guid. in
conſ. 170. num. 12. in 1. vol. ad vltim. volunt. &
in num. 18. expreſsè fatetur non eſſe renuntia
tum legitimæ: vnde retenta iſta opinione, qua
tenus pater potuiſſet teſtari, & de dimidia hæ
reditate diſponere: & quod eius filius nō poſ-
ſet ſuccedere ex diſpoſitione Aui, cum ex te-
ſtamento patris habeat dimidiam; domus præ
dicta relicta in hæreditate non aſcendit ad di
midiam partem, quæ patri erat debita; præſer
21 tim cum natiuitate † filij, renuntiatio dicere-
tur reuocata. Rol. à Vall. qui de communi at-
teſtatur. in conſ. 9. num. 60. in prima part. vbi
infra dicit, quod hæc eſt limitatio ad eam opi
nionem, quod renuntiatio habens vim dona-
tionis non intelligatur reuocata per natiuita-
tem filiorum; vt ſcilicet non procedat quando
22 † tempore renuntiationis non aderat ſpes fi-
liorum: neque quando tractatur de iure quæſi-
to, ſed ſolum de iure quærendo. Vnde iſto caſu
non erat ſpes habendi filios, & ius erat iam
quæſitum ex diſpoſitione aui. Imò magis pater
nullam habuit cauſſam probabilem ad renun-
tiandum; ſed potius liberalitate ſua, ſeu pro-
23 digalitate ad hoc venit: quare † filijs poſtea
natis non potuit obeſſe. Alb. in conſ. 81. ſuper
3. articulo. num. 57. Nec obſtaret clauſula eui-
ctionis. Rol. à Vall. in conſ. 51. num. 10. 11. &
12. lib. 4. Sed quidquid ſit, ſiue ſequamur opi-
nionem legis, Lucius; vt ſcilicet filius in con-
ditione reciprocæ ſubſtitutionis, iudicio teſtā
tis admittatur: ſiue attēdatur teſtatio patris:
ſufficit in caſu præmiſſo, quod filius. d. Prælati
poteſt totam domum ei relictam retinere; &
de ea diſponere: & tantò magis, quia ipſe Præ
Dictus in ſpecie petijt in legitima, quod d. eius
filius admitteretur ad bona eius patris: quod
24 fuit ad eius præiudicium; ita quod non †
potuerit poſtea mutare conſilium: ſicut at-
teſtatur Decian. in primo reſpon. num. 151.
libro tertio, & Iaſ. & Grat. ab eo allega-
ti.

Imò quando omnia prædicta corruerēt, pro
d. filio extat concluſio, quod d. domus ſit ſua,
& de ea diſponere valeat: nam exiſtens minor
habuit duo ſimplicia beneficia valoris fructuū
ſcutorum 200. quotannis, vel ſaltem ſcutorum
150. quos pater per multos annos habuit: &
25 quorum † de iure vſuſfructum habere non po-
terat. Abb. in c. Quia nos. num. 5. de teſtam.
26 quia in beneficijs filij, pater non habet admi-
niſtrationem. Bar. in l. Lis nulla. ff. de iudic. Vn
27 de quia adminiſtrauit, tenebatur † reddere ra
tionem. Bar. in l. Litis. §. Pater. ff. de negot. geſt.
Et bona ſua erant filio hypothecata. l. Cum o-
portet. §. Sed cum tacitas vbi Bar. & alij. c. de
bonisq; lib. vbi Gl. in verbo. Quam nos. Sed
cum per tot annos fructus beneficiorum ipſe
pater perceperit, concludendum eſt, quod
eius bona, quatenus non fuiſſent obligata per
fideicommiſſum, deberentur. d. filio: & ſic te-
ſtatio patris eſt nulla.

Nec obſtat, quod ex quo reliquit. d. filium
hæredem; & maximè cum in hæreditate ſe im-
miſcuerit ſine inuentario; ꝙ ſcilicet videatur
28 confuſa hæreditas: quia. d. filius † nihilominus

T habet

Digitized by Google

habet retentionem bonorum pro quantitate ei debita; quæ bona non aſcendunt ad dimidiam debiti. Nam quod ei debetur ratione fructuum beneficiorum à patre perceptorum, non comprehenditur in d. hæreditate; & per
29 conſequens non †ſunt confuſa debita cum hæreditate. l.Cohæredi.§. Cum filio. verſ. Nec fidei commiſſo. vſque ad finem.ff.de vulg.& pupil. & clarè notat Bal.in l.Debitori. num.4.C. de pact.vnde d.filius.& eius hæredes habebũt retentionem bonorum.Gl.in verbo.Tenebuntur,in d.§.Cum filiæ.Ex quibus concluditur,ꝙ
30 pater† non fuit adminiſtrator bonorum filij, & quod non potuit ita teſtari in præiudicium eius: & quod d.filius poteſt ad libitum diſponere de d.domo, & ita dico, ſaluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLI.

Patrono iuriſpatronatus quale ius competat:& Eccleſiæ quomodo ſit prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Honor patroni conſiſtit in præſentatione, quia ſine ea inſtitutio non poteſt fieri.*
2 *Patronus habet tempus quatuor menſium ad præſentandum.*
3 *Deuolutio fit in Ordinarium lapſo tempore quatuor menſium.*
4 *Tempus currit patrono à die mortis.*
5 *Patronus tenetur ſcire quomodo Eccleſia ſit recta.*
6 *Iuſpatronatus competit laicis ex priuilegio.*
7 *Ordinario currit tempus à die ſcientiæ.*
8 *Priuilegium iuriſpatronatus conceſſum laicis, regiſtratum in corpore iuris, dicitur; de iure communi.*
9 *Tẽpus fauore Eccleſiæ, quãdo currat à die mortis.*
10 *Renuntians beneficium ſtat in poſſeſſione, donec ſuccedat conſenſus.*
11 *Renuntians poteſt pœnitere ante conſenſum præſtitum.*
12 *Patronus quando habeat iuſtam cauſſam ignorantiæ, & tempus non currat niſi à die ſcientiæ.*
13 *Ignorantia quando præſumatur in patrono.*
14 *Beneficium iuriſpatronatus non poteſt renuntiari ſine conſenſu patroni.*
15 *Beneficium iuriſpatronatus non poteſt permutari ſine patrono, neque vniri. & num. 16.*
17 *Præſentatus admiſſus non poteſt priuari ſine patrono.*
18 *Patronus poteſt cum Ordinario imponere onus beneficio.*
19 *Patronus poteſt variare ante inſtitutionem.*
20 *Patrono debetur reuerentia: & quomodo.*
21 *Patronus ex priuilegio poteſt condere ſtatuta.*
22 *Patrono vergenti ad inopiam debentur alimenta, & pinguiora quàm debẽtur alijs pauperibus. num. 23.*
24 *Patronus habet actionem cõtra Eccleſiam patronatam pro alimentis.*
25 *Seruitores patroni pauperis ali debent ab Eccleſia patronata.*
26 *Appellatione alimentorum veniunt veſtimenta, & medicinæ.*
27 *Patronus non vocatur in iudicio ſine venia.*
28 *Patronus tenetur defendere Eccleſiam ſumptibus Eccleſiæ.*
29 *Patronus negligens ad defenſam Eccleſiæ priuatur commodo.*
30 *Patronus dilapidantes bona Eccleſiæ debet denuntiare maioribus. & num. 34.*
31 *Alienatio rei Eccleſiæ patronatæ, quando nõ valeat ſine conſenſu patroni.*
32 *Iuſpatronatus in laicum quando dicatur Eccleſiaſticum. & num. 33.*
35 *Patronus debet ſcire quomodo Eccleſia patronata ſit benè recta.*
36 *Patronus debet præſentare perſonam idoneam.*
37 *Perſona idonea eſt illa quæ vult, & poteſt.*
38 *Beneficio debet prouideri de perſona; non perſonæ de beneficio.*
39 *Ordinarius poteſt non admittere præſentatum nõ idoneum: & de alio prouidere.*
40 *Non idoneus dicitur ignorans.*
41 *Literati ſunt tanquam muri inexpugnabiles.*
42 *Eccleſia paſcitur verbo Dei.*
43 *Indignus dicitur non ſolum ignorans, ſed infamis, & ſimoniacus.*
44 *Simonia committitur dãdo munera pro beneficio.*
45 *Inſtitutio beneficij obtenti ſimoniacè non tenet.*
46 *Simoniaci quando ſint priuandi.*
47 *Simonia tripliciter committitur, munere, obſequio, & lingua.*
48 *Simonia commiſſa lingua eſt quando vtuntur præcibus.*
49 *Conferens beneficiũ indigno ad præces alterius, committit ad ſimoniam.*
50 *Qui præcatur pro indigno, committit ſimoniam.*
51 *Præces fieri poſſunt pro idoneo.*
52 *Beneficia non debent dari his, qui ſint in ſcandalo.*
53 *Magis idoneus eſt eligendus.*
54 *Non eligens, vel præſentans magis idoneum, grauat conſcientiam. num. 57.*
55 *Diues, & nobilis eſt præponendus pauperi in Eccleſia paupere.*
56 *Diues eſt vtilior Eccleſiæ, quam ſit pauper.*
58 *Eccleſia pauper dicitur, quæ habet paucos fructus.*
59 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.*
60 *Scientia requiritur in clerico de iure diuino.*
61 *Scientes ſunt ſicuti ſtellæ cœli.*
62 *Mundus illuminatur ex ſcientia.*
63 *Graue eſt eligere perſonam indignam ex fauore.*
64 *Perſonæ de diœceſi debent anteferri forenſibus ad beneficia.*
65 *Doctores Canoniſtæ quando debeant anteferri Theologis.*

Verbum

Verbum Deus ſit mihi verbum; vt veritatem oſtendam.

FACTI SPECIES:

ERecta, & dotata plebe ſub titulo
Beatiſsimæ Virginis Mariæ in
quodam Caſtro in Italia cuiuſdã
Regis; peruenit poſt multos an-
nos cum vniuerſitate bonorum
d. Caſtri ad quendam Principem, qui priuile-
gio Summi Pontificis eam in Collegiatam ere
xit: et poſtea cum pari vniuerſitate bonorum
deuenit ad alterum Principem, qui cupiens ſci
re quid ei incumbat, mihi ſuũ deſideriũ expli
cauit: Quare iura, & quæ incumbant ei in ho-
nore, vtile, & onere, operæ prætium duxi pa-
tefacere: vt infra, videlicet.

1 Quilibet patronus † in iurepatronatu de iu
re communi habet honorem; quia ſine eius præ
ſentatione Ordinarius non poteſt aliquem in
ſtituere; c. Decernimus. 16. q. 7. & notant doct.
2 in c. Nobis. de iur. pat. Cui ſtatutum † eſt tẽ-
pus quatuor menſium ad præſentandum; infra
quod nullus poteſt beneficio prouidere. c. Vni
3 co. de iur. pat. in 6. Quo tamen † tempore lap-
ſo, ſit deuolutio in Ordinarium. c. 2. de ſuppl.
negl. præl. ſed videtur controuerſia inter do-
ctores, à quo tempore tempus incipiat curre-
re? de qua latè Lamb. in ſuo tract. de iur. pat.
lib. 2. art. 8. 1. q. prin. 2. part. Aliqui enim dixe-
4 runt † tempus currere à die mortis prædeceſ-
ſoris: & aliqui à die ſcientiæ: ſed Lamb. ibi
tenet tempus currere à die mortis; quia patro
5 nus † tenetur ſcire quomodo Eccleſia ſit recta:
vnde ſi neſciat Eccleſiam carere Rectore eſt
argumentum, quod non curat de Eccleſia: &
hoc maximè procedere inquit in patrono ſe-
6 culari; cui † ex priuilegio conceditur iuſpatro-
natus. c. 3. de iurepat. nã antea laicus erat inca-
pax. c. Sacro ſancta. de elect. quod aliter proce
7 dit in ordinario, cui † de iure communi non
currit tempus, niſi à die ſcientiæ. c. Quia diuer
ſitatem. de conceſſ. præben. ſed iſta ratio non
placuit Rotæ. deciſ. 421. in 1. vol. diuerſ. nouiſſ.
8 dicenti; quod quia gratia † conceſſa laico eſt
regiſtrata in corpore iuris: dicẽdum eſt quod
etiam laico concedatur de iure communi; &
ſic quod tempus currat à die ſcientiæ. Fatetur
tamen quod ſi eſſet controuerſia inter patro-
9 nos fauore † Eccleſiæ, vt ſcilicet, quàm citius
prouideatur ei de Paſtore tempus currat à die
mortis: & hæc ratio mihi videtur adaptanda
quibuſcunque caſibus, in quibus patronus nõ
haberet iuſtam cauſam ignorantiæ: vt ſcilicet
tempus currat à die mortis: vt in ſimili vide-
10 tur quando quis renuntiat † in manibus Papæ
ad fauorem; quia ſemper ſtat in poſſeſsione,
& percipit fructus, donec fuerit conſenſus ha-
bitus, & reſignatio accepta. Flam. Pariſ. in trac.
de renunt. benef. lib. 1. q. 6. nu. 38. & lib. 4. quæſt.
11 2. nu. 52. 53. Poteſt † enim reſignans pœnitere
ante præſtitum, vt ipſe Flam. ex iuribus allega
tis concludit in eod. tract. lib. 1. q. 12. nu. 20. ad
12 finem: & tunc patronus † haberet iuſtam cauſ-
ſam ignorantiæ, & tempus non curreret niſi à
die ſcientiæ: ſecus verò ſi non haberet iuſtam
cauſſam: quia ſi tenetur ſcire quomodo Eccle-
ſia ſit recta; ſi neſciat eam carere Paſtore non
dicitur de ea curam habere, & ita in eo non
13 eſt † præſumendum de ignorantia ſecundum
iura allegata per Rotam deciſ. 6. aliàs. 263. de
iurepat. in nouiſſ. & ideo ſi allegatur ignoran-
tia vt affectata; & debet æquiparari ſcientiæ. c.
Vt animarũ. de cõſtit. in 6. Aliàs enim probari
debet ignorantia vera: ſecundũ ea, quæ tradit
Lamb. in d. tract. 2. lib. artic. 26. 6. q. prin. 2. par.

Honor etiam debitus ei eſt; quia beneficiũ
14 † ſui iuriſpatronatus renuntiati non poteſt ſi-
ne ſuo conſenſu; ſine quo collatio ſeu inſtitu-
tio eſſet nulla: Flam. in eod. tract. lib. 2. q. 4. n. 3.
verſ. His tamen non obſtantibus. & num. 4. & 5.
qui refert iſtud eſſe commune dictum: & eadẽ
15 ratione non † poteſt permutari vt Flam. ibi.
num. 10. & 11. vbi dicit, quod neque vniri po-
16 teſt: neque de honeſtate † alienari, & hanc eã-
dem concluſionem tenuit Gl. in c. Vnico. de
rer. permut. in 6. Cald. in eod. tit. cõſ. 2. ad finẽ.
Aegid. Bellem. deciſ. 177. Abb. in c. Cum dile-
ctus. circa med. de iurepat. Card. in Clem. 1. q.
4. de rer. permut. Rot. deciſ. 5. eod. tit. in nouiſſ.

Habet etiam honorem, quia ſine ipſo ordina
17 rius non poteſt † deſtituere præſentatum ad-
miſſum, etiam ſi delictum ad hoc ſufficiẽs cõ-
miſiſſet: Abb. Felin. Ant. de But. & Imol. in ca.
Cum acceſsiſſent. de conſtitut.

18 Honor etiam eſt ei, quia poteſt † vnà cum
Ordinario imponere onus beneficio vacanti;
non tamen poſteaquam fuerit collatum, ſeu
poſt Rectorẽ inſtitutũ. Roch. de Curt. in tract.
de iurepatron. in verbo, Pro eo. quæſt. 13. &
Lamb. eod. tract. in prima part. primi lib. 9. qu.
prin. num. 90. verſ. Reſtringe. 2. ex c. Significatũ.
de præben. & maximè pro vtilitate Eccleſiæ,
& diffusè tractaui in conſ. 51. nu. 7. 8. 13. & 22.

Honor etiam conſiſtit in variatione; quia
19 poſtquam patronus † præſentauit, antequam
ſit facta inſtitutio de præſentato, poteſt alium
præſentare. c. Paſtoralis. de iurepat.

20 Honorem etiam habet † in reuerentia; quia
ſicut filius tenetur patrem honorare, ita præ-
ſentatus patronum: obuiam ei eundo cum cle
ricis, vſque ad ambitum portæ Eccleſiæ: & illũ
introducere in excellentiorem locum; pacem,
& incenſum præbere: & in proceſsionibus pri-
mum locum dare. Lamb. latè in d. tract. in 3. lib.
art. 1. 1. q. prin. nu. 10. & 11. & in eod. lib. artic. 7.
ead. q. verſ. Ex omnibus dictis.

Habet etiam Princeps iſte honorem ex ſpe
ciali priuilegio Papæ in erectione Collegiatæ:
quia pro bono regimine, & decore Eccleſiæ, &

T 2 com-

commodo perſonarum diuinis intereſſentiũ;
21 cum capituli conſenſu poteſt † ſtatuta conde
re;vt eſt expreſſum in Bulla erectionis.

Vtile verò, ſeu commodum debet habere
patronus ab Eccleſia patronata quando ad
22 inopiam rediret. quia † ipſe, & eius deſcen-
dentes debent alimentari ex bonis Eccleſiæ.c,
Quicunque.16.q.7.& tradit Roch. de Curt. in
23 tract. de iurepat. in.verbo,vtile.& pinguius †
alimentari debet, quàm alij pauperes: & pro-
24 pter alimenta habet actionem † contra Eccle
ſiam,ſeu illius Rectores;vt notat Lamb.in eod.
tract, lib.3.art.2.q.3, prin, num, 10, & ſi fuerat
diues,melius eſt alendus;vt iſdem Lamb.eod.
lib.artic.3.num.5. & in artic.6.nu.22, & 23. di-
25 cit,quod eſt alendus† cum ſeruitoribus,ſi ipſi
non habeant aliunde victum, ad quod Felin.in
c.Cum omnes.nu.31,verſ. Adde dominum An,
26 in c. Nobis. de iur. patron. & appellatione †
alimentorum veniunt veſtimenta,& medicinę
quando opus ſit, vt atteſtatur in d. 3. lib, 3. q.
prin. artic.9.nu.4. & 5, & in artic. 11, num. 12,
eod.lib,alimenta .n. dantur ſecundum qualita
tem perſonarum,vt infra conſ. 156. num,24.

Habet etiam vtile quandocunque occurrat
controuerſia inter ipſum, & Eccleſiam; quia
27 non poteſt† vocari in iudicio ſine venia, ſicut
filius non vocat patrem. Lamb. in d.3.lib. art.
2.1.q.prin. num. 5.

28 Patronus habet etiam onus, quia tenetur †
Eccleſiam patronatam defendere, non tamen
ſumptibus proprijs;ſed Eccleſiæ. Abb. in c. In
quibuſdam.1,col,verſ,in Gl.1. de pen, Paul. de
Citad. in ſuo tract.de iurepat. in 6.part. artic,
5. in 1.quæſt.& Lamb, in eod. tract.lib.3.artic.
11.2.q.prin. & in 2,artic,1.quæſt. prin. num.7.
29 eod.lib. vbi dicit, quod ſi † negligat eam de-
fendere priuatur omni commodo: & poteſt
prouidere ne bona.d.Eccleſiæ dilapidentur.&
30 ſi dilapidentur†accuſare, & etiam retractare.
c.Filijs.16.q.7.Lambert.in eod.tractat.in 3.lib.
2.q.prin.artic,8.num,6. ad finem; & artic.7.nu,
2.etiam ad finem, vbi dicit, quod ſi patronus
allegat, & probat cauſſam indebitam aliena-
tionis factæ ab ordinario,& capitulo, aliena-
tio retractatur,& ſi iuſpatronatus eſſet Eccle-
31 ſiaſticum;non valeret † aliqua alienatio facta
ſine patrono,& in 1. lib,art.9.10.q.prin. primæ
part & 2,lib.art.3. 8.q.prin.3. part.dicit, quod
32 iuſpatronatus † eſt etiam Eccleſiaſticum in
perſona laici,quando præſcriptione,vel priui-
legio ſit quæſitum; ſed illud dictum procedit
qñ Eccleſia eſſet conſtructa,vel dotata de bo-
nis Eccleſiaſticis: ſecus verò ſi de bonis patri-
33 monialibus; quia tunc † dicitur ſeculare,etiã
ſi patronus ſit perſona Eccleſiaſtica; vt refert
Flam.Pariſ. in 2.lib. de renunt. benef. quæſt. 4,
num.39.40.& 41. vnde dicendum, quod iuſpa-
tronatus de quo agitur ſit ſeculare;cum Eccle
ſia à principio fuerit constructa, & dotata à
Rege de bonis ſuis; & poſtea in erectione Col
legiatæ Princeps ille duo millia aureorum de
ſuo expenderit; & dotem 100. annuatim red-
ditus dederit: & ſic ex diſpoſitione. d.c.Filijs.
34 16.q.7.poteſt †dilapidantes accuſare, & inſta-
re ad retractationem.c.Præcariè.10.q.2. Quod
35 nempe procedit cum teneatur† ſcire quomo-
do Eccleſia ſit recta, & gubernata: ad ea quæ
notat Lamb. in eod,tract.lib.2.arti.8,1, q.prin.
2.part.num.8.

36 Onus habet etiam quia tenetur †præſenta-
re perſonam idoneam, tum de iure priuilegij;
quia in bulla Papa dando ei facultatem præ-
ſentandi, cum ſit tempus vacationis, in ex-
preſſo dicit, quod præſẽtet perſonas idoneas:
tum etiam de iure communi:aliàs pro ea vice
priuatur illo honore, Abb.in c.Cum vos. nu.5.
de offic.ordin.ad finem.Paul.de Citad. in eod.
tract. de iur.par.in 6. par.art.2. ad finem.& fa-
cit.c.Significaſti. de iur.pat. Gemin.in c.1.n.7.
37 de præben.in 6.Perſona† verò idonea illa eſt,
quæ vult,& poteſt.c.Super inordinata.de præ-
ben.& c.Cum in cunctis,de elect.In quibus lo-
cis reperitur aperti eſſe iuris, quod ad bene-
ficia ſunt eligendi idonei;id quod non ſolũ pa
tronis iuriſpatronatus, ſed Epiſcopis, & alijs,
quibus datum eſt poſſe beneficijs prouidere,
38 conuenit;quia beneficio debet † prouideri de
perſona, non autem perſonæ de beneficio: &
quandocunque patronus non præſentat per-
39 ſonam idoneam: non tenetur † ordinarius il-
lam admittere;& poteſt Eccleſiæ de alio ido-
neo prouidere. c.Quoniam.de iur. pat. & tra-
dit Hoſtien. in ſum.eod.tit.verſ.Quid iuris.ibi.
40 Sed ſi neuter. Non † idoneus autem, & indi-
gnus dicitur ignorans.c.Cum ſit. & c. Cum te,
de ætat.& qual.& c.Niſi cum pridem.§.Pro de-
fectu.de renunt. Eccleſia enim indiget perſo-
41 nis litteratis,quia ſunt tanquam † muri inex-
pugnabiles contra aduerſantes.c.Super ſpecu
42 la,ne Cler,vel Monach. Eccleſia † enim paſci-
tur verbo Dei;& fouetur doctrina; ſicut cor-
pus hominis cibo materiali.c.Inter cætera. de
43 offic.ordin.& indignus dicitur †non ſolũ igno
rans,ſed etiam infamis. c.Infamibus.de regul.
iur.in 6.& ſimoniacus.c.Nobis.de ſimon.quæ ſi
monia pluribus modis committitur: & in ſpe-
44 cie,quod attinet ad caſum,committitur†quã-
do pro obtinendo beneficio,vel gratia patro-
ni,pro præſentatione dãtur munera; prout ſin
gulariter tradit Rom. in cõſ.317 & tradit tex-
tus in ca.vlt.1.q.3.vbi dicitur, quod exigere,
& dare antea vel poſt aliquid,eſt ſimoniacum,
& qñ per importunas præces inducitur patro-
nus ad præſentationẽ,ad quã prius nõ inclina-
bat;& maximè ſi pecunia,vel aliud tẽporale de
tur intercedẽtibus:qa tũc inducitur ſimonia,&
45 †præſẽtatio,neq; ſequuta inſtitutio tenet. Gl.
in d.c.Nobis.de ſimon.in verbo,Interueniẽte.&
ibi Abb.& habetur in c.Math.& c.De hoc.& c.

Inſi-

Digitized by Google

Inſinuatum.eod.tit. de Simon. In quibus locis
committitur ordinarijs, quod ſi ſit nototium
46 †aliqnem ſimoniacè habuiſſe beneficium,de-
beant eundem priuare; & quando non ſit no-
torjum, ſi tales laborant huiuſmodi infamia,
debent eis indicere purgationem canonicam:
& ſi non ſe purgauerint etiam ptiuari debeãt.
47 Simonia † nanque triplieiter committitut, vi
delicet, munere,obſequio,& lingua. Munere
ſcilicet, ſi quis munus offerat pro habendo be
neficio.Obſequio. ſi alteri ſeruiat ea intentio-
ne;vt beneficium conſequatur. Lingua, ideſt
48 ſi † vtatur fauore alicuius: vt notat Ioan. de
Selua. in tract. de benefic. part. 1.quæſt. 6. nu.
49. 46. & 47. addens quod ſi quis † confetat be-
neficium ad preces alicuius ptincipaliter,etiã
ipſe committit Simoniam, ſi pro indigno con-
50 ferat ad preces;& etiam† qui ptecės emittit:
quod tradit textus. in c.Saluator. 1. q. 3. verſ.
Quiſquis igitur: vbi dicit quod,qui ad hoc lar
gitur ad propria lucra,vel munere linguæ, aut
indebiti obſequij,vel adipiſcitur, eſt ſimonia-
cus: ſecus verò ſi præces ſint pro digno: quia
51 qui † pro idoneo precatur non malè facit. Gl.
Singularis. in c.Tuam.de ætat. & qual. in ver-
bo.Nullum prorſus. & ibi Abb. & in c. Vt no-
ſtrum. vt Eccleſ.benef. ſin. dimin. confet. & 1.
q.1.c.Latorem. Sacri enim canones malè ſen-
52 tiunt, quod beneficia † dentur indignis, &
perſonis,quæ ſint in ſcandalo populi.c.Ad au-
res. de tempo.ordin.& c.Quoniam. de iur.pa-
tron. ibi.Si autem hoc ſine ſcandalo. & c.Cum
teneamur. de præben. & c. Faciat homo. 22.q.
2, Imò quando concurrant plures idonei de-
53 bet † eligi magis idoneus, aliàs patronus, vel
54 qui habet electionem,grauat † conſcientiam;
vt notat Fed.de Sen. in conſ.95. & Abb. in ca.
Quoniam. de iur. patro. in Gl.maioribus. Na-
uar. cum allegatis in Miſcel.45. de orat. & ro-
ſario.qui eſt videndus;peccat enim non eligẽ-
do magis idoneum, & quando adſit in ſuffi-
cientia,æqualitas: ſi adſint diuites, & paupe-
55 res:vel nobiles,& plebei; electio †deberet fie
ri de diuite,& nobili,potiuſquam de paupere,
& ignobili, ſi Ecclesia cui ſit prouidendum ſit
pauper.Gl.in c. Conſtitutis.de appell. in ver-
bo; Impotentiam: & illic Abb.num.10. dicens
quod melius prouidetur,ſeu conſulitur Eccle-
ſiæ per diuitem,ſeu potentem:& num.11.dicit
56 quod & ſi pauper ſit idoneus; non eſt † tamẽ
vtilis Eccleſiæ.ſicut diues: Imò Fed.de Sen. in
d.conſ.95.& Abb. in c.Conſtitutis. num. 7. di-
57 cit quod patronus † peccat,qui non eligit ma
58 gis idoneum pro Eccleſia. Et illa † dicitur
pauper,quæ habet paucos fructus: vt eſt Ec-
cleſia, de qua agitur, in qua canonici ſolũ ha-
bent duos ducatos loco præbendæ, & reliqui
redditus conſiſtunt in diſtributionibus quo-
tidianis,quæ dantur intereſſentibus horis ca-
59 nonicis: qui redditus † non veniunt appella-
tione fructuum.c.Licet.de præben. Quare,qui
debet Eccleſiæ prouidere,tenetur de perſona
60 in literis idonea prouidere. Scientia † enim
requiritur in clerico,etiam de iure diuino: vt
dixit Deus per Oſeam Prophetam. c.4 quãdo
dixit: Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego te re
61 pellam, ne Sacerdotio fungaris. Qui † enim
habent ſcientiam ſunt ſicut ſtellæ cœli: vt ait
Felin. in c.Nonnulli.col.20 verſ.Ex fauore pu-
62 blico de reſcrip quia ex eorum † doctrina:mũ
dus illuminatur.Auth.c.ne fil.pro pat. vnde re
manet concluſio,quod eligi & præſentari de-
63 bent perſonæ idoneæ & litteratæ. Graue † e-
nim eſt, quod fiat electio, & præſentatio de
perſona indigna. & ex ſolo fauore. c. Nec no-
64 uam.8.q.3.& quando† ſint in ciuitate;vel op-
pido.& diœceſi perſonæ idoneæ debent præ-
ferri forenſibus, & extraneis: vt poſt allegata
pro & contra;cõcludit Roch.de Curt.in tract.
de iur. patron.in verbo,Honorificum.num.40.
verſ. Prima opinio eſt verior. Et quando con-
65 currant † doctores Canoniſtæ, & Theologi ſi
Eccleſia non habeat hæreſim,potius eſt eligen
dus & præſentandus doctor Canoniſta, quàm
Theologus: vt probant Abb. & Felin. in c. Cũ
adeo. de reſcrip. quia, ceſſante hæreſi, Eccle-
ſia ſemper indiget perſona habili ad eã defen
dendã: & ita vt ſupra ego iuris eſſe concludo.
Saluo tamẽ meliori iudicio. Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CLIII.

Poſſeſſor an priuetur ſua poſſesſione eo non ci-
tato: & intruſus, quis dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
2 *Nemo ſua poſſeſsione eſt priuandus ſine cognitione cauſſa.*
3 *Poſſeſſor eſt citandus antequam priuetur poſſeſſione.*
4 *Omiſſa citatione actus eſt nullus, etiam ſi auctoritas Iudicis interuenerit.*
5 *Priuatus poſſeſſione, non ſeruato ordine nullum debet pati damnum.*
6 *Intruſus eſt etiam, qui poſſeſſionem recipit cum auctoritate Iudicis, non ſeruato ordine.*
7 *Intruſus dicitur malæ fidei poſſeſſor.*
8 *Intruſus tenetur ad reſtitutionem fructuum.*
9 *Violentus dicitur, qui non ſeruato ordine ſpoliat poſſeſſorem.*
10 *Mandatum non derogat iuri communi.*
11 *Mandatum ad non expreſſa non ſe extendit.*
12 *Procurator ſolum ad expreſſa in mandato habet auctoritatem.*
13 *Mandatum non ſe extendit ad non veriſimilia.*
14 *Mandatum ſpeciale requiritur ad tollendas conditiones poſitas in erectione beneficij.*
15 *Actus non ſeruato ordine eſt nullus.*
16 *Nemo eſt priuandus iure ſuo, eo non citato.*

Ieſus Maria.

FACTI SPECIES.

TItius vxoratus non habens filios, de conſenſu ordinarij erexit beneficium in Eccleſia plebis S.Marię.& dotauit de bonis ſuis, quatenus decederet ſine filijs; ita tamen quod etiam eo mortuo fructus non poſſent percipi, viuente eius vxore: qui poſtea nominauit Rectorem ad dictum beneficium, & fecit mandatum cuidam amico ſuo ad eum præſentandum, & inſtandum ad inſtitutionem cum omnibus neceſſarijs; & facta præſentatione & ſequuta inſtitutione, vigore Bullæ Archipræsbyter illius plebis immiſit præſentatum in poſſeſsionem rerrarum dotis, d.beneficij; viuente vxore d.eius mariti; nulla citatione de ipſa in poſſeſsione exiſtente facta: quæ apud ordinarium reclamādo inſtetit, reſtitui in poſſeſsione: ſuper qua quæſtione requiſitus reſpōdi nullam fuiſſe poſſeſsionem d. Rectoris dictamque vxorem reſtituendam fore: vt infra.

Dictum habemus in iure vulgare, quod om-
1 nis ſpoliatus † ante omnia eſt reſtituendus. c.
In literis, de reſtitut. ſpol. & habetur in tot. tit.
2 2.q.2.& 3. q.1. Nemo † enim ſua poſſeſsione
eſt priuandus ſine cauſæ cognitione: c.2. & c.
3 Ex literis. de reſcrip. Debet enim citari † ad
contradicendum. c.Licet Epiſcopus. de præben. in 6. l.1.§.Qui à me. ff. de vi, & vi armat.
Rom. ſingul. 766. Caſſad. deciſ. 4. de ſequeſt. poſſeſſ. num. 2. Quæ concluſio in tantum procedit,
4 quod etiam ſi interueniat † auctoritas iudicis, quando citatio ſit ommiſſa, actus eſt nullus. c.
Volumus. 16.q.4 & c.1.& fin. vt lit. pend. l. Extat. ff. quod met. cauſ. l. Si quis in tantam. C.
5 Vnde vi. Et quandocunque quis † priuatur
ſua poſſeſsione, nō ſeruato ordine, nullum poteſt ei reſultare damnum, quin debeat habere, quod poſsidendo habuiſſet; quia Non præſtat impedimentum, quod de iure nō ſortitur effectum reg. Quod de iure. de regul. iur. in 6. Crau. in conſ. 140. nu. 2. & 3. vbi dicit, quod priuatus poſſeſsione non tenetur reſpondere in petitorio, donec vſque ad minimum quadrantem fuerit ei ſatisfactum, reſpectu fructuum; & reſtitutus debet tantum tempus manere in poſſeſsione antequam reſpondeat in petitorio, quantum ſteterit ſpoliatus: quare ille clericus erit cogendus ad reſtitutionem poſ-
6 ſeſsionis, cum ſit, & fuerit intruſus. nam ille †
dicitur intruſus nedum qui propria auctoritate ingreditur poſſeſsionem beneficij, ſed etiā ſi cum auctoritate iudicis, vel exequutoris nō ſeruantis ordinē, eam adipiſcatur: vt latè probat Mandoſ. in reg. 29. q. 4. & Imol. in ca. Cum veniſſent. num. 7. de in integ. reſtit. & Rot. in
7 deciſ. 687. in 1. vol. diuerſ. nouiſſ. Et qui ſe intrudit, dicitur malæ fidei poſſeſſor, & ad fru-
8 ctus perceptos † tenetur; Imò ad percipiendos iuxta communem concluſionem Rot. in deciſ. 1170. in 3. vol. diuerſ. nouiſ. dicuntur .n.
9 poſſeſſores violenti; nam ille † dicitur etiam violentus, qui auctoritate illius, qui minus rectè egit, ingreditur poſſeſsionem. Soc. cū per eum allegatis in l. Iuſtè poſsides. 4. col. verſ. Secūda concluſio. ff. de acquir. poſſ. & eū ſequitur Neguſ. in tract. de pign. 2. memb. 3. part. nu. 22. & ſic poſſeſsio erit reſtituenda vxori prædefuncti mariti, vnà cum fructibus;

Nec obſtat mandatum ad præſentandum: quia dato etiam; quod expenderetur ad reuocandas conditiones in erectione poſitas, quod ſcilicet fructus non poſſent percipi viuente vxore: quod ſecus eſt (vt infra patebit) tamē
10 per hoc non intelligitur mandatum † poſſe derogare diſpoſitioni iuris communis; quin ſcilicet poſſeſſor antequam priuetur ſua poſſeſsione non ſit citandus ad dicendū iura ſua; vt ſupra probatur: Imò mandatum ad hoc cōfert; dum dicitur ad præſentandum, & ad omnia neceſſaria faciendum: ergo cū citatio poſſeſsionis eſſet neceſſaria, mandatum dicitur ad ea, quæ erant neceſſaria, nec aliter interpre-
11 tari oportet; cum ad non † expreſſa intelligi non debeat. c. Cum olim. il 2. §. Quia verò. de
12 offic. deleg. vbi dicitur, quod procurator † ſolum intelligitur ad illa continentes quæ in cōmiſsione expreſſa reperiuntur: quod idem iudicauit Rot. tit. de procur. in nouiſ. deciſ. 13.
13 num. 2. neque poteſt † ſe extendere ad ea, quæ mandans veriſimiliter non eſſet conceſſurus. l. Si filius. ff. de confirmat. l. Indebitum. ff. de condi. indeb. Vnde ſtante qualificata erectione be-
14 neficij ad eam tollendam requirebatur † ſpeciale mandatum. Rot. eod. tit. de procur. in nouiſ. deciſ. 2. & ita nulli debet eſſe dubiū, quin
15 ille actus † fuerit nullus: quod probat Card. in
16 conſ. 65. num. 6. Quia nemo † vnquam eſt priuandus ſua poſſeſsione, & iure ſuo, niſi prius citetur ad docendum de iuribus ſuis. Clem. Paſtoralis. in fin. de re iud. & ita iuris eſſe dico. d. vxorem fore in ſua poſſeſsione reſtituendā. Saluo &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CLIII.

Canonicus an habeat diſtributiones licet non ſit in ſacris?

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus non habet ordinem ſacrum annexum de iure.*
2 *Diſtributiones debent dari his, qui interſunt horis canonicis.*
3 *Canonicatus eſt ſimplex beneficium.*

4 *Qui*

4 Qui altari ſeruit, de altare viuere debet.
5 Medietas diſtributionum tollitur negligentibus ſuſcipere ordinem annexum.
6 Statutum, neque conſuetudo poteſt tollere iura canonum.
7 Statutum, nec conſuetudo poteſt valere in præiudicium alterius. & nu. 16. & 25.
8 Canonicus in poſſeſſionem miſſus debet habere fructus.
9 Canonicus admiſſus poteſt repellere vſurpatores ſui beneficij.
10 Capitulum admittendo canonicum debet ei prouidere ad neceſſariam eius ſuſtentationem de bonis vacantibus.
11 Mercenarius eſt dignus mercede.
12 Ordo annexus aptitudine requirit ætatem legitimam: licet non ſit in ordine electus, aut præſentatus.
13 Admiſſus ad beneficium habens ordinem annexũ debet infra ſex menſes illum ſuſcipere.
14 Ordo annexus actu, requiritur in actu admiſſionis ad beneficium.
15 Diſtributiones non veniunt appellatione fructuũ.
17 Diſtributiones ſunt acceſſiones ad ius Canonia.
18 Vnus non poteſt facere officium duorum. & num. 20. & 24.
19 Natura diſtributionum eſt, vt dentur perſonaliter ſeruienti.
21 Indebitè canonici habent portionem ſeruientis, & etiam vacantis.
22 Vacantia debent conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, vel ſucceſſori reſeruari.
23 Cultus diuinus debet augeri, & non minui.
26 Papa non intendit præiudicare iuri alterius.
27 Declaratio c. 1. de Cleric. non reſid. in 6. & num. 58.
28 Abſurdum eſt vitandum.
29 Iudicare aliter quam ſcriptum eſt in lege, eſt impertinens.
30 Ordinata ad perpetuam vtilitatem non debent trahi ad priuatum commodum.
31 Canonum ſtatuta ab omnibus ſunt cuſtodienda.
32 Canones pendent ab auctoritate veteris, & noui teſtamenti.
33 Omnis lex pendet à lege Euangelica.
34 Statutum non valet contra legem diuinam, neque naturalem.
35 Statutum non valet contra canones.
36 Inferiores non poſſunt tollere, nec addere, vel immutare legem ſuperiorum.
37 Diſtinguere non poſſumus vbi lex non diſtinguit.
39 Statutum non eſt rationabile quando derogat iuri per Papam inducto.
40 Confirmatio generalis non comprehendit ordinationes prædeceſſorum Pontificum.
41 Inhoneſtum eſt, quod quis patiatur detrimentum.
42 Actus non dicitur honeſtus quando fiat immoderatè.
43 Statutum tollens mercedem laboranti dicitur immoderatum.
44 Honeſtum dicitur dare laboranti mercedem.
45 Honeſtum eſt, quod eſt bonum, & æquum.
46 Statuere non poſſunt canonici cõtra iura alterius.
47 Confirmatio Papæ non comprehendit ius tertij.
48 Confirmatio non comprehendit ea, quæ canonici non poſſunt de iure ſtatuere.
49 Canonici non poſſunt ſtatuere in his, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ. & num. 60.
50 Papa non præſumitur derogare iuri alterius, niſi expreſsè dicat.
51 Conſenſus ſuperioris debet probari.
52 Conſenſus tacitus in præiudicialibus non ſufficit.
53 Taciturnitas in arduis non operatur conſenſum.
54 Statuta pœnalia condere ſpectat ad iuriſdictionẽ.
55 Canonici non habent iuriſdictionem.
56 Canonici ſolum poſſunt ſtatuere circa res ſuas, & circa quas.
57 Canonici ſolum poſſunt ſtatuere circa ea, quæ ad eos pertinent.
58 Cauſa ſtatuendi debet eſſe rationabilis.
59 Confirmatio Papæ non conualidat ſtatutum tendens ad damnum alterius.
61 Statuta capituli facta ſine Ordinario non valent.
62 Conſenſus debet eſſe expreſſus ſuperioris.
63 Voluntas Papæ non præſumitur in his, quæ concernunt ius tertij.
64 Præiudicium, etiam minimum, ſufficit, ne præſumatur voluntas Papæ.
65 Diſtributiones ſunt inuentæ, vt augeatur cultus diuinus.
66 Statuta non valent contra leges, bonos mores, & honeſtatem.
67 Qui ordinem ſuſcipiunt propter diſtributiones principaliter, & non propter officium, committunt ſimoniam mentalem.
68 Ordinarius poteſt ex vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ cogere canonicos ad ordines ſuſcipiẽdos.
69 Statutum tollens mercedem laboranti, applicando ſtatuentibus: dicitur contra charitatem.
70 Redditus abſentium debent dari alijs pro ipſis ſeruientibus.
71 Portio abſentium debet applicari fabricæ Eccleſiæ, vel pio loco.
72 Impedito non currit tempus ad habendũ ordinẽ.
73 Ordo ſacer nõ eſt annexus vigore Bullæ erectionis.
74 Regimen eſt directio bonæ gubernationis.
75 Regimen inducitur ad bonum, & vtile.
76 Decor ſignificat ornamentum.
77 Deus fit placabilior ex multiplicatis orationibus, & oratoribus.
78 Duo ſunt genera diſtributionum.
79 Portio, quæ appellatur menſa groſſa, eſt ad inſtar præbendæ.

*Da mihi Domine verbum, vt verita-
tem dicam.*

FACTI SPECIES.

IN erectione inſignis Collegiatæ S. Mariæ
nullius diœceſis,ſummus Pōriſex conceſ-
ſit facultatem capitulo condendi ſtatuta
licita,& honeſta, & ſacris canonibus non
conttaria,pro directione,augumento, & vtili-
tate rerum d.Capituli,quæ eo ipſo confirmata
cenſeantur à Sede Apoſtolica: & diſpoſuit q̃
omnes redditus eſſent diſtributiones quoti-
dianæ, exceptis duobus ducatis pro ſingulo,
quæ diſtribuerentur inter ſeruiẽtes duntaxat
horis Canonicis; ita tamen quod portio ab-
ſentium non accreſcar reſidentibus: ſed abſen
tia durante,illa portio daretur alijs pro abſen
tibus ſeruienribus: deditque etiam Principi
ſeculari patrono iuriſpattonatus, auctoriratẽ
faciendi ſtatuta de conſenſu Capituli, pro bo
no regimine,& decore,ac perſonarum inibi di
uinis inrereſſentium commodo: & in quos v-
ſus,oblationes,& pia legata. d. Eccleſiæ facta
conuerti debeanr.

Poſt quam erectionem canonici, & aliæ di-
gnitates,licet non eſſent in ordine ſacro, ſer-
uientes in diuinis officijs habebanr diſtribu-
tiones iuxta ſeruitium: ſed ſuccedente tem-
pore, capitulum fecir ſtatutum, quod nemo
poſſet diſtributiones habere, niſi haberet or-
dinem Subdiaconatus,quod ſtatutum per mul
ta tempora fuit vſu receprum:nunc verò reuo
catur in dubium; an valere poſſit; et maximè
contra illos, qui interſunt horis canonicis; &
non ſunt in culpa propter defectum ſacri or-
dinis? ſtante promota difficultate quod Ordi-
natius. d. Eccleſiæ, prælatus inferior vigore
Conc.ſeſſ.23.c.10.non poſſit dimiſſorias dare;
& d.Eccleſia prætendir non eſſe, aur vnquam
fuiſſe intra diœceſim aliquam, ſed ſemper in
propria.In quo articulo mulra eſſent diſcutiẽ-
da,ſed breui ſermone quid ſentiã notabo.Sal-
ua correctione S. Matris Eccleſiæ.

Duo pro dilucidatione præſentis caſus præ
mitto,videlicet,quod de iure canonum cano-
1 nicatus † non haber certum ordinem ſacrum
annexum, ſed ſatis eſt, quod canonicus ſit in
minoribus. Abb. in c.2. de inſtitut. & in ætate
14.annorum:vt ipſe atreſtatur in c.Super inor-
dinata.num.7.& 12. de præben.& fuit in Conc.
Trid.deciſum.c.6.ſeſſ.23.Secundò,quod etiam
2 de iure canonum diſtributiones † debeur da-
ri his,q̃ horis canonicis interſunt. c.1. de cler.
non reſid.in 6.Vnde de iure canonum ſatis eſt
quod clericus ſit in minoribus, & in ætate 14.
annorum, vt ſit capax canonicatus;cum præ-
3 ſertim inter † ſimplicia beneficia annumere-
tur; ſicut notat Rebuff. in pratic.benef.tit.Se-
culare beneficium quoruplex.num.12.& omnis
in ætate 14. annorum eſt capax ſimplicis bene
ficij.c.De his 28. diſtin. & c.Indecorum. de æ-
tat. & qualit.cap.Super inordinata.de præben.
& Conc. in d.c 6. ſeſſ. 23. Quare reſultar con-
cluſio, quod de iure canonum nullus ſit ordo
ſacer annexus canonicatui;& conſequenter q̃
4 qui† ſeruit altari,de altare viuere debeat.Paul.
Apoſt.in 1.Epiſtol. ad Coriuth. c.9.c. Cum ſe-
cundum de præben. & ei ſit danda ſufficiens
portio fructuum beneficij.cap. Extirpandæ.de
præben.& dignit.vbi in §.Qui verò.& in c. Cu
in cunctis.§.Inferiora.de elect. deciſum fuit q̃
quando ordo non ſit annexus, non eſt aufetẽ
da legitima portio ſeruienti.In.ò quando etiã
ordo ſit annexus, non datur ei pœna amiſ-
5 ſionis totius diſtributionis; ſed † ſolum me-
dietaris, quando per negligentiam differat or
dinem ſuſcipere. Clem. Vt hi, qui. de ætat. &
qual Ex qua quidem diſpoſitione datur intel-
ligi,quod diſtributiones intereſſentibus diui-
nis officijs non tolluntur, ſed tantum earum
medietas,quando ordo ſit annexus.& differãt
per negligenriã ordinem ſuſcipere: quæ pena
ſolum datur quando ſit ordo annexus, & per
negligentiam omittatur; à qua diſpoſitione
eſt argumentum, quod omnes diſtributiones
debeantur,quando ordo non ſit annexus;& nõ
ſtatur per canonicum ad ordinem aſcendere
6 quam iuris † diſpoſitionem ſtatutum canoni-
corum,neque conſuetudo poteſt infringere.c.
fin.vbi doct.de conſuet.Adæquantur enim ſta-
rura,& conſuetudines. c. 1. & ibi Gl. in verbo
facti. de conſtitnr. in 6. & tradir Fed. de Sen.
7 in conſ.17.num.3.Sratutum † enim, & conſue-
tudo in alterius præiudicium non poteſt vale
re. vt probat Fed.in d.conſ.17.num.5. verſ. So-
lurio. Hoc enim cautum eſt in iure,qnod quã-
8 do canonicus † eſt admiſſus, & in poſſeſsione
canonicatus miſſus,debet habere fructus.c.Di
lectus.il 2. ad finem.de præben. ibi. & ſibi de
redditibus Eccleſiæ ſingulis annis aſſignari
prouentus: & rantò magis debentur diſtribu-
tioues.d.c.1.de cler. non reſid.in 6. & expreſsè
noratur.in c.Dilectus.il primo eod.rir.de præ-
ben.ibi.Facientes eidem portiones quotidia-
nas,quæ fiunt in Eccleſia memorata, ſine dimi
nutione aliqua aſſignari.Et tantum ius acqui-
rit canonicus adepta poſſeſsione, quod ſi ali-
9 quis † ſibi vſurpaſſet bona ſpectanria ad eius
canonicatum,poteſt eum, & illos expellere.
Rot.dec.19.num.13. in 2.vol. diuerſ. nouiſſ. Et
rario fortius poſſet procedere in caſu præſen-
ri;quia canonicus fuit à capitulo in poſſeſsio-
nem miſſus;quo caſu, daro quod ordo ſacer eſ
10 ſet annexus,nihilominus capitulum† deberet
canonico per ipsũ admiſſo prouidere ad eius
neceſſariam ſuſtentationem, quando maximè
ei ſe obtulerit facultas alicuius præbendæ va-
cantis,ad notata per Abb. in c.Cũ ſuper quæ-
ſtione.

Digitized by Google

ſtione,num.4. & 7. de conceſſ. præben. & iſto
caſu,nedum aderat portio vacantis, ſed ipſa-
met portio canonicatus,de quo agitur. Eſt e-
nim dictum Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod
11 mercenarius eſt dignus mercede, vt notat. S.
Lucas Euangeliſta in c.10.& S. Matthæus etiã.
c.10. Imò quando annexio ordinis de iure cõ-
muni,vel ſtatutario adeſſet, eſſet animaduer-
tẽdum an annexio eſſet reſpectu aptitudinis,
12 vel actus:quia ſi reſpectu † aptitudinis,ſufficit
eſſe in ætate legitima; vt eſt in eo, qui ſit ad
parochialem electus,vel præſentatus, quia ſa-
13 tis eſt quod ſit in ætate legitima. Debet † enim
poſtea ſuſcipere ordinem requiſitum infra ter
minum ſex menſium.d.§ Inferiora & c. Nemo,
& c.Licet canon. de electio. quod procederet
in canonico quando ordo eſſet ei annexus; qa
quo ad capacitatem deberet habere emolumẽ
ta canonicatus; nec ei datur alia pena ob ne-
gligentiam ordinem ſuſcipiendi,niſi medieta
tis pœna ammiſsionis diſtributionum,vt in d.
14 Clem.vt hi qui. de ætat.& qual.Si verò † ordo
eſſet annexus ratione actus, admittendus non
eſſet ad inſtitutionem, niſi cum ordine anne-
xo: ſed hic agitur de aptitudine,ergo ſatis eſt
quod tempore admiſsionis ſit in ætate requi-
ſita; quia ſi poſtea ſit negligens in ſuſcipiendo
ordinem,ſolũ debet priuari medietate diſtri-
butionum, ſed aliter procedit quando ordo
non ſit annexus, vel quando nõ ſtat per ipſum
in habendo ordine;quia(vt infra dicetur) non
eſt imputandus de negligentia:& ſubintrat ſẽ
tẽtia Domini Noſtri,quod mercenarius ſit di-
15 gnus mercede:& quia diſtributiones † non ve
niunt appellatione fructuum ſed mercedis, vt
in d.c.1.de cler.non reſid.in 6.& notat Abb. in
c.fin.de pecul.cler.& Gl.in c.Licet.de præben.
in verbo,Diſtributiones.& Pariſ.in cõſ.32. per
totum, & in ſpecie.num.13. vol.4. & dantur ꝓ
ratione certi miniſterij ſecundum Rot.deciſ.
330. vol.1. diuerſ. nouiſſ. Fructus verò dantur
etiam abſentibus. Nec valet ſtatutum contra-
16 rium,neque conſuetudo; quia nemo poteſt †
ſtatuere,vel conſuetudinem inducere ad alte
rius præiudicium.Lap.alleg.20.cum ibi anno-
tatis: vnde ſi diſtributiones ad hoc ſunt inſti-
17 tutæ,vt dentur ſeruientibus,& ſunt † acceſsio
nes ad ius canoniæ,ſicut refert Felin. in c. Cũ
olim, poſt principium, de re iud. & ſequitur
Card.in conſ.53.ſequutus Bal.nõ poteſt in du-
bium reuocari,quin debeantur ſeruienti. Imò
inconueniens eſt,quod tollantur ſeruienti, &
non ſeruientibus diſtribuantur.

Nec militat ratio allegata quod canonici in
ſacris faciant,ſeu ſuppleant partem non habẽ
18 tis ordinem;quia vnus † non poteſt facere of-
ficium duorum,cũ vix ſuum adimplere valeat.
c. Singula 89. diſtin.c. Quia nonnulli. de cler
non reſid. & conferunt not.à Bal.& confirma-
19 ta à Card. in d.conſ.53. & natura † diſtributio-
num eſt, vt dentur perſonaliter ſeruienti; &
20 vnus non poteſt † pro duobus ſeruire. Ant.de
But. in c. Cum olim. de ſent. & re iud. & illic
Abb.num.2. ad finem;qui dicit quod diſtribu-
tiones dantur pro perſonali ſeruitio; vnde v-
nus,cum ſit vnus tantum, non poteſt pro duo-
bus ſeruire.Stafil.de Grat.expect § 4. in 4 for
ma: num. 2. & idem Lud. Gome: eod. tit: de
21 Grat.expe.num.54.poſt prin. Quare indebitè †
habent portionẽ alterius ſeruientis. Imò etiã
non ſeruientis Card. in Clem.1. in 9. quæſt. de
celebr. Miſſ. quod maximè procedit in portio
22 ne vacantis canonicatus,quæ debet † cõuerti
in vtilitatem Eccleſiæ, vel ſeruari pro futuro
ſucceſſore.c.Cum vos.de offic. ordin. & c.Præ-
ſenti.eod.tit.in 6. vbi Fran. num.2. dicit quod
non valet contrarium ſtatutum;& cum allega-
tis notat Redo.de ſpol.quæſt.1. nu.20. verſ. &
videtur adeo verum: & huiuſmodi obſeruan-
tia tendit in detrimentum cultus diuini,vt di
23 cam infra;qui † augeri debet,& non minui.c.
24 fin.de reſcrip.in 6.Nec vnus poteſt † duos re-
præſentare.& pro alio ſupplere. Caſſad.deciſ.
vnica. de cler. non reſid. & ita remanet cõclu-
25 ſio,quod allegatum ſtatutum non † valeat in
præiudicium alterius. c. Quamuis. de reſcrip.
26 in 6. neque eſt interpretandũ, quod Papa † in
auctoritate data canonicis condendi ſtatuta,
(de quo infra dicam) voluerit præiudicare
iuri alterius, c.Ad aures. etiam de reſcrip. in
decretali.

Neque prædicta concluſio debilitatur argu
mento.d.c.1. de cler.non reſid. in 6.dum dici-
tur quod diſtributiones debeant dari intereſ-
ſentibus diuinis officijs, iuxta cuiuslibet Ec-
27 cleſiæ ordinationem; quia id † non refertur
ad ea,quæ pertinent ad ſtatum Eccleſiæ, ſed
ad modum diſtribuendi per horas diſtributio
nes: vt ita declarat Gl.in verbo,Ordinationẽ.
& alia Gl.in d.Clem,Vt hi qui.in verbo,Certis
horis.& Gl.notabilis. in c. Conſtitutionem. in
verbo,ſtatutum,de verb.ſigniſ.in 6. nec illa lo-
quutio ſtatutorum,& conſuetudinis poteſt ex-
tendi ad tollenda iura expreſſa; ſcilicet, quod
diſtributiones debeant dari intereſſentibus;
eſſet enim abſurdum, quod Papa decretaſſet
quod darentur diſtributiones ſeruientibus, &
in eadem diſpoſitione dediſſet facultatẽ alijs
dictas diſtributiones auferendi,quod abſurdũ
28 † eſt euitandum.c.In geneſi.de elect. & Clem.
2.de magiſt.Quare reſtat diſpoſitio per Boni-
facium VIII. condita, in d.c.1.de cler. nõ reſid,
in 6. quod debeant dari diſtributiones ſeruiẽ-
tibus. Quam conſtitutionem innouauit Con-
cilium Trid.ſeſſ.24.c.12.de reform.Impertinẽs
29 † enim eſſet aliter iudicare,quàm loquatur,c.
Erit autem lex.diſtin.4.& c.In iſtis,ead.diſtin.
vbi dicitur;quod non licet aliter iudicare,quã
quod eſt ſcriptum: & ſpecul.in tract. de mod.
gener.Conc.celeb.Rubrica 4.nu.4.refert Leo-
nem

nem Papam ita ſcripſiſſe, videlicet, quod illa,
30 quæ† ad perpetuam vtilitatem ſunt ordinata
nulla commutatione varientur; nec ad priua-
tum trahantur commodum. Quare non eſt hæ-
ſitandum quin ſtatutum allegatum ſit nullum;
31 quia Canonum † ſtatuta ab omnibus ſunt cu-
ſtodienda.c.Si romanorũ.19.diſt.Nec alia con-
traria valet ordinatio.c.Quo iure.8. diſt. & ca.
32 fin.9.diſt.Canones† enim pendent ab auctori-
tatem noui, & veteris teſtamenti: ex his, quæ
dicuntur.in c.Qualiter,& quando.il 2.de accu-
33 ſat.Omnis † enim lex dependet à lege Euan-
gelica.c.Vt noſtrum.vt Eccleſ.benef.ſin.dimin.
34 conf. Vnde ſicut ſtatutum † contra legem di-
uinam, vel naturalem non valet.ca. fin.de con-
35 ſuetu.ita† neq; contra Canones,d.c.fin.19. di-
ſtin. Et hoc maximè procedit contra inferio-
36 res, qui† non poſſunt tollere, addere, nec im-
mutare legem ſuperioris. ca. Cuncta per mun-
dum.9.q.3.& ſic cum Canon. ille in c.1.de Cler.
non reſid. loquatur ſimpliciter de illis, qui di-
uinis Officijs interſunt; nec diſtinguat inter
habentes, & non habentes Ordinem ſacrum;
37 non habent† Canonici ius diſtinguendi. l. De
pretio.§.De publ.ff.de cond. ob cauſ.cum alijs
ſimilibus; nec eſt vis facienda in illis verbi; iux-
38 ta† ordinationem; quia non poſſunt referri ad
tollenda, vel immutanda iura, ſed vt ait ibi Gl.
admodum diſtribuendi; & ordinatio debet eſ-
ſe rationabilis, vt dicit textus; & rationabile
39 † ſtatutum non eſt tollere, vel derogare iuri
per Papam introducto.c.Veniens.de iureiur.&
c.Quę in Eccleſiarum.de conſtitut.vt ſupra eſt
probatum: & c.Quod ſuper his. de maior.& o-
bed.ibi dummodo non ducas inſtituendum a-
liquid, quod Canonicis obuiet inſtitutis; ea e-
nim, quæ Papa ordinauit non poſſunt, nec tol-
li, nec augeri, neq; minui.c.Inſtitutionis.25.q.
2.vbi eſt expreſſus caſus; quod maximè proce-
dit, quando iam Eccleſia ſit fundata: vt not.
Imol.in c.Cum dilectus.num.22. de conſue.qui
But.allegat. Nam fundata Eccleſia, per ſtatutũ
non poteſt immutari, quod in fundatione fuit
decretatũ; niſi fortaſsis ad melius per Epiſco-
pum cũ capitulo, & patrono iurispatronatus,
quando adſit patronus: nec ſolus Epiſcopus,
vel patronus, hoc poſſet facere.dicto.ca.Cũ di-
lectus.vbi Abb.num.10.& Imol.qui ſupra, & a-
lij. Inferior enim nõ poteſt ſtatuere ea, quibus
factum ſuperioris lædatur.c.Veniens. de iure-
iur.l.pen.ff.de acqu.plu.arcen.

Nec refert allegatum ſtatutum; neq; aucto-
ritas à Papa data condendi ſtatuta; neq; præ-
ſumpta confirmatio, quia vt per ſupradicta cõ-
ſtat, non extenditur ad ea, quæ concernunt ſta
tum Eccleſiæ: ideo confirmatio non habet lo-
40 cum; quia generalis† confirmatio nõ compre-
hendit ordinationes prædeceſſorum Pontifi-
cum.c.Si ea deſtruere.& ca.Quod verò.25. q.2.
& diffusè tractaui in materia priuilegiorũ Ar-
chipræsbyteri Carpenſis: neq; tollit ius alte-
rius, cum requiratur expreſſa mẽtio: & fortius
quia etiam ſi Canonici potuiſſent ſtatuere in
his, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, cuius cõ-
trarium infra probabo; tamen cum auctoritas
eis conceſſa ſit conditionalis: ſcilicet dummo-
do ſtatuta ſint honeſta, & Sacris Canonibus nõ
contraria, vt cantant Bullæ erectionis: oportet
quod verificentur conditiones: ſed honeſtum
41 † non eſt, imò inhoneſtum, quod quis detri-
mentum patiatur, & alij ſatis habeant. vt ait
Fran.Pauin.in tract. de viſit. quæſt. 10. part. 1.
42 num. 43. Actus enim † non dicitur honeſtus,
quando immoderatè fiat. l.Ex damni.in prin-
43 cip. ff. de damn. infect. immoderatè † nam-
que ſtat ſtatutum tollens mercedem labbran-
ti, & maximè contra Canones, qui dant diſtri-
butiones inte eſſentibus; & ſolum in pœnã am
miſsionis medietatis tribuunt negligentibus
ordinem ſuſcipere, quando ſit ordo annexus.
vt in d. Clem. vt hi qui. de ætat.& qual. Hone-
44 ſtum† verò dicitur, quando datur debita mer-
ces laboranti: & preſtat honorem, vt ſcripſit
Ariſt.in 1. Eth. labor enim non debet eſſe ſine
prẹmio.c.Charitatem.12.q.2.& c.Eccleſiaſticis.
ead. cauſſa.& q.c. Sacerdos.poſt medium cum.
cap.ſeq.1.q.1.dixit.à Paul.Apoſt.in 1.Epiſt.ad
Corinth. c.9.Neſcitis quod, qui in Sacrario o-
perantur, quę de ſacrario ſunt edunt? & alia
45 quæ ſequuntur. Et illud dicitur honeſtum† qđ
eſt bonum, & æquum, & alterum non lædere:
vnicuique quod ſuum eſt tribuere.l.Iuſtitia. ff.
46 de iuſtit.& iur. ergo ſtatuere† non potuerunt
Canonici contra iura alterius. vt Lap.d. alleg.
47 20.probat. Neq; confirmatio † Papæ ſe exten-
dit ad prẹiudicium tertij. vt ſupra dixi: & adeſt
text.in c.Quamuis.de reſcrip.in 6.& tradit So-
cin.in conſ.164.in 2.vol.col.5.verſi. Sed ad hæc:
48 neque ad ea, quæ† de iure communi ſtatuere
non poſſunt c.pen. de conſtit.& ibi Gl. in ver-
bo, Confirmatione. Confirmatio enim requirit
informationem de commiſsis. Ruin.conſil. 48.
49 nu.12.in 1.lib. Et de iure non poſſunt † ſtatue-
re in his, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ. ca.
Cum cõſuetudinis.de conſuet.& ibi Abb.& a-
lij Doct.in c.Cum omnes.de conſt.& refer. Gl.
in ca.2.in verbo.Statutum.de verbor.ſignif.cui
50 quidem iuri Papa† non dicitur derogaſſe, cum
expreſsè de eo nõ ſit facta mẽtio: vt latè pro-
baui in iuribus pro d. Archipræsbytero Carpẽ-
51 ſi.num.26.conſ.142. Qui conſenſus† debet pro-
bari, quia nõ præſumitur, niſi pro expreſſo ap-
pareat.l.Sciendum.vbi Doct.ff.verbor.oblig. &
tradit latè Lamb.in tract.de iur.pat.lib.2. 1. p.
art.2.2.q.princ.num.10. & maximè in præiudi-
52 cialibus: quia † tacitus non ſufficit. Felin. in c.
Cum omnes.de conſt.num.13.& Fed.de Sen.in
conſ.17. Nec obſtat, ꝙ multi Prælati poſt con-
ditum illud ſtatutum non ſe oppoſuerint: vn-
de (vt d. Canonici præſuponunt) taciturnitas
illorum

illorum debet haberi pro cõſenſu; quia dimit-
tendo multa, quæ dici poſſent in contrarium;
53 ſatis eſt ad quæſtionem quod taciturnitas† in
ardnis non operatur conſenſum. Abb. in cap. In
54 cauſsis, nu. 3. de elect. & condete † ſtatuta pœ-
nalia pertinet ad iuriſdictionem: vt habetur in
l. fin. & doct. ff. de iuriſd. omn. iud. Sed ipſi Ca-
55 nonici † non habent iuriſdictionem; & ſolum
56 poſſunt ſtatuere† circa res ſuas. Gl. in d. c. 2. de
verb. ſignif. ad finem. in 6. videlicet quod certis
modis diſtribuantur redditus; & tali modo, &
tempore fiat capitulum; pulſentur campanæ,
& in ſimilibus: ſicut notat Felin. in d. cap. Cum
omnes. num. 15. de conſtitut. Quare reſtat con-
57 cluſio, quod non† potuerunt ſtatuere circa ea,
quæ ad eos non pertinent. d. c. pen. de conſtit.
& Gl. in verbo, Confirmatione. & quando fa-
58 ciat ſtatuta; cauſſa† debet eſſe rationabilis. &
ad bonum finem tendens: vt ſcripſit Soc. in d.
conſ. 164. & quatenus tendat ad propriũ com-
59 modum non valet, neque confirmatio † Papæ
conualidat ſtatutum tẽdens ad alterius dam-
num. ca. Ex parte. & ibi Gl. in verbo, Confirma-
tione. de conſtitut.

Et tantò magis ſtatutum redditur nullum,
quia Papa non dedit facultatem ſtatuendi in
his, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, ſed ſolum
ſuper his, quæ ſint ad directionem, cõſeruatio-
nem, & augumentum rerum ſuarum. Imò pro
ſtatu Eccleſiæ dedit patrono auctoritatem ſta-
tuendi cum Canonicis, dum ait: Ac pro ipſius
erectæ Eccleſiæ bono regimine, ac decoro, &
perſonarum inibi diuinis intereſſentium cõ-
modo, d. patrono ſtatuendi de conſenſu capi-
tuli licentiam concedimus. Ex quibus conſtat
60 quod auctoritas† ſtatuendi ſuper ſtatu Eccle-
ſiæ fuit data patrono, non Canonicis; qui de ſe
non poſſunt; vt probatum eſt ſupra. & notant
Arch. & Gemin. in c. Catholica. 11. diſt. vbi con-
61 cludunt quod ſtatuta † à capitulo facta ſine
Ordinario non valent: niſi ſint ex certa ſcien-
tia confirmata à Papa: quæ ſcientia nõ proba-
tur cum ſtatuta ſint poſtea facta; nec cõſtat de
conſenſu poſtea adhibito, neq; ſuperioris Or-
dinarij; nec tacitus, vt ſupra, poteſt eſſe, ſed de-
62 bet† eſſe expreſſus. Lap. alleg. 84. num. 3. vbi di-
cit quod etiam ſi ſtatuta eſſent confirmata à
Papa, ſi non adſit conſenſus expreſſus Ordina-
rij, non valent: & ita iudicauit Rot. deciſ. 455.
in 1. p. diuerſ. nouiſſ. & ita tenuit Archid. in c. 1.
propè finem. de conſec. diſt. 111. Conſenſus au-
tem Ordinarij non eſt probatus, neq; patroni;
Imò quando d. capituli ſe extenderet auctori-
tas ad ſtatum Eccleſiæ, cum agatur de præiu-
dicio tertij: requirebatur expreſſa volũtas Pa-
63 pæ, quę† non præſumitur in his, quæ concernũt
ius tertij. c. Super eo. de offic. deleg. l. 2. §. Si
quis à Principe. ff. ne quid in loc. pub. quod pro-
64 cedit etiam† ſi præiudicium eſſet minimũ. Gl.
in c. Cum olim. de conſuet. & præiudicium iſto
caſu nedum adeſt tertij, ſcilicet eorum, qui in-
terſunt diuinis; & tollitur eis debita merces ſed
65 eſt. etiam Eccleſiæ: nam diſtributiones † ſunt
inuentæ, vt dentur ſeruientibus, eò potiſsimũ,
vt augeatur ex augumento perſonarum cultus
diuinus. d. c. fin. de reſcrip. in 6. & quandocunq;
non dentur, deficit numerus ſeruientium; & e-
tiam cultus Dei; ergo illud ſtatutum non valet
ſecundum allegata, & quaſi in terminis probat
Pariſ. in conſ. 92. per totum. vol. 4. qui eſt vidẽ-
dus. cum falcem mittat ad meſſem: & conclu-
66 dit quod nec† ſtatuta, nec pacta, etiam iurata,
valent, contra leges facta; neq; contra bonos
mores, aut honeſtatem: ſi autem ſit honeſtum
quod mercenarius priuetur mercede, iudicet
homo ſanæ mentis: qui non erit contra ſenten-
tiam Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Neq; conualidari poteſt excuſatione, quod
ſit conditum ad inanimandum Canonicos ad
Sacros Ordines; & pro bono ſtatu Eccleſiæ: qa
quando huiuſmodi facultas eſſet capitulo, ſine
patrono, & Ordinario cõceſſa (quod negatur)
tamen ordo Subdiaconatus ſolus non tribuit
plus augumentum cultus, quàm illius qui ſolũ
habet minores, & maximè in aſſerta Collegia-
ta, vt experientia docet, nihil enim agit Sub-
diaconus in ſeruitio diuinorũ Officiorũ, pluſ-
quam alter non habens ordinem: & forſan etiã
minus: ſunt enim multi, qui adepto ordine Sub
diaconatus, ad vlteriora non curant aſcende-
re: & in eo ſtant vſq; ad mortem: ex quo datur
67 intelligi quod ſuſcipiunt † ordinem propter
diſtributiones, non autem propter officium: &
committunt Simoniam mentalem, ſicut prob.
Nicol. Boer. in tract. de offic. leg. à lat. nu. 120.

Præterea impertinens eſſet, cũ de iure Ca-
nonum detur incumbentia Ordinario: qđ pro
68 † vtilitate, vel neceſsitate Eccleſiæ compellat
Canonicos, & alios Clericos ſuæ iuriſdictioni
ſuppoſitos ad ſuſcipiendos ordines Sacros.
Abb. in c. Extirpandæ. §. Qui verò. nu. 3. de præ-
ben. & etiam ſub pœna ammiſsionis ſuorũ be-
neficiorum. vt in c. Quæris à nobis. de ætat. &
qual. Imò lex ipſa imponit pœnam ammiſsio-
nis medietatis diſtributionum, quãdo ordo ſit
annexus, ſi per negligentiam ſtatur ad illũ ha-
bẽdum. vt in d. Clem. Vt hi qui. vnde fit vt om-
69 ninò illud ſtatutum† ſit nullum: & contra Ca-
nones, & æquitatem; atq; charitatẽ ad ea, quæ
tangit Pariſ. in d. conſ. 92. Et quando Canonici
ſibi applicant illas portiones, adequãtur illis,
de quibus agit Pauin. vbi ſupra; vt ſcilicet ſit
ſtatutum inhoneſtum; quia vt ipſi ſatis habeãt
iſti detrimentum patiuntur. Imò, ſecũdum di-
70 ſpoſitionẽ Bullæ erectionis, redditus † abſen-
tium deberẽt dari alijs pro abſentibus ſeruiẽ-
tibus. Quæ bulla conſonat cum iure communi,
vt in ca. Ad hoc. de Cler. non reſid. & ibi Abb.
vbi notatur quod Ordinarius debeat prouide-
re Eccleſiæ de debito ſeruitio ex redditibus.
benefi-

beneficiorum abſentium. Et eſt etiam contra
Concilium Tridentinum,& declarationem Sa-
ctæ Congregationis;de qua atteſtatur,eam ſe-
quendo Rot. deciſ.325.vol. 2. diuerſ. nouiſſ.&
dixi ſupra in conſ.81.cum ſit ſtatutum quod in
71 Eccleſijs vbi ſunt diſtributiones, portio† ab-
ſentium debeat applicari fabricæ Eccleſiæ,vel
alteri pio loco. In Eccleſijs autem vbi nullæ
ſunt diſtributiones,Ordinarius poſsit tertiam
partem prębendarum in diſtributiones cōuer-
tere:& iſtę inter intereſſentes diuiduntur.Vn-
de Canonicus,qui ſeruierit,portionem ſui Ca-
nonicatus à fortiori debet habere;& tātò ma-
gis, quia non ex defectu ipſius non habuit or-
dinem Subdiaconatus, ſed per impedimentū
promotæ difficultatis.quod Conc.c.10.ſeſſ.23.
obſtet priuilegijs iſtius Eccleſiæ; quod tamen
impedimentum, iudicio meo, vt aliàs ſcripſi,
72 non obſtat.Quare cū impedimento† non cur-
rat tempus ad habendum ordinem.c. Commi-
ſiſſe.§.1.de elect.in 6.& ibi Gl. in verbo, Impe-
dimento.& Gl.in eod.verbo.ca. Quam ſit eod.
tit. & lib. quod declarauit indubitatum Sacra
Congregatio in c.13.ſeſſ.24. de reform. in hæc
verba: videlicet, Quando non ſtat per aliquē,
quo minus in ſuo beneficio reſideat,nullum ob
non reſidentiam detrimentum ſentire debet:
& qui eſt impeditus non dicitur negligens. ca.
Qui diuerſitatem de conceſſ.præb.

Et prædicta tantò fortius procedunt cū or-
73 do†Subdiaconatus neq; de iure communi,ne-
que Bullæ ſit annexus: neq; conſtat quod ſta-
tutum ſit conditum à patrono, iuxta diſpoſi-
tionem Bullæ. Imò quando adeſſet auctoritas
patroni,non eſſet ſine dubio quod nō valeret;
quia illa auctoritas fuit data conditionaliter,
ſcilicet: vt ſtatuta fierent pro bono regimine,
& decore atq; commodo in diuinis intereſſen-
tium: Vnde tollendo commodum intereſſen-
tibus diuinis,eſſet contra mentem Papæ,vt eſt
ſimile ſtatutum: qui ſine mentione ordinis di-
xit pro commodo diuinis intereſſentium. Bo-
nū verò regimen non conſiſtit in tollēdo mer-
cedem laboranti, & eſſet cōtra ſententiā Dei,
de qua ſupra dixi ex Luca & Matthæo Euan-
74 geliſta; regimen † enim ſecundum Ariſt.in 1.
Eth.non eſt aliud quàm directio bonæ Guber-
75 nationis;quia inducitur regimen† ad bonum,
& vtile,& ad vindictam malorum,& laudē bo-
norum,vt exponit text.in c.1.ad finem. de ma-
ior.& obed. & nedum Papa dixit pro bono re-
76 gimine; ſed & decore: quod † verbum ſecun-
dum Ambroſ.Calep.ſignificat ornamentum,&
pulchritudinem;& nō ſolum honeſtū, ſed pro-
babile à communi opinione: Quare ſi cultus
Dei debet augeri,& non diminui.vt in d. c.fin.
de reſcript.in 6.& diſtributiones ſunt inuentæ
ad augendum cultum diuinum. quomodo di-
minutio erit decor Eccleſiæ deficiēte numero
77 perſonarum? non ne quātò† eſt maior nume-
rus oratorum,Deus efficitur placabilior? mul-
tiplicatis enim intereſſentibus Deus eſt lar-
gitor: vt ſonant verba.S. Matris Eccleſiæ, quæ
ad hoc inſtituit Orationes, & Proceſsiones pu
blicas.Neq; illa facultas fuit data ſolū pro bo-
no regimine, & decore, ſed & pro commodo
ſeruientiū Eccleſiæ: ſed iudicet homo prudens
ſi ſtatutum ſit pro commodo ſeruientium.

Nec omitto quod in d. Eccleſia de conſue-
78 dine ſunt † duo genera diſtributionum: aliud
quod datur reſidentibus,licet non interſint:&
aliud his qui interſunt: vnde quādocunq; ſtatu-
tum in diſtributionibus,quę dantur his qui in-
terſunt haberet locū; quomodo poteſt valere
in portione quæ datur reſidentibus, non per
modum diuiſionis horarum? de quo Pariſ.in d.
79 conſ.32.per totum vol.4.quæ portio†appella-
tur Menſa groſſa,& eſt ad inſtar præbendæ: er-
go data validitate ſtatuti in diſtributionibus,
(quod non approbo, ex ſupradictis) qui habet
Canonicatum cum præbenda duorum duca-
torum,vt cãtat Bulla: debet etiam habere iſtā
portionem,licet non interſit horis Canonicis:
ſicut habet duos ducatos, & Deus ſcit an ſint
Sacrilegi: ex diſpoſitione cap. Prædia. 12.q.2.&
tot.tit.17.q.4.An etiam in pœnam Concil. Tri-
dētini. ſeſſ.22.c.11.de reform.ſint,ibi,Quacun-
que arte, aut quocunq; quæſito colore in pro-
prios vſus cōuertere, illoſq; vſurpare præſum-
pſerit, ſeu impedire, ne ab ijs; ad quos iure
pertinent, percipiantur is anathemati tandiù
ſubiaceat,&c. Quod ego non affirmo; & ſanio-
ri iudicio remitto.Illud tamen attingam,quod
notat.Iacob.Graſ.in 2.vol. ſuarum aurearū cō-
cluſionum.par.2.lib.2.c.7.num.24.ſcilicet,quod
ſi Canonici habent ex priuilegio facultatem
faciendi ſtatuta; poterant etiā ad contempla-
tionem Sereniſs.Patroni illud ſtatutum abro-
gare, ne inciderent in periurium propter iu-
ramentum,quatenus ſtatutum,& iuramentum
valeret: quod ego nō admitto: qui enim poteſt
inſtituere, poteſt etiam deſtituere. ca. Cum ex
iniuncto,ad finem.de hæret.& ca.1.& 2.de Ca-
pel.Monach.& c.Certè.12.q,1.& c. 1. de regul.
iur.in decretali: Et ita reſideo in concluſione,
quod dictū ſtatutum ſit nullum, & quod Canonici
poterāt ſatisfacere voluntati Patroni ſine per-
iurio. Saluo ſēper meliori iudicio. Laus Deo,
& B.M.

CONSILIVM CLIV.

Electio ſepulturæ, An ſit libera, ita vt quis in a-
lieno ſepulcro ſepeliri poſsit contra volun-
tatem Domini?

SVMMARIVM.

1 *Electio ſepulturæ eſt libera.*
2 *Electio ſepulturæ poteſt fieri in alieno ſepulcro :-*
declara, vt num.16.

3 Iuramen-

Digitized by Google

3 *Iuramentum contra legem non tenet.*
4 *Electio ſepulturæ eſt pars teſtamenti, quæ tolli non poteſt.*
5 *Religioſa loca poſſunt eſſe in vſu laicorum, non in dominio.*
6 *Sepeliri non poteſt in alieno ſepulchro inuitis habentibus vſum. & num. 13.*
7 *Habentes ſtallum in Eccleſia idem ius habẽt, quod habentes ſepulturam.*
8 *Sepultura eſt tanquam hoſpitium.*
9 *Sepulti oſſa in alieno ſepulcro ſine conſenſu, ſunt exhumanda.*
10 *Præiudicium fieret laicis, ſi non daretur eis vſus ſepulturæ in Eccleſia.*
11 *Præiudicium fit habenti ius ſepulchri, quãdo cõſtat de vſu.*
12 *Vſus ſepulturæ cõſtat, quãdo sũt in ea oſſa parẽtũ.*
14 *Declaratio c. 1. de ſepult.*
15 *Ioſeph conſenſum dedit, vt Chriſtus ſepeliretur in eius ſepulcro.*
16 *Electio ſepulturæ procedit quo ad locum publicũ, non priuatum.*
17 *Libera facultas teſtandi non ſe extendit ad rem alienam.*

Dominus ſit illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

EXiſtente in articulo mortis domino
Philippo ad perſuaſionem Ioannis
fratris dixit velle ſepeliri in ſepul
tura Magnifici Leonis, in Eccleſia
S. Mariæ; qui Dominus Leo cum non fuerit re-
quiſitus; & ipſe ſumptibus proprijs conſtrui in
d. Eccleſia ſepulchrum feciſſet cum licentia
Reuerendiſs. Epiſcopi; intendens electionem
ſepulturæ cuilibet eſſe liberam; petijt cõſiliũ.
Caſus enim prima facie videbatur fauora-
1 bilis. d. Domino Philippo, quia quiſque † ha-
bet liberam electionem ſepulturæ. c. Cum libe
rum. cum ſequenti cap. de ſepulturis: & in eod.
tit. in 6. c. 1. id enim videtur procedere in om-
2 nem caſum, etiam † ſi electio fiat in alieno ſe-
pulcro. vt in c 1. eod. tit. in Decretali: vbi Gl.
exemplificat in Domino noſtro Ieſu Chriſto;
qui natus in Bethleem, nutritus in Nazareth,
fuit ſepultus in Ieruſalem. Et ratio in tantum
videtur procedere, quod etiam ſi quis facta e-
lectione ſepulturæ iuraret non mutare electio
nem, non obſtante iuramento, poſſet mutare;
3 quia iuramentum † contra legis diſpoſitionẽm
non tenet. l. Non dubium ad finem. C. de leg. l.
Ius gentium. §. Si paciſcar. ff. de pact. ſed ex di-
ſpoſitione legis electio ſepulturæ eſt libera, er
4 go mutari põt ad inſtar † teſtamenti, cuius eſt
pars: & huiuſmodi libertas tolli nõ põt ſecũdũ
Gl. in c. 1. de ſepul. li. 6. in additione ad verbum.
Prædictos. & ibi Gemin. in §. Si verò. num. 3. Ex
quibus videtur concluſio, quod cadauer Do-
mini Philippi deberet ſepeliri in electa ſepul-
tura, etiam contradicente Domino Leone.

Sed prædictis non obſtãtibus contraria ſen
tentia eſt de iure verior. vt: ſc licet nemo poſ-
ſit in alieno ſepulcro inuito dño ſepeliri: ꝙ bre
uiter probo impeditus nunc ad vagãdũ per va
rias opiniones. Abb. ... n. in c. Ad abolẽdã. n. 5. de
5 ſepul. in expreſſo tenuit, ꝙ licet loca † religioſa
non ſint in dominio alicuius, poſſunt tñ eſſe in
6 vſu laicorũ; ita ꝙ inuitis habẽtibus † vſufructũ
in ſepultura, nemo in ea poſsit ſepeliri. l. 2. §. Si
vſufructũ. ff. de relig. & ſump. fun. quã Abb. opi
nionẽ ſequuti fuerunt Ioan. And. & But. & ſecũ
dũ eã iudicauit Rot. in deciſ. 492. & deciſ. 787.
7 in 1. lib. diuerſ. nouiſ. & quæ ratio † procedit in
habentibus ſtallũ in Eccleſia: vt tenent prædi-
8 cti doct. ſepultura † enim eſt tanq̃ hoſpitiũ eo-
rũ, qui in ea habent vſum. c. Ebron. 13. q. 1. & ne
mo põt inuito dño vſum habẽti habitare in lo
co. l. Si hæres. §. fin. cũ l. Sequẽti. ff. de vſu, & ha-
bit. leg. Ita etiã Hoſtien. tenuit in ſum. tit. de ſe
pul. n. 5. Et apud quã. verſ. Quid ſi pater. Dicit
n. quod ſi impubes decedat, nõ electa pro eo
à patre ſepultura, ſepeliri debet in proprio cæ
9 miterio; & ſi in extraneo † ſepeliatur, oſſa ſunt
reſtituendã: quare reſultat concluſio, quod ne-
mo ſit in alieno ſepulcro ſepeliendus, etiam ſi
ſepultura ſit in Eccleſia, & reputetur religioſa,
ita quod non tranſeat in dominio laicorũ: quia
quo ad vſum tolleratur etiam in laicis: aliàs fie
10 ret † eis præiudicium: vt cõcludit ſecũdũ Ho
ſtien. & collect. Abb. in c. Quãtò. n. 10. de iudic.
quod tantò magis procedit qñ conſtat de poſ-
11 ſeſſione † habentis ſepulcrum, vel probetur, vt
probat Abb. in c. Cum liberum. num. 2. verſ. Ad
uerte. de ſepult. Quare de poſſeſsione in caſu
præſenti ſatis conſtat: quia ſepulchrũ fuit con-
12 ditum expenſis Domini Leonis; & in eo † ſunt
oſſa eius patris. l. Quamquã. ff. de acq. plus arcẽ.
& faciunt notata per Abb. in d. c. Ad abolẽdã.
13 n. 4. de ſepul & reſtat cõcluſio, quod nemo † ſit
ſepeliẽdus in ſepulcro alterius, ipſo nõ conſen
tiẽte. Anc. in conſ. 113. & latè Lãb. in trac. de iur.
pat. in 3. li. ar. 4. q. 5. prin. & li. 1. ar. 3. 2. q. prin. 2. p.
14 Nec obſtat c. 1. † eo. tit. quia, vt dicit Abb. di
ctũ illius Gl. ſtat permiſsiuè, nõ diſpoſitiuè: quia
Chriſtus nõ elegit illud ſepulchrũ Ioſeph; ſed
15 ſolũ permiſit in eo ſepeliri, & Ioſeph † conſen-
ſum præſtitit, vt ipſe Abb. atteſtatur ibi, & in
c. Ad abolendam, quod eſt argumentum, quod
nemo ſine conſenſu domini poſsit in aliena ſe
pultura immitti. Præterea ſepulchrũ vbi Chri-
ſtus fuit ſepultus non erat ad vſum alicuius, vt
dicit ex ſcriptura ſacra Pet. de Vbert. in tract.
de Canon. Epiſc. & Paroch. c. 10. n. 5. Immò Io-
ſeph ipſe, cuius erat ſepulcrum, petijt, & cor-
pus in eo poſuit, vt per omnes Euangeliſtas
habetur in lectura paſsionis. d. Domini noſtri
Ieſu Chriſti.
Nec obſtat ratio libertatis ſepulturæ; quia
16 procedit † quo ad locum publicum, non autẽ
priuatum; ſicut tradunt doct. in d. c. Liberum,
& tot. tit. de ſepult

Sicut non obſtat argumentum, quod electio
ſepulturæ ſit pars teſtamenti: & ſicut eſt libe-
ra voluntas teſtandi; ita eligendi ſepulturam:
quia argumẽtum retorquetur; nam licet quiſ-
quis habeat liberam voluntatem teſtandi; illa
17 libertas † non ſe extendit ad rem alienam: vt
diffusè tractat Mantic. de coniectu. vltim. vo-
lunt. lib. 9. tit. 1. ita electio ſepulturæ alienæ
fieri non poteſt. & ita concludo iuris eſſe. Sal-
uo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLV.

Ingredientes domum moribundi, & turbãtes eũ, res ſuas, ac familiares, qua pœna teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna turbantis moribũdum, vel res, aut familiã.*
2 *Vim infert, qui moleſtat res, vel moribundum, aut familiam.*
3 *Qui ſibi vſurpat poteſtatẽ in re aliena, vim facit.*
4 *Qui vim facit in re aliena, priuatur iure ſuo.*
5 *Vim facit, qui ſibi auctoritatem vſurpat.*
6 *Qui ſibi ius facit, iniquitatem committit.*
7 *Ingredientes domum infirmi præter eius voluntatem, dicuntur turbationem intuliſſe.*
8 *Qui ſcienter turbat aliquem committit maleficiũ.*
9 *Clericus turbando infirmum, & domum ingrediẽdo præter eius voluntatem, incidit in pœnam legis, Si quis in tantam. C. vnde vi.*
10 *Vſurpantes bona pijs locis relicta ſunt excommunicati.*

Præbe mihi auxilium domine, & ego dicam veritatem.

FACTI SPECIES.

VNus clericus, cum laico ſocio in-
greſſi in domum Magnifici Do-
mini Iacobi de Terra noua, præ-
textu crediti, dum in agonia eſ-
ſet moribundus; ipſum turbane-
runt, & familiam, quę à cura agonizantis impe
diebatur, claues, & mobilia vſurpantes; quare
vnus ex familia quæſiuit, quid eſſet faciendũ?
& ego reſpondi recurrẽdum eſſe ad officiales.
Nemo .n. etiam prætextu crediti, auctorita
te propria poteſt alienam domum ingredi mo
rientis, ſibi bona vſurpando, aut moleſtiã mo-
1 rienti inferre, aut familiaribus: aliàs incidit †
in pœnam amittendi tantundem quod præ-
tendebat; amittit actionẽ, quã habebat; & in
tertiæ partis ſuorum bonorum amiſsionem
incidit & in infamiã: vt in Auth. Qui domum.
cũ ſeq. C. de ſepulc. viol. notat Hoſtien. in ſum.
de ſepult. §. An licitum. & Sylu. etiam in ſumm.
in verbo, Sepultura. n. 12. Quam concluſionem
ſequutus eſt. Salyc. in l. Cum ſit iniuſtum. nu. 2.
verſ. Concludo. C. de ſepulc. viol. addendo etiã
quod in eiſdẽ quatuor pœnis incidit, qui mo-
rientem inquietat. Hoſtien. verò ſecundum d
auth. concludit, quod in eis incidat ſi nedum
perſonas, ſed res moleſtet.
2 Et ratio. d. Auth. ea eſt quia, qui † huiuſmodi
facinus cõmittit; dicitur vim intuliſſe. l. Cre-
3 ditores. cum l. ſeq. ff. vol. l. Iul. dein prin. qui †
enim ſibi auctoritatem in re per alium poſſeſ-
ſa vſurpat, dicitur vim inferre, & puniri debet.
4 l. Extat. ff. de eo quod met. cau. & † ſuo iure pri-
uari. l. Merito. ff. de vi, & vi armat. & ibi Gl. in
5 verbo, Onus. cum Gl. ſeq. Vim † enim dicitur
inferre, qui propria auctoritate ſibi vſurpat, &
6 qui ſibi † ius facit, iniquitatem committit. l.
1. C. ne quis in ſua cau. Quare iſti inciderunt
in pœnam d. auth. & maximè non conſtando
de credito. Nec excuſari poſſunt ab illata
violentia. l. Vim facit. ff. de vi, & vi armat. & tra
dit Alex. in conſ. 52. num. 6. & 7. vol. 2. & in dolo
dicuntur. l. fin. C. vnd. vi, & tantò magis ſi, quod
dicitur, verificaretur, ꝙ ſcilicet eſſent potius
debitores, quam creditores. Et licet nil aliud
7 feciſſent, niſi † ingredi domum præter volun-
tatem domini, & habitantium, dicerentur tur-
bationem intuliſſe: vt tradit Bal. in conſ. 446.
ſciendum eſt. nu. 1. & 2. in 3. part. ſecundũ nouã
impreſſionem, & in l. fin. nu. 4. c. fin. regund. di-
8 cit, ꝙ quando † quis ſcienter turbat aliquem,
dicitur committere maleficium, & criminali-
ter poteſt puniri: Quam rationem dicit Corn.
in conſ. 94. Viſo in litera H. in 3. vol. procedere
etiam ſi quis intret poſſeſsionem, tanquam in
rem ſuam: Et omnia prædicta faciunt contra
9 laicum: & clericus † incidit in pœnam legis. Si
quis in tantã. C. vnde vi. Quæ procedit etiam
contra clericos: in rebus allodialibus: vt ſingu-
lariter tradit Gl. in c. 1. in verbo, Rigor. de do-
lo, & cõtum. quã approbat Abb. 161. n. 20. & Fe
lin. in c. Eccleſia S. Mariæ. col. 14. verſ. Quæritur.
primò. & ſequitur Diaz. in ſua prat. crim. cau. in
c. 95. tit. violentiæq; illatores, qui .n. inſcijs do
minis, vel habitantibus intrat domum. incidit
in pœnã legis. Corn. de iniurijs. l. Is, qui domũ.
ff. de iniur. & l. Si iniuriæ. & l. Iniuriarum. §. fin.
eod. tit. Immò videtur in excõmunicationẽ in-
cidiſſẽ; quia, vt relatum fuit, Magnificus ille Ia
cobus inſtituerat hæredẽ Montẽ Pietatis: & p
diſpoſitionẽ Conc. Trid. c. 11. ſeſſ. 22. nemo ſibi
vſurpare, vel impedire huiuſmodi bona debet
ſub anathematis pœna: & eſt iuris cõmunis de
10 ciſio ꝙ qui † bona locis pijs relicta, vel cleri-
corum rapiunt, ſunt excõmunicati. c. Illud, & c.
Hæc huius 12. q. 2. & c. Quia ſæpe. de elect. in 6.
& c. Præſenti. de offic. ordine. eod. lib. Caueant
igitur omnes huiuſmodi facinora perpetrare;
quia ſi homines negligant iura conſeruare, ha-
bebunt Deũm vltorem. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLVI.

Verbum, æqualiter, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbũ æqualiter improprietur ad ſubiectã materiã.*

2 *Papa*

2 *Papa iutendit ſe coaformare cum iare communi.*
3 *Verba non immutant diſpoſitioaem iuris.*
4 *Verba interpretautur ſecuadũ ſubiectã materiã.*
5 *Verba intelligantur ſecũdũ perſonas, & materiã.*
6 *A proprietate verborum receditur, vt accedatur ad mentem legis.*
7 *Verba procedunt à mente, & uoa mens à verbis.*
8 *Meus eſt inſpicieada, non ſonus verborum.*
9 *Aaima præfertur corpori.*
10 *Verba iaterpretautur ad mentem legis ſecũdum materiam, & perſonas aominatas.*
11 *Verbum relatum ad plures perſonas largè, & diaersè interpretatar.*
12 *Stricta interpretatio procedit qaando coauenit cum iure communi.*
13 *Aequalitas deuotat ſeaſam potiusqaàm verba.*
14 *Conuenieutia eſt potior, qaàm etymologia.*
15 *Seaſus ille eſt ſumendus, qui conaeait cam iure communi.*
16 *Senſus ille ſumitur, qai conuenit eum natura priacipij.*
17 *Verba ſequẽtia adaptãtar verbis præcedentibus.*
18 *Nobilis plus dẽe boaorari ia vtilitate quã vilis.*
19 *Ia domo patris mei maltæ ſunt maaſiones, interpretatar.*
20 *Diſpeaſatio temporalium debet fieri ſecandam qaalitatem perſonarum.*
21 *Perſonæ literatæ pinguius ſant ſabaeaiendæ de redditibus Eeeleſiæ.*
22 *Aeeeptio perſoaaram eſt quando eirea æqualia fit iaæqualitas.*
23 *Differeatiam facit Deus de perſona ad perſouam, & quomodo.*
24 *Alimeuta debeatur diuerſimodè ſecuadum qualitatem porſoaarum.*
25 *Iadex debet habere diſcretioaem perſonarum.*
26 *Cibi ruſticorum ſunt allia, capæ, fabæ, & ſimilia.*
27 *Cibi uobiliam ſant pallij & ſimiles delicati.*
28 *Quæ cõaeaiaat clericis qao ad victã, & veſtitũ.*
29 *Verba, quò ad acceſſoria ita interpretaatur, vt ad principalia.*
30 *Aeceſſorium ſequitur uataram principalis.*
31 *Meas diſponeutis colligitur ex aateeedentibus.*
32 *Senſus verborum accipitur, qui non repugaat anteeedentibus.*
33 *Gratia, & fauor largè interpretatar.*
34 *Fructus ſuperexcreſceutes applicantur ad vtilitatem Eeeleſiæ.*
35 *Vèrbum, æqaaliter, ampliatur ad fauorem nominatorum.*
36 *Verba inſeruire debeut intentioni.*
37 *Nou eſt recedeadum ab intentione, & natura principij.*

Dabit mihi Dominus verbum, vt veritatem dicam.

FACTI SPECIES.

NVlla, (ni fallor) conſideratio grammaticalis verbi, æqualiter, prolati à
Summo Pontifice in erectione Collegiatæ
1 Nuuolariæ; quin de iute communi † impro-
priari debeat ad ſubiectam materiam; quia
non ſtudioſè fuit prolatum; Aegid. Bellem.
deciſ. 176. incipit, Audiror. & in augmen-
to fructuum ſit ſeruandus ordo ab ipſo Pon-
tifice inchoatus: quod infra probabo, ommiſ-
ſis diſputationibus; & ad lumen veritatis ſo-
lùm tendens.
Ad quam dilucidationem præmitto, primò
2 quod Papa † nunquam intendit diſcedere, im
mò ſe conformare cum iure communi; niſi de
illo expreſſam faciat mẽtionem: c. Duobus. de
Reſcrip. in 6. c. Si motu. de præben. eod. lib. c.
Indemnitatibus. §. Ad hæc. de elect. etiam in
3 eod. lib. Verba † enim non immutant diſpoſi-
tionem iuris. Specul. in tit. de inſtrum. ędit §.
Inſtrumentum ergo. verſ. Quid ſi à contrahen-
tibus.
4 Secundò præmitto, quod verba † ſemper de
bent interpretari ſecundum ſubiectam mare-
riam. l. Si vno. ff. loc. & cond. & ſecundum ordi-
nem debitum. l. Caius. §. 1. ff. de lib. & poſthu.
l. Filio quem pater. ff. de iniuſt. Teſtam. & ſunt
5 intelligenda † ſecundum perſonas, & materiã
ad quas referuntur. l. Plenum. §. Aequitis. ff. de
vſu, & habi. l. Et ſi ſuſcepit. §. Libertũ. ff. de Iud.
6 Terriò præmitto, quod à proprietate † ver-
borum receditur, vt accedatur ad mentem le-
gis, & legislatoris. d. l. Si vno. §. 1. ff. loc & cond.
l. Si inſulam. ff qui potiores. in pign. hab. c. Peti-
7 tio. de procur. Verba † enim à mẽte, & non mẽs
à verbis procedunt. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg.
8 l. Nepos proculo. ff. de verb. ſign. mens enim †
eſt magis inſpicienda, quàm ſonus verborum;
quia verba intellectui, non inrellectus verbis,
ſunt accommodanda. l. Benignus. ff. de leg. l. In-
9 telligentia. ff. de verborum ſignif. quia ſicut †
anima præfertur corpori, ita ſenſus debet ver
bis præferri. c. Sedulò. 28. diſtin. l. Scire leges. ff.
de legi.
Ex quibus præmiſsis infertur quod verbũ,
10 æqualirer, eſt interpretandum † ad mentem
Ponrificis, ſecundum materiam propoſitam, &
perſonas nominatas, & qualitatẽ: verba enim
(dicit Bal. in l. fin. nu. 4. C. de indict. iud. toll.) in-
telliguntur ſecundum qualitatem perſonarũ.
Et iſto caſu quandocunque verba reſcripti eſ-
ſent ſtrictè inrelligenda, de quo multæ ſunt di
ſtinctiones, & exceptiones; tamẽ ſingulare eſt
11 quod quando verbum † dictum refertur ad
plures, & diuerſas perſonas; diuerſè etiam de
bet interpretati, & largè: & procedit ſolum il-
12 la ſtricta † interpretatio, quando conuenit
cum iure communi, ſecus verò quando diſcor
dat; quia tunc interpretatio eſt reducenda ad
ius cõmune. c. Cum dilectus. de conſuet. & illic
Abb. nu. 11. dicit ꝙ interpretatio reducitur ad
intelligẽtiam juris cõmunis: verbum enim, æ-
qualiter, quod ſignificat idẽ quod, æquitas, ſe-

cundum Bal.in l.Omnium.C.de vectig.& com-
13 miſ.& æquitas† ſeu æqualitas denotat ſenſum
potius quàm verba.Idem Bal.in l.Etiam.C. de
iur.dot.debemus enim capere effectum verbo-
rum.c.fin.de renunt.in 6. ſenſus hic huiuſmodi
verbi eſt vt adaptetur perſonis, de quibus lo-
quitur diſpoſitio.Bal.in l.Quoties.2.col.verſic.
Quæro ſi pater.C.de hæred.inſtituen.vnde cō-
14 uenientia†eſt potior quàm ethymologia.l.Ta
15 bernæ. ff. de verb. ſignif. & ille ſenſus † eſt ſu-
mendus,qui conuenit cum iure communi;non
obſtante ethymologia vocabuli.l.In teſtamen-
16 to.C.de teſtam.milit.& cum†natura principij
diſpoſitionis l.Clam.poſsidere.ff.de acquir.poſ
17 ſeſſ.l.Si procuratotem.ff.mandati.verba†enim
ſequentia debent adaptari verbis præceden-
tibus principaliter diſponentibus. l. Nā quod
liquidè.§.fin.ff.de pœn.leg.& ibi Bar.l.Si ſeruus
plurium.§.fin.ff.de leg.1.l.1.ff de reb.dub.Quā-
do enim eſt ſpecificatus caſus in antea, & po-
ſtea non;intelligitur ſecundum præcedentem
ſpecificationem.Card.in Clem. Non poteſt. n,
5.de procurat.

Patet itaque in iure communi Canonico,qđ
Papa in conferendis beneficijs.& prouidendo
neceſſarijs Clericorum, facit differentiā inter
18 perſonas,& perſonas,vt ſcilicet,qui ſit†nobi-
lis,vel magis ſit in dignitate,plus etiam hono
retur in vtilitate:vt eſt apertum in c.De mul-
ta.de præben. ad finem ibi. Circa ſublimes. &
Gl.in verbo,Literatas,allegat,& exemplificat;
& in ſpecie habetur in c.Ad hoc.89.diſt.vbi di-
gnoſcitur differentia perſonæ à perſona:quod
etiam patet in Cœlis ex verbo Domini Noſtri
19 Ieſu Chriſti quādo dixit;In domo†patris mei
multæ ſunt manſiones;& eſt textus in c.In do-
mo,de pœnit. diſt.4 & iſta differentia notatur
communiter à Canoniſtis per ca.Ad aures. de
reſcrip.vbi Abb.nu.4. verſ. Tamen benè conſi-
20 derando,dicit quod diſpenſatio† temporaliū
non debet cuiquā committi.ſed ſecundū qua-
litatem perſonæ & in d.c.De multa.nu.5. dicit
quod Eccleſia debet honorare perſonas litera
21 tas,non ſolum verbo ſed facto; eis † pinguius
ſubueniendo de redditibus Eccleſiæ præ alijs
non literatis:& ibi nu.8.reſpondet ad illud qđ
aliqui dixerunt quod Deus non eſt acceptator
22 perſonarum,dicens quod acceptio † perſona-
rum eſt quādo circa æqualia ſeruatur inæqua-
litas; ſed perſonæ literatæ nō ſunt æquales cū
alijs. Vnde illud dictum non conuenit,& ipſe
23 Deus†differentiam habet de perſona ad per-
ſonam,vt in d.c.Ad hoc.89.diſt.Et hanc cōclu-
ſionem ſequutus eſt Paul.de Citad.in tract.de
Iurepat.in 6.p.art.4.nu.13.& 14.dicens qđ ver-
ba intelliguntur ſecundum qualitatem perſo-
24 narum;quia alimenta†debentur diuerſimodè;
plus enim datur nobili,quā ignobili;& Iudex,
25 quò ad hoc debet† habere diſcretionem per-
ſonarū;ſecundū Bar.& Specul.ab eo adductos
26 addens quod cibi†ruſticorū ſunt allia, cæpæ,
fabæ,panis groſſus,& ſimilia.iuxta Gl.in l.Ser-
uis vrbanis.in verbo,Cibarijs.& de leg.3.& cibi
27 †nobiliū sūt pulli,& cibi delicati, quod quidē
longè adducit diſtinguendo perſonam à per-
ſona.Flamin.Parif in lib.de reſsigna.benef.lib.
5.quæſt.6,nu.146.cum alijs ſequentibus,ubi de-
28 clarat quæ conueniunt Clericis quò ad victum
& veſtitum.& Nauar.in trac.de redd.benef. q.
1 nu.92.vbi latè notat:Vnde cū Summus Pon-
tifex in principio erectionis Collegiatæ attri-
buēdo perſonis ad earum ſuſtentationem ma-
iorem partem redditūum aliquibus,& minorē
alijs:ſummenda eſt interpretatio verborū ſub-
ſequētium quæ ſit congrua præcedentibus;nā
29 verba † eo modo ſunt interpretanda, quò ad
acceſſoria,ſicut quò ad principalia. inſtit. qui.
30 tur.dar.poſſ.§.Certæ rei. Acceſſoriū† enim ſe-
quitur naturam principalis.Reg.Acceſſorium.
de reg iur.in 6.ſequētia enim referūtur ad præ-
cedentia ſpecificata.l.Legatorū §.fin.vbi Bart.
31 ff.de leg.2.Mens †enim Pōtificis colligitur ex
antecedētibus.l.Quoties. C.famil.hercisc.ibi,
Nec mutat quod in ſequentibus:Ille verò ſen-
32 ſus†ſequentium accipiendus eſt,qui nō repu-
gnat antecedentibus.l.Nam ad ea. ff. de cond.
& demonſt. Quare verba illa, ſi fructus accre-
ſcant,diuidantur æqualiter,debent intelligi ſe-
cundū præ notatam diſtinctionē perſonarum.
33 Et tantò magis quia omnis† gratia.& fauor
interpretandus eſt ad ampliationē; non dimi-
nutionem.c.Odia. de reg.iur.lib.6.l. Cum qui-
dam.ff de lib.& poſthum. Gratia itaq; & fauor
34 in hoc verſatur; quia de iure omnes fructus †
ſuper excreſcentes bonorum Eccleſiaſticorum
debent applicari in vtilitatē Eccleſiæ.c.Tranſ
miſſæ.vbi Abb.num.4.de verb.ſignif.& Papa il-
los conceſsit Canonicis,& alijs nominatis er-
35 go verbum, † æqualiter ad ethymologiā Grā-
maticalem eſt ampliandum,fauore nominato-
rum in diſpoſitione. l. Pomponius in fin. ff. de
negot.geſt.l.Si ſeruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.
& hæc eſt ſummenda interpretatio ad mentē
Pontificis;tū quia coniungitur cū diſpoſitione
legis;tū ex antecedente diſpoſitione;nā verba
36 † inſeruire debent intentioni,nō intentio ver-
bis.c.2.Requiris.de appel.l.fin.ad fin.ff.ad treb.
ergo ab intētione Summi Pontifici non eſt re-
cedendum.l.Coram.ff.de verb.ſignif.l.3 §.Cō-
37 demnatum. ff.de re iud.& † à natura Principij
cōceſsionis.l.1.§.Si ſeruus.ff.de poſtul.l.Si Pro-
curatorem.ff.Mand. & facit Clem. non poteſt.
de procur.vbi Card.num 5.dicit quod clauſula
generalis reſtringitur ad ſpecificata.l.fin.in fin.
ff.de vin.trit. oleoq; leg.Ex quibus reſideo in
concluſione quod diuiſio fructuum debeat fie-
ri ſecundum qualitatem perſonarum,ad diſtin-
ctionem præhabitam à Papa: & ita iuris eſſe.
Saluo tamen,& ſemper meliori iudicio. Laus
Deo,& Beatæ Mariæ.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CLVII.

Qui non laborat non manducat.

SVMMARIVM.

1 *Mercenarius eſt dignus mercede.*
2 *Merces eſt danda ſecundum opus, plus, & minus.*
3 *Argumentum à contrario ſenſu valet.*
4 *Negligentia non tollit ius illud habenti.*
5 *Negligentia non debet eſſe damno alieni.*
6 *Illicita vſurpatio habetur pro furto.*
7 *Furtũ eſt prohibitũ de iure diuino, & Canonico.*
8 *Iuri Canonico ſtatur quando agitur de peccato.*
9 *Ius Canonicum conſiderat ſalutem animæ.*
10 *Ius Canonicum non permittit ea, quæ ſunt contra legem conſcientiæ.*
11 *Indebitè lucrans facit peccatum.*
12 *Ius Canonicũ habet connexitatẽ cũ iure Diuino.*
13 *Ius Canonicum fuit extractum à nouo, & veteri teſtamento.*
14 *Homini formato conſtituit Deus vitam æternam, his medijs, vt iuſtè pacificè, & modeſtè viueret.*
15 *Actiones in peccato non habent vigorem legis.*
16 *Peccatum eſt ſemper agens contra præceptum legis Diuinæ.*
17 *Princeps bonus non præſumitur agere malum.*
18 *Princeps ſciens vſurpationem, & eam tollerans participat de peccato.*
19 *Princeps debet obuiare ne ſubditus cadat in laqueum.*
20 *Tollerantia non conualidat actum nullum.*
21 *Generalis cõceſſio non comprehendit prohibita.*
22 *Obſeruare non tenentur prohibita.*
23 *In generali cõceſſione nõ venit caſus nõ cogitatus.*
24 *Caſus incogitatus non extenditur ad illicita.*
25 *Princeps bonus habet intentionem ad conſeruationem legis.*
26 *Princeps non præſumitur velle iniuſtum, neq; iniquum. & num. 27.*
28 *Tollerantia requirit veram ſcientiam.*
29 *Scientia in actu inualido nihil operatur.*
30 *Tollerantia habens ſcientiam debet dependere à ſuperiore.*
31 *Conualidatio Principis ſecularis non militat in re prohibita de iure Diuino.*
32 *Actus contra legem eſt nullus.*
33 *Agens ſine auctoritate ſuperioris dicitur in mala fide.*
34 *Actus factus in mala fide nunquam conualidatur.*
35 *Poſſeſſio debet carere omni vitio.*
36 *Poſſeſſio vitioſa dicitur ſine auctoritate ſupioris.*
37 *Auctoritas Principis ſecularis ad Clericos non ſe extendit, & num. 46.*
38 *Princeps ſecularis in Clericos nõ hẽt facultatem.*
39 *Clerici ſunt exempti de iure diuino.*
40 *Sacrilegium eſt infringere priuilegiã Clericorum.*
41 *Sacrilegiũ eſt nõ habere reuerentiã iuri Canonico.*
42 *Onus extraordinarium non comprehenditur ſub Ordinario.*
43 *Conſuetudo non valet contra libertatem Eccleſiæ.*
44 *Cõtrà libertatẽ Eccleſiaſticã agẽs dicitur hæreticus.*
45 *Contra libertatem Eccleſiæ dicitur tollendo, vel minuendo priuilegia ſua.*
47 *Iuſtitia liberat à morte.*
48 *Parua facultas cum iuſtitia eſt melior quàm multa cum iniquitate.*
49 *Diuitias qui amat, non capiet ex eis fructum.*
50 *Concuſſio eſt extorquere pecuniam per vim.*
51 *Concuſſio eſt cogere aliquem ad fideiuſſionem.*
52 *Qui per concuſſionem aliquid habet tenetur ad reſtitutionem.*
53 *Onus iniuſtum ſine Principe imponens incidit in pœnam exilij perpetui.*
54 *Nouum dicitur quod non erat in vſu.*
55 *Charitas non æmulatur.*
56 *Qui nõ manet in charitate, in eo non eſt Deus.*
57 *Qui indebitè accipit pecuniam ſeparat ſe à Deo.*
58 *Peccatum ſeparat à Deo.*
59 *Communitas tenetur laborare pro bono publico.*
60 *Iuſtitia denegari non poteſt.*
61 *Summum bonum eſt iuſtitiam facere.*
62 *Cupiens Deo placere, faciat iuſtitiã et n. 63. et 64.*
65 *Succeſſor dẽt retractare malè geſta p prædeceſſorẽ.*

FACTI SPECIES.

ILluſtris Communitas Carpi conſueuerat habere commoditatem aque pro macina; & ſi quandoq; in tempore æſtiuo deficiebat, lapſis tribus diebus poterat liberè ſine vlla ſolutione tritici, vel denariorũ vbi aqua proflueret ad placitum ire pro macina. Sed à nonnullis temporibus citrà conductores Gabellarũ hoc onus impoſuerunt; quod deficiente aqua, quiſquis volet extra territorium mittere pro macina, ſolueret partem ſolitã tritici, & denariorum, ac ſi macinam in territorio habuiſſet, aliàs licentiã denegabant: & ſi quis cõtrafaceret, reputãt contrabandũ, & in pœnam intẽdunt incidere: ſuper quo requiſitus, An licita ſit impoſitio à quodã Clerico, qui ex neceſsitate volebat mittere ad loca aquarũ pro macina, & petendo licentiã conatus fuit præſtare fideiuſsionem de ſoluendo, quam coactus à neceſsitate dedit, & credens indebitã eſſe impoſitionem, petijt quid iuris?

Super quo puncto illud præcogitatum eſſe cenſeo, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus pronuntiauit, teſte Luca Euangeliſta, & etiam
1 Matthæo. c. 10. quando dixit, qđ mercenarius † eſt dignus mercede ſua: quia vt expoſuit frater Amb. Calep. in eod. verbo, ille dicitur mercenarius, qui gratia mercedis laborat. Vnde
2 merces † eſt danda ſecundum opus; vt ſcilicet ille habeat mercedem ſecundũ opus; plus ſcilicet, & minus. l. Nemo. C. de offic. mag. offic. l. Seio. ff. de annu. l. Laboráti enim ſecundũ opus datur pmiũ. d. l. Nemo. & Qui nõ laborat nõ mãducat. Paul. Apoſ. in 2. Epiſ. ad Theſalon. c. 3 & Gl. in verbo. In poſterum. Clem. Vt hi q. de ætat. & qual. quod ex dicto Dñi noſtri de quo ſupra, &

3 contrario † ſenſu procedit. l. 1. §. Huius rei. ff.
de offic. eius cui mād. eſt iuriſd. ſcilicet quod,
qui non laborat, non habeat mercedem. d. l. Se
io. & d. c. 3. Paul. Apoſt. in 2. Epiſt. ad Theſa-
lonic.

Ex qua concluſione infertur, quod iniuſtè
conductores gabellarum exigunt molituram
cum, & quando nō præſtant macinam: & quod
committunt mortale peccatum: vt infra pro-
babo: & tantò magis cum aqua ab Imperatore
ſit Carpenſibus conceſſa. Anno enim Domini
1470. Federicus III. Imperator in inueſtitura
feudi conceſſa Dominis Terræ Carpi; inter a-
lia hoc expoſuit: videlicet, Concedentes vo-
bis, hæredibus, & ſucceſſoribus, vt de flumine
Situlæ liberè accipiatis, ſeu accipi, & extrahi
faciatis vnum canale, ſeu aquæductum, vbicun
que vobis placuerit, pro quātitate aquę, quā-
tum volueritis à Caſtro Caſtclarani infra vbi-
cunque, & in quocunque loco, & per quemcun
que locum volueritis, & vobis magis expedire
duxeritis: quod canale conducat, fluat, & di-
ſcurat, dirigat, & aquam huiuſmodi diſcurrere
faciat, vſque ad Caſtrum Carpi, & per villas ip
ſius Caſtri, & pertinentiarium ipſius: non ob-
ſtantibus aliquibus vijs, ſeu optionibus de cō-
ducendo d. aquæ quantitatem &c. Addita pœ
na mille marcharum auri, vltra indignationem
ſacri Imperij, cuilibet turbanti in totum, vel
in parte priuilegia conceſſa; & præcipuè Mu-
tinæ, Mantuæ, Parmæ, & Regio, & Officiali-
bus, & Communitatibus. Vnde quando defi-
4 cit aqua, deficit ex negligentia: quæ † tamen
non tollit ius ſuum illud habenti: vt not. Bar.
in l. Solent § Non verò. verſ. Et quod conuen-
tio. ff de offic. procon. & facit textus in l. Obli-
gationum ferè § Placet. ff. de actio. & oblig. &
5 quæ negligentia † non debet eſſe damno Ter-
ræ Carpi. c. Damnum. de reg. iur. in 6. Immò
potius gabellario, qui auctoritate Domini po
terat habere aquam iuxta conceſsionem ſu-
pradictam. Et tantò maius committit peccatū
volens ex ſua negligentia damnum, quod ipſe
habere deberet, pauperibus, & diuitibus d. ter
ræ imponere. Imò dicitur etiam furtum com-
6 mittere, quia omnis † illicita vſurpatio habe-
tur pro furto. c. Dixit dominus. & c. Pœnale. 14.
7 q. 5. & c. Meretrices. 32. q. 4. & furtum † de iure
diuino; & canonico eſt prohibitum, vt in Exo.
8 c. 20. cui iuri ſtare † oportet cum agatur de
peccato, vt tradunt Abb. & Imol. in c. fin. de
præſcrip. & cōmuniter doct. & ſequitur Alex.
9 in conſ. 59. nu. 10. vol. 1. Ius enim † canonicum
conſiderat ſalutem animæ. c. Vt animarum. de
conſtitu. ibi. Vt animarum periculis. & c. fin.
de conſuet. ibi. Quantò diutius infelicem ani-
mam detinet. & c. Quamuis. & c. Cum contin-
gat. de iureiur. ibi ſine periculo ſalutis æter-
næ: habet enim intentionem ne incidamus in
10 periculum ſalutis æternæ; nec permittit † ea,
quæ ſint contra legem conſcientiæ, & pariant
peccatum. Abb. in c. Quia plerique. quæſt. 7. de
11 immun. Eccl. Quare qui indebitè † lucratur,
facit peccatum, & contra legem iuſtitiæ; & nō
poteſt dare commutationem pro anima ſua:
vnde textus in c. Matthæus. ad finē. de Simon.
dicit, quod Nihil prodeſt homini, ſi totum mū
dum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum
12 patiatur. Ius enim † canonicum habet conne-
xitatem cum iure Diuino. c. 1. de iuram. calū.
ibi, Diuinæ, & humanæ leges, & c. Canonica.
13 3. q. 5. ibi diuinæ leges: nam ius † canonicum
fuit extractum à iure veteris, & noui teſtamē-
ti. c. Qualiter, & quando. il 2. de accuſ. & c. Tua
14 nobis. de decim. & Deus formato † homine
ad eius imaginem, conſtituit ei vitam æternā
his medijs videlicet: vt iuſtè, pacificè, & mo-
deſtè viueret, nec alterum læderet, & ius ſuū
vnicuique tribueret: vt habetur in prooemio
Decretalium Gregorij. Et quando humana cu
piditate iuſtitia ſit euerſa, vt reducatur ad iu-
ſtum, vt in d. prooem. Hic enim eſt finis legis,
vt actiones hominum tendant ad vitam æter-
nam, & conueniant ſaluti æternæ: & ſi quid a-
15 gatur, † quod nutriat peccatum, non habet vi-
gorem legis. c. fin. de præſcrip. & facit. auth.
Quomodo oporteat Epiſcopos. coll. 1. & auth.
Vt hi qui: coll. 6. Quare negari nō poteſt, quin
introductio ſoluendi triticum, & pecuniam nō
ſecus ac ſi macina adeſſet; cum eādem poſtea,
qui ex defectu aquæ extra vadunt, ſoluant, ſit
16 mortale peccatum. Nam ſemper † ſit mortale
peccatum, dum aliquid committitur contra
præceptum legis diuinæ. c. 2. de maior. & obed.
auferre enim ſuum proximo eſt contra legem
diuinam: vt ſupra, & maximè ſine labore.

Nec obſtat, quod ſimile peccatum ſit à Prin
cipe tolleratum, & quod conductores gabella-
rum: conduxerint gabellas cum huiuſmodi in-
troductione: quia primò reſpondeo, quod non
eſt credendum Principem habuiſſe ſcientiam
17 huiuſmodi vſurpationis; quia de bono † Prin-
cipe non eſt præſumēdum malum. c. Vnico. de
ſcrut. in ordin. facien. & c. Dudum. de pręſump.
18 aliàs enim, & ipſe † participaret de peccato.
inſtit. de oblig. ex quaſi deli. §. Item exercitor
nauis. l. 1. §. 1. ff. de furt. aduer. naut. Neque eſt
credendum ſcire ſuos conductores huiuſmodi
19 iniuſtitiam facere; cum teneatur † obuiare, ne
ſubditus in laqueum incidat, aliàs, & ipſe pec-
caret. c. In inferenda. 23. q. 3. & fieret particeps
delicti.

Secundò reſpondeo, quod etiam ſi veram
ſcientiam habuiſſet, & tolleraſſet; tollerantia
20 † per hoc non conualidat, quod nulliter fuit
introductum: vt probant omnes doct. in c. Cū
iam dudum. de præben.

Tertiò, reſpondeo quod etiam ſi Princeps
21 conceſsiſſet omnia ſolita; tamen in generali †
conceſsione non veniunt ea, quæ de iure ſunt

pro-

prohibita.c.Inter corporalia,de tranſl.Epiſc.l.
Nec non §.Quod eis. ff.ex quib.cau.maio.Nec
22 per hoc † eſſet obligatus ad perſeuerandum.
Abb. in c.Quod tranſlationem, num.4. de of-
fic. leg. cum alijs ab eo allegatis. Neque in ea
23 † conceſsione venit caſus non cogitatus.cap.
Quinta vallis, de iureiur.l.Si libertus.ff.de op.
lib. Bar. & communiter ſcrib.in l.Sed & ſiquis.
24 §.Quæſitum. ff.ſi quis caut. & licet eſſet † co-
gitatus,ſi expreſsè non ſit dictum, non poteſt
ad illicitum ſe extendere, Bar. in l.Si procura-
tor.ff. de cond.indeb. In qua lege,& gl. & Bar.
habetur qualiter agi poſsit contra indebitè
mulctantem. Vnde reſultat concluſio, quod
huiuſmodi exactio ſit indebita, & cum pecca-
to;quod auctoritas Principis non tollerat,qua
tenus adeſſet; ad ea quæ tradit Spec.in tit. de
mod. gene. Conc. celeb. Rubrica 31. quæ au-
25 ctoritas non eſt præſumēda; quia bonus † Prin
ceps habet intentionem ad conſeruationem
legis.Inn. in c.Dudum. ad finem. de decim. &
26 Alex. in d.conſ.59. nu.11. vol. 1.Nec eſt † præ-
ſumendum Principem velle aliquid iniuſtum.
c.1.de conſtit. in 6. nec vnquam dicendum eſt
27 concedere † aliquod iniquum in generali cō-
ceſsione.l.Si quando.ff.de inoffic.teſtam.Qua-
re dicti conductores non poſſunt excuſari, ꝙ
Princeps eis conceſſerit ſolita; quia, vt ſupra,
generalis conceſsio ad iniuſtum non ſe exten
dit; & tantò magis cum in actu conductionis
gabellarum,hoc ſit expreſſum, quod cōductor
teneatur manutenere aquam ſufficientem iu-
xta ſtatuta Carpi,quæ hoc expreſsè continēt,

Nec obſtat, quod huiuſmodi indebita exa-
ctio fuerit à prædeceſſore tollerata,etiam ſi eſ
ſet verum: nam Primò reſpondeo;quod tolle-
28 rantia requirit veram ſcientiam illius, quod
tolleratur, aliàs nihil operatur. Bal. & cæteri
doct. in l. Barbatius.ff. de offic. præt. & Innoc.
in c. Sciſcitatus. de reſcrip.

29 Secundò quatenus habuiſſet † ſcientiam; in
actu inualido,& iniuſto,nihil operatur; & ma-
ximè quando agitur de vtilitate priuata.Pariſ.
in conſ.136.num.15. 16.& 17. vol.4.

Tertiò reſpondeo, quod quando tolleran-
30 tia † habet vim conceſsionis, oportet quod
dependeat à ſuperiore ſecundum actum,& ca
ſum de quo agitur. vt in d. l.Barbatius.& pro-
batur.in c.Ad probandum. de re iud.ſed caſus
de quo agitur,verſatur circa peccatum;& rem
à iure diuino prohibitam, vt patet ex ſupradi
31 ctis, in quo conualidatio † principis ſecularis
non militat,vt notat Alex. in conſ.1. in princ.
vol. 2.

32 Quartò reſpondeo,quod omnis actus† con-
tra diſpoſitionem legis eſt nullus, & habet in
ſe malam fidem.c.Qui contra iura,cum ſua Gl.
de reg. iur. in 6. ſicut omnis actus requirens
auctoritatem illius ſuperioris,qui ſit verus ſe-
cundum actum, qui geritur, eſt nullus, ſi eius
33 auctoritas deficit: & omnis, † qui ſine illa a-
git dicitur in mala fide.Gl.Singularis, in l.1. C.
de præd. decur,lib.10. & in l.1. in verbo, Mala
fide.C.de fid. inſtrum. & iur. haſt. eod. lib. &
ibi Bart.Hic requirebatur auctoritas Eccleſia-
ſtici ſuperioris,ergo qui ſine illa agit eſt in ma
34 la fide.& nulliter agit,nec† vnquam actus cō-
ualidari poteſt, Rol. à Val. in conſ.63. num.16.
vol.4. ergo eſt extirpandus, Rol. in conſ.34. n.
22.23. in 3. vol. Auth. caſſa. C. ne fil. pro pat.
vbi Gl. in verbo, Ex peruerſa.

Neque obſtat, quod dicti conductores ſint
in poſſeſsione;quia reſpondeo quod poſſeſsio,
35 † vt ſuſtineri valeat, debet carere omni vitio.
l.1.§.Labeo. putat.ff.de aqu.cott. & eſtiu.l.In-
de.§.Si quis.ff. itin.actuque priu. c.Licet cauſ-
ſam, de probat. ideo qui vitioſè poſsidet, eſt
36 in mala fide,& vitioſè† dicitur poſsidere,qui
ſine vigore facultatis, ſeu auctoritatis poſsi-
det.Poſſeſsio nanque habita per vim,non coa-
diuuat. l.1.§.1. & ibi Bar. in §.Hoc interdictū,
& in §.Si tibi. ff. de itin. actuque priu. l. 1. in
prin.ff.de riu.& l.1. etiam in prin.& in fin.ff.vti
poſsid.Et quod iſti conductores vi poſsideāt,
nemo ambigit: nam qui pro neceſsitate viuen
di,deficiente aqua in territorio Carpenſi,op-
tat extra ire,vel mittere pro macina, ſi vult
habere licentiam,cogitur dare molituram æ-
que ac ſi ab ipſis conductoribus eam haberet;
& ſi abſque licentia iret, in pœnam incideret
ammittendi rem: & nemo pro neceſsitate vi-
uendi tenetur ad gabellam, eundo extra ter-
ritorium pro macina:ſecundū allegata à Fran.
Perſon. in ſuo tract. crimin. tit.de gabel. n.96.
verſ.Hinc ſi quis tempore æſtatis.

Et quatenus Princeps ſecularis ad hoc ha-
beret facultatem, quod non eſt credendum,
quia agitur de peccato,vt ſupra;tamen ad cle
37 ricos † non ſe extenderet. ſicut latè probat
Roch. de Curt. in tit. de conſuet.nu. 653. nec
ſine auctoritate Papæ poſſet locū habere.Rol.
à Vall. in conſ.2.num.120.121.vol.1.& Crau.de
antiq.temp.4.part.num.11. & in conſ. 134. nu.
25. & conſ.96.num.6. in primo vol. quia ſuper
38 † clericos nullam habet facultatem.c.Cum nō
ab homine, de iud.Abb. in c.Nouit. nu.4.eod.
39 tit. ipſi enim † de iure diuino ſunt exempti,
vt probat Gig. de penſ.q.94.num. 11. & habe-
tur in Clem. vnica. de immun. Eccleſ. & alibi
40 ſæpe. vnde infringere † eorum priuilegia eſt
ſacrilegium.c.Cauſſa Carpenſis.de verb.ſignif.
quod aliàs pro Eccleſia Carpenſi fuit ſtatutū.
Quare videant dicti conductores quale exter-
41 minium ſibi,& patriæ inferant: & eſt etiam †
ſacrilegium non habere reuerentiam Iuri Ca-
nonico;vt refert Gl.in c.Sacrilegium.17.q.4.&
concordat D.Thom. 2.2. quæſt.99.& quatenus
clerici teneantur ad molituram ordinariam,
quando habent macinam,quia onus ſit perpe-
tuum,& inuariabile: ad ea,quæ tradit Sylu. in
ſum.

Digitized by Google

ſum.verbo,Immunitas. primo.num.16. de quo
multa in contrarium eſſent dicenda:tamen de
42 † extraordinarijs non eſt locus diſputationi;
vt ipſe Sylu. affirmat. & longè tractat Abb. in
c.Aduerſus.de immnn. Eccl.& Iaſ. in l. Placet.
num.22.C.de Sac. San. Eccl. & alij quos bre-
43 uitatis cauſſa ommitto. neque conſuetudo †
valet cõtra libertatem Eccleſiaſticã, vt in ex-
trauag.vnica. de conſuet. in cõmu. extrauag.
& qui contra libertatem Eccleſiæ venit, iniu-
44 ſtitiam facit,& poteſt † nuncupari hæreticus.
iuxta textum, in c. Omnes.22.diſtin.& ille di-
45 citur† contra libertatem Eccleſiæ venire, qui
tollit, vel diminuit priuilegia conceſſa Eccle-
ſijs,vel perſonisEccleſiaſticis,vt refert Innoc.
in c.Nouerint. de ſent.excom. & Bar. in auth.
Caſſa.C. de Sac.San.Eccl.& Felin.in c.Eccleſia
46 S. Mariæ.de conſtit.neque ad hoc valeret au-
ctoritas principis ſecularis, quod non eſt cre-
dendum. d. c.1.& 2.de conſtitu. in 6. & c.Cum
ceſſante. eod.tit. in Decretall.Quare conſide-
rent, dicti cõductores quid eis prodeſt res in-
debitè exacta:dixit enim Salomon.in 1.lib.pa-
rab. c.10.Nil proderunt theſauri impietatis;iu
47 ſtitia † verò liberabit à morte: & non affliget
dominus fame animam iuſti; & inſidias implo
rum ſubuertet. & in eod. lib. c.16. ait, Melius
48 eſt † parum cum iuſtitia, quam multi fructus
cum iniquitate: & in prima lect. Eccleſiaſtici.
49 c.5.dicitur,quod Qui amat † diuitias,fructum
non capiet ex eis. Vnde ſtantibus rebus, vt
ſtant poteſt dici, quod fiat concuſſio. de qua
in l.1.ff.de concuſſ. nam dicit Bar. in l. Iulia.ff.
50 de vi pub.quod quando† fit extorſio pecuniæ
per vim,appellatur concuſſio: Syluest.in ſum.
verbo,Concuſſio. nu. 2. dicit, quod qui eſt in
officio,& non facit quod debet, vel aliquid à
ſubditis extorquet per vim,facit concuſſionē:
& latè tractat Pariſ. in tract. de ſynd.§ Syndi-
51 cantur: vbi ad finem dicit, quod fit † concuſ-
ſio quando quis cogitur dare fideiuſſionem:
& hic caſus nuperrime euenit Sacerdoti, qui
cum deficeret aqua,petens licentiam mitten-
di extra pro neceſſaria macina, nec habens ad
manus triticum pro mollitura; coactus fuit da
52 re fideiuſſorem: vnde qui † per concuſſionem
aliquid extorquet tenetur ad reſtitutionem,&
criminaliter debet puniri.l.quod euitandæ. ff.
de cond. ob turp.cau. & optimè textus in l.Il-
licitus.§.Illicita.& §.Ne tenuis.ff.de offic.præſ.
Sylu. in ſumm. verbo,Concuſſio:qui dicit hoc
procedere etiam ſi non ſequatur iudicialis cõ-
dēnatio: Immò & quandocunque concuſſio in
53 eis non procederet;tamen quia onus† iniuſtũ
imponunt quando à Principe non ſit eis ex-
preſsè conceſſum; incidunt in pœnam exilij
perpetui.l.fin.C.nou. vectig.quod ſaltem pro-
cederet quo ad clericos;quia conceſſio huiuſ-
modi à Papa emanare debet,non autem à ſe-
54 culari Principe: vt ſupra: & nouum † dicitur
illud quod non erat in vſu, ſecundum Bald. in
conſ. 270. num. 3. & ſimilia agens tenetur ad
reſtitutionem, ad quam habet conſcientiam
grauatam.Capic.deciſ.148.num. 2.

Et prædicta non ſolum procedunt cõtra Ca
merarios cõductores,ſed cõtra molēdinarios,
qui farinam, & pecuniam extorquent ab his,
qui macinam petunt, vltra molituram, & pe-
cuniam ſolutam gabellario: & contra manda-
tum Ieſu Chriſti: vt per Matth. Euangeliſtam.
c.10. notatur: quando dixit, Nolite poſſidere
aurum, neque argentum, neque pecuniam in
zonis veſtris: & etiam contra charitatem, de
qua Paul.Apoſ.in c.13.ad Corinthios,quia cha
55 ritas † non emulatur,non agit perperam,non
inflatur,non eſt ambitioſa,non quærit quæ ſua
ſunt,non irritatur,nõ cogitat malum, non gau
det ſuper iniquitate, congaudet enim verita-
56 ti. vnde qui † non manet in charitate,in eo nõ
57 manet Deus,quia Deus eſt charitas; & qui †
accipit pecuniam indebitè, ſeparat ſe à Deo.
Gl.in c.Abijt.11.q.3.in verbo,vendunt;quia ſi-
58 cut charitas iungit Deo;ita † peccatum ſepa
rat à Deo.c.Charitas.de pœnit.diſt. 2.vnde re-
gentes Communitatem tenentur omni cona-
tu prouidere,ne aliquis patriæ remaneat illa-
59 queatus: & tenentur † laborare pro vtilitate
publicã.c.In ſcripturis.cum ſequent.8.q.1.& ſi
loquantur, & non audiantur, obſeruent conſi-
lium domini,de quo per Lucam Euangel.c.11.
ſcilicet non deſiſtant loqui,& petere,qui,ſi eis
tanquam amicis non dabitur, propter impro-
bitatem tamen habebunt neceſſaria: nec deſi-
60 nant implorare iuſtitiam quæ † negari non po
teſt. l.Iuſtitia.ff.de iuſtit. & iur. cum ſummum
61 † bonum ſit iuſtitiam colere: c. Cum deuotiſ-
62 ſima. 12.q. 2. qui enim cupit † placere Deo,
debet facere iuſtitiam.c. Ad decorem. de in-
ſtit.dixit enim Salomon in c.16. in parab.quod
63 initium † viæ bonæ eſt facere iuſtitiam; acce-
64 pta eſt enim apud Deum † magis quàm immo
lare hoſtias: de qua non debent dubitare in
principe ſuo bono, qui habet charitatem, &
dilectionem in Terra Carpi. c. Vbi ſana fides.
65. 24.q.1.poteſt enim,imò debet † retractare ea,
quæ prædeceſſor indebitè fecerit, vel tollera-
uerit.l.Quamuis.ff.de reb.eorum.l.Iure noſtro.
ff.de teſtam. tutel.Damaſ. reg. 83. quod dicit
procedere in malè geſtis: & ita dico, & con-
cludo, ſalua ſemper veritate. Laus Deo,& B.
M. ſemper Virgini.

CONSILIVM CLVIII.

Emphyteuſis quando ſit inualida: & beneplaci-
tum Papæ præſumatur: & extrauag. dicta
Paulina ſit vſu recepta.

SVMMARIVM.

1 Extrauagãs Pauli II. dicta Paulina eſt vſu recepta.

2 Pau-

2 *Paulina obſeruatur in locatione rerum Eccleſiæ.*
3 *Paulina inducit ius commune.*
4 *Paulina eſt in corpore iuris clauſa.*
5 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica ſine conſenſu Papæ eſt nulla.*
6 *Beneplacitum Sedis Apoſtolicæ curſu 30. & 40. annorum præſumitur. & quando. num. 7.*
8 *Solemnitas extrinſeca debet probari. & num. 9.*
10 *Actus requirens ſcripturam non præſcribitur.*
11 *Commiſſa in delegatione ſunt adimplenda.*
12 *Cōmiſſio Papæ adimplenda eſt in forma ſpecifica.*
13 *Conſenſus eſt ſolemnitas extrinſeca.*
14 *Conſenſus non præſumitur ſed debet probari.*
15 *Conſenſus debet eſſe expreſſus.*
16 *Succeſſor malè geſta per prædeceſſorem, & etiam per ſeipſum reſcindere poteſt.*
17 *Alienus ſi cognoſcat rem malè alienatam, poteſt inſtare ad reſciſſionem.*
18 *Clericus tenetur ad recuperationē rerū Eccleſiæ.*
19 *Superior non conualidat actum nullum.*
20 *Emphyteuſis à principio nulla, non conualeſcit.*
21 *Contractus cum eſt nullus, omnia quæ ſequuntur ſunt nulla.*
22 *Conſenſus non conualidat actum, cuius qualitas ignoratur.*
23 *Auctoritas interpoſita ſuper contractu ſtatim nō conualidat.*
24 *Cognitio cauſſæ nō pſumitur ex tēporis breuitate.*
25 *Alienatio rei Eccleſiæ duas copulatiuè requirit.*
26 *Auctoritas Papæ non ſupplet defectum cauſſæ.*
27 *Cauſſa deficiente in alienatione, non conualidatur quod nulliter fuit geſtum.*
28 *Cauſſa in alienatione debet eſſe ex neceſſitate, vel euidenti vtilitate.*
29 *Rectori, neque ſuperiori non creditur atteſtanti de vtilitate.*
30 *Cauſſa alienationis debet conſtare.*
31 *Alienatio rei Eccleſiæ eſt nulla ſi non conſtet de euidenti vtilitate.*
32 *Augmentum canonis denotat, nouum cōtractū.*
33 *Subhaſtationes non ſunt neceſſariæ in alienatione rei Eccleſiæ.*
34 *Subhaſtatio non probat vtilitatem: neque neceſſitatem. & num. 36.*
35 *Cauſſa alienationis ad vnguem debet præſeruari.*
37 *Clerici non poſſunt alienare bona Eccleſiæ, niſi ex cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis.*
38 *Melioratio conſideratur nedum ad præſens, ſed ad futurum.*
39 *Tempus contractus in alienatione attenditur in re boſchina.*

Dominus mecum.

FACTI SPECIES.

ANno Domini 1528. facta fuit emphyteuſis perpetua de 29. annis, in 29. annos ad renouandum, domus & terrarum beneficij S. Ioannis Baptiſtæ ſiti in Eccleſia S.Andreæ, in villa Vitriolæ diœceſis Mutinenſis; impoſito canone librarum 41. quotannis: quæ bona cadunt infra ſummariè: videlicet domus cum aula, & horto. 10. petiç terrarum laboratiuæ; & vna laboratiua. & pratiua; ſex aliæ petiæ pratiuæ, quatuor Caſtagnatiuæ; & duæ querçinæ: cum licentia Vicarij Mutinenſis; & quod liuellatij acciperent beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quatenus opus eſſet ſumptibus proprijs: & huiuſmodi cōtractus fuit reuocatus anno 1558. à ſucceſſore: & anno 1587. ab alio: & de anno 1596. ab alio ſucceſſore oppoſitum fuit de nullitate ex defectu beneplaciti: qui ab emphyteutis dicebatur præſumi ex diuturnitate temporis annorū 60. immò 30. & tandem partes ad concordiam venerunt aucto canone à lib. 41. vſque ad 80. affirmantes liuellarij, quod faciebant augmentum pro vtilitate Eccleſiæ: Nunc verò admodum R. Archangelus canonicus in cathedrali S. Mariæ de Laureto, nouus Rector, prætēdens etiam de nullitate, Quærit, quid iuris?

In quo caſu olim R. Dominus Turturellius fauore emphyteutarum ſcripſerat, quod beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ex curſu annorū 30. & 40. præſumebatur; & quod extrauagan. Pauli II. Papæ; nuncupata Paulina, non attendebatur, quia non erat in vſu; & quod ſecundū iura vetera ante Paulinam emphyteuſis legitimè fuerat celebrata: ego verò, ſalua ſemper veritate; contrarium ſentio & ante omnia dilucidationem caſus Paulinę puto neceſſariam, cum in alienatione fuerit conditio expediēdi beneplacitum, quatenus expediat, appoſita cum iure diſpoſita arbitror neceſſaria; cum verior †
1 ſit opinio quod fuerit vſu recepta, ſicut probat Benint. in deciſ. Bonon. 13. nu. 9. & Ioſeph. Lud. concluſ. 54. in prima fallentia, & Mutinæ ego practicaui dum Vicariatum gerebam: vbi
2 diſpoſita in Paulina † obſeruantur etiam in locatione rerum Eccleſiaſticarum, & coram me fuit diſcuſſum, an locatio per triennium cum promiſsione alterius triennij; pro ſecundo triennio valeret? & concluſum non valere: & Rot. ipſa habita informatione de vſu ſententiauit contra quendam Rectorem, qui bona ſuæ Eccleſiæ alienauerat ſine conſenſu Papæ, vt in deciſ. 896. lib. 3. nouiſſ. diuerſ. & in deciſ.
3 262. eod. vol. fuit declaratum Paulinam † inducere ius commune, & quod receditur à primæuo iure communi; vnde reſultat concluſio quod conſenſus Apoſtolicus ſit neceſſarius, quicquid dixerit excellens Turturellius: & per conſequens, quod illi emphyteutę defecerunt in eo procurando; quibus erat onus probandi d. Paulinam non eſſe in vſu, quia Rector ſolum poterat eam allegare: nec ipſe tenebatur vſum
4 probare cum ſit in † corpore iuris clauſa, vt habetur in d. deciſ. Bononienſi, & per Ioſeph. in d. concl. 54. verſ. Animaduertendo: qua concluſione ſtante, reſultat alia firmiſsima, quod deficien-

Digitized by Google

5 ficien.te† conſenſu Apoſtolico,contractus fuit
nullus. Fed. de Sen. in conſ.142.nu. 1. & 3.dec.
in conſ.141.num. 4. & Rot. deciſ. 178. in prin.
vol.2. diuerſ.nouiſſ.

Nec obſtat dictum eccel. Turturellij, quod
6 ſcilicet beneplacitum † Apoſtolicum ex curſu
30. & 40.annorum præſumatur ſequuta poſſeſ
ſione,ex allegata ab eo deciſione Rot. 179. in
2. vol.diuerſ. nouiſ. quia primò reſpondeo, ꝙ
7 illud ſolum procedit quando † non adſit, qui
ſe opponat;vt fuit in caſu Rotæ allegatæ;quia
tunc fauore poſsidentis præſumitur conſen-
ſus:& procedit in intrinſeca ſolemnitate; in
8 extrinſeca † autem, qui eam allegat debet et
eam probare. l.Quæcunque.ff. de public.quod
idem Rot. confirmauit. deciſ.30. aliàs 190. de
appel. in nou. & maximè quando adſit, qui eã
negat adeſſe. Specul. in tit. de procur. §. fin.
verſ.Sed nunquid ſufficit ſi ſolum: tunc enim
aliud iudicatur de intrinſeca, & aliud de ex-
9 trinſeca: quia extrinſeca † in iudicio ſemper
eſt probanda. Innoc. in c.Innotuit. de eo qui
furt.ord.ſuſcep.quem ſequitur Bal.in d.l.Quæ-
cunque.verſ.Qui à pupillo ff. de public. & idẽ
tradit Bar.in l.Sciẽdum.ff.de verb.oblig.& pro
concordia tenuit Lamb.in tract.de iur.pat.lib.
2.artic.25.1.q.prin.2.part.

10 Secundò reſpondeo.quòd omnis actus† re-
quirens ſcripturam, ea non apparente non po
teſt per tempus præſcribi. Rot. per Caputaq.
deciſ. 45.in 3. part. beneplacitum enim Papæ
conſiſtit in ſcriptura; quia de ſtilo Papa com-
mittit delegato,vt ſe informet;& reperta ve-
ritate diſpenſet: nam ſi delegatio appareret
adhuc eſſet videndum,an delegatus obſeruaſ-
11 ſet obſeruanda, quia omnia † in delegatione
contenta erant adimplenda.Rot.per eundem
Caputaq.deciſ. 273. in prima part. quia com-
12 miſsio† Papæ ſemper adimpleri debet in for-
ma ſpecifica. Pariſ. in conſ.51.num.60.vol.4.

13 Tertiò reſpondeo,quod conſenſus † eſt ſo-
lemnitas extrinſeca. Abb. in conſ.59.num.3. &
14 conſ.106.num.2. in 2.vol.qui iccirco non† præ-
ſumitur,ſed probari debet. l. Sciendum. ff. de
15 verb. oblig.& debet † eſſe expreſſus. Lap. al-
leg.86.num.3 Rot.deciſ.455.in prima part.di-
uerſ.nouiſſ. quod maximè procedit in actu re-
quirente conſenſum ſuperioris. & ita in caſu
contingenti admodum Reueren. Archangelus
16 præſens Rector†poteſt,immò debet reſcinde-
re malè geſta per prædeceſſores.l. Quamuis.ff.
de reb.eorum. l.Iure noſtro.ff.de teſtam.tutel.
Bal. in l.Quæcunque.col.2.verſ.Scias tamen.C.
de bon.q; lib.Abb. in c.Epiſcopi. in 2. not. de
reb. Eccl.non alien. immò fortius quando, &
17 ipſe † alienaſſet,ſi cognoſceret alienationem
inualidam ex defectu ſolemnitatis,vel cauſſę,
poſſet inſtare ad reſciſsionẽ cõtractus.Sebaſt
Vanc. in tract.de null. proceſſ. tit. quis poſsit
dicere de null. in prin.c.Intellecto. de iur. iu-
18 ran.omnis enim † clericus tenetur ad recupe-
rationem rerum Eccleſiæ malè alienatarum.c.
Præſbyterorum. & ibi Gl. ad finem.de reb.Ec-
cl.non alien.c.Non liceat. 12.q. 2. Rot. de iud.
deciſ.11.aliàs 334. in nouiſ. Clem. 2. de relig.
dom. in prin.

Et quandocunque præſumeretur benepla-
citum;vel etiam ſi probaretur, tamen in caſu
præſenti non conualidaret,quod ab initio fuit
nulliter actum,vt infra demonſtrabo: ſicut au-
ctoritas illius Vicarij nullam affert validitatẽ,
etiam ſi ſolũ ius commune ante Paulinam ſer
19 uaretur: quia auctoritas † ſuperioris non cõ-
ualidat actum nullum.c.Quorundam. de elect.
in 6.& tradit Gemin. in conſ.48.num.7.8. & 9.
20 & ſic emphyteuſis,† quæ ab initio fuit nulla;
non conualeſcit. c.Non firmatur.de reg. iur. in
21. 6.c.Auditi. de elect. & omnia † inde ſequuta
fuerunt nulla.c.Imperiali. 25.q.2.l.Non dubiũ.
c.de leg.& tantò magis quando qui auctorita-
tem interponit nõ aſſumit cognitionem eius,
22 de quo tractatur,quia†conſenſus non præſtat
auctoritatem actui; cuius qualitas ignoratur.
vt not Pariſ.in conſ 130.num.14.vol.4. & infra
23 demonſtrabo:& potiſsimum † quando eadem
die.in qua fit contractus.ſeu publicatur,inter-
ponitur:vt ipſe Pariſ.probat in conſ.12.nu 92.
in primo vol.nec apparet aliquam præceſsiſſe
24 †cauſſæ cognitionem; quæ nec præſumitur ex
temporis breuitate. Anc. in conſ.72.quem ſe-
quitur Pariſ.in conſ.125.num.27.in 1. vol.

Et quod emphyteuſis de qua in themate
nulliter fuerit facta, etiam de iure ante Pauli-
25 nam ſic probo: videlicet, in alienatione † rei
Eccleſiæ duo copulariuè requirũtur, ita quod
vno deficiente ſit nulla. Cauſſa ſcilicet, & ſo-
lemnitas.c.Sine exceptione.12.q.2. & in termi
nis.Rot.deciſ.178. in 2.vol.diuerſ.nouiſſ.cuius
concluſio eſt videnda ad ſuſtentationem nul-
26 litatis vbi agitur, quod neque † auctoritas Pa
pæ ſupplet defectum cauſsæ,ita quod,etiam ſi
27 interueniſſet, deficiente cauſſa † non conua-
lidaret,quod nulliter fuit actum: quod fuit de
mente Fed.de Sen.in conſ.142. num.1. & 3. &
Dec.in conſ.141.num.4. & ita quando vel præ-
ſumptiuè, vel probatione adeſſet beneplaci-
tũ; deficiẽte cauſſa alienationis:nullitas,quę
ex ipſo defectu fuit,nõ conualidaretur,& quã-
to magis ſi deficiat cauſſa,& ſolemnitas: cauſ-
28 ſa † verò,aut ex neceſsitate,vel euidenti vti-
litate apparere debebat. c.Sicut Eccleſia,cum
alijs ſequentibus. 12. q.2. aliàs nulliter fuit a-
ctum vt ſupra,& tradit Abb. in c.Nulli.num.7.
de reb.Eccl.non alien. & omnes doct. in ca. 1.
eod. tit. in 6. & quatenus etiam cauſſa fuiſſet
narrata,cum de ea non fuerit facta cognitio,
non ſufficit ad validitatem; quia non creditur
29 † Rectori atteſtanti fieri ex cauſſa vtilitatis;
immò neq; ſuperiori;niſi aliunde per cognitio
nẽ conſtet:ſicut probat Fed. de Sen. in d.conſ.

142.

142.num.1 & 3.Gemin.in d.conſ.48.num. t.2. &
3.& Rot.in allegata deciſ.178. & debet conſta
30 re † eſſe veram, vt ibi Gem.num.6.& 7. & latè
Ioeſph.Maſcard.concluſ.75.nu.16: 17. & 18.19.
& 20. & Franc.c.1,nu.4 de reb. Eccl.non alien.
in 6. & ſequitur Rota allegata: ad finem.dicẽs
quod de cauſſa vtilitatis debet fieri diligens
inquiſitio: vnde cum in ſcripturis mihi tranſ-
miſsis nulla ſit facta probatio cauſſæ; neque
obligatio: non eſt diſputandum ſuper vſu Pau-
linæ, neque ſuper præſumptione beneplaciti:
31 quia non conſtando † de euidenti vtilitate, vt
decreuit Rot. in d.deciſ.178.num.to.nulla di-
citur fuiſſe cauſsa alienãdi, & alienatio eſt nul
la vt ſupra, immò ſi rectè conſiderentur ſcrip-
turę potius conſtat de damno: quia tot bona
fructifera alienata ſunt pro lib. 41. & ipſi em-
phyteutę ſaltem tacitè confeſsi ſunt de dãno;
quando augumentum fecerũt, vſque ad libras
80. & fortius conſtat de nullitate; quia per il-
32 lud argumentum † dicitur factus nouus con-
tractus; vt habetur in l.Pacta conuenta: §.Pau-
lus notat.ff.de contrah. empt. in quo nulla in-
teruenit ſolẽnitas, neque cauſsæ cognitio: ſed
ſolum partes ad hoc conuenęrunt etiam non
adhibito conſenſu ordinarij: ex quo indubita-
ta fuit nullitas: Quare & ex iſto nouo contra-
ctu conſtat de nullitate: & ex primò, quia ne-
dum nulla cauſa apparet: ſed & deficit aucto-
ritas Papæ: immò ordinarij: quia ſolus conſen-
ſus ſine iuſtificatione cauſsæ non operatur va-
liditatem vtſupra: Nec illa ſubhaſtatio opera-
tur legitimum effectum: tum quia ſubhaſtatio
33 nes † in alienatione rerum Eccleſiæ non ſunt
neceſſariæ; ſecundum Bal. in auth. hoc ius por-
rectum. nu.3. c. de Sac. San. Eccl. verſ. Sed hic
34 quæritur. cum etiam quia ſubhaſtatio † non
probat vtilitatem.l.Si quos. C.de reſcind.vẽd.
35 prout oportebat probare: cauſſa † enim alie-
nationis ad vnguem vera debebat perſcrutari.
l.Cum hi.§.Si prætor.ff. de tranſact. & dato ꝙ
ſubhaſtatio requireretur; oportebat primò,
& ante omnia quod conſtaret de vtilitate vel
36 neceſsitate; cum ſola † ſubhaſtatio hoc non
37 probet.d.l. Si quis. clerici † enim alienare bo
na Eccleſiæ nõ poſſunt, niſi ex cauſa vtilitatis,
vel neceſsitatis vtſupra.d.c. Sine exceptione.
& c.Tua nos.de his, quæ fiũt à præl.Et meliora
38 tio † non tantum debet conſiderari quo ad tẽ
pus præſens; ſed ad futurum, quia Eccleſia alie
nando patitur damnum in vtile dominiũ.Dec.
in conſ.141. num.4. & per totum: nec obſtat. l.
Si voluntate. C.de reſcind. vend. vbi videtur
eſſe attendendum tempus contractus: quia il-
39 lud procedit quando fit alienatio de re bo-
ſchiua, vel inculta: ſecus verò de cultiua, &
aratoria. vt notat Iacob. Alb. in conſ. 34. nu.
15.& 16. & Natt. in conſ.631.nu.15.16. & 17. &
in iſto caſu verſatur de re cultiua, & bona: &
ſic ſemper concludi poteſt de inualiditate: ſi-
cut ego concludo mea quidem ſententia, ſal-
ua tamen veritate ſi ſallor. Laus Deo, & B. M.
ſemper Virgini.

CONSILIVM CLIX.

Aedificare quando vicinus non poſſit inuito vicino.

SVMMARIVM.

1 *Conditio eſt adimplenda.*
2 *Conditio non ſe extendit ad non expreſſa.*
3 *Promiſſio conditionalis non valet niſi impleta cõditione.*
4 *Frangeti fidem, fides poteſt frangi.*
5 *Conditio non adimpleta non obligat. & num. 7.8. & num.11.*
6 *Conditio ſuſpendit actum donec adimpleatur.*
9 *Conditionis implementum debet præcedere in actu facto, & conſumato.*
10 *Paria ſunt nihil fieri, aut ſub conditione non purificata.*
12 *Qui non adimplet conditiones remanet priuatus commodo, quod habuiſſet.*
13 *Conditio ſtat pro forma.*
14 *Conditio nihil ponit in eſſe antequã ſit purificata.*
15 *Nihil poteſt fieri de promiſſis, niſi adimpleta conditione.*
16 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
17 *Spoliator etiam dicitur, qui mandat.*
18 *Altitudo, tigna, & feneſtræ denotant murum eſſe totum vicini.*
19 *Fabricans in alieno tenetur actione, quod vi, aut clam.*
20 *Tempus agendi contra fabricantem in alieno durat per annum. & num.21.*
22 *Dominus muri, ſuper quo fabrica eſt conſtructa eo abſente, poteſt auctoritate propria fabricam deſtruere.*
23 *Aedificium in alieno conſtructum debet quamprimum demoliri.*
24 *Aedificans in ſolo alieno dicitur inferre violentiam inquietatiuam.*
25 *Vim dicitur inferri ei, qui propter metum patitur ædificari in ſuo.*
26 *Metus dicitur etiam quando dubitatur de aliquo modo. & num.36.*
27 *Metus dicitur quando adeſt cauſa dubitandi. & num.28.*
29 *Quilibet debet mala præcauere. & num. 30.*
31 *Ab omni ſpe mali debemus abſtinere.*
32 *Metus iuſtus dicitur etiam quãdo tolleratur quod non eſt veriſimile: & habetur pro probato. nu. 33. 36. 37.*
34 *Tollerantia non præiudicat, niſi adſit vera ſcientia. & num.35.*
38 *Clam dicitur facere, qui verè non denuntiat, & qui debebat cogitarę quod euenire poterat. nu. 39. & qui totum non denuntiat. num.40. &*

cum

5 ficlen,te† conſenſu Apoſtolico,contractus fuit
nullus. Fed. de Sen. in conſ.142.nu.1.& 3.dec.
in conſ.141.num. 4. & Rot. deciſ. 178. in prin.
vol.2. diuerſ.nouiſſ.

Nec obſtat dictum eccel. Turturellij, quod
6 ſcilicet beneplacitum † Apoſtolicum ex curſu
30. & 40.annorum præſumatur ſequuta poſſeſ
ſione,ex allegata ab eo deciſione Rot. 179. in
2. vol.diuerſ. nouiſ. quia primò reſpondeo, ꝙ
7 illud ſolum procedit quando † non adſit, qui
ſe opponat;vt fuit in caſu Rotæ allegatæ;quia
tunc fauore poſsidentis præſumitur conſen-
ſus:& procedit in intrinſeca ſolemnitate; in
8 extrinſeca † autem, qui eam allegat debet Et
eam probare. l.Quæcunque.ff. de public.quod
idem Rot. confirmauit. deciſ.30. aliàs 190. de
appel. in nou. & maximè quando adſit, qui eã
negat adeſſe. Specul. in tit. de procur. §. fin.
verſ.Sed nunquid ſufficit ſi ſolum: tunc enim
aliud iudicatur de intrinſeca, & aliud de ex-
9 trinſeca: quia extrinſeca † in iudicio ſemper
eſt probanda. Innoc. in c.Innotuit. de eo qui
furt.ord.ſuſcep.quem ſequitur Bal.in d.l.Quæ-
cunque.verſ.Qui à pupillo ff. de public. & idẽ
tradit Bar.in l.Sciẽdum.ff.de verb.oblig.& pro
concordia tenuit.Lamb.in tract.de iur.pat.lib.
2.artic.25.1.q.prin.2.part.

10 Secundò reſpondeo.quòd omnis actus† re-
quirens ſcripturam, ea non apparente non po
teſt per tempus præſcribi. Rot. per Caputaq.
deciſ. 45.in 3. part. beneplacitum enim Papæ
conſiſtit in ſcriptura; quia de ſtilo Papa com-
mittit delegato,vt ſe informet;& reperta ve-
ritate diſpenſet: nam ſi delegatio apparetet
adhuc eſſet videndum,an delegatus obſeruaſ-
11 ſet obſeruanda, quia omnia † in delegatione
contenta erant adimplenda.Rot.per eundem
Caputaq.deciſ. 273. in prima part. quia com-
12 miſsio† Papæ ſemper adimpleri debet in for-
ma ſpecifica. Pariſ. in conſ.51.num.60.vol.4.

13 Tertiò reſpondeo,quod conſenſus † eſt ſo-
lemnitas extrinſeca. Abb. in conſ.59.num.3. &
14 conſ.106.num.2.in 2.vol.qui iccirco non† præ-
ſumitur,ſed probari debet. l. Sciendum. ff. de
15 verb. oblig.& debet † eſſe expreſſus. Lap. al-
leg.86.num.3.Rot.deciſ.455.in prima part.di-
uerſ.nouiſſ. quod maximè procedit in actu re-
quirente conſenſum ſuperioris. & ita in caſu
contingenti admodum Reueren. Archangelus
16 præſens Rector†poteſt,immò debet reſcinde-
re malè geſta per prædeceſſores.l. Quamuis.ff.
de reb.eorum. l.Iure noſtro.ff.de teſtam.tutel.
Bal. in l.Quæcunque.col.2.verſ.Scias tamen.C.
de bon.q; lib.Abb. in c.Epiſcopi. in 2. not. de
reb. Eccl.non alien. immò fortius quando, &
17 ipſe † alienaſſet,ſi cognoſceret alienationem
inualidam ex defectu ſolemnitatis,vel cauſſę,
poſſet inſtare ad reſciſsionẽ cõtractus.Sebaſt
Vanc. in tract.de null. proceſſ. tit. quis poſſit
dicere de null. in prin.c.Intellecto. de iur. iu-
18 ran.omnis enim † clericus tenetur ad recupe-
rationem rerum Eccleſiæ malè alienatarum.c.
Præſbyterorum. & ibi Gl. ad finem.de reb.Ec-
cl.non alien.c.Non liceat.12.q.2.Rot. de iud.
deciſ.11 aliàs 334. in nouiſ. Clem. 2. de relig.
dom. in prin.

Et quandocunque præſumeretur benepla-
citum; vel etiam ſi probaretur, tamen in caſu
præſenti non conualidaret,quod ab initio fuit
nulliter actum,vt infra demonſtrabo: ſicut au-
ctoritas illius Vicarij nullam affert validitatẽ,
etiam ſi ſolũ ius commune ante Paulinam ſer
19 uaretur:quia auctoritas † ſuperioris non cõ-
ualidat actum nullum.c.Quorundam. de elect.
in 6.& tradit Gemin. in conſ.48.num.7.8. & 9.
20 & ſic emphyteuſis;† quæ ab initio fuit nulla;
non conualeſcit.c.Non firmatur,de reg. iur. in
21. 6.c.Auditi. de elect. & omnia † inde ſequuta
fuerunt nulla.c.Imperiali. 25.q.2.l.Non dubiũ.
c.de leg.& tantò magis quando qui auctorita-
tem interponit nõ aſſumit cognitionem eius,
22 de quo tractatur,quia† conſenſus non præſtat
auctoritatem actui; cuius qualitas ignoratur.
vt not.Pariſ.in conſ 130.num.14.vol.4. & infra
23 demonſtrabo:& potiſsimum † quando eadem
die in qua fit contractus.ſeu publicatur,inter-
ponitur:vt ipſe Pariſ.probat in conſ.12.nu 92.
in primo vol.nec apparet aliquam præceſsiſſe
24 †cauſſæ cognitionem; quæ nec præſumitur ex
temporis breuitate. Anc.in conſ.72.quem ſe-
quitur Pariſ.in.conſ.125.num.27.in 1. vol.

Et quod emphyteuſis de qua in themate
nulliter fuerit facta, etiam de iure ante Pauli-
25 nam ſic probo: videlicet;in alienatione † rei
Eccleſiæ duo copulatiuè requirũtur, ita quod
vno deficiente ſit nulla. Cauſſa ſcilicet, & ſo-
lemnitas.c.Sine exceptione.12.q.2. & in termi
nis.Rot.deciſ.178. in 2.vol.diuerſ.nouiſſ.cuius
concluſio eſt videnda ad ſuſtentationem nul-
26 litatis vbi agitur, quod neque † auctoritas Pa
pæ ſupplet defectum cauſsæ,ita quod,etiam ſi
27 interueniſſet, deficiente cauſſa † non conua-
lidaret,quod nulliter fuit actum: quod fuit de
mente Fed.de Sen.in conſ.142. num.1. & 3. &
Dec.in conſ.141.num.4. & ita quando vel præ-
ſumptiuè, vel probatione adeſſet beneplaci-
tũ; deficiẽte cauſſa alienationis:nullitas,quę
ex ipſo defectu fuit,nõ conualidaretur,& quã-
to magis ſi deficiat cauſſa,& ſolemnitas: cauſ-
28 ſa † verò,aut ex neceſsitate,vel euidenti vti-
litate apparere debebat. c.Sicut Eccleſia,cum
alijs ſequentibus. 12. q.2. aliàs nulliter fuit a-
ctum vt ſupra,& tradit Abb. in c.Nulli.num.7.
de reb.Eccl.non alien. & omnes doct. in ca. 1.
eod. tit. in 6. & quatenus etiam cauſſa fuiſſet
narrata,cum de ea non fuerit facta cognitio,
non ſufficit ad validitatem; quia non creditur
29 † Rectori atteſtanti fieri ex cauſſa vtilitatis;
immò neq; ſuperiori;niſi aliunde per cognitio
nẽ conſtet:ſicut probat Fed. de Sen. in d.conſ.

142.

Digitized by Google

142.num.1.& 3.Gemin.in d.conſ.48.num.1.2.&
3.& Rot.in allegata deciſ.178.& debet conſta
30 re † eſſe veram, vt ibi Gem.num.6.& 7. & latè
Ioeſph.Maſcard.concluſ.75.nu.16: 17. & 18.19.
& 20. & Franc.c.1.nu.4.de reb. Eccl.non alien.
in 6. & ſequitur Rota allegata: ad finem.dicēs
quod de cauſſa vtilitatis debet fieri diligens
inqniſitio: vnde cum in ſcripturis mihi tranſ-
miſsis nulla ſit facta probatio cauſſæ; neque
obligatio:non eſt diſputandum ſuper vſu Pau-
linæ,neque ſuper præſumptione beneplaciti:
31 quia non conſtando † de euidenti vtilitate, vt
decreuit Rot. in d.deciſ.178.num.10.nulla di-
citur fuiſſe cauſſa alienādi, & alienatio eſt nul
la vt ſupra,immò ſi rectè conſiderentur ſcrip-
turę potius conſtat de damno: quia tot bona
fructifera alienata ſunt pro lib. 41. & ipſi em-
phyteutę ſaltem tacitè confeſsi ſunt de dāno;
quando augumentum fecerūt, vſque ad libras
80. & fortius conſtat de nnllitate; quia per il-
32 lud argumentum † dicitur factus nouus con-
tractus; vt habetur in l.Pacta conuenta: §.Pau-
lus notat.ff.de contrah. empt. in quo nulla in-
teruenit ſolēnitas, neque cauſsæ cognitio: ſed
ſolum partes ad hoc conuenerunt etiam non
adhibito conſenſu ordinarij: ex quo indubita-
ta fuit nullitas: Quare & ex iſto nouo contra-
ctu conſtat de nullitate: & ex primò, quia ne-
dum nulla cauſa apparet: ſed & deficit aucto-
ritas Papæ: immò ordinarij:quia ſolus conſen-
ſus ſine iuſtificatione cauſsæ non operatur va-
liditatem vtſupra: Nec illa ſubhaſtatio opera-
tur legitimum effectum: tum quia ſubhaſtatio
33 nes † in alienatione rerum Eccleſiæ non ſunt
neceſſariæ; ſecundum Bal. in auth.hoc ius por-
rectum. nu.3. c. de Sac. San. Eccl. verſ. Sed hic
34 quæritur. cum etiam quia ſubhaſtatio † non
probat vtilitatem.l.Si quos. C.de reſcind.vēd.
35 prout oportebat probare: cauſſa † enim alie-
nationis ad vnguem vera debebat perſcrutari.
l.Cum hi.§.Si prætor.ff. de tranſact. & dato φ
ſubhaſtatio requireretur; oportebat primò,
& ante omnia quod conſtaret de vtilitate vel
36 neceſsitate; cum ſola † ſubhaſtatio hoc non
37 probet.d.l. Si quis. clerici † enim alienare bo
na Eccleſiæ nō poſſunt,niſi ex cauſa vtilitatis,
vel neceſsitatis vtſupra.d.c. Sine exceptione.
& c.Tua nos.de his,quæ fiūt à præl.Et meliora
38 tio † non tantum debet conſiderari quo ad tē
pus præſens; ſed ad futurum,quia Eccleſia alie
nando patitur damnum in vtile dominiū.Dec.
in conſ.141. num.4. & per totum: nec obſtat. l.
Si voluntate. C.de reſcind. vend. vbi videtur
eſſe attendendum tempus contractus: quia il-
39 lud procedit quando fit alienatio de re bo-
ſchiua, vel inculta: ſecus verò de cultiua, &
aratoria. vt notat Iacob. Alb. in conſ. 34. nu.
15.& 16. & Natt. in conſ.631.nu.15.16.& 17.&
in iſto caſu verſatur de re cultiua, & bona: &
ſic ſemper concludi poteſt de inualiditate: ſi-
cut ego concludo mea quidem ſententia, ſal-
ua tamen veritate ſi fallor. Laus Deo,& B. M.
ſemper Virgini.

CONSILIVM CLIX.

Aedificare quando vicinus non poſſit inuito vicino.

SVMMARIVM.

1 *Conditio eſt adimplenda.*
2 *Conditio non ſe extendit ad non expreſſa.*
3 *Promiſſio conditionalis non valet niſi impleta cō-
ditione.*
4 *Frangeti fidem, fides poteſt frangi.*
5 *Conditio non adimpleta non obligat. & num. 7.8.
& num.11.*
6 *Conditio ſuſpendit actum donec adimpleatur.*
9 *Conditionis implementum debet præcedere in actu
facto, & conſumato.*
10 *Paria ſunt nihil fieri, aut ſub conditione non pu-
rificata.*
12 *Qui non adimplet conditiones remanet priuatus
commodo, quod habuiſſet.*
13 *Conditio ſtat pro forma.*
14 *Conditio nihil ponit in eſſe antequā ſit purificata.*
15 *Nihil poteſt fieri de promiſſis, niſi adimpleta con
ditione.*
16 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
17 *Spoliator etiam dicitur, qui mandat.*
18 *Altitudo, tigna, & feneſtræ denotant murum eſ-
ſe totum vicini.*
19 *Fabricans in alieno tenetur actione, quod vi, aut
clam.*
20 *Tempus agendi contra fabricantem in alieno du-
rat per annum. & num.21.*
22 *Dominus muri, ſuper quo fabrica eſt conſtructa
eo abſente, poteſt auctoritate propria fabricam
deſtruere.*
23 *Aedificium in alieno conſtructum debet quampri
mum demoliri.*
24 *Aedificans in ſolo alieno dicitur inferre violen-
tiam inquietatiuam.*
25 *Vim dicitur inferri ei, qui propter metum pati-
tur ædificari in ſuo.*
26 *Metus dicitur etiam quando dubitatur de aliquo
modo. & num.36.*
27 *Metus dicitur quando adeſt cauſa dubitandi. &
num.28.*
29 *Quilibet debet mala præcauere. & num. 30.*
31 *Ab omni ſpe mali debemus abſtinere.*
32 *Metus iuſtus dicitur etiam quādo tolleratur quod
non eſt veriſimile: & habetur pro probato. nu.
33. 36. 37.*
34 *Tollerantia non præiudicat, niſi adſit vera ſcien-
tia. & num.35.*
38 *Clam dicitur facere, qui verè non denuntiat, &
qui debebat cogitare quod euenire poterat. nu.
39. & qui totum non denuntiat. num. 40. &*
cum

cum dolo dicitur. num.41. & 42.
43 *In culpa dicitur, qui non facit, quod homo prudens faceret.*
44 *Dolus dicitur in eo, qui non facit, quod natura rei optat.*
45 *Deſtructionẽ rei malæ ædificatæ Iudex debet cõmittere.*

Caſus talis eſt.

REuerendus Sigiſmundus habebat domum in Ciuitate & Magnificus Dominus Syluester aliam domum vicinam eidem Reuer. Sigiſmundo, ſed à parte deſuper d. Dominus Syluester habebat hortum in finibus domus Reuerendi Sigiſmundi; in qua parte domus totus murus erat d. Reuer. Sigiſmundi cum feneſtris reſpicientibus in horto d. Domini Syluestri; per quas habebat lumen in horteo: volens. d. Dominus Syluester facere ſibi ædificium in d. horto, acceſſit ad Reuer. Sigiſmundum qui in Villa commorabatur; & petijt ab eo licentiam ædificandi ſupra. d. murum, in quo fundata erat pars domus d. Reuer. Sigiſmundi offerens ei ſoluere medietatem d. muri, petens etiam licentiam ex[t]ẽdẽdi aliquantulum à parte ſuperiori eius fabricam, vt latiora cubicula faceret: & d. Reuer. conceſſit ea cõditione oblata ſoluendi medietatem d parietis. Qui Dominus Syluester abſente d. Reuerẽdo incœpit ædificium nulla æſtimatione, neq; ſolutione facta. d. medietatis: & multa tigna perforando totum parietem, poſuit in muro etiam in parte altera; & altius ſupra tectum Reuer. Sigiſmundi ad ſex brachia extulit ſuũ ædificium; in eaque altiori parte fecit feneſtras reſpicientes ſupra tectum Reuerendi Sigiſmundi: de quibus tignis, neque de prædicta altitudine & feneſtris vllam d. R. fecerat mentionem: quod cum ei fuiſſet relatum, malè ſentiens de huiuſmodi ædificio ſic cõſtructo cum damno futuro, & præſenti domus ſuæ, dolens quod realiter non fuiſſet ei narratum factum, & quod medietas muri nõ fuerit ſoluta: petijt quid agere valeat: ex quo obſtant nunc feriæ vindemiarum, in quibus non agitur in iudicio: Quibus ſtantibus ego reſpondi, vt infra videlicet.

Conditio appoſita, quod ſoluatur medietas parietis fuit voluntaria, & poteſtatiua, quia erat in poteſtate Reuer. Sigiſmundi eam dare
1 licentiam, vel negare; ita quod conditio † de ſoluendo medietatem muri ſecundum præſũptam inteutienem. d. Reuer. de ea adimplenda, adimpleri debebat. Gl. fin. & ibi doct. in l. 2. C. de cond. inſert, inſtitu. de leg. § fin. quæ con-
2 ditio † non ſe extendebat ad non expreſſa, ſcilicet ad altius tollendo, neque ad tigna immittẽdo in parte Reuer. Sigiſmundi, dato quod altera medietas fuiſſet ſoluta: vt notat Dec. in
3 conſ. 227. In caſu. num. 2. vnde non † adimpleta conditione, nihil valet promiſſio, nec tenetur d. Reuer. Sigiſmũdus eam ſeruare. l. Si quis maior. C. de tranſact. & habetur per Matheſ. ſingul. 51 & per Felin. in c. 1. num. 6. de tregu. & pac. quod procedit etiam ſi interueniſſet iura-
4 menum, quia frangenti † fidem, licet eidem frangere. l. Cũ proponas. la 2. C. de pact. c. Peruenit. il 2. de iureiur. Abb. in c. 1. de tregu. & pac. & Felin. in d. c Peruenit: vnde illa condi-
5 tio † cum non fuerit adimpleta; non obligat ad diſpoſita. l. 1. ff. de donat. l. Si donaturus. in
6 prin. ff. de cond. ob cau. quæ erat † tantæ efficatiæ, quod ſuſpendebat actum; ita quod nihil poterat fieri donec fuiſſet adimpleta. Bar. in l. Qui hæredi. in fin. ff de cond. & demon. & Bal. in l. Arethuſa, in primo notab. ff. de ſtat. hom.
7 vbi dicit, quod conditio † debet adimpleri, antequã quod eſt diſpoſitum ſummat effectum, & in 1. repet. d. l. in 2. notab. dicit quod imple-
8 mentum † conditionis debet præcedere ad hoc, vt diſpoſitio purificetur: & debet præce-
9 dere † in actu facto & conſummato, aliàs nihil valet, quod erat in diſpoſitione. l. Quoties. ff.
10 de noua. l. Sub conditione. ff. de ſolut. Paria † enim ſunt nihil fieri, aut ſub conditione, quæ non ſit purificata. Rip. in lib. reſpon c. 1. n. 23. Ceph. in conſ. 56. n. 11. in primo vol. & in conſ. 97. nu. 98. eod. vol. Talis nanque eſt natura cõ-
11 ditionis, quod ea, quæ erant † in conditione ſunt prius exequenda, antequam habeat effectum, quod erat in diſpoſitione. idem Cephal. in conſ. 17. num. 21. & in conſ. 22. nu. 7. in eod. primo vol. & in conſ. 532. num. 6. vol. 4. probat quod promiſſio facta ſub cõditione eſt tanquã non facta, ſi non ſit conditio adimpleta: & qui
12 † conditionem non adimpleuit remanet priuatus ab omni commodo, quod poterat conſequi. l. pen. ad finem. C. de leg. & facit. l. Quæſtionem. c. de fideicom. & tradit Dec. in conſ. 273. nu. 4. Quare promiſſio facta per Reuer. Sigiſmundum eſt tanquam non facta, cum conditio
13 non fuerit adimpleta, quæ ſtabat † pro forma. l. Rem non nouam. C. de iud. & l. Comparatio-
14 nes. C. de fid. inſtrum. quæ nihil † ponebat in eſſe antequam adimpleretur. l. Cedere olim. ff. de verb. ſignif. Bar. in l. 1. ff. de cond. & demon. l. 1. ff. de donat. & l. Si donatarius. ff. de cond.
15 ob cau. Quare nihil † oportebat fieri, niſi purificata conditione. Bar. in d. l. Qui hæredi. ad finem, & omne quod eſt factum, tanquam nulliter, & per vim, ſeu clam factum diſtrahi de-
16 bet, quod ita probo: videlicet: ſpoliatus † ante omnia eſt reſtituendus. c. Sæpe. vbi commu-
17 niter doct. de reſtit. ſpol. & ille dicitur † ſpoliator, nedũ qui manibus proprijs ſpoliat, ſed qui mandat. l. 1. §. Deieciſſe. cum §. Sequen. ff. de vi, & vi arma. c. Qui per alium. de reg. iur. in 6. Vnde Dominus Syluester dicitur ſpoliaſſe R.

Sigiſ-

Sigiſmũ dñi;qa ædificauit in ſuo pariete;& ab-
ſtulit ſolitã ſeruitũtẽ,& lumẽ;immò quatenus
conditionẽ adimpleuiſſet, & medietatẽ muri
acqſiuiſſet,in eod. tñ incidit; qui tigna poſuit
in parte,q̃ remanere debebat. d.Reu. & altius
tollendo ædificiũ totũ murũ grauauit;faciẽdo
ẽt feneſtras in parte altiori ſupra tectũ.d.Reu.
18 quæ altitudo † ſic poſita: & tigna, & feneſtræ
denotant totũ murũ eſſe.d.D.Syluestri: vt pro
bat Nicol.Boe.in cõſ.5.n.6. & p totũ,qui eſt vi
dẽdus in hac materia,& faciunt notata p Ce-
ph.cõſ.130.n.11.vſq; ad finẽ.vol.1. & ſic etiã ſi
cõditio fuiſſet purificata:quia nihil iuris habe
bat in parte.d.Reu. dr̃ eum iure ſuo ſpoliaſſe,
19 & tenetur† actione,quod vi aut clã:& conſe-
quenter liceret. d. R. Sigiſmundo auctoritate
ꝓpria oĩa deſtruere.l.Quẽadmodum.§.1. ff. ad
l.Aquil.l.Si vitem.§.ſi ad ianuam.vbiGl. in ver
bo,Aut certè.ff.qđ vi,aut clã:& licet fabrica ſit
iã cõſtructa,& lapſi ſint duo circiter menſes:tẽ
20 pus † tñ agendi cõtra d. Dominũ Syluestrum
durat per annũ.l.1.§.1.ff.de vi,& vi arm.l.2.C.
21 vnd.vi,& tantò magis,quia† abſente. d. Reu.
oĩa facta fuerunt. l.Sabinus. ad fin.ff. cõmu.di-
uid.ſed ego cõſulo,quod reddat bonum ꝓ ma
22 lo:& quãuis ſua auctoritate†poſſet ad deſtru-
tionem ire d.l. Quẽadmodum,& l. Sed ſi inter
te.ff.de ſeru.vrb.præd.& tradit Alex. poſt Bar.
in l.1.§.Nunciatio.poſt prin.ff.de nou.ope.nũt.
& Inn.in c.1.ver.& idẽ ꝙ dicit de immun.Eccl.
tñ per viã iuris agat ad demolitionem. Nã qñ
23 per vim huiuſmodi† ædificium ſit cõſtructum
demoliri debet nullis admiſſis exceptionibus.
l.1.§.Et parui refert.vbi Bar. in prin.ff.quod vi
aut.clã.Quod autẽ vis intelligatur facta iſto ca
ſu aducto,quod nedum vis dr̃, ſi facta prote-
ſtatione proſequatur ædificando,ſed qñcunq;
24 ædificatur in ſolo alieno:qa tunc†dicitur fieri
violentia inquietatiua: & contra ædificantem
competit interdictum quod vi,aut clam:l.Ex-
tat.vbi Bar.num.5.verſ.Eſt tertia violentia. ff.
quod met. cau. & in l.Metum.§.2.eod.tit.quã-
25 do enim ille † cui fit vis,patitur propter me-
tum: dicitur ei vis facta: d.l.Metum.§.2. dicit
enim textus.Si tu p vim ædifices in ſolo meo:
mihi competit interdictum quod vi,aut clam,
& interdictum,quod met. cauſſa:quia per me-
tum patior:metus autẽ nõ ſolum procedit, qñ
26 præcedunt minæ:ſed qñ †probabiliter põt du
bitari. de aliquo malo, vt not.Inn.in c.Si verò.
de ſent.excom.& Ang.in §. Ius autẽ gentium.
inſtit.de iur.nat. gent.& ciuil. & ad iuſtifican-
27 dũ† quod quis aliq̃d per metum fecerit.ſuffi-
cit,qđ aliqua fuerit cauſſa dubitãdi.Bal.in l.fi.
1.col.C.de iur.delib.& Inn.in c.Bonę memorię
28 magun.n.1.de elect.vbi dicũt ꝙ eſt †iuſtus me
29 tus qñ dubitatur de aliquo malo:cũ nemo†de
beat ſe piculo exponere: & qlibet dẽt futura
30 mala†præcauere:Inn.in c.Inqſitionis:ad fin.de
31 ſẽt.excõ.Ab oĩ.n.†ſpe mali abſtineri oportet.
c. Cũ ab oĩ.de vit.& hon.cler.ꝙ eſt dictũ.Paul.
Ap.in 1.ep.c.5.ad Theſſal. vnde d.R.Sigiſmun
d' ꝓbabiliter dẽt habere ſuſpicionẽ de aliquo
maiori malo, ſi vellet auctoritate propria de-
ſtruere ædificiũ: & cõſequẽter diceretur ſtetiſſe
32 p iuſtũ metũ:& iuſtus†metus eſt ẽt qñ fit ali-
quid, vel tolleratur,ꝙ non ſit veriſimile;vt tra
dit Bal.in l.Interpoſitus.c de tranſact. quẽ re-
fert cum alijs plurimis.Rol.à Val.in cõſ.100.n.
112.vol.4 vbi dicit ꝙ qñ quis facit aliquid ꝙ nõ
ſit veriſimile,dicitur per metũ,ex cõmuni opi
33 nione; & habetur † pro probato illud, ꝙ non
eſt credibile in cõtrariũ,nec perſuaderi põt a-
licui probo viro: vnde cũ nemo præſumatur ia
ctare ſuũ.l.Cũ de indebito.ff.de procur.cũ alijs
ſimilibus:non erit veriſimile ꝙ tollerãtia R.Si
giſmundi ſit,vt velit iactare ſuũ:nec tollerãtia
34 †aliquid operatur, niſi præcedat vera ſciẽtia.
Bal.& alij doct.in l.Barbatius. ff.de offic.præt.
& Inn.in c.Sciſcitatus.de reſcrip.vnde R.Sigiſ
mũdus abſẽs à ciuitate,nullã habuit ſciẽtiam
de prędictis,qñ agebãtur,ſed ſolũ poſt q̃ fabri
35 ca erat cõſtructa:& tollerãtia†actus facti cõ-
tra legis diſpoſitionẽ nõ cõualidat actũ:qa il-
le actus hẽt in ſe malã fidẽ.c.Qui cõtra iura.cũ
ſua Gl.de reg.iur.in 6. vnde huiuſmodi tollerã
tia dẽt dici p metũ rõnibus de qbus ſupra:me
36 tus†.n.hẽtur ꝓ ꝓbato,qũ tolleratur, ꝙ bonus
vir nõ crederet.Bal.in d.l.fi.poſt prin.C.de iur.
de lib.& Bar.in d.l.1.§.Si quis ratũ.ff.ꝙ vi, aut
clã:&Alex.in cõſ.vl.vol.3.& in cõſ.46.vol.4:vbi
37 dicũt illũ † eſſe iuſtũ metũ.vbi ſit iuſta ſuſpi-
cio:Quare dicẽdũ eſt fabricã hũſmodi vi fuiſ-
ſe cõſtructã.d.l.Metũ.§ 2. ergo erit deſtruẽda.
Et qñcunq. p vim non intelligeretur facta fa
brica:nullũ tñ dubium remanet. qn clã dicat:
38 nã ille †clã dr̃ facere, qui non denuntiat rea-
liter,ꝙ facere intendit.l.Prohibere.§. Clã.ff.ꝙ
39 vi aut clã:Immò ẽt,q†debebat cogitare poſſe
ſibi ꝓhiberi,ꝙ facere intẽdebat.l.Serui'. ff.eo.
40 ti.ꝙ vi aut clã:& ẽt ille†qui ſi deñtiat,totũ ꝙ
41 facere vult:non denũtiat:quare dr̃ clã,& cũ †
dolo feciſſe.l.Aut q aliter.ff.eo.ti.& hic eſt ca-
ſus in terminis; nã D. Syluester occultauit R.
D.Sigiſmũdo velle altius in muro ſuo ſupra te
ctũ fabricã extollere:feneſtras facere, & tigna
ſup totũ murũ.d.R.ponere:ex quo iuſtã dedit
cauſſã agẽdi cõtra ipſum interdicto, qđ vi aut
clã:ẽt ſi acquiſiuiſſet dñium in medietate mu-
42 ri ſeruata cõditione:qa iſta†oĩa clã dr̃ feciſſe;
non requiſito de illis d.R.l.Clã poſſidere.ff.de
acquir.poſſ.& notat Bar.in l.Alio.n.6.ff. de ali.
43 & cib. leg.& in d.l.Aut qui aliter.vnde dr̃ in †
culpa;cũ nõ fecerit,quod hõ probus,& diligẽs
faceret.Gl.in l.Videam' in verbo,ſuo nomine.
44 ad finem.ff.loc.Immò ẽt in dolo;quia†nõ fecit
quod natura rei deſiderat.l.Quod Nerua.ff.de
poſ. ſicut natura ædificandi poſtulat, quod in
ſolo alieno nemo ædificet:neque in communi,
ſine licentia illius, qui habet intereſſe: alias
45 quod agitur deſtrui debet:ad quod† iudex ex
officio tenetur l.Semper.§.Si quis.verſ.Officio

autem.ff quod vi,aut clam.vbi textus hæc pro tulit verba,ſcilicet: officio aũt iudicis ita oportere fieri reſtitutionẽ, ideſt deſtructionẽ, exponit ibi Gl.eſt iudicandũ,vt in omni cauſſa eadem conditio ſit actoris,quæ futura eſſet, ſi id opus,de quo actũ eſt,neq; vi,neq; clam eſſet factum.Et ita iuris eſſe cenſeo. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLX.

Iuramentum quando non obligat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramẽtũ eſt acceſſoriũ ſuper quo eſt interpoſitũ.*
2 *Iurans illicitum non tenetur obſeruare.*
3 *Iuramentum debet habere tres Comites.*
4 *Iurans vno Comite deficiente non dicitur iuraſſe.*
5 *Iurãs dẽt habere veritatẽ, diſcretionẽ,et iuſtitiã.*
6 *Iurãs nõ perſcrutãdo ueritatem dr̃ temere iuraſſe.*
7 *Iurans incautè non obligatur ad obſeruantiam.*
8 *Iuramentum ad incognita non valet.*
9 *Iuramentum ſimplex ad illicita non ſe extendit.*
10 *Iuramentum non ſeruans ex cauſſa à iure permiſſa,non eſt periurus.*
11 *Statutum ſimpliciter iuratum intelligitur ſicut de iure valere poteſt*
12 *Canonici poſſunt malè à prædeceſſoribus ordinata retractare.*
13 *Iuramentũ contra canonicas ſanctiones nõ ualet.*
14 *Iuramentum in præiudicium alterius non valet.*
15 *Ordo ſacer non eſt annexus canonicatui.*
16 *Negligens habere ordinem annexum beneficio amittit medietatem diſtributionum.*
17 *Canonici nõ poſſunt ſtatuere cõtra iura ordinarij.*
18 *Canonici nõ poſſunt imponere onus ſup beneficio.*
19 *Onus imponi beneficio non põt niſi tp̃e vacationis.*
20 *Inferior nõ poteſt mittere manũ vbi Papa poſuit.*
21 *Papa ſemper intendit ſe conformare cũ iure cõi.*
22 *Papa non intendit tollere ius alterius.*
23 *Ius tertij per ſtatutum tolli non poteſt.*
24 *Princeps non præſumitur velle tollere ius alterius,niſi exprimat.*
25 *Iuramentum cõtra leges, & bonos mores non eſt ſeruandum.*
26 *Iuramentum inualidum non inducit periurium.*
27 *Statuentes poſſunt reducere ſtatutũ ad priſtinũ.*
28 *Iurantes ſtatuta contra canones:non tenentur ad obſeruantiam.*
29 *Diſtributiones ſunt inuentæ, vt augeatur numerus ſeruientium.*
30 *Merces debet dari operanti.*
31 *Iuramentum inualidum non obſeruans non incidit in periurium.*
32 *Ius publicum non poteſt tolli à priuatis.*
33 *Iuramentum ad incognita,et alterius præiudiciũ non obligat.*
34 *Qui laborat eſt dignus mercede.*
35 *Merces datur ſecundum opus.*
36 *Qui nõ dat mercedem laborãti,agit cõtra iuſtitiã.*
37 *Statutũ tollens mercedem operanti eſt iniquum.*
38 *Charitas eſt perfecta duplici modo.*
39 *Charitas ex parte diligẽtis tribus modiſ põt cõtingere.*
40 *Qui impedit charitatẽ,dicitur homo malus.*
41 *Charitas duo continet præcepta: amorem,ſcilicet, Dei, & proximi.*
42 *Amor Dei conſiſtit,in laudãdo,pſallẽdo,et orãdo.*
43 *Amor proximi conſiſtit in ſubueniendo,& faciẽdo,quod nobis fieri cupimus.*
44 *Charitatem non habens,dicitur habere odium.*
45 *Statutum, & iuramentum contra legem,charitatem, & contra alterum non valet, & qui non obſeruat non eſt periurus.*
46 *Statuto,& iuramento contra charitatem contrauenies non eſt periurus, nec tenetur petere abſolutionẽ.*
47 *Illicitũ iuramentũ non obligat.*
48 *Tollerabilius eſt non obſeruare iuramentum,quã quod eſt turpe facere.*
49 *Qui noxia promiſſa complet,& præcepta Dei cõtemnit,gladio mortis ſe trucidat.*
50 *Iuramentũ incautè interpoſitũ non eſt obſeruãdũ*
51 *Iurans malũ,de præcepto tenetur facere oppoſitũ.*
52 *Iuramentum in quo deficit vnum ex tribus comitibus eſt peccatum.*
53 *Iuramentum in damnum cultus diuini non valet.*
54 *Statuto,vel conſuetudine induci non poteſt,quod diſtributiones non debeant dari ſeruientibus.*
55 *Reuocari iuramẽtũ illicitũ põt ad inſtãtiã alterius.*
56 *Iuramentum ſuper aliquo pertinente ad cultum Dei,et religionem,vel pietatem remitti nõ põt: et contra cultũ,et religionẽ,uel pietatẽ põt tolli.*
57 *Iurantes,qui commodum percipiunt, poſſunt ſibi inuicem remittere iuramentum.*
58 *Suum quilibet poteſt ad placitum diſponere.*
59 *Statutum, & iuramentum contra bonos mores, contra bonũ publicũ,contra ius tertij,et contra ius q̃ſitũ,põt remitti ſine piurio,et abſolutione.*
60 *Impeditus iuſta cauſſa facere quod iurauit, non incidit in periurium.*

Domine labia mea aperies.

ALlegatis fauore canonicorũ nõ reſpondeo;quia ille conſultor nõ fuit rectè informatus:ſed caſũ iuramẽti attingã:& pro dilucidatione duas regulas pro fundamẽto proprio,videlicet.Acceſſoriũ ſeq̃tur naturã principalis:& nõ eſt obligatoriũ cõtra bonos mores præſtitũ iuramẽtũ:ex q̃bus inſurgit veritas, ꝙ ſi nõ valet ſtatutũ;nec ẽt iuramẽtũ,& ſuper ſtatuto ſcripſi in cõſ. 153. ꝙ ſcilicet non valet; &
1 conſequenter † iuramentũ nõ obligat,quia eſt Acceſſorium.c. Quemadmodum. de iureiur. l.
2 fin.C.de non num. pecu. & qui illicitum † iurat non debet ſeruare quod iurauit; aliàs in pœnã periurij,ſaltem in genere, cadit. c.Qui Sacra-
3 mento.22.q.4. Iuramentum † nanque,vt valeat debet habere tres Comites: veritatem ſcili-
4 cet, iudicium: & iuſtitiam: & qui iurat † vno deficiente,non dicitur iuraſſe, ſed periuraſſe. c.Animaduertendum.22.q. 2. c. Et ſi Chriſtus. §.Iacobus quoque.de iureiur.c.Iurabunt.22.q. 1. & Gl.in d.c.Et ſi Chriſtus.declarat illos tres

Comi-

Digitized by Google

5 Comites, vt ſcilicet qui † iurat, veritatem de-
bet iurare: habere diſcretionem, & delibera-
tionem: & iuſtum, & licitum iurare: quos Co-
mites D.Thom.2.2.q 89.artic.3. dicit neceſſa-
rios: vnde qui iurat illicitum, licet putet lici-
6 tum, ſi non † adhibeat omnem diligentiã per-
ſcrutando veritatem, dicitur temere iuraſſe
ſine iudicio, & diſcretione. c. Homines. 22. q. 2.
7 & ibi Gl. in verbo, Temerè: & qui † incautè iu-
rat, non obligatur ad obſeruantiam. c. Non eſt
8 obſeruandum. 22. q. 4. quia † ad incognita iura-
mentum non valet. c. Veniens. & ibi Gl. de iu-
reiur. & tradit Pariſ. in conſ. 95. num. 26. in 3.
volu. quare ſi ſtatutum, ſuper quo iuratur, eſt
inualidum; etiam iuramentum eſt inualidum.
d.c. Quẽadmodũ, & d.l. fin. C. de non num. pec.
9 Iuramentum † etiam ſine cognitione inter-
poſitum, dicitur ſimpliciter interpoſitum; &
tunc, quia dicitur ſecundum ius, ad illicita nõ
ſe extendit; & ſeruat iurantes à periurio: ca.
Quintauallis. de iureiu. l. Si libertus. ff. de oper.
lib. c. Ad audientiam. il 2. de iureiur. c. Ex par-
10 te. de cler. non reſid. vnde qui ex † cauſſa à iu-
re permiſſa non ſeruat iuramentum, non eſt
periurus. Alex. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & in-
ferius dicam: quare illi qui ſimpliciter iuraue-
runt nulla inquiſitione facta de contentis in
libro: non eſſent periuri ſi quod iuris eſt face-
11 rent; quia in d. caſu ſtatutum † ab eis intelligi-
tur iuratum ſicut de iure poteſt valere. l. Cum
patet. §. Filius matrem. ff. de leg. 2. & notant
doct. in c. Venientes. & d.c. Ad noſtram. de iu-
reiur. & Bar. in l. Eam quam. C. de fideic. in 6. ca
12 ſu. vnde præſentes canonici † poſſunt, & debẽt
mala à prædeceſſoribus ordinata retractare.
Abb. in c. Epiſcopi. in 2. notab. de reb. Eccl. nõ
alien. l. Quamuis. ff. de reb. eorum, l. Iure noſtro.
ff. de teſtam. tutel. Bal. in l. Quæcunque. col. 2.
verſ. Scias tamen. C. de boniſq; lib.
13 Iuramentũ † ẽt contra canonicas ſanctiones,
ſicut ſtatutũ, nõ valet. c. Si diligẽti. de for. cõp.
vbi Gl. in verbo. Iuramẽtũ, multa allegat: ſicut
14 in dãnũ † alterius non præiudicat. c. Quáuis pa
ctũ. de pact. in 6. & ibi. Io. Vanq. & alij: de iure
15 verò canonico † ordo ſacer non eſt annexus
canonicatui; vt eſt videre in c. 1. de cler. non re
ſid. in 6 & in Clem. Vt hi qui. de ætat. & qual.
in primo itaq; textu ſtatutũ eſt ꝙ diſtributio
nes debeát dari intereſſentibus horis canoni-
cis, nulla facta mẽtione ordinis: & in 2. ſi ordo
16 ſit annexus in pœnam † negligentis ordinẽ ha
bere, datur ammiſſio medietatis diſtributio-
nũ; vnde habetur ꝙ qñ ordo non ſit annexus,
diſtributiones integræ ſunt dandæ ſeruienti-
bus. ergo ſtatutum, ſicut iuramẽtum, eſt contra
iura canonũ, & nulliter: & fortius iſtud patet
de iure ſpeciali. quia qñ Papa in erectione col
legiatæ dedit facultatem canonicis ſtatuendi,
vltra ꝙ illa facultas non ſe extendit ad hoc, vt
dixi in d. conſ. 153. tñ expreſsè dixit: dũmodo
ſtatuta non ſit cõtraria ſacris canonibus: neq;
17 canonici † poſſunt facere ſtatuta contra iura
ordinarij. c. Sicut noſtris. de iureiur. & ibi Gl.
fin. neque in his, quæ pertinent ad ſtatum Ec-
18 cleſiæ: vt in d. conſ. 153. probaui: neq; † poſsũt
onus imponere ſuper canonicatus; quibus Pa-
pa non impoſuit. Abb. in c. Præterea. il 2. nu. 6.
de iur. pat. & Card. in Clem. Quia contingit. §.
Vt autẽ. in 3. not. de relig. dom. & licet particu
lari beneficio onus à patrono cum ordinatio.
ex c. Significatum de præben. poſſit imponi, &
19 aliàs tenui, tñ illud † procedit ſolũ in tẽpore
vacationis, & in particulari beneficio, ſecus in
generali; quia præter ꝙ ſimilis auctoritas non
datur capitulo: eſſet mittere manũ in auctori-
tate Pontificis: & ſtatuere contra ea, quæ ipſe
20 fecit, quod neq; † ordinarius põt. c. Inferior. 21.
diſt. & c. Inferior. de maio. & obed. & latè Gl. in
c. Statuta; in verbo. Figuras, & communiter ap
probata, in 1. & 2. add. de hæret. in 6. Neq; in
præiudiciũ alterius ſtatuere poſſunt, vt ſupra,
& infra dicam: ſicut nec contra ius commune:
21 cui Papa † ipſe intendit ſe conformare. c. Duo-
bus. de reſcrip. in 6. & c. Si mota. de præben. nec
22 vnquam tollere † ius alterius niſi expreſsè di-
cat. c. Ad aures. de reſcrip. & c. Quáuis. eo. tit.
23 in 6. & ius tertij † per ſtatutum tolli non põt. l.
fin. vbi Bar. ff. de pact. Innoc. in c. Quæ in Eccle-
24 ſiarũ. de conſtit. quod neque Princeps † intẽ-
dit tollere, niſi exprimat. Felin. in c. Cũ olim.
num. 5. verſ. Tamen de mente Papæ. de ſent. &
re iud. Ius nanq; habẽdi diſtributiones ſine or
dine ſacro, erat iã quæſitũ vltra 30. annos ab
erectione collegiatæ, vſq; ad ſtatuta: ergo ſta-
tutũ, & iuramẽtũ in eorũ præiudiciũ nõ valet.
25 Iuramẽtũ † aũt contra leges, & bonos mores
non eſt ſeruandũ. Gl. in d.c. Quemadmodũ. in
verbo oculos: & Pariſ. in cõſ. 95. n. 26. & 35. vol.
3. vbi alia allegat. & facit regula, Non eſt obli-
gatoriũ. de reg. iur. in 6. vnde reſultat cõcluſio
26 quod ſtatutũ, pariterq; iuramentũ † ſit inua-
lidum cuius inobſeruantia non inducit periu-
rium, neque neceſsitatem petendi abſolutio-
nem. vt probat Pariſ. in conſ. 92. vol. 4. n. 56. vſq;
ad finem, & maximè quando agitur de reducẽ
27 do ius ad priſtinum: ꝙ ſucceſſores immò † præ
deceſſores, ſi adeſſent, poſſent reducere. c. 1. de
iureiur. in 6. & Pariſ. vbi ſupra, & habetur. in c.
Si diligenti. de for. cõpet. vbi ſtatuta, & pacta
contra canones, & libertatem Eccleſiæ non va
28 lent: neque † iurantes tenentur ad obſeruan-
tiã, per quos textus Abb. in c. Cũ cõtingat. de
iureiur. in add. nu. 22. verſ. Octauus caſus. dicit,
ꝙ nõ eſt neceſſaria abſolutio. Lex verò canoni
ca, quæ inſtituit ꝙ deberẽt dari diſtributiones
29 ſeruientibus: tẽdit ad fauorẽ publicũ; cũ ſint †
inuẽtæ, vt augeatur numerus ſeruiẽtiũ Deo. d.
ca. 1. de Cler. nõ reſid. in 6. not. Caſſad. in deciſ.
Vnica. eo. ti. & vt impleat ſentẽtia Dñi N. Ieſu
30 Chriſti; ꝙ ſcilicet debeat † dari merces operá-

ti.vt ex Luca Euangeliſta, & etiam Matthæo,
ca.10.Diſtributiones enim dantur pro merce-
de.d.c.1,de Cler.non reſid.& tenuit Rot.deci,
330.in 1.vol,diuerſ,nouiſſ.vnde, & ſtatutum vt
probaui in d.conſ,153.& iuramentum eſt inua-
lidum.& tradit etiam Bal in l.Pacta,quę cõtra.
C,de pact.& Alex.in conſ.21.nu.16.vol.3.& Qui
31 illud non† obſeruat non incidit in periurium,
nec tenetur petere abſolutionem,niſi ad cau-
telam. Lap.alleg. 21. qui in præcedenti alleg.
dicit,qđ Canonici ſtatuentes contra ius,& iu-
ra alterum tangentia,ſunt contra charitatē,&
non valent,& qui ea non obſeruat, nõ incurrit
pœnam periurij: ſunt enim cõtra bonos mores
naturales,quia ſunt cõtra legē conditā fauore
32 publico & ius†publicũ non poteſt tolli à pri-
uatis.l.Ius publicum.ff.de pact.Sylu.in ſum.Iu-
ramentum.4.nu.16.verſ.Aut lex, vel ſtatutũ:&
33 in nu.15.dicit,quod iuramentum † in alterius
præiudicium non obligat: ſicut ad incognita
non ſe extendit D.Thom.2.2.q.98.art.2.c.Cle-
ricus.de iurciur.
34 Contra bonos†mores naturales eſt ēt qñ ex
iuramento inducitur peccatum:ſecundum allē-
gata à Rol.à Vall.in conſ.98.n.17.& 18.vol.1.v-
bi dicit ſecundum doct.ab eo allegatos;qđ cõ-
cluſio prædicta procedit etiam ſi peccatũ eſſet
veniale:& ratio põt eſſe quia;qui verba Chri-
ſti non audit,non dicitur Deũ colere.c.Omnis
qui recedit.24.q.1.qđ ſignificat ēt Lucas Euã-
geliſta.in c.10.Immò D.Thom.2,2.q.105.art.1.
dicit,quod ille dicitur in mortali peccato, qui
ſpernit charitatē & Card.in Clem.1.in prin.ait
qđ ille eſt in peccato mortali,qui leges,& Ca-
nones non obſeruat:vnde Canonici, qui inſtãt
attēdere ſtatutũ,& iuramentũ contra charita-
tē & Canones,eſsēt in mortali peccato. Arch,
Gem.& Fran.c.Deteſtãda.de cõceſs.præb.in 6.
& tantò magis ſpernendo mandatũ Principis
patroni Iuriſpatronatus:nam peccat etiã, qui
Principi ſuo non obedit. c.2. de maio. & obed.
vbi Abb.ad finē dicit qđ indubitatum, qñ mã-
dat illud qđ eſt honeſtum; immò fortius idem
procedit qñ ſit dubium an mandatũ ſit;vel nõ,
iuſtũ:quia tunc etiam tenentur obedire; aliàs
incurrunt peccatũ.c.Quid culpatur. 23. q.1. &
Gl.in d.c.2.in verbo,Morte.ad fin.Mercenarius
35 † enim eſt dignus mercede; & qui abſtulit eī
36 mercedē†agit contra iuſtitiã.c.Extirpãdo.de
37 præb.vbi eſt caſus.& ſtatutũ†tollens mercedē
operanti eſt iniquum, & cõtra legē Canonicã,
& charitatem.D.Thom.2.2.q.24.ar.8.Qui enim
in vinea domini laborat,debet habere merce-
dem.c.Eccleſias ſingulis.§.2. verſ. Itē non alli-
gabis os bouis triturantis, & verſ.Item Apo-
ſtolus: qui altari ſeruit,de altari viuat.& verſi.
Item qui in Sacrario operantur, cum Sacrario
participant.14.q.1.& facit c.fin.de Magiſt.mer
ces enim datur ſecundum opus.l.Nemo. C. de
offic.mag. offic.l.Seio.ff. de ann.leg. Canonici
igitur inſtant contra charitatem.
38 Charitas † verò duplici modo eſt perfecta;
videlicet ex parte obiecti,quod eſt Deus, qui
ſicut eſt infinitus,ita infinitè eſt diligibilis. &
39 alio modo eſt perfecta ex parte†diligentis: &
hoc tribus modis põt eſſe.Primũ qđ quis totũ
cor ſuum habeat in Deũ,in ſuis actionibus.Se-
cũdo,qđ ſtudeat vacare Deo,& officijs diuinis.
niſi quantũ neceſsitas vitæ requirit.Tertio,qđ
in hac vita nihil cupiat,neq; velit,quod diuinę
voluntati ſit contrariũ.Et qui in aliquo horum
trium verſatur,dr̃ habere charitatem perfectã.
D.Thom. de quo ſupra.& eũ allegat Nauar. in
c.Charitas in quibuſdã perfecta.de pœni. diſt.
2.qui igitur vacat diuinis officijs dicitur in cha
40 ritate laborare:ergo qui† impedit ſimilē cha-
ritatem,agit contra eã.& dicitur homo malus.
c.Imolans.14.q.5.& c.Paſce.diſt.86.
41 Charitas†enim duo cõtinet præcepta:amo-
rē ſcilicet Dei,& proximi.cap. In ſcripturis. §.
42 Quies itaq; .verſ.Duo quippe.8.q.1.& amor†
Dei conſiſtit in verbis, laudando, & orando.c.
Si ſermo.de pen diſt.2.& Dauid in Pſalm.49.di
cit.Immola Deo Sacrificiũ laudis, & redde al-
tiſsimo vota tua:ergo pſallere demõſtrat cha-
43 ritatē in Deũ: & amor † proximi cõſiſtit in ei
ſubueniēdo,ſicut optamus nobis ſubueniri: &
ei qđ nobis cupimus fieri,faciendo.c.Charitas
44 eſt.§.Item proinde.de pen.diſt.2. & qui non †
habet charitatem dr̃ odiũ habere.c.Tolle cha-
45 ritatem.eod.tit.& diſt.ſtatutum†igitur,& iu-
ramentũ contra legē Canonicã contra chari-
tatē;& in præiudiciũ alterius, nullius eſt effi-
caciæ,& qui illud nõ obſeruat, nõ eſt periurus.
Sylu.vbi ſupra.nu.15.& 16.& probat Pariſ.in d.
conſ.92.vol.4.nu.55.vſq; ad fin.qui ēt dicit;qđ
46 † ſine obligatione petendi abſolutionē, neq;
periurij põt contrauenitũ: vt res ad priſtinũ re
ducatur;ergo ſi cõſueuerat Canonicus ſine Or-
dine Sacro habere diſtributiones ſeruiēdo,põt
47 ſine periurio ad eum ſtatum reuerti: illicitũ †
namq; iuramentũ non obligat.22 q.4. c. 1. Cũ
alijs ſeqq. vbi & in c.Vnuſquiſq;ead cau.& q.&
48 in c.Duo mala,13.diſt.notatur qđ eſt†tollera-
bilius non adimplere iuramentum, quã quod
eſt turpe facere.& in d.c.Duo mala.ad fin. hæc
49 verba dicuntur ſcilicet cum noxia † promiſſa
complemus,& iuſſa Dei contemnimus,& pro-
ximis impia crudelitate nocemus: nos ipſos
crudeliori mortis gladio trucidamus.& in c.Si
50 aliquid fortè 22.q.4.dr̃,qđ non eſt†obſeruã iũ
iuramentũ,quo malũ incautè promittitur:quę
qĩa affirmat. Gram.deciſ.12.n.13. & 14.& ſum.
Armil.in ver.Iuramentũ,n.38.& Ang.ēt in ſum.
verb. Periurium.nu.1.verſ.2. modo: dicit quod
51 qui † iurauit malum, tenetur de præcepto fa-
cere oppoſitum: & Nauarr.in ſuo Manuali. ca.
12.in eod.verbo,Iuramentum.num 3.ait quod
52 iuramentum † in quo deficit vnum ex tribus
comitibus, eſt peccatum: Quare ſtatutum,
&

53 & iuramentum † in damnum cultus diuini nõ
valet. d. c. Sicut noſtris.& c.1.de his,quæ fiunt
à maio.part.cap.& Hoſtienſ.in ſum. de iureiur.
num. 5. idem dicit. in verſ. Nec valet in detri-
mentum Eccleſiæ: omnia enim iuramenta quæ
impugnant vtilitatem Eccleſiæ, non ſunt ſer-
uanda.c.Peruenit il 1.de iureiur.& ſunt potius
periuria.d.c.Sicut noſtris.eod.tit. & Alex.cõſi.
54 244.in princ. volum. 6. ſtatuto† enim vel con-
ſuetudine non poteſt introduci, quod diſtribu
tiones non dentur intereſſentibus horis Ca-
nonicis.vt refert Lap.alleg.43.& maximè quã-
do ordo Sacer; non ſit annexus: quibus ſtanti-
bus,malè agunt Canonici impugnare volunta-
tem Principis:cum eis iuramentum non obſtat
requiſitis; exemplo Saul Regis, qui iurauerat
dare mortem cuicunq;, qui ante occaſum co-
55 mederet: & tamen† ad inſtantiam populi re-
uocauit ſententiam in Ionatham,qui non obe-
diuit.c.Quærit.§. Epiſcopus verò.22.q.4.& eſt
ratio,quia huiuſmodi iuramẽtum erat illicitũ.
Nec prætermitto doctrinam Specul.in titu.
de leg.§.Nunc oſtẽdendũ.n.28.verſ.Hoc quoq;
56 notandum;vbi dicit,quando iuramentũ† præ-
ſtatur ſuper aliquo quod pertinet ad cultum
Dei,aut ad religionem,vel pietatem;tale iura
mentum non poteſt remitti:ſi verò iuramentũ
ſit ſuper eo, quod ſine iuramento ſeruari de-
57 bet;quando obſeruantia † ſpectat ad commo-
dum iurantium, iurantes poſſunt inuicem ſibi
remittere quod iurauerunt.c.1.de iureiur.vnde
ſi iuramentum reſpicit damnum cultus diuini;
ſicut ſi reſpiceret fauorẽ,non poſſent illud tol
lere: ita à contrario ſenſu cũ reſpiciat damnũ
poſſunt abrogare, & maximè quia cũ inter ſe
diuidant portiones abſentium;& malè,vt pro-
baui in d.cõſ. 153.ex allegata doctrina Specul.
poſſunt contrauenire ſtatuto,& iuramento: &
ſi portiones abſentiũ legitimè ſibi poſſent ap-
58 plicare;quia quod† ſuum eſt ad libitum diſpo-
nere poſſunt.l.In re mandata.C.mand.& quãto
59 magis quia huiuſmodi ſtatutum, † & iuramẽ-
tum eſt contra bonos mores,contra bonũ pu-
blicum,& contra ius tertij:& iam quæſitũ,nec
eſt neceſſaria abſolutio,ex ſupradictis: & alijs
ex deciſ.Cap.174. nu. 12. 13.& 14. ex Paulo de
Caſt.in auth.Sacramenta puberum.C. Si aduer.
vend.& in l.Si quis pro eo.ff.de fideiuſſ.num. 4.
60 5.vbi qui† impeditur facere,quod iurauit; ex
iuſta cauſſa, non incidit in periurium.l. fin. ff.
qui ſatiſd. cog.Abb.in reper.c.Cum eſſes.num.
34. de teſtam. & ita concurro qđ Sereniſsimus
Dominus patronus Iuriſpatronatus. d. Colle-
giatæ iuſtè, & honeſtè petat dari diſtributio-
nes ſeruientibus:& quod Canonici non incur-
rant periurium: & tantò fortius quia Papa ex-
præſsè in bulla erectionis prohibuit diſtribu-
tiones accreſci alijs: ſed quod portiones ab-
ſentium deberent dari alijs pro dictis abſen-
tibus ſeruientibus: & quando dedit facultatẽ
faciendi ſtatuta,ad hoc facultas non ſe exten-
dit:vt dixi in d.conſ.153.& adiecit conditionẽ;
quod non eſſent cõtra Canones: neq; ipſe Pa-
pa adiecit Canonicis ordinem Sacrum, & ſic
ceſſat allegatio periurij: quia impeditus iuſta
cauſſa facere, quod promiſit non eſt periurus.
c.Significante.de pign.l.fin.ff.qui ſatiſd.cogan.
& ita licitum erat recedere ab illo ſtatuto.ad
ea quæ allegat Boer.in conſ.41.nu.18.Et ita di-
co,& cẽſeo.Saluo ſemper ſaniori iudicio. Laus
Deo,& B.M.

CONSILIVM CLXI.

Dos ab extraneo data, an præſumatur donatio?
& an, & quando de ea fiat compenſatio?

SVMMARIVM.

1 *Dos ab extraneo data,cenſetur donata.declara, vt infra.num.59.& ſeq.*
2 *Frater tenetur dotare ſororem.*
3 *Donatio in dubio non præſumitur.*
4 *Donatio non præſumitur, quando alia adſit coniectura.*
5 *Coniectura leuiſſima ſufficit ad tollendã præſumptionem donationis. & num.7.21.*
6 *Nemo præſumitur iactare ſuum.& num.20.*
8 *Præſumptio tollitur per aliam contrariam.*
9 *Renunciare iuri ſuo,in dubio nemo præſumitur.*
10 *Duæ præſũptiones tollũt præſũptionẽ donationis.*
11 *Præſumptio illa eſt attendẽda, quæ ex proximior veritati.*
12 *Fatuitas eſt ſoluere aliena debita, & remanere debitor.*
13 *Fatuitas non eſt præſumenda,ſed abhorenda.*
14 *Præſumptio illa eſt ſumenda, quæ habeat cauſſam veriſimilem.*
15 *Debitor ex contractu dans non præſumitur donare,ſed animo compenſandi.*
16 *Debitor non poteſt alteri donare quod eſt debitor.*
17 *Donatio de re aliena non valet.*
18 *Non eſt tenendum quod non eſt veriſimile.*
19 *Donatio nõ præſumitur facta exiſtẽti in poteſtate.*
22 *Donatio in coniunctos non præſumitur.*
23 *Donatio videtur ſuſpecta in coniunctos.*
24 *Donatio in cõiunctos tria requirit, vt præſumatur.*
25 *Error potius præſumitur,quàm donatio.*
26 *Donationẽ allegãs dẽt probare qđ nõ eſt veriſimile.*
27 *Iudicari debet quod eſt magis veriſimile.*
28 *Nemo præſumitur facere immoderatam donationem.& nu.31.*
29 *Donatio non eſt veriſimilis in re immoderata.*
39 *Allegans illum habere pluſquam dicat, tenetur probare.*
31 *Dos 1000.ſcut.dicitur magna pro quocũq; ẽt nobili.*
32 *Dos congrua quæ dicatur.*
33 *Donatio magna,eſt magni præiudicij.*
34 *Dare pecuniam, vel aliam rem habenti commodũ, non dicitur per miſericordiam.*

35 *Opera piæ procedunt à charitate.*
36 *Donatio non præſumitur dos, data habenti modum.*
37 *Alimenta dans habenti obligatum ad ea, poteſt repetere:*
38 *Præſumptio veriſimilis non tollitur per præſumptionem contrariam: ſed requiruntur contrariæ, & claræ probationes.*
39 *Liber particularis probat intentionem. & n. 40.*
41 *Donatio excedens ſummam à iure ſtatutam ſine inſinuatione non valet.*
42 *Inſinuatio excedens ſummam, requiritur etiam in debiti ſolutione.*
43 *Inſinuatio non conualidatur iuramento.*
44 *Inſinuatio tam in præſumpta, quàm expreſſa donatione requiritur.*
45 *Iuramentum non conualidat donationem non inſinuatam, tam præſumptam, quàm expreſſam.*
46 *Iuramentum, vt conualidet; requirit mentionem inſinuationis. & num. 47.*
48 *Præſumptio donationis non inſinuatæ oriri non poteſt.*
49 *Donatio non præſumitur in Prælato.*
50 *Fructus beneficiorum donari non poſſunt.*
51 *Donare non poteſt clericus fructus beneficiorum.*
52 *Vicarius dicitur Prælatus.*
53 *Dignitas non amittitur dimiſſo officio, niſi per demerita:*
54 *Priuilegium durat dimiſſa dignitate.*
55 *Prothonotarius præcedit omnes poſt Epiſcopos.*
56 *Prothonotarij à Papa creati vocãtur familiares, & commenſales Papæ.*
57 *Prælatus in dubio rem magnam non præſumitur donare.*
58 *Intentio probatur per iuramentum.*
59 *Iacob. Alb. reprobatur in conſ. 12.*
60 *Lex poſterior non abrogat anteriorem:*
61 *Leges debent concordari.*
62 *Legitima in dote computatur.*
63 *Interpretatio iniqua non eſt facienda.*
64 *Abſurdum eſt vitandum.*
65 *Socin. in conſ. 5. non eſt contrarius, donationi non præſumptæ.*
66 *Lex vnica. §. Accedit. C. de rei vxo. actio. duo neceſſaria requirit.*
67 *Dos data mulieri in poteſtate non præſumitur donata.*
68 *Dotem dans mulieri, quæ habeat obligatum ad eã dandum: poteſt ab obligato repetere.*

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

Caſus ita ſe habet.

Reuerendus N. I. V. D. & Prothonotarius Apoſtolicus, defuncto Sempronio retinuit in domo ſua eius vxorem cũ duabus filiabus; & vno maſculo ætatis 14. annorum circiter; quem mittebat ad gymnaſium Grammaticæ, & duo alij fratres tunc minores ibant vagabundi: & primus reſidebat extra ciuitatem in terra Carpi ratione canonicatus, quem dimiſerat. d. N. & ad eius præces habuerat: qui quatuor fratres adunati pro diuiſione facienda, per inſtrumentum conſtituerunt dotes ſuis ſororibus; videlicet ſcutos 360. pro qualibet: quarum vna fuit monacha, & altera poſtea in matrimonium collocata per d. N. exiſtentibus dictis fratribus abſentibus: primus ſcilicet ad reſidentiam, & duo vagabũdi: quibus dedit de ſuo dotes: ſcilicet moniali ſcutos 300. & veſtimenta, & multa mobilia: & alteri nuptæ ſcutos vltrà 1300. ſine alijs in inſtrumento comprehenſis: animo, vt atreſtatur cum iuramento, ſibi compenſari dotes à fratribus conſtitutas pro ſoluendo eius debito vltrà ſcutos 1000, pro reſiduo terrarum ab eo emptarum: in qua conſtitutione dotium à fratribus aderat pars, quæ contingere poterat dictis fratribus pro fabrica à d. N. ſuis ſumptibus facta ſuper poſſeſsione dictorum fratrum, ea intentione, vt toto tempore eius vitæ ea vti & frui poſſet; ſed volentes, dicti fratres inter ſe diuidere bona paterna rogauerunt. d. N. ad conſentiendum; & ipſe ideo pro dotibus dictarum ſororum aſſignauit partem. d. fabricæ, quæ dictis fratribus cõtingere poſſet: quia erat communis inter ipſos, & patruum: & ad demonſtrandam intentionem. d. N. vt dotes prædictæ ſibi compenſarentur pro ſoluendo eius debito; vltrà iuramentum, habet librum familiarem, in quo omnia ſunt notata; & ad veritatem adſunt multæ eius literæ ſcriptæ eius procuratori; quem ſolicitabat ad exigendum certa credita dictorum fratrum pro d. ſuo debito ſoluendo: & patruus dictorum fratrũ ſoluit quantitatem, vnà cum alijs pecunijs ei tranſmiſsis ab ipſo. N. ſed ille primus recuſat admittere ſolutionem prędictam dicens, quod omnia data à d. N. pro ſororibus intelliguntur donata: quare videndum eſt, quid iuris?

In præſenti caſu vrgent allegata per Iacob.
1 Alb. in conſil. 12. vbi concludit dotem † ab extraneo datam cenſeri donatam ex l. Vnica. §. Accedit. C. de re. vxo. actio. & in eadem opinione videtur concurrere Socin. in conſ. 5. nu. 14. vol. 4.

Sed contrarium ego exiſtimo ex infradicẽdis: & pro veritate in primis aduerto, dotes dictis ſororibus iam fuiſſe cõſtitutas à fratribus,
2 & validè; quia frater † tenetur dotare ſororẽ. l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de domin. tut. Bero. q. 113. num. 5. & 6. quod eſt commune dictum, ſecundum Soarez. in lib. comun. opin. in verbo, Dos. num. 350. & Villalob. etiam in ſuo lib. commun. opin. in eod. verbo num. 187. & ſiquid ſit vltra legitimam intelligitur donatũ; ex d. §. Diſpoſitione. Vnde dictæ ſorores habere

Digitized by Google

re poterant ſcutos 720. à fratribus ex acquiſi-
ta actione vigore d.§. Accedit. ad quod faciũt
notata per Decian.reſpon.39.num.138. vol. 2.
quam ſummam d.N.qui poſtea vnam in mona-
ſterio, & alteram in matrimonio collocauit,
ſciebat; cum fuiſſet præſens conſtitutioni, &
de ſuo etiam partem conſtituiſſet: Quare præ-
ſumitur dotes ab ipſo datas animo compen-
ſandi cum eius debito dediſſe.

3 Primò, quia donatio † in dubio nunquam
præſumitur. l.Si cum aurum.ff.de ſolut. l. Si cũ
de indebito.ff.de probat.Decian.reſpon.79.n.
37.in 2.vol. & reſpon.52.num.6. in primo vol.
& in eod.lib.reſpon.53.num.16.Cephal. conſ.
495.num.11. in 4. vol. Rol. à Vall.conſ. 65. nu.
12. in 4.vol.Alex.conſ.87.nu 18. in 6. vol.Natt.
conſ.73. num 9. & conſ. 136. num. 146. Afflict.
deciſ.44.num. 24. Quod ſine dubio procedit
4 quando † alia coniectura ſummi poſſit. Cror.
conſ.180.num.15. in 2. vol.Dec.conſ.402.num.
6.conſ.571.num.4.conſ.644.num.5. Hieron.Ma
gon.in deciſ. Lucen.84.nu.3. Tiraq. de retract.
5 conſang.§.36.Gl.2.num.40.& 50.qui dicit † le-
uiſſimam coniecturam ſufficere ad tollendam
præſumptionem donationis.l.Elegãter. §.Qui
reprobos.ff.de pign. actio. Menoch. de arbit.
iud.caſ.88.num.41.lib.2. Crau. qui multa alle-
gat. in conſ.666.num.8. vol.4. & eſt communis
opinio.Soarez. in d.lib. commun. opin. in ver-
bo, Donatio.num.233.& num.236.& eſt ratio,
6 quia nemo † præſumitur iactare ſuum. l. Cum
de indebito. ff. de donat. & donare eſt iactare
l.Filiusfamilias.ff.eod. tit. de donat. l. Contra
iuris.ff.de pactis.l.Prohibetur.§.Planè. ff. quod
vi,aut clam.c.Super hoc. de renunt.c.Quia ve-
riſimile.de præſumpt.& Crau. d. conſ. 666. &
7 num.8. ideo omnis leuis † coniectura donatio
nem tollit.Bal. in l.1.num.3.C. ad Treb.Alex.in
l.Quæ dotis.nu.4. ff. ſol.mat.Caſtrenſ. in l.Do-
mos.ff.de leg.1.

Secundò, & quandocunque poſſet adeſſe
8 præſumptio tollitur † per aliam præſumptio-
nem contrariam.c.Literas.de præſum.l.Diuus.
ff.de in integ.reſtit.quia præſumptio legis nõ
habet locum,nec ei attenditur quãdo alia ad-
ſit contraria,& veriſimilis.d.c.Literas. & l. Cũ
9 de indebito. ff.de probat. nemo † enim in du-
bio præſumitur iuri ſuo renuntiaſſe. Pariſ.cõſ.
104. num.12. & 13.vol. 4. vnde non eſt dicen-
dum.d.N. renuntiaſſe iuri ſuo, petendi, ſeu ſibi
compenſari faciendi quantitatem ab eo ſolu-
tam; in dotibus à fratribus conſtitutis; vt eius
debitum ſolueret.

Tertiò. Et tantò magis præſumptio dona-
10 tionis tollitur, quando † in contrarium con-
currant duæ aliæ. l.2. & ibi Gl. in verbo, Legi-
timis.ff.de excuſ.& temp. earum · vbi commu-
niter doct. Immò quando præſumptiones eſ-
11 ſent æquales, illa eſt verior, & † attendenda,
quæ eſt proximior veritati. l. Filium eum diſi-
niuimus. ff.qui ſunt ſui, vel alien. iur. præſum-
ptiones autem à parte. d. N. ſunt proximio-
res veritati; quia quando ipſe promiſit, & de-
dit dotes dictis ſororibus, ſciebat eas habere
dotes à fratribus conſtitutas; & quod ipſe e-
rat debitor vltra ſcutos 1000. vnde verior eſt
ſummenda præſumptio, quod animo compen-
ſandi dederit, & ſeu habendi dotes eis promiſ
12 ſas ad ſoluendum eius debitum: aliàs fuiſſet †
fatuitas ſoluere debita aliena, & ipſe remane-
re debitor.Cephal.conſ.494. num. 11. vol. 4 &
conſ.325.num.11. vol.3. cum ibi allegatis: quæ
13 fatuitas † eſt abhorrenda & non præſumenda
l.Nec codicillos. C.de codic.quare illa præſum
14 ptio † eſt ſumenda, quæ habeat cauſſam ma-
gis veriſimilem; & ab ea omnis diſpoſitio re-
gulari debet: ad nor. per Iacob.Alb. in conſil.
77. num.30. & fatuitas donare quod ipſe erat
debitor: quod nunquam eſt præſumendum; qa
15 quando † quis ex contractu, vel alia de cauſſa
ſit debitor, ſi alteri tradat non præſumitur do
nare, ſed animo compenſandi dare.Auth. præ-
terea.C.vnd. vir. & vxor. Bar. in l. Si cum do-
tem.§.Si pater.ff.ſol.mat.Socin. in conſ.93.col.
5.verſ.2.confirmatur. vol.1. Crau. vbi alios al-
16 legat.conſ.131. num.14. vol.1. Qui enim † eſt
debitor non poteſt, quod eſt debitum, alteri
donare. Pariſ.conſ.70.num.31. vol. 4 Et tantò
magis iſta procedunt, quia donatio iſto caſu
non eſſet facta ſororibus, ſed fratribus: vt in-
fra dicã: & ſic pecuniæ ſolutæ à patruo dicto-
rum fratrum, quæ erãt eorum, dicuntur ad cõ-
penſationem ſolutæ inſtitu.de action.§.In bo-
næ fidei, & l.fin.C.de compenſ. ad finem: aliàs
ſolutæ à d.N. qui erat debitori dicerentur de
17 re aliena ſolutæ, & non † valeret donatio.Ce-
phal.conſ.441.num.31. in 3.vol. & fuit in Rot.
deciſum deciſ.436. in 3.lib diuerſ.nouiſſ.Qua-
re non eſt veriſimile, quod d. N. qui ſciebat ſe
eſſe debitorem, & dictas ſorores habere ſcu-
tos 720. pro dote, quod voluerit liberare obli
gatos ad ſoluendam dotem, & ipſe remanere
18 debitor. Et quod non † eſt veriſimile non
eſt tenendum. inſtit.quib.ex cau. manum. non
licet.in prin. & l. fin. ff. quod met. cau. fuiſſet
enim ſpecies fatuitatis. Crau.conſ.61. num. 9.
in primo vol. & conſ.665. num.15. in 4. vol. Bal.
in l.1.colum.3.C.de ſeru.fug.

Quartò, adeſt etiam alia præſumptio con-
tra donationem; quia illæ ſorores erant in do-
mo.d.N. & ſub eius poteſtate; quia mortuo pa
tre nullus ex fratribus aderat, vt in caſu; & do
19 natio † nunquam præſumitur facta in exiſten-
te in poteſtate. l. Donationes quas parentes.
C.de donat. int. vir. & vxo.iuncta, l.Nec inter.
20 eod. tit.Et nemo † præſumitur iactare ſuum;
& maximè vir prudens.Alciat.reſpon.6.nu.20.
21 & 21.tom.2.lib.6.Quare ſi leuis † præſumptio
tollit præſumptionem donationis, vt ſupra, ꝙ
eſt commune dictum, iuxta Bal. in l.fin. C. de
dot.

dot.promiſ. quantò magis iſto caſu, vbi plutes
vrgẽtes, & veriſimiles adſunt? & maximæ quia
illæ ſorores erant quarto gradu cum d. N. pro
22 quibus non † eſt ſumenda præſumptio dona-
tionis; ſecundum communem opinionem, de
qua Aleiat. in conſ. 147. n. 2. tom. 2. lib. 3. & Alex.
23 ab eo allegatus: nam † ſuſpecta videretur do-
natio. l. Data. C. de donat. Dec. in conſ. 425. in
fin. & Bart. in l. Poſt contractum. in 2. præſum-
ptione. ff. de donat. & ratione ſanguinis non
24 præſumitur † donatio, niſi hæc tria concur-
rant, coniunctio ſcilicet ſanguinis: longitudo
temporis: & calculatio ſæpe facta; nec vlla fa-
cta fuerit mentio de pecunijs datis. vt poſt a-
lios tradit Ioſeph. Lud. concl. 11 & quando res
data eſſet modica; quia ſi eſſet magna nõ præ-
ſumeretur, etiam ſi tria prædicta concurrerent
vt infra dicam. Hic verò nunquam fuit ſacta
calculatio; & datum eſt maximum, ergo ceſſat
omnis donationis præſumptio.
25 Quintò oriretur † potius error ex parte. d.
N. quam donatio. l. Error. in fin. ff de iur. & fact.
ignor. & l. Iuris ignorantia. eod. tit. Dec. in con-
26 ſil. 176. in prin. vbi dicit quod qui allegat † do-
nationem, fundat intentionem ſuper non ve-
riſimili, & idcirco ipſe tenetur probare, quod
non eſt veriſimile: cum præſumptio ſemper ſit
contraria. Iaſ. in l. Iuriſgentium. §. Sed cũ nulla.
nu. 28. ff. de pact. Tiraq. qui alios allegat. in re-
tract. conuent. in fin. tract. num. 105. & in ſimili
27 caſu quando eſſet controuerſia; iudicari † de-
ber ſecundum illud quod magis ſit veriſimile;
l. Quoties in ſtipulationibus. & l. Inter ſtipulã-
tem. §. 1. ff. de verb. oblig. quod autem ſit veriſi-
mile quod d. N. tantam ſummam dederit ani-
mo totam donandi, & ſibi magnum damnum
inferre remanendo cũ debito, & fratribus ob-
ligatis ad dotes, benefacere; de quibus nul-
la fuit facta mentio; nemo iuris peritus iudi-
cabit.
28 Sextò nemo † præſumitur facere immodera-
tam donationem. Aleiat. in conſ. 1. tom. 4. lib. 8.
num. 15. Caſſan. conſ. 53. nume. 72. & habetur in
d. l. Cum de indebito. ff. de probat. in immode-
29 rata † enim re non eſt veriſimilis donatio. Cæ-
phal. conſ. 210. num. 89. in 2. vol. & quatenus eſ-
ſet, poſſet reuocari. vt tradunt præfati Doct.
Quod autem iſto caſu res ſit immoderata, qui-
liber poteſt iudicare; tam ex parte d. N. quàm
à parte bonorum patrimonialium dictarũ ſo-
rorum. N. enim tunc tẽporis vix habebat valo-
rẽ 1000. ſcutorũ in bonis proprijs: & de bonis
emptis remanebat debitor vltra 1000. bona
autem Eccleſiaſtica non erant ſua, quæ nec
promittere, nec obligare poterat (vt infra di-
30 cam.) & ſi quis † dicat quod maiorem ſummã
habuiſſet; habet onus probandi. Nicol. Moz. de
contract. tit. de donat. num. 18. vbi de com-
muni: & bona patrimonialia dictorum fratrũ,
& ſororum: ad 2000. vix aſcendebant: erant e-
nim quatuor fratres; & duæ ſorores; quorũ ma-
ter habuit in dotem ſcutos 1200. vnde ſiue ex
parte d. N. ſiue fratrum; dos data à d. N. exce-
dens 1300. pro muliere nupta de ſuo proprio;
abſq; alijs in inſtrumento comprehenſis: &
300. moniali, vltra mobilia, dicitur immodera-
ta, etiam reſpectu perſonarum, & fratrum, & ſo-
31 rorum: nam dos † aſcendens ad ſcutos 1000.
etiam pro quocunq; nobili, dicitur magna. De-
cian. reſponſ. 6. num. 54. in 1. vol. dicens ita eſſe
& re, & nomine. & idem affirmat in reſpon. 17.
num. 37. volum. 2. reſponſ. 15. num. 5. volum. 3.
& concludit quod res magna nunquam præſu-
mitur donata: & quod 1000. eſt ſumma magna
32 etiam pro Comite: dos enim † congrua ſolum
dicitur aſcendens ad legitimam. Dec. conſ. 26.
num. 4. conſ. 180. num. 5. & conſ. 379. nu. 14. vnde
negari non poteſt quin 1300. dati ab ipſo N.
non ſint comprehenſi in re magna: & quod nõ
præſumuntur donati: Menoch. in d. caſu 88. nu-
33 me. 28. aliàs † enim eſſet magni præiudicij. Bal.
in conſ. 102. num. 3. volum. 1. & ſecundum Dec.
in conſ. 120. num. 4. argui non poſſet quod eſſet
quod opus pium: nam opinio illorum qui aſſe-
runt quod dotem dare mulieri ſit opus pium,
non procedit iſto caſu: ſed tantum quãdo da-
tur pauperibus non habentibus vnde dotari;
34 ſecus verò quando datur † habenti commodũ:
quia tunc non præſumitur ob miſericordiam
datum, ſed ob amicitiam, cognationem, vel li-
beralitatem; prout atteſtatur Nauar. in tract.
de redd. benef. quæſt. 1. nu. 62. verſ. Contra ve-
rò. & ſuperius ex opinione Gloſ. in l. Illud C. de
Sacroſ. Eccleſ. dicit quod legatum pro dote fa-
ctum à diuite, non iudicatur pium, etiam ſi di-
cat id amore Dei facere: & ratio ex ſe patet;
35 quia opera † pia procedunt à charitate: chari-
tas autem, vt ait Paul. Apoſt. in c. 3. ad Corinth.
non æmulatur, non inflatur, & non eſt ambitio-
ſa. Hic verò dos magna data perſonis ſimilibus
potius dependet ab inflatione, quia pro nubẽ-
da in Comitẽ vltima ſorore d. N. vltra dotẽ ei
à fratribus conſtitutam de ſuo proprio etiam
vltra 1000. ſcutos dedit: quæ etiam habita cõ-
ſideratione ad eius qualitatem, & bona pater-
na habebat dotem ſcutorum 360. honeſtam:
vnde quod eſt ſuperfluè datum non poteſt di-
ci opus pium.

Septimò adeſt etiam præſumptio contra do-
nationem irrefragabilis: nam illæ ſorores ha-
bebant iam conſtitutam dotem: & quando mu-
lier habet dotem, vel perſonam ad eam dotari
36 obligatam: ſi extraneus † illam dotet, non præ-
ſumitur donare: ſed animo repetendi. Paul. de
Caſt. conſil. 96. Si dicta Cornelia. volum. 2. Ruin.
conſ. 171. num. 3. lib. 1. & conſ. 145. lib. 4. Menoch.
de arbitr. Iud. caſ. 88. num. 44. 45. & 48. Bart. in l.
Neſſenius. ff. de negor. geſt. ad quod deſcendit
etiam Socin. in conſ. 64. incipit, In præſenti cõ-
ſultatione. vol. 2. probat enim quod ſi extra-

neus

37 neus † præſtet alimenta vxori,ad quæ præſtan-
da maritus tenebatur, poteſt ea repetere, &
ſunt ſibi reſtituenda: ergo quia dictæ ſorores
habebant fratres ad ſcutos 710. veriſimilis eſt
præſumptio quod d.N. habuerit animũ d.quã-
titatem ſibi reddi, vel compẽſari cum eius de-
bito.Neq; poteſt oriri præſumptio quod dictã
ſummam voluerit donare fratribus; de quibus
hic agitur, nõ de ſororibus,vt infra dicam; ad
38 quas † veriſimiles præſumptiones tollendas
non ſufficiunt præſumptiones contrariæ: ſed
requiruntur claræ,& efficaces probationes.In-
ſtitu.de donat.§. Perficiuntur.& tradit Dec.in
conſ.176.incipit:Quãdo ſupra maturè.cum ibi
allegatis.

Octauò d. N. in libro ſuo particulari nego-
tia ſua notabat,in quo adeſt nota dictarum do
tium,& de eius intentione,vt ſumma à fratri-
bus pro dotibus conſtituta, ſibi reſtitueretur;
& adſunt etiam literæ ius, e procuratori ſuo
ſcriptæ;ad exigendas pecunias dictorum fra-
39 trum pro eius debito ſoluendo:per quem † li-
brum probatur intentio.Bart.in d.l.Neſſenius.
verſ.Item nota quòd liber.& in l.Si paterno.C.
eod.tit.quod etiam probat Ruin.in d.conſ.171.
num.11.lib.1.Quę ratio impugnari non poteſt:
quia in his, quæ ſunt difficilis probationis, li-
ber particularis probat: ſicut colligitur à no-
tatis à Crau.in tract.de antiq.temp.6.part.nu.
32.cum alijs ſequentibus,fol.mihi.55.56.iſta e-
nim præſumptio:& aliæ ſupra allegatæ, quæ ſint
40 præſumptiones † iuris, inducunt veram pro-
bationem.l.Licet Imperator.vbi Gl.& Doct.ff.
de leg.1.

Nonò, & poſito quod admitti poſſet dona-
tionis præſumptio; ex defectu tamen inſinua-
41 tionis redderetur inualida: quia omnis † do-
natio ſummam à iure ſtatutam excedens, vt
valeat,requirit inſinuationem.Paul. de Caſt.in
l.Affectionis,num.1.ff.de donat. Cephal.in cõſ.
61.num.5.vol.1.conſ.308.num.39.vol.3.& conſ.
228.num.36.vol.2.Nicol. Moz. de contract. tit.
de donat.num.6.& 7.Anton.Gom.in libr.Com-
men,tom.2.c.4.de donat.num.6.Eman. Soarez.
in lib.commun.opin.in verbo,Inſinuatio.num.
110,quod ait procedere,nedum in liberali do-
42 natione,ſed † in debiti ſolutione:& in tantũ
43 iſta opinio procedit, quod neq; iuramento †
confirmatur.Crot.in conſ.76.num.12.& 13. vol.
1.& conſ.250.num.37.& conſ.196.num.44.in 3.
vol.Petr.Duen.in reg.324. verſ.Sed hæc poſte-
rior.Rebuff.in 2.part. comment.titu.de donat.
Gloſ.1.num.40.& Iul.Clar.in ſua pract.eod. tit.
de donat.lib.4.quæſt.18.& concluſio ipſa pro-
44 cedit tam † in præſumpta, quàm in expreſ-
ſa donatione.Nicol.Moz.vbi ſupra.num.17. Io.
Bapt.Plot.in 1.vol.ad vltim.volunt.conſil.168.
num.51.& eſt communis opinio.Soarez vbi ſu-
45 pra,nu.235.nam ſicut † iuramentum in expreſ-
ſa non conualidat:ita neq; in præſumpta: Ni-
col.Moz.vbi ſupra.nu.21.& Fab.Peregr.in con-
ſil.118.nume.80.in 2.volum.ad vltim. volunt.&
opinio illorum qui tenent iuramentum con-
ualidare donationem non inſinnatam,quando
eſſet vera, procedit ſolum quãdo expreſsè,qui
46 donat † iurat velle valere, tamquam eſſet inſi-
nuata: ſecus verò ſi ſimpliciter iurat nulla fa-
cta mentione inſinuationis: & ita pro conclu-
ſione tenet Iul. Clar. vbi ſupra. verſ. Retenta
igitur; & idem affirmat Ant.Gom. in eod.ca.4.
de donat.num. 8. ſed in caſu iſto;neq; inſinua-
tio interuenit; neq; reale iuramentum; & de
ficto non eſt cur agatur; quia etiam reale non
47 conualidaret: quia nulla † fuit habita mentio
inſinuationis:& ſic nullo modo dici poteſt in-
ſinuata. Quod, vltra prædictos Doct. tenuit e-
tiam.Bal.in conſ.358.num.4.in 3.vol. & ſic nul-
48 la † poteſt oriri præſumptio donationis. Rol.
à Vall.conſ.39.num.35.in 1.vol. Cephal. conſil.
751.num.22.vol.5.& Decian.reſponſ.31.num.7.
volum.1.

49 Decimò donatio † non eſt præſumenda in
prælato.Iaſ.in l.Cum quid.num.19.ff.ſi cert.pe-
tat.& habetur in c.2. de donat. vbi Imol. nu.4.
dicit, quod quamuis prælatus habeat liberam
adminiſtrationem, tamen non poteſt donare,
& in c. Cæterum. eod. tit. idem confirmat de
re magna;quod pro indubitato tenet Parif. in
conſ.8.num.5. volu.4.qui loquitur de † fructi-
50 bus,quos donare non poteſt. In qua ſententia
concurrit Abb.in conſ.45.per tot.vol.1. Dictus
autem.N.primæ ſorori dedit ſcutos 300.in pe-
cunia: & multa mobilia: & duo veſtimenta in
habitu moniali: & ſecundæ in actu ſponſaliorũ
ſcutos 400. & pro reſiduo ad ſummam ſcutorũ
1300.& vltra de ſuo deputauit ſponſo fructus
vnius poſſeſsionis beneficij ſui: & ſic dos data
fuit de redditibus beneficiorum:nam eius bo-
na allodialia ad hoc nõ poterãt adire,vt ſupra
fuit dictũ;& per conſequens non potuit † præ-
51 ſumi donatio;ſecũdum allegata. Quæ licet lo-
quãtur de prælato,vindicãt ſibi locum in quo-
cumque Clerico,vt aſſerit Rol.à Val. in conſil,
98.nu.3.vol.1,Immò conſerunt in d.N.qui verè
nuncupari debet prælatus; nam in multis Ci-
52 uitatibus fuit Vicarius Generalis: Vicarius †
enim dicitur prælatus ad trad. p Ant. de Præt.
in tract.de iurid.Epiſc.deſere.c.6.nu.52. quam
53 dignitatem † non amiſit, etiam dimiſsis offi-
cijs.l.1.C.de com.qui prouin.reg.libr. 12.& l.1.
& 2.de offic.procon.Bart.in l.Quod principi.ff.
de leg.2.Natt.conſ.129.num.8.& conſ. 163. nu.
54 14.priuilegium † enim ex meritis acquiſitum,
durat etiam dimiſſa dignitate.l. Maior, digni-
tas.C.de dignit.lib.12.Guid.Pap.quæſt. 377. in
3.caſu,& l.Eos.C.de excuſat. mun. Immò fuit à
Papa Gregorio XIV. creatus Prothonotarius
Apoſtolicus:& ſecundum ordinata à Leone X.
55 in Bulla incipiente.Regiminis:habet † præce-
dentiam quorumcunq; prælatorum, poſt Epi-
ſcopos:

ſcopos:& Paulus III.in eius Bulla 78. cum alia
56.79. declarauit, quod Prothonotarij † à Papa
creati debeant vocari familiares, & continui
commenſales Papæ.& ſic patet quod omnia iu
ra ſupra allegata habent locum in d.N. de quo
loquimur; & ſic quod non ſit præſumenda do-
57 natio; quia Prælatus † in dubio non præſumi-
tur rem magnam donare; & præcipuè de fru-
ctibus beneficiorum; & rationes ſunt multæ:
quæ allegari poſſent, ſed pro nunc ſatis eſt vi-
dere adducta à Pariſ.in d.conſ.8.& in ſum.An-
gel.in verbo,Clericus.3.num. 2. & prædicta eo
magis corroborantur, per eius iuramentũ vl-
58 tra notata in eius libro:nam intentio† proba-
tur per iuramentum.Ioſeph.Maſchard.conclu:
114.num.4.& 15.& Iacob.Grat.in 2.libr.ſuarum
deciſ.aurea.c.9.nu. 20. Concluſio igitur rema-
net quod d.N.quando promiſit, & dedit dotes
dictis ſororibus; habuit animum ſibi in debito
ſuo compenſari debere ſcutos 720. pro doti-
bus aſsignatis dictis ſororibus, iuxta doctrinã
Ant.Gom.in d.tit.de donat.c.4.num.4.donatio
enim non eſt præſumenda: & eò fortius, quia
hic non agitur velle tollere ius à ſororibus ac-
quiſitum; ſed quod debitores ſoluant promiſ-
ſa:aliàs enim donatio dictis fratribus eſſet fa-
cta de quibus nulla fuit habita mentio.

Et quamuis ex ſupradictis quilibet poſsit
cognoſcere veritatem:tamen contrarijs in ſpe
59 cie reſpondeo,& primò,ad doctrinam† Iacob.
Alb.in d. conſ. 12. ſatis reſpondit Menoch. in
d.caſu. 88. num.4.nam,vt infra dicetur reſpõ-
dendo Socino,caſus ille eſt diuerſus ab iſto.

Secundò textus in d.§: Accedit. in l.Vnica.
C.de re vx actio.loquitur ſimpliciter de mulie
re dotata ab extraneò,quæ acquirit actionem;
& cum nõ faciat mentionem de illa, quæ aliàs
eſſet dotata; dicendum eſt loqui de illa, quæ
dotem non habeat: vel obligatum ad eam do-
60 tandam. Lex † enim poſterior non abrogat
anteriorem,niſi de ea expreſsè loquatur l. Ab
eis. C. de præd.min. vbi communiter doct. &
Bar. in l. Titia. §. Cum Titio. ff. de adim. leg.
61 † Debent enim ſemper leges inuicem concor-
dari. l.Nam,& poſteriores ff.de leg. Sed in to-
to corpore iuris. Immò, & in ipſa lege Vnica.
in §.Superiori.d.§ Accedit. eſt cautum; quod
filia à patre, & à fratribus debet dotari; vt
ſupra in principio fuit probatum; & quod le-
62 gitimam† debet habere;quæ in dote eſt com-
putanda: & ita lex textus non præiudicat mu-
lieri quin habeat dotem ſibi debitam.

Tertiò, Textus ille loquitur de muliere,
quæ dotata ab extraneo acquirit actionẽ con-
tra dotantem, ita quod quando non feciſſet
proteſtationem de repetendo, pœnitere non
poſſet:ſed ad dotem dandam teneretur. Hic
verò non agitur contra mulierem, ſed contra
obligatos ad dotẽ de quo caſu textus non lo-
quitur: eſſet enim abſurdum, quod diſpoſitio
illius textus traheretur ad iniquum,ſcilicet quod
fauor mulieri præſtitus liberaret obligatũ ad
63 dotem;nulla † enim iniqua interpretatio eſt
facienda, tendẽs ad commodum vnius, & dã-
num alterius. l. Iniquiſſimum.ff.de iur. & fact.
64 ignor. & omne † abſurdum ſemper eſt vitan-
dum.l.Scire. §.Aliud.ff.de excuſ. tut. iniquum
verò eſſet,quod obligati ad dotem eſſent libe
rati cum damno d.N.l.Nam natura.ff.de cond.
indeb. c.Locupletari. de reg. iur. in 6. & ſic
præſumptio donationis non poteſt trahi ad
iſtos fratres,de quibus nulla eſt facta mẽtio,&
textus loquitur de muliere:ita ſentit optimè
Crau. in conſ.86. num.3. ad finem. vol.1.
65 Quartò reſpondeo,quod ratio † Socin.alle-
gata in conſ.5. non eſt huic caſui contraria:quia
loquitur de muliere dotata à ſocijs: nam vnus
non poteſt cõtrauenire, ſed nõ loquitur quod
per hoc obligatus ad dotem liberetur. Immò
in conſ.ſupra allegato 64.vol.4. conſtanter af-
firmat,quod qui dedit alimẽta vxori alterius:
poteſt contra obligatum ad repetitionem a-
gere.
66 Quintò reſpondeo, quod diſpoſitio † illius
textus in §. Accedit: etiam ſi ageretur cõtra
mulierem: duo neceſſaria requirit, ſcilicet quod
perſonæ deſcendant per virilem ſexum:& non
ſint in poteſtate dotantis: ſicut declarat ille
textus in fine.vbi Gl.in verbo Neceſsitate.hic
verò nullum adeſt requiſitum.Parentela enim
67 non eſt ex virili,ſed femineo ſexu.& illæ† mu-
lieres erant in poteſtate. d. N. quod vltra ſu-
pra allegata probat.Crau.in d.conſ.86.num.3.
qui eſt videndus,& melius, & in terminis,Bal.
ab eo allegatus in tract.de dot.part.6.priuil.3.
num.6. verſ.Hæc tamen non procederent; vbi
reſpondendo ad d.§.Accedit; dicit, quod qui
habet onus dotandi,ſi ſit abſens,vel à remotis
aut perfidia detentus ad dãdam dotem; ſi ex-
68 traneus† eam tradat, vel promittat: quam-
uis non ſit proteſtatus de animo repetendi,
non præſumitur donare,ſed tãquam negotio-
rum geſtor poteſt repetere dotem ab obliga-
to. Immò quandocunque etiam contra volun
tatem patris promittat quis dotem animo re
petendi,poteſt eam repetere ab ipſo patre.ar
gumẽto.l.Et ſi quis §.Idem Labeo. ff.de relig.
& ſumpt.fun.Gl.in l.Sed & Iulianus.ff.ad Mace
do.quod tantò magis procedit in caſu,vbi fuit
voluntas fratrum, & dos ab ipſis erat cõſtitu-
ta,vnde nulla in iſto caſu poteſt eſſe iuris cõ-
trouerſia,quin d.N.debeat habere ſcutos 720.
à dictis fratribus: vel quin debeant compen-
ſari in debito pro eo ſoluto, ad quod optima
eſt opinio Gram.in cõſ.143.ad ciuilia. & Paul.
de Caſt.in conſ. 415. vol. 2. ſicut ego iuris eſſe
confirmo,Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CON-

CONSILIVM CLXII.

Miſſæ qnando posſint celebrari in ſolemnibus feſtis in oratorijs, & oblationes in eis factæ, an eidem vel matrici Eccleſiæ ſint dandæ?

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ quando poſſint celebrari in Oratorijs.*
2 *Curato deputato in Oratorio pro populo debentur obuentiones.*
3 *Alimenta dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum.*
4 *Populus quando debet ſuſtentare Curatum datum in noua Eccleſia.*
5 *Verbũ, quomodocunq; , comprehendit omnẽ modũ.*
6 *Verba interpratantur habere locum ſecundum actum de quo loquuntur.*
7 *Rector debet ſuſtineri ſecundũ ſuam qualitatem.*
8 *Quadraginta ſcuti ſufficiunt pro Clerico ignobili ſuſtentando.*
9 *Redditus beneficiati vltra ſuum victum quomodo diſpenſari debeant.*
10 *Eccleſia antiqua non debet priuari decimis: declaratur num. 11.*
12 *Obuentiones intelligūntur omnes redditus.*
13 *Qui ſentit onus, ſentire debet commodum.*
14 *Mercenarius eſt dignus mercede.*
15 *Qui tollit mercedem operãti, agit contra Iuſtitiã.*
16 *Sacramenta debent ſummi in ſolemnitatibus.*
17 *Miſſæ quare in Oratorijs poſſunt celebrari in feſtis ſolemnibus, & quando.*

Redemptoris noſtri, & eius Glorioſiſſimæ Genitricis, auxilio implorato.

FACTI SPECIES.

ADeſt Parochialis Eccleſia, quæ habet partem populi diſtantẽ qnatuor milliaribus, & vltra; cuius ſenes, & mulieres grauidæ ad eã accedere non poſſunt pro diuinis audiendis; Immò neq; iuuenens tempore hyemali ſine magna difficultate: in qua Villa adeſt Eccleſia pro ſimplici beneficio; in qua Rector Parochialis, de conſenſu Rectoris beneficij, ſtatuit Capellanum; qui in ea pro commodo dictæ partis populi diebus feſtiuis offerat Sacrificium Miſſæ, exceptis ſolemnibus, habita licentia ab Ordinario: & Capellanns ipſe ab illo populo eſt recognitus ad eius ſoſtentationem: Rector verò Parochialis exclamat quod oblationes in Eccleſia prædicta factæ debeant conſignari Eccleſiæ ſuæ Matrici. Vnde quæritur An ad hoc teneantur illi Parochiani? & An alia Sacramenta pro ſalute d. popnli poſsint in ea adminiſtrari?

Breui ſermone dico (ſalua ſemper veritate) quod oblationes, quæcunq; ſint, debentur Eccleſiæ prædictæ, non autem matrici: & quod in
1 ea poſſent Miſſæ † celebrari in diebus ſolemnibus: & Sacramenta miniſtrari; ſicur diſpoſitum reperitur in ca. Ad audientiam. il 1. de Ecclеſ. ædific. quod à Conc. Tridentino fuit innouatſim. ſeſſ. 21. c. 4. de reform. & idem probatur in c. fin. eod. tit. dum Papa committit Ordinario quod non obſtante iuramento non prætermitat prouidere populo indigenti: & omnes Canoniſtæ ſeqnuntur. Vnde quandocunq; adſit in Parochia pars populi, quæ facilè ad Eccleſiam conuenire non poſsit pro diuinis Officijs audieudis, debet noua Eccleſia cõſtrui, & ibi pro ſalure illius populi conſtitui curatus. Sed verſatur in dubium An, oblationes debeantur matrici Eccleſiæ? Super quo, ommiſsis diſputationibus: concludo (mea quidem ſententia) qđ non debeantur, ſed applicari debeant Eccleſię pro d. populo inuentæ: quod probo ſic. text. in
2 d. c. Ad audientiam: diſponit quod omnes † abuentiones debeant dari ad ſuſtentationem Curati illins Eccleſiæ: quod cõfirmat Conc. in d. ca. 4. ſeſſ. 1. ibi, Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſijs nouiter erectis præficiendi, competens aſsignetur portio ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocunque pertinentibus. Ex qua diſpoſitione argui poteſt, quod nedum oblationes, de quibus agitur, non debentur Rectori antiquæ Eccleſiæ, ſed quod ipſe teneretur ſubuenire Capellano, pro reſiduo ad eius ſuſtentationem. Nam diſpoſitio. d. c. Ad audientiam; cui Conc. ſe refert: hoc agit, quod quando prouentus abundant ad conuenientem ſuſtentationem Rectoris; quod obuentiones illius nouæ Eccleſiæ aſſignentur curato: & Concilium ſequitur, quod aſsignari debeant ex fructibus matricis Eccleſiæ. Quod autem ſuperabũdẽt. d. Rectori probo ſic: illa Eccleſia habet beneficium annui valoris ſcutorum 40. & ipſe Rector à populo magnam quantitatem frumenti quotannis recipit: & omnibus diebus feſtiuis oblationes pecuniarum; præter multas menſuras tritici, pro miſſis defunctorum celebrandis; & alia multa, pro quocunque Sacramento collato, & ſepultura, ex quibus nedum ipſe, & eius ancilla abũdè ſuſtentari valẽt; ſed ex abundantia alij qnatuor: & vltra, ſicur experientia docet; nã multa bona immobilia in dies acquirit: & tãtò magis ſuperabũdant, quia ipſe deſcendit ab aſcẽdentibus ignobilibus; & ipſe eſt parum litte-
3 ratus: nam alimenta † dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum: ſecundũ Anch. in c. 1. num. 2. de præben. & dignit. in 6. & ſatis eſt huiuſmodi clerico, quod habeat victum, & veſtitum, vt diſponit textus per dictũ Pauli Apoſtoli in c. Epiſcopus Eccleſiaſticarũ, 12. q. 1. & latè, & diſtinctè notat Flam. Pariſ. in tract. de reſign. benefic. lib. 5. q. 6. num. 146. & infra; & Nauar. in tractat. de redd. benef. q. 1.

num.

num.92. & latius ego probaui in conſ.156. à n.
18. vſque ad nu.48. Quare emolumenta d. Re-
ctoris, habito reſpectu ad eius qualitatem, vt
haberi debet. ad not. per Pariſ. in conſ.98. nu.
30. & 31. vol.2. ſuperabundant; & conſequen-
ter ipſe deberet ſuſtētare Capellanum, quem
4 † ſuſtentat ille populus; ipſe enim ſolum po-
teſt compelli, quando obuentiones non eſſent
ſufficientes, vt in Conc.

Nec obſtat, quod beneficium non eſſet ſuf-
ficiens; quod tamen, vt infra dicetur eſt iuxta
qualitatem ſuam; quia Concilium ſe exten-
dit ad omnes prouētus quomodocunque ob-
5 uenientes: nam verbum † illud, quomodocun-
que, quo vtitur, comprehendit omnē modum,
per quem Eccleſia habeat fructus ad ſuſtenta
tionem Rectoris: ad notata per Io. And. in c.
Indemnitatibus. num.2. propè finē de electio.
6 in 6. verba † enim prolata debent accipi, &
interpretari, vt habeant effectum ſecundum
naturā actus, de quo loquuntur: l.1. §. Hæc ver-
ba. ff. quod quiſque iuris. l. Inſulam. ff. de præ-
ſcrip. verb. vnde Cōcilium loquitur de quibuſ-
cunque prouentibus prouenientibus, & per
conſequens, etiā ſi nullum adeſſet beneficium,
7 pro temporalibus, dummodo Rector† ex obla
tis poſſet ſe ſuſtentari iuxta conditionem ſuā,
vt refert Flam. Pariſ. vbi ſupra: vbi. nu.153. de-
clarat Conc. in c.2. ſeſſ.21. de reform. dum lo-
quitur de eo, qui petit ordinari ad ſacros ordi
nes, debet habere vnde honeſtè ſuſtentari va-
leat: quod ſcilicet non intelligitur cum decen
tia; ſed cum ſufficientia. Et ita intelligi debet
in caſu præſenti, quod quomodocunque habet
modum ſuſtentandi, ſufficit. Addens ex cōmu-
8 ni opinione Nauar. quod prouentus† 40. & ad
plus 50. ſcutorum; ſit ſatis ad ſuſtentationem
ſimilis clerici: Quare pro concludenti dicen-
dum eſt, quod obuētiones, de quibus agimus,
nedum ſunt ſufficientes, ſed abundant, & de-
9 berent † diſpenſari iuxta textum. in c. Vulte-
ranæ. cum duobus ſeq. & c. Apoſtolicos. 12. q.2.
Malè enim, quæ ſuperabundant, diſpenſantur
contra canonum diſpoſitionem. c. Epiſcopi. 12.
q.1. & c. Epiſcopus. 12. q.1. & c. Epiſcopus. 10.
q.2. vnde malè quærit ille Rector; quod obla-
tiones factæ illi nouæ Eccleſiæ ſibi dentur.

Nec obſtat. c. Eccleſiæ. cum alio ſequēti. 16.
10 q.1. vbi videtur diſpoſitum, quod Eccleſia† an
tiqua non debet priuari ſuis decimis, pro no-
uis erectis: quia, vt declarat Gl. in c. 1. de reb.
Eccl. non alien. in 6. in verbo, Tenues: illud pro
cedit quando non adſit cauſa ædificandi nouū
oratorium: vel quando antiqua Eccleſia non
ſuperabundat ad ſuſtentationem Rectoris.
Quam rationem approbat Card. Zabarel. in
11 conſ.8. nu.3. dicens, quod Ordinarius† poteſt,
etiam inuito Rectore, ex cauſſa conſtruere a-
liam Eccleſiam; & in ea ponere curatum, qui
habeat emolumenta Parochialis in parte ſibi

aſſignata, & idem confirmat in cōſ.26. num. 6.
dicens quod debet habere decimas illius par-
tis, quod proſequitur Lap. alleg. 67 num.4. & 5.
præter quod illud procedit etiam de perſona-
libus decimis: nam de realibus, ſiue fiat, ſiue
non fiat nouum oratorium parochiali Eccleſiæ
non debent dari decimæ reales: vt not. Gl. in
c. Tua nobis. in verbo, ſic & dominus, ad me-
dium. de decim: & text. in c. vlt. de paroch. &
not. And. Hiſpan. de decimis. c. 15. vbi refert,
quod, & oua gallinarum, pulli, & ſimilia anima
lia ſunt decimæ prædiales, & dari debent Ec-
cleſiæ poſitæ inter illa prædia: quod eſt contra
illum Rectorem, qui exclamat quod illi paro-
chiani debeant ſibi deferre ſua; & optimè tra-
ctat Pet. de Vbald. de Canon. Epiſc. & paroch.
in 16. q. prin. num.5. & iſtis maximè conferunt
notata in d.c. Ad audientiam. §.1. vbi dicitur,
quod quādo miniſter antiquæ Eccleſiæ poteſt
conuenientēr ſuſtētari, præter prouentus eiuſ-
dem; nouus Curatus habeat obuentiones illi
villæ: & in eadem conuenit opinione Abb. ibi.
num.14. & in ſequenti numero declarat, quod
12 illud verbum† obuentiones cōprehendit om-
nes redditus cuiuſcunque qualitatis: vnde Re
ctor, de quo loquimur, etiam ſi beneficium nō
eſſet ſufficiens; quia habet vltra multas obuen
tiones; dicitur ſuperabundare.

13 Præterea ſtante regula, quod qui † ſentit o-
nus ſentire debet commodum. de qua in tit.
de reg. iur. in 6. & dicto Domini Noſtri Ieſu
14 Chriſti, quod ſcilicet Mercenarius† eſt dignus
mercede, vt atteſtatur Lucas Euangeliſta in c.
15. 10. & omnis, qui procurat † tollere operanti
mercedem agit contra iuſtitiam. c. Extirpan-
dæ. de præben. & dicitur homo malus. c. Paſce.
86. diſtin. quando fuit ſtatutum, quod decimę
& primitiæ darētur Rectori; nulla alia de cauſ
ſa fuit, niſi vt laboraret pro ſalute populi; ſed
qui non laborat non manducat: vt probaui in
conſ.157. & qui non habet onus non debet ha-
bere commodum: vnde regula illa quod primi
tiæ dentur, intelligi debet de illis, qui rema-
nent in antiqua parochia: & quandocunque ēt
duæ Eccleſiæ ſint in vna ſola parochia. primi-
tiæ, & obuentiones debentur illi, qui ſeruit. quia
merces datur ſecundū opus. l. Seio. ff. de annu.
leg. & ſic ille Rector, qui non laborat, peccat
velle lucrari indebitè. c. Matthæus. ad finem.
de ſimon.

Quò verò ad Sacramenta, & miſſam in ſolē-
nibus, nullam video difficultatem, & miror qđ
ſit Capellano prędicto prohibitum: quia ratio
d.c. Ad audientiam: & Cōcilij, illa fuit, vt ſub-
ueniatur populo, qui difficilè ad matricem ac
cedere poſſet: & Eccleſia nouiter erecta debet
haberi tanquam parochia: & abſurdum eſt, qđ
lex malè intelligatur, quæ fuit inuenta, vt po-
pulus, qui habeat difficultatem accedendi ad
antiquam Eccleſiam pro Sacramentis, non re-

maneat

maneat ſine ipſis; vnde ſi pro vtilitate, fuit ſtatuto quod erigatur noua Eccleſia, in qua illis, qui difficilè poſſunt ad matricem Eccleſiam accedere; ſubueniatur ſi magis in ſolemnibus
16 † conuenit habere Sacramenta; vt habetur in c. Omnis vtriuſq; ſexus. de pęnit. & remiſſ. Quę ratio prohibet illos in ſolemnibus ad nouam Eccleſiam accedere, & in non ſolemnibus abeſſe, ſi pp commoditatẽ, & ſalutẽ fuit cõceſſa Eccleſia illi propinqua? vnde ſi datur Capellanus ad Miſſam. & in d. caſu noua Eccleſia ſuccedit loco antiquæ pro illa parte populi; quare non debentur ei Sacramenta? & ſi non habent illi Parochiani commoditatẽ antiquæ Eccleſiæ ꝑ Miſſa: quomodo poſtea habent illam pro Sacramentis? hoc enim puto erroneum, & malũ.

Nec obſtat quod quando conceditur Miſſa in priuaris Oratorijs, excep tuantur dies ſolẽnes. vt in c. Si quis etiam. de conſecrat. diſtin. 1.
17 cum alijs ſimilibus: quia † aliud eſt Oratorium priuatum; aliud publicum, & aliud ædificatum ſine cauſa neceſſaria; & aliud ex neceſſaria: ædificatum enim pro neceſsitate populi: eſt tãquã Parochia: & in eo omnia fieri poſſunt, quæ in antiqua Eccleſia: vt quiſquis prudens poteſt cognoſcere à diſpoſitione. d. c. Ad audientiam. & Conc. in d. c. 4. ſeſſ. 1. quod demonſtrat etiam Gl. in d. c. Si quis etiam. in verbo, Oratorium. & doct. Ang. in ſua ſum. in verbo, Miſſa. nu. 59. verſi. ſed tn dic. quem ſequitur Sylueſt. in eod. verbo, Miſſa. 2. nu. 5. verſ. Quidamtamen: & ſic remanet concluſio quod oblationes non debentur antiquæ Eccleſiæ, & quod in noua etiã diebus ſolemnibus poſſent celebrari Miſſæ; & Sacramenta dari. Et ita iuris eſſe cõcludo. Saluo, &c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CLXIII.

Abſtinere ab opere ſeruili in die feſto quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Feſta sũt obſeruãda, & abſtinendũ ab ope ſeruili.*
2 *Mundus ſumpſit exordium in die dominico.*
3 *Ordinarij poſſunt ſibi reſeruare caſus.*
4 *Feſta ſunt denuntianda populo.*
5 *Parochi debent denuntiare quæ feſta debeant obſeruari, & qualiter.*
6 *Apoſtoli ſtatuerunt diẽ dominicum loco Sabbati.*
7 *Feſta non tã ſtrictè ſunt præcepta, vt erãt hebræis.*
8 *Obſeruãtia feſti eſt in parte moralis, et parte cærimonialis.*
9 *Pars moralis pertinet ad cultum Dei.*
10 *Pars cerimonialis cõſiſtit in exteriori ope ſeruili.*
11 *Peccatum dicitur opus ſeruile.*
12 *Peccatum eſt maius in die feſto facere furtum, luxuriam, & alia ſimilia quam laborare.*
13 *Opus ſeruile eſt etiam in actu exteriori laborare pro cultu Dei; & non prohibetur.*
14 *Opus ſeruile eſt quod homo facit pro homine.*
15 *Opus conſideratur ſecundum qualitatem perſonæ*
16 *Qualitas perſonæ grauat plus, & minus.*
17 *Peccat vnus plus quam alius.*
18 *Seruus, qui iuſſu domini laborat, minus peccat.*
19 *Modicitas operis non eſt in conſideratione.*
20 *Peccat, qui tempore orationi ſtatuto laborat: ſecus illo tranſacto: & num. 21.*
21 *Qui laborat lapſo tpe ad cultũ ſtatuto nõ peccat.*
23 *Scandalum non eſt laborare in loco priuato.*
24 *Pęna datur maior delinquẽti in publico, q̃ in priuato.*
25 *Scandalum dat occaſionem ruinæ.*
26 *Scandalum in ſe eſt ſpeciale peccatum.*
27 *Intentio operantis eſt conſideranda, quia plus, & minus poteſt peccare.*
28 *Confeſſor debet abſoluere pœnitentẽ à caſibus ſibi conceſſis: nõ aũt à reſeruatis: & modũ habes.*
29 *Confeſſor debet etiam pœnitentem interrogare, an habeat aliquam gratiam eligendi Confeſſorem, qui poſſit eum abſoluere à reſeruatis.*
30 *Parochus tenetur ſcire omnia, quæ ad eius officiũ pertinent.*
31 *Caſus reſeruati conſiſtunt in genere, nec tollunt à iure conceſſa.*
32 *Ordinarius, qui vellet reſeruare caſus conceſſos à iure, eſſet in errore intollerabili.*
33 *Scandalum eſt dictum, vel factum minus rectũ.*
34 *Opera nõ tantũ ſunt cõſideranda, ſed circunſtatię.*
35 *Prohibitio, ſeu permiſſio cõſideratur ſecũdũ tẽpus.*
56 *Ex cauſſa aliqđ fit quandoq; ad qđ nõ tenebamur.*
37 *Opus non facit peccatum niſi adſit voluntas.*
38 *Voluntas, vt faciat peccatum, debet eſſe conſequendi, vel retinendi quod iuſtitia vetat.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

QVidam Rector parochialis vigore caſus reſeruati ab ordinario de obſeruatione feſti; dimiſit, in publica Eccleſia exiſtente populo, duas mulieres ſeruas ſine abſolutione, quia iuſſu domini ſui, in die dominico poſt veſperas de ſero abluerant filũ, timẽtes ne vreretur in aſpero lixiuio, ſi expectarẽt ad alteram diẽ: quarum dominus petit, An ille Parochus rectè ſe geſſerit: cui ego reſpondi negatiuè, ex infra dicendis.

Illud in tertio præcepto Decalogi certũ eſt
1 quod feſta † ſunt obſeruanda, & quod ab omni opere ſeruili eſt abſtinendum. c. 1. de conſecr. diſt. 3. & c. 1. de Ferijs. & quamuis in decalogo loquatur de ſabbato, idẽ verificatur in die dominico, ex cauſa inferius dicenda: vt in c. Ieiu-
2 nia. de conſecra. ead. diſt. Quia in ipſo † die mũdus ſumpſit exordium, & vita principium per reſurrectionem D.N. Ieſu Chriſti. c. Quod die. ad fin. 75. diſt. ita populo venit denunciandum. d. c. 1. de conſecra. diſt. 3. & data eſt Ordinarijs
3 facultas † ſibi reſeruãdi caſus. vt in c. Si Epiſcopus. de pœnit. & remiſſ. in 6. & diſtinctè notat Sylu. in ſum. verbo, Caſus. à num. 5. ad fin. quod maximè habet locum pro obſeruatione feſtorum. vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 12.
4 Sed hic punctus, hic labor: quia feſta † sũt populo denuntianda. d. c. 1. de cõſec. diſt. 3. ſed

multi omittũt rectè denuntiare; qa nõ ſufficit
ſimpliciter, pronr agũt rurales Parochi, denũ-
5 tiare, ſed requirit qđ diſtinctè† declarẽt opa,
quæ populus facere debet, & quæ ſint prohibi-
ra, & permiſſa. vt in Carhec. in 3. præcepto de-
calogi. verſ. Neq; verò Parochus: qđ præceptũ
de iure veteri fuit datũ Iudęis pro die Sabbati
6 ſed Apoſtoli† illud ſtatuerũt pro die dominico
ob relaras cauſſas in c. Sabbato. de cõſec. ea. di-
7 ſtin. 3. Non tamen † tam ſtrictè, vt olim erat
hebræis. ſicut refert D. Thom. quæſt. 122. artic.
4. quem allegat Nauar. in ſuo manual. c. 13. in
prin. & num. 2. & Sylu. in ſum, verbo, Domi-
8 nica. num. 5. Cuius obſeruantia † ſecundum d.
Sylu. ibi in principio, conſiſtit in parte mora-
li, & parte cærimoniali, ex opinione D. Tho.
9 2. 2. artic. 4. de quo ſupra: & pars † moralis
ſpectat ad Dei cultũ: vt in Pſalmo. 45. ibi. Va-
cate, & videte, quod ego ſum Deus: & elicitur
in c. Licet. de ferijs: & Sylu. vbi ſupra n. 8. pars
10 † verò cærimonialis conſiſtit in exterioti o-
pere ſeruili; ſecundũ Nauar, vbi ſupra. n. 2. verſ.
Tertiò dicimus: & ibi. nu. 4. dicit ꝙ omnia ope-
ra non prohibentur, ſed ſolum ſeruilia: opera
vero ſeruilia, triplici modo dicuntur.

11 Primò, qui facit† peccatũ; dicitur facere opꝰ
ſeruile; vnde Io. Euang. in c. 8. dicit: Amen amẽ
dico vobis, quia oĩs qui facit peccatum, ſeruus
eſt peccati: quare non ſufficit abſtinere ab o-
pere manuali, ſed à peccato; vt multi tendunt
ad ludum, luxuriam, furtum, & alia ſimilia: &
12 in maius † peccatũ incurrunt, ſecundũ D. Th.
2. 2. q. 122. de quo ſupra verſ. Ad tertiũ: & D.
Auguſt. in lib. de 10. Chor. vbi dicir, ꝙ Iudæus
melius faceret in agro ſuo aliquid vtile, quàm
ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœ-
minæ eorũ in die ſabbati, ſi lanã facerẽt q̃ ꝙ to
ta die neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.

13 Secundò opus ſeruile† dr̃ ẽt illud ꝙ in exte-
riori ad Dei ſeruitiũ fit. de quo loquitur Iacob.
Graff. in 1. vol. ſuarum dec. aure. li. 2. c. 34. nu. 10.
& iſtud non. prohibetur, & in 2. vol. c. 13. vbi di-
uerſitatem operum horarũ feſti; & alia narrat.

14 Tertiò opus† ſeruile dr̃ ilud, ꝙ homo pro ho
mine facit: vt in lib. Exod. c. 20. & Leuit. c. 23. ꝙ
15 tñ opus† conſiderãdum eſt ſecũdũ qualitatem
perſonę operantis, quantitatem operis, ſecũdũ
tẽpus, ſecũdũ perſeuerãtiam, ſecũdũ locum in
quo fiat opus, & ſecũdũ intentionẽ operantis:
vt hẽtur in c. Conſideret. de pœnit. diſt. 5. Qua-
16 litas. n. pſonæ† ſecundũ plus, & minus grauat,
& eſt conſideranda; vt in d. c. Conſiderauit. ibi.
ſecũdũ excellentiã ſui ſtatus, aut officij: nã vnꝰ
17 † dr̃ plus peccare, quã alius: c. Homo chriſtia-
nus. 40. diſt. c. Præcipuè. & c. Excellentiſs. §. De-
fleat. 11. q. 3. magis enim peccat nobilis, & q ha-
18 bet dignitatẽ, q̃ ignobilis. vnde ſeruus, † vel o-
perarius, qui iuſſu dñi laborat, minus peccat;
qñcunq; id nõ agat in contemptũ feſti: Nauar.
in d. c. 13. n. 7. & cæteri doct. ſup. relati: qui enu-
merãt caſus in quibus licet aliqd operari. Quã
19 titas ẽt cõſiderari debet; quia modicitas† ope
ris non eſt in conſideratione Nauar. d. c. 13. n. 9.
Syluęſt, in d. verbo, domin. n. 7. Ang. in verbo Fe
riæ. n. 7. verſ. Primũ operis modiciras: & Iacob.
Graff. vbi ſup. n. 17. & tempus, vt in d. c. Conſi-
20 deret: ibi; ſi tẽpore† orationi cõſtituto, quia
tunc peccaret; ſecus verò quando eſſet tranſa-
21 ctum tẽpus: obſeruatio†. n. feſtiuitatis. de qua
in d. c. 1. de conſecr. diſt. 3. fuit ſtatuta à primis
veſperis, ad ſecundas pro cultu Dei, qđ decla-
rat Couar. in lib, variar. reſol. c. 19. nu. 9. quare e-
22 lapſo† tp̃e, & maximè qñ labor ſit in modico,
vt ſupra, nõ dr̃ quis cõtra præceprũ agere; neq;
qñ urgeat neceſsitas. c. Licet. & c. Conquæſtus.
de ferijs: & ibi Gl. in ver. Neceſsitate. Sylu. vbi
ſupra. n. 3. verſ. Quibus ſolemnibꝰ ferijs. & Ang.
verſ. Secũdũ neceſsiras. ſum. Armi. in d. ver. Fe-
ſtum. n. 18. verſ. 3. ex neceſsitare. & Graf. n. 20. q
doct. ſunt vidẽdi quia enumerãr caſus in quibꝰ
permittit aliqđ opus; & aliud eſt facere opus
in loco priuato, & aliud in publico: quia cũ qd
23 fit† in loco remoto, deſinit ſcandalum; & omne
factum ſine ſcandalo eſt tollerabilius. c. Nemo.
24 32. q. 4. c. de Homine, & celeb. Miſſ. Maior† enim
pœna datur delinquẽti in publico, quã in pri-
uato. Inſtit. de oblig. quæ ex delict, naſ. §. Pœna,
& facit c. Veſtra. & c. fin. de cohab. Cler. & mul.
25 qđ verò † fit cũ ſcandalo dat occaſionẽ rùinæ
Archid. in c. Licet. 45. diſt. & eſt dictũ D. Thom.
2. 2. q. 43. art. 1. & ibi in art. 3. dicit qđ ſcandalũ
26 † eſt in ſe ſpeciale peccatũ: ergo qđ agitur ſine
27 ſcãdalo, caret illo peccato: Nec eſt omittẽda†
cõſideratio intẽtionis: an ſcilicet qui operatus
eſt habuerit intentionẽ ad contemprum feſti:
quia ſecundum eius intentionem potuit pec-
care, & nõ peccare; & excuſari, vel cõdemnari:
vt ita refert ſum. Armil. in verb. Feſtum. nu. 18.

Quibꝰ. diſcuſsis in caſu præſẽti cõcludi põt
qđ ille Parochus malè, & ſine doctrina, & iudi-
cio ſe geſſerit: nã qñ nõ eſſent illæ ſeruæ excõi-
28 catæ debebar† eas abſoluere à peccatis ei cõ-
feſsis, in qbꝰ nõ ſe extendebãr caſus reſeruati:
& poſtea perere facultatẽ in reſeruatis; & ita
nõ dediſſet cauſsã ſcãdali; nã populus qui erat
in Eccleſia de facili potuit cogitare illas mu-
29 lieres eſſe malæ vitæ. Immò debebar† eas in-
terrogare, An haberẽt aliquam gratiã, vt ẽt in
tp̃e Paſchatis à caſibꝰ reſeruatis poſsẽt abſolui
qa affirmatiuã inueniſſet, cũ earũ nobilis do-
minus cũ tota familia ad hoc ſit priuilegiatus:
ita Nauar. in c. 26. ſui Manu. nu. 6. cum allegatis,
& quandocunq; huiuſmodi gratiã non habuiſ-
ſent, & alia peccata non dixiſſent, ad euitan-
dum ſcandalũ debebat in exteriori actu dare
ſignũ abſolutionis, eas aduertẽdo de nõ abſo-
lutione. Parochus†. n. tenet ſcire ea oĩa, quæ ad
eius officiũ ſpectãt, & euitare ſcãdalum. c. 2. de
nou. ope. nũtiar. Neq; excuſari põt ſup caſibꝰ re
31 ſeruatis q† cõſiſtiir in gñali pluibitione; nec cõ
prehẽdũr caſus à iure excepruatos: Immò qñ
32 cunq; Ordinariꝰ† vellet caſus gñaliter reſerua

Digitized by Google

tos obſernari eſſet in errore intollerabili cõtra legem: vt ita concludit Sylu. vbi ſupra nu. 9. in 7.quæſt. quem refert, & ſequitur Nauar. in d.c.13.manual. num. 15. Vnde illæ mulieres poſt veſperas à ſero, ex neceſſitate; quia res erat peritura; & in modico; & loco priuato: nec animo, aut intentione contemptus feſti, quod iam erat in declinatione; & ipſæ miſſam & veſperas audiuerant, & erant de familia nobilis, qui cum tota familia in forma Iubilei poterãt ab omni peccato abſolui; indebitè à d. Curato fuerunt ſcandalizatæ. c. Cauendum. 10. q. 3.
33 ſcandalum † enim (vt ſupra) eſt dictum, vel factũ minus rectè, vt ibi textus, & notat Sylu. in verbo, ſcandalum poſt principium.
34 Opera † enim non tantum ſunt animaduertenda; ſed circunſtantiæ operum, ſcilicet tempus, cauſſa de quãdo facta ſit operatio, & volũtas operantis c. Occidit. 23.q.8. ſecundum tẽ-
35 pus † autem perſcrutari oportet prohibitionem, vel permiſsionem. c. Quis ignoret. 32.q.4. & cauſſam operandi. d.c. Occidit. vna cum voluntate: c. Non eſt, cum ſequen. 15. q. 1. Ex
36 cauſſa † nanque, quandoque aliquid eſt faciẽdum, ad quod non tenebamur. c. Iam nunc. 28. q. 1. vbi Chriſtus licet non teneretur ſoluere
37 tributum; tamen ſoluit: & omne opus † non facit peccatũ, niſi adſit voluntas. c. Sicut enim.
38 32.q.5. voluntas † enim, vt pariat peccatum, debet eſſe conſequendi, vel retinendi, quod iuſtitia vetat. c. 1. in fine. 15.q.1. hic autẽ dies feſti inclinabat; opus fuit in ſecreto, & ex cauſſa neceſſitatis, & iã audita miſſa, & veſperis, & in modico. Quæ omnia à lege permittũtur; ergo ceſſauit peccatum: & ita cenſeo, ſaluo tamen, & ſemper veritate: Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXIV.

Legatum à patre factum filiæ quando nupſerit; quando ſit purum; & de illo filia poſſit diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filiam dotare. & num. 7.*
2 *Legitima eſt ſecundum ius naturale.*
3 *Legitima nõ põt aliquã cõditione grauari. et n. 12.*
4 *Legatum à patre filiæ factũ cũ nupſerit, eſt purũ.*
5 *Legatũ ab extraneo factũ difert à patre factũ filiæ.*
6 *Legitima non patitur dilationem.*
8 *Legatum filiæ, quando nupſerit, debetur etiam ſi monaſterium ingrediatur.*
9 *Legatum pro dote eſt pium.*
10 *Matrimonium carnale, & ſpiritnale pariter eſt priuilegiatum.*
11 *Relictum 100 aureorum intrando monaſterium; & 500. nubendo: idem pro monaſterio maior ſumma debetur; contrarium in fine numeri.*
13 *Legatum pro dote factum filiæ, etiam ſi legitimã excedat, eſt purum.*
14 *Soror non debet eſſe deterioris conditionis altera ſorore in legato.*

Dabit mihi Dominus verbũ ad veritatẽ.

FACTI SPECIES.

PAter habens filium, & duas filias; hæredẽ maſculum inſtituit; & fœminis legauit quingentos aureos, quando nupſerint: & eo defuncto vna in matrimonium ſe tradidit; & altera nomine Dorothea monaſterium ingredi deſiderat; & quòd ab eleemoſina, quæ datur pro ingreſſu reſtat à d. legato quingentorum, cupit in operibus pijs pro anima ſua diſtribuere, ſeu relinquere: ſed frater, ſtante conditione illa, quando nupſerint, recuſat ſoluere legatũ; & ipſa Dorothea quærit quid iuris? In quo caſu ego teneo legatum ſibi deberi omni conditione poſtpoſita, ex infra dicendis.

Socin. nanque in conſ. 92. incipit, Circa primum: in prima part. ſecundum antiquam impreſſionẽ col. 4. ver. Ex quibus ſequitur: cõcludit ſecũdũ allegata, quod huiuſmodi legatũ ſit purũ; & quòd illa conditio, qñ nupſerint, non impediat quin legataria, etiam ſi non adimpleat conditionẽ, debeat habere legatũ: quia pater
1 † tenetur filiam dotare: & huiuſmodi legatum ſuccedit loco legitimæ. l. Quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. addens ẽt quòd quando res legata excederet legitimã, illud plus accedat ad naturã legitimæ; ad quod ſubintrat regula, Ac-
2 ceſſoriũ. de reg. iur. in 6. legitima † enim eſt ſecũdũ ius naturale. diſt. 1. & qñ ẽt ſecundum aliquos, depẽdeat à iure poſitiuo; ſatis eſt quòd
3 grauari † non poſsit, nec ſub aliqua conditione dimitti. l. Qm in prioribus. C. de inoffic. teſtã. & latè probat Simon. de Pret. in 3. lib. interpr. vltim. vol. fol. 2. nu. 13. vbi de comuni: lex enim illa, Qm in prioribus, imponit falcem ad meſſem: nam ex ea remanet diſpoſitũ quòd legitima ſub aliqua conditione grauari nõ poteſt, & ſic
4 huiuſmodi legatũ † intelligitur purũ, vt ibi Socin. ex Bar. ſententia in l. Si extraneus. ff. de iur.
5 dot. aliud † enim (vt ipſe dicit in ver. Itẽ videmus) legatum eſt in extraneos, & aliud in filios, & nepotes: & idõ ſequitur in conſ. 288. circa primã quæſtionẽ. col. 11. verſ. Secũdum decidit Bar. in terminis, quòd affirmat Anch. in conſ. 232. ſubtiliſsimè, & ad plenũ pro matre & in conſ. 323. Iſta omnia puto, vbi cõcludit, quod huiuſmodi legatum à patre factum eſt purum, & quod legataria poteſt de eo diſponere: quia dos
6 ſubrogata loco legitimæ † non patitur dilationẽ: & quòd omne onus debet remoueri, per d. legẽ, Quoniam in prioribus. In qua opinione fuit Gramat. in conſ. 57. Proponitur in themate vol. ad ciuilia: & ſecundum ipſum hæc ratio procedit in quocunque obligato ad dotem:

7 pater igitur tenetur ad legitimam, & † filiam
dotare.l.Qui liberis.ff de ritu nupt,ergo lega-
8 tum iſtud eſt purum, & tantum debetur † le-
gatariæ volenti ingredi monaſterium, quantũ
ſi nuberet;ſicut diſponit in expreſſo textus in
§ Sed & hoc præſenti.Authent.de Santiſs. E-
piſc.col.9.& Couuar. in 1. lib. var.reſolur. ca.
9 19.num.10. legatum † enim pro dote eſt piũ.
l.Cum is.§ Si muliet.ff.de condit.indeb.Anan.
in conſ.57. poſt prin.Alex.in l. Si cum dotem.
§.Eo autem tempore,num.10.ff.ſolut.mat.De-
10 cian.reſpon.5.num.12. vol.3. Tantum† nanque
eſt priuilegiatum matrimonium ſpirituale ; q̃
carnale,vt refert Pariſ. in conſ.26.num.37.vol.
4. & Decian.d.reſpon.5.num.13. pro communi
11 opinione tenet quod etiã ſi teſtator † dixiſſet
quod filiabus darantur.300.dum nuberent ma
rito in ſeculo: & 100. tantum ſi monaſterium
intrarent ; quod fauore religionis etiam 300.
deberentur intrando monaſterium. Quam opi
nionem, vti communem, recitat etiam Franc.
Mantic.de coniectu. vltim.volunt.lib.9. tit.18.
num.26 27. ipſe tamen ſolum concludit debe-
ri legatum,ſeu portionem legatam pro ingreſ
ſu monaſterij: ſed,quicquid ſit, illa verba non
ſunt poſita in caſu præſenri; ſed ſimplicitet q̃
dentur 300. aurei,cũ nupſerint;vnde legatum
pro dote,& loco legitimæ cum debeatur à pa-
tre, dicitur purũ;& Dorothea ſiue nubẽdo car
naliter,ſiue ſpiritualiter , illud conſequi põt.;
tum quia teſtator non expreſſit de quo matri
monio; tum quia ſimile legatum à patre ſucce
12 dit loco legitimæ, vt ſupra;nec† vlla conditio-
ne potuit grauari,ſecundum allegata ; & latè
probat Sim. de Præt. in 3.lib. interpret.vltim.
13 volunt. ſolut.4. num.31. & etiam † ſi excede-
ret ſummam debitam pro legitima. d. Doro-
thea de illo ad libitum poteſt diſponere;ſecũ
dũ ad eum notata ibi.dum ponit differentiam
inter legatum factum ab extraneo; & à proxi-
mo obligato;quod fuit etiã dictum Socin. vbi
ſupra;& tantò magis,vt tradit Anch.in conſil.
223. cũ ſoror eius iã habuerit legatũ,ipſa Do-
14 rothea † non debet eſſe deterioris conditio-
nis;ſed partem ſuam relictã debet habere,ſiue
nubat,ſiue monaſteriũ ingrediatur;vel ſine ma
trimonio.& monaſterio remaneat,& qñcunq;
legatũ velit,cũ ſit loco legitimæ,quę cõditio-
naliter grauari nõ põt.& omnis appoſita cõdi
tio,pro infecta haberi debet:& ita reſideo , &
iuris eſſe cenſeo . Saluo ſaniori iudicio . Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXV.

Succeſſor an teneatur,& quando ſtare locato? &
An boues , & aliæ beſtiæ , ſeminaque ſint
prædeceſſoris, vel ſucceſſoris ?

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non tenetur ſtare locato : declara. n.14.*
2 *Boues ſunt inſtrumenta fundi.*
3 *Semina ſunt inſtrumenta agri.*
4 *Qui habet onus debet habere commodum.*
5 *Fructus pro agro ſeminato ſpectant ad conductorem. & num.8.*
6 *Fructus de proximo colligendi haberi debent pro recolectis.*
7 *Maritus debet habere fructus illius anni, in quo reddet fundum vxoris.*
9 *Conductor rei emptæ fiſci, habet fructus rei locatæ emptæ.*
10 *Eccleſia æquiparatur fiſco,quo ad locationem,reſpectu fructuum.*
11 *Succeſſor voluntarius tenetur ad omnia, ad quæ prædeceſſor tenebatur.*
12 *Succeſſor in re cohærenti perſonæ ad omnia tenetur,vt prædeceſſor.*
13 *Fructus anni ſeminati ſpectant ad conductorem.*
14 *Succeſſor quãdo tenetur ſtare locato.et n.15.et 16.*
17 *Sumptus præſumuntur facti ære illius,qui eos fecit,niſi contra probetur.*
18 *Bona in dubio præſumuntur allodialia.*
19 *Qui habet bona allodialia,etiam clericus, præſumitur de ſuo expendiſſe in beſtijs.*
20 *Bona extrinſeca non computantur in proprietate.*
21 *Bona,quæ non ſunt affixa fundo,cedũt cõductori.*
22 *Decimæ ſunt de iure diuino ordinatæ.*
23 *Decimæ debentur de omnĩ grano,& alijs.*
24 *Decimarum duo ſunt genera.*
25 *Decimæ ſunt ad honorem Dei, & ſuſtentationem ei ſeruientium.*
26 *Decima beſtiarum ſoluitur vbi paſcuntur.*

FACTI SPECIES.

Rector parochialis Eccleſiæ S.Agathæ
renuntiauit beneficium Reuerendo
Ioanni de Caſalis,reſeruata ſibi pen
ſioñe 200.ſcutorum cum auctoritate
ſummi Pontificis. Qui Reuer. Ioannes habuit
poſſeſſionem 25. Maij , & intendit expellere
conductorem poſſeſſionum , etiam præſentis
anni ; cui neque beſtiamina in eis exiſtentia ,
neque ſemina dare prætendit : quia (vt alle-
1 gat) ſucceſſor † non tenetur ſtare locato per
l.Emptorem.C.de loc. & condu & quia boues
2 † & alia beſtiamina ſunt inſtrumenta fundi. l.
2.vbi Bal.C.de ver.ſign.l.Pecoris paſcẽdi. ff. de
ſeru.ruſtic. præd. Gl. in c. Ad Apoſtolicam. in
verbo. Perſonales. de decim.& not.And.Hi-
ſpá.de decim.c.15.n.6.vbi dicit.ꝙ vituli,hędi,
oua gallinarũ,& alia ſimilia,adhærent prædijs
3 ad decimã ſoluẽdã.& ꝙ ſemina† ſunt inſtrumẽ
ta agri.l.Itẽ ſi fundi.§.Seminarios.ff.de vſufru.
l.Quæſitum.verſ.Item nonnullis viſum eſt . ff.
de fund. inſtruct.quod vt infra iuris eſſe dico.

Regula d.l.Emptorem. C.de loc. & condu.
non impedit quin conductor habere poſſit fru
ctus præſentis anni ; neque alia iura ſuper be-
ſtijs adducta,& ſemine:quia hic non agitur de
continuando in locatione; ſed ſolũ ſuper fru-
ctibus

Digitized by Google

ctibus præſentis anni ,pro quibus colligendis
factæ ſunt multæ expenſæ : quarum ratione , q
4 habuit † onus debet etiam habere commodū.
c.Qui ſentit onus.de reg. iur.in 6. ad quod fa-
cit dictum Rom.in ſingul.536. & deciſ.Pedem.
82.num.10.ibi,quod debet eſſe lucrum vbi eſt
periculum,& loquitur in terminis:dicēs quod
5 fructus † illius anni pro re ſeminata ſpectant
ad conductorem,qui ſumptus fecerat:& ratio
6 maximè procedit in iſto caſu, in quo fructus †
de proximo ſunt colligendi,ad Bal.in d.l.Em-
ptorem.num.7.verſ.Sed pone colonus.& verſ.
Sed nunquid partiario. & in hoc adeſt Gl.in l.
Diuortio. §.Interdum.in verbo, Reddet.ff.ſo-
7 lut.matrim. quæ notat,quod maritus,† qui te-
netur reddere fundum vxoris , tamen debet
habere fructus illius anni, ratione ſumptus in
eis facti:& eadem ratio procedit in beneficia-
libus adminiſtrationem habentibus , per tex-
tum expreſſum in c.Ad noſtram,de reb.Eccleſ.
8 non alien. vbi etiam fructus,† qui ſuperabun-
dant expenſas;debent relaxari conductori, &
colono , ea ratione ; quia qui habuit onus de-
bet etiam habere commodum: & iſtam ratio-
nem ſequitur Couuar. in primo lib. variar. re-
ſolut.c.3.num.3. & 4. & Sylu. in ſum.in verbo.
Locatio.num.11. & ſtat argumentum in l. fin.
propè finē:& ibi Gl. in verbo:Sententiā. ff. de
9 iur.fiſc.vbi Qui † emit rem fiſci,iam locatam,
tenetur ſtare locationi, & ſolum ius habet ad
penſionem. Quam ſententiam ſequitur Guid.
Pap.deciſ.480.n.5.verſ.Fallit in fiſco , & com-
munem appellat Pet.Duen.in reg.240. in 8.fal
10 len.& argumentū procedit† in Eccleſia; ſicut
pro communi recitat.d.Pet.Duen. ibi in 9.fal-
len. Et quamuis Cephal. in conſ.255. vol. 2. &
Alb.conſ.108. videantur adhærere. d.l.Empto
rem. eorum opinio quatenus eſſet vera proce
deret quando ageretur de tota locatione ; &
tunc etiam eſſet diſtinguendum,prout diſtin-
guit Couuar. in lib.2.var. reſolut.c.15.num.6.
ſed in iſto caſu non agitur de validitate loca-
tionis,ſed ſolum de fructibus præſentis anni ,
qui ſunt in eſſe, & ſaltem de proximo colligen
di,factis iam ſumptibus à conductore. Immò,
qñ etiā ageretur de tota locatione, multa cō-
tra ſucceſſorem eſſent dicenda , cum ipſe non
ſit neceſſarius ſucceſſor,ſed voluntarius in lo-
11 cum prædeceſſoris,& ad † omnia per præde-
ceſſorem conuenta teneretur. c. Is qui in ius
ſuccedit.de reg. iur. in 6. & c.Eleutherius. 18.
q.2.ad quæ etiam ſingularis ſucceſſor tenetur.
l.Qui in ius dominium ve.ff.eo.ti.de reg.iur.&
maximè qñ in re ſuccedit. l.Exceptio.ff.de ex-
cep.re.iud.cū alijs ſimilibus: vt eſt ille de quo
12 loquimur. Immò quando ſucceſſor† eſſet in re
cohærenti perſonæ;cū agatur de lucro,ad om-
nia ēt per prædeceſſorē acta,teneretur.l.Apud
Celſum.§.De authoris,cum alijs ſeq. ff.de dol.
excep. & alia multa eſſent dicenda , quæ om-
mitto,cum ſatis ſuperque ſit oſtendere, quod
13 fructus præſentis † anni debeantur ratione
expenſarum.vt in d.c.Ad noſtram.& not.Hie-
ron. Cagnol. in l.2.nu.221.verſ.Secundò limita
concluſionē.c.de pact. int.empt.& vend.& ip-
ſa Gl.in d.l.Diuortio,in verbo,Redder.§.Inter
dū.ff.ſol.mat. & ibi Bar.verſ,quid ſi ſoluto ma-
trimonio:& Tiraq.de retract.conuent.§ 5.Gl.5.
Nec obſtat regula in d.l.Emptorem: quæ ſo
14 lum vendicat † ſibi locum, in tota locatione ,
vel quando conductor nōdum ſeminaſſet, nec
ſumptus feciſſet:vel annus nondum fuiſſet in-
cœptus;ſicut declarat Bal.in ea. l.Emptorem.
n.7.& 8. immò Card. in conſ.95.num.8.dicit q
illa regula tunc procedit, qñ locator perſona-
15 liter erat obligatus; quia ſucceſſor † non tene-
tur cum ſit alia perſona;ſecus verò quando o-
bligatio dependet à re , quæ ad quoſcunque
tranſit cum onere.l. Traditio.ff.de acquir. rer.
dom.c.1.de teſt. hic verò R. Ioannes eſt in re
16 ſucceſſor: & non † agitur de tota locatione ;
ſed ſolum de anno præſenti iā incœpto,qui de
bet haberi pro completo.c.Cū ſicut.de eo,qui
mittit. in poſſeſs. l. 1. ff. de poſtul. & maximè
quia iam ſumptus ſunt facti: & fructus ſunt de
proximo colligendi :.vt ſupra probatur.
Neque obſtāt iura adducta pro beſtijs, & ſe
minibus;qa ſolū procedunt qñ cōſtat fuiſſe de
dicata in fundo , quia tunc tanq̃ inſtrumenta
fundi tranſeunt;ſecus qñ fuerint à prædeceſſo
re,ſeu conductore ære proprio poſita q ſēper
17 † in dubio præſumitur,& q contrariū præten-
dit,debet probare:huiuſmodi .n. bona ſemper
18 in dubio† præſumuntur allodialia. Dec. in cōſ.
568.n.6.& in cōſ.588.n.8. & 9. quod idem quo
ad boues,& ſemina probat.Rol.à Vall.in conſ.
54.n.31.32.33.& 34.vol.3.& in cōſ.2.n.11. eod.
vol.Talia .n.bona nō veniunt in vēditione poſ
ſeſſionis,niſi in inſtrumēto fiat expreſſa men-
tio,ſicuti probat Fab.de mōt.in tract. de emp.
& vendit.in 6.q.prin.n.68.& Rol.in d.cōſ.54.n.
33.& Pet.de Vbal.in tract.de duob. frat. 11. q.
prin.n.40.& diſpouūt dictæ leges.l.Itē ſi fundi
§.Seminarios.de vſufru.& l.Quęſitum de fund.
inſtruc.& not.Bal.in l.2.C.de ver.ſign.& in cōſ.
222.n.3.Caſus talis.& in conſ. 232. nu. 1. & ſic
qñ non probetur ea fuiſſe Eccleſiæ relicta, vel
conſignata, tanq̃ bona allodialia ſpectant ad
prædeceſſorē,vel cōductorē, & eorū hæredes,
& maximè quia p̄deceſſor habebat multa bo-
19 na allodialia vltra Eccleſiaſtica:ex quibus† præ
ſumitur beſtiamina, & ſemina de ſuo poſuiſſe.
Bero.cōſ.7.n.2.& 3.vol.2.quare ſurgit doctrin.
Bal.& Rol.à Vall.in allegatis iuribus. & Dec.
conſ.558.num.8.in fine.& Bal.in l.1.C.de fruct.
& lib.expē.quē ſeqtur Fran.Crem. in ſing.133.
& Tiraq.de retract.conſang.§.15.Glo. 2. num.
28. qui ſequitur Bal. & pro eo allegat textū in
l.1.§.Neceſſarijs,& in l.Quod dr̄. la 1.ff.de im-
20 pē.in reb.dot.fact.Ea †.n. ,quę sūt extrinſec⁹,

35 *Opera piæ procedunt à charitate.*
36 *Donatio non præſumitur dos, data habenti modum.*
37 *Alimenta dans habenti obligatum ad ea, poteſt repetere:*
38 *Præſumptio veriſimilis non tollitur per præſumptionem contrariam: ſed requiruntur contrariæ, & claræ probationes.*
39 *Liber particularis probat intentionem. & n. 40.*
41 *Donatio excedens ſummam à iure ſtatutam ſine inſinuatione non valet.*
42 *Inſinuatio excedens ſummam, requiritur etiam in debiti ſolutione.*
43 *Inſinuatio non conualidatur iuramento.*
44 *Inſinuatio tam in præſumpta, quàm expreſſa donatione requiritur.*
45 *Iuramentum non conualidat donationem non inſinuatam, tam præſumptam, quàm expreſſam.*
46 *Iuramentum, vt conualidet; requirit mentionem inſinuationis. & num. 47.*
48 *Præſumptio donationis non inſinuatæ oriri non poteſt.*
49 *Donatio non præſumitur in Prælato.*
50 *Fructus beneficiorum donari non poſſunt.*
51 *Donare non poteſt clericus fructus beneficiorum.*
52 *Vicarius dicitur Prælatus.*
53 *Dignitas non amittitur dimiſſo officio, niſi per demerita:*
54 *Priuilegium durat dimiſſa dignitate.*
55 *Prothonotarius præcedit omnes poſt Epiſcopos.*
56 *Prothonotarij à Papa creati vocãtur familiares, & commenſales Papæ.*
57 *Prælatus in dubio rem magnam non præſumitur donare.*
58 *Intentio probatur per iuramentum.*
59 *Iacob. Alb. reprobatur in conſ. 12.*
60 *Lex poſterior non abrogat anteriorem.*
61 *Leges debent concordari.*
62 *Legitima in dote computatur.*
63 *Interpretatio iniqua non eſt facienda.*
64 *Abſurdum eſt vitandum.*
65 *Socin. in conſ. 5. non eſt contrarius, donationi non præſumptæ.*
66 *Lex vnica. §. Accedit. C. de rei vxo. actio. duo neceſſaria requirit.*
67 *Dos data mulieri in poteſtate non præſumitur donata.*
68 *Dotem dans mulieri, quæ habeat obligatum ad eã dandum; poteſt ab obligato repetere.*

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

Caſus ita ſe habet.

REuerendus N. I. V. D. & Prothonotarius Apoſtolicus, defuncto Sempronio retinuit in domo ſua eius vxorem cũ duabus filiabus; & vno maſculo ætatis 14. annorum circiter; quem mittebat ad gymnaſium Grammaticæ; & duo alij fratres tunc minores ibant vagabundi: & primus reſidebat extra ciuitatem in terra Carpi ratione canonicatus, quem dimiſerat. d. N. & ad eius præces habuerat: qui quatuor fratres adunati pro diuiſione facienda, per inſtrumentum conſtituerunt dotes ſuis ſororibus; videlicet ſcutos 360. pro qualibet; quarum vna fuit monacha, & altera poſtea in matrimonium collocata per d. N. exiſtentibus dictis fratribus abſentibus: primus ſcilicet ad reſidentiam, & duo vagabũdi: quibus dedit de ſuo dotes: ſcilicet moniali ſcutos 300. & veſtimenta, & multa mobilia; & alteri nuptæ ſcutos vltrà 1300. ſine alijs in inſtrumento comprehenſis: animo, vt atteſtatur cum iuramento, ſibi compenſari dotes à fratribus conſtitutas pro ſoluendo eius debito vltrà ſcutos 1000. pro reſiduo terrarum ab eo emptarum; in qua conſtitutione dotium à fratribus aderat pars, quæ contingere poterat dictis fratribus pro fabrica à d. N. ſuis ſumptibus facta ſuper poſſeſsione dictorum fratrum, ea intentione, vt toto tempore eius vitæ ea vti & frui poſſet; ſed volentes, dicti fratres inter ſe diuidere bona paterna rogauerunt d. N. ad conſentiendum; & ipſe ideo pro dotibus dictarum ſororum aſsignauit partem. d. fabricæ, quæ dictis fratribus cõtingere poſſet: quia erat communis inter ipſos, & patruum: & ad demonſtrandam intentionem. d. N. vt dotes prædictæ ſibi compenſarentur pro ſoluendo eius debito; vltrà iuramentum, habet librum familiarem, in quo omnia ſunt notata; & ad veritatem adſunt multæ eius literæ ſcriptæ eius procuratori; quem ſolicitabat ad exigendum certa credita dictorum fratrum pro d. ſuo debito ſoluendo: & patruus dictorum fratrũ ſoluit quantitatem, vnà cum alijs pecunijs ei tranſmiſsis ab ipſo. N. ſed ille primus recuſat admittere ſolutionem prędictam dicens, quod omnia data à d. N. pro ſororibus intelliguntur donata: quare videndum eſt, quid iuris?

In præſenti caſu vrgent allegata per Iacob.
3 Alb. in conſil. 12. vbi concludit dotem† ab extraneo datam cenſeri donatam ex l. Vnica. §. Accedit. C. de re. vxo. actio. & in eadem opinione videtur concurrere Socin. in conſ. 5. nu. 14. vol. 4.

Sed contrarium ego exiſtimo ex infradicẽdis: & pro veritate in primis aduerto, dotes dictis ſororibus iam fuiſſe cõſtitutas à fratribus,
4 & validè; quia frater † tenetur dotare ſororẽ. l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de domin. tur. Bero. q. 113. num. 5. & 6. quod eſt commune dictum, ſecundum Soarez. in lib. comun. opin. in verbo, Doſ. num. 350. & Villalob. etiam in ſuo lib. commun. opin. in eod. verbo. num. 187. & ſiquid ſit vltra legitimam intelligitur donatũ; ex d. §. Diſpoſitione. Vnde dictæ ſorores habe-

re

re poterant ſcutos 720. à fratribus ex acquiſita actione vigore.d.§. Accedit. ad quod faciũt notata per Decian.reſpon.39.num.138. vol. 2. quam ſummam d.N.qui poſtea vnam in monaſterio, & alteram in matrimonio collocauit, ſciebat; cum fuiſſet præſens conſtitutioni, & de ſuo etiam partem conſtituiſſet: Quare præſumitur dotes ab ipſo datas animo compenſandi cum eius debito dediſſe.

3 Primò, quia donatio † in dubio nunquam præſumitur. l.Si cum aurum.ff.de ſolut. l. Si cũ de indebito.ff.de probat.Decian.reſpon.79.n. 37.in 2.vol. & reſpon.52. num.6. in primo vol. & in eod.lib.reſpon.53.num.16.Cephal. conſ. 495.num.11. in 4. vol. Rol. à Vall.conſ.65. nu. 12. in 4.vol.Alex.conſ.87.nu 18. in 6. vol.Natt. conſ.73. num 9. & conſ. 136. num. 146. Afflict. deciſ.44. num. 24. Quod ſine dubio procedit
4 quando † alia coniectura ſummi poſſit. Cror. conſ.180.num.15. in 2. vol.Dec.conſ.402.num. 6.conſ.571.num.4.conſ.644.num.5. Hieron. Magon.in deciſ. Lucen.84.nu.3. Tiraq. de retract.
5 conſang.§.36.Gl.2.num.40.& 50.qui dicit † leuiſſimam coniecturam ſufficere ad tollendam præſumptionem donationis.l.Elegãter. §.Qui reprobos.ff.de pign. actio. Menoch. de arbit. iud.caſ.88.num.41.lib.2. Crau. qui multa allegat. in conſ.666.num.8. vol.4. & eſt communis opinio.Soarez. in d.lib. commun. opin. in verbo, Donatio,num.233.& num.236.& eſt ratio,
6 quia nemo † præſumitur iactare ſuum. l. Cum de indebito. ff. de donat. & donare eſt iactare. l.Filiusfamilias.ff.eod.tit. de donat. l. Contra iuris.ff.de pactis.l.Prohibetur §.Planè. ff. quod vi,aut clam.c.Super hoc. de renunc.c.Quia veriſimile.de præſumpt.& Crau. d. conſ. 666. &
7 num.8. ideo omnis leuis † coniectura donationem tollit.Bal. in l.1.num.3.C ad Treb.Alex.in l.Quæ dotis.nu.4. ff. ſol.mat.Caſtrenſ. in l.Domos.ff.de leg.1.

Secundò, & quandocunque poſſet adeſſe
8 præſumptio tollitur † per aliam præſumptionem contrariam.c.Literas.de præſum.l.Diuus. ff.de in integ.reſtit.quia præſumptio legis nõ habet locum,nec ei attenditur quãdo alia adſit contraria,& veriſimilis.d.c.Literas. & l. Cũ
9 de indebito. ff.de probat. nemo † enim in dubio præſumitur iuri ſuo renunciaſſe. Pariſ.cõſ. 104. num.12. & 13.vol. 4. vnde non eſt dicendum.d.N. renunciaſſe iuri ſuo,petendi,ſeu ſibi compenſari faciendi quantitatem ab eo ſolutam;in dotibus à fratribus conſtitutis; vt eius debitum ſolueret.

Tertiò. Et tantò magis præſumptio dona-
10 tionis tollitur, quando † in contrarium concurrant duæ aliæ. l.2. & ibi Gl. in verbo, Legitimis.ff.de excuſ.& temp. earum vbi communiter doct. Immò quando præſumptiones eſ-
11 ſent æquales,illa eſt verior, & † attendenda, quæ eſt proximior veritati. l. Filium eum diffiniuimus. ff.qui ſunt ſui,vel alien. iur. præſumptiones autem à parte. d. N. ſunt proximiores veritati;quia quando ipſe promiſit, & dedit dotes dictis ſororibus, ſciebat eas habere dotes à fratribus conſtitutas; & quod ipſe erat debitor vltra ſcutos 1000. vnde verior eſt ſummenda præſumptio,quod animo compenſandi dederit,& ſeu habendi dotes eis promiſ-
12 ſas ad ſoluendum eius debitum: aliàs fuiſſet † fatuitas ſoluere debita aliena,& ipſe remanere debitor.Cephal.conſ.494. num. 11. vol. 4 & conſ.325.num.11. vol.3. cum ibi allegatis: quæ
13 fatuitas † eſt abhorrenda & non præſumenda l.Nec codicillos. C.de codic.quare illa præſum-
14 ptio † eſt ſumenda, quæ habeat cauſſam magis veriſimilem; & ab ea omnis diſpoſitio regulari debet: ad not. per Iacob.Alb. in conſil. 77. num.30. & fatuitas donare quod ipſe erat debitor:quod nunquam eſt præſumendum; qa
15 quando † quis ex contractu, vel alia de cauſſa ſit debitor, ſi alteri tradat non præſumitur donare,ſed animo compenſandi dare.Auth. præterea.C.vnd. vir. & vxor. Bar. in l. Si cum dotem.§.Si pater.ff.ſol.mat.Socin.in conſ.93.col. 5.verſ.2.confirmatur. vol.1. Crau. vbi alios al-
16 legat.conſ.131. num.14. vol.1. Qui enim † eſt debitor non poteſt, quod eſt debitum, alteri donare, Pariſ.conſ.70.num.31. vol. 4 Et tantò magis iſta procedunt, quia donatio iſto caſu non eſſet facta ſororibus, ſed fratribus: vt infra dicã: & ſic pecuniæ ſolutæ à patruo dictorum fratrum,quæ erãt eorum,dicuntur ad cõpenſationem ſolutæ inſtitu.de action.§.In bonæ fidei,& l.fin.C.de compenſ. ad finem: aliàs ſolutæ à d.N. qui erat debitori dicerentur de
17 re aliena ſolutæ, & non † valeret donatio.Cephal.conſ.441.num 31. in 3.vol. & fuit in Ro. deciſum deciſ.436. in 3.lib diuerſ.nouiſſ.Quare non eſt veriſimile, quod d.N. qui ſciebat ſe eſſe debitorem, & dictas ſorores habere ſcutos 720. pro dote, quod voluerit liberare obligatos ad ſoluendam dotem, & ipſe remanere
18 debitor. Et quod non † eſt veriſimile non eſt tenendum. inſtit.quib.ex cau. manum. non licet.in prin. & l. fin. ff. quod met. cau. fuiſſet enim ſpecies fatuitatis Crau.conſ.61. num. 9. in primo vol. & conſ.665. num.15.in 4. vol.Bal, in l.1.colum.3.C.de ſeru.fug.

Quartò, adeſt etiam alia præſumptio contra donationem; quia illæ ſorores erant in domo.d.N. & ſub eius poteſtate;quia mortuo patre nullus ex fratribus aderat,vt in caſu; & do-
19 natio † nunquam præſumitur facta in exiſtente in poteſtate. l. Donationes quas parentes. C.de donat. int.vir. & vxo.iuncta, l.Nec inter.
20 eod. tit.Et nemo † præſumitur iactare ſuum; & maximè vir prudens.Alciat.reſpon.6.nu.20.
21 & 21.tom.2.lib.6.Quare ſi leuis † præſumptio rollit præſumptionem donationis,vt ſupra, q eſt commune dictum, iuxta Bal. in l.fin. C. de dor.

dot.promiſ. quantò magis iſto caſu,vbi plures
vrgētes,& veriſimiles adſunt?& maximæ quia
illæ ſorores erant quarto gradu cum d. N. pro
22 quibus non † eſt ſumenda præſumptio dona-
tionis; ſecundum communem opinionem, de
qua Alciat.in conſ.147.n.2.tom.2.lib.3.& Alex.
23 ab eo allegatus: nam † ſuſpecta videretur do-
natio.l.Data.C. de donat. Dec.in conſ.425..in
fin.& Bart. in l. Poſt contractum. in 2.præſum-
ptione. ff. de donat. & ratione ſanguinis non
24 præſumitur † donatio, niſi hæc tria concur-
rant, coniunctio ſcilicet ſanguinis: longitudo
temporis:& calculatio ſæpe facta; nec vlla fa-
cta fuerit mentio de pecunijs datis. vt poſt a-
lios tradit Ioſeph.Lud.concl.11 & quando res
data eſſet modica; quia ſi eſſet magna nō præ-
ſumeretur,etiam-ſi tria prædicta concurrerent
vt infra dicam. Hic verò nunquam fuit facta
calculatio;& datum eſt maximum, ergo ceſſat
omnis donationis præſumptio.

25 Quintò orietur † potius error ex parte. d.
N.quam donatio.l.Error.in fin.ff de iur.& fact.
ignor.& l.Iuris ignorantia.eod:tit.Dec.in con-
26 ſil.176.in prin.vbi dicit quod qui allegat†do-
nationem, fundat intentionem ſuper non ve-
riſimili, & iccirco ipſe tenetur probare, quod
non eſt veriſimile: cum præſumptio ſemper ſit
contraria.Iaſ.in l.Iuriſgentium.§.Sed cū nulla.
nu.28.ff.de pact.Tiraq.qui alios allegat. in re-
tract.conuent.in fin.tract.num. 105. & in ſimili
27 caſu quando eſſet controuerſia;iudicari † de-
bet ſecundum illud quod magis ſit veriſimile;
l.Quoties in ſtipulationibus.& l.Inter ſtipulā-
tem.§.1.ff.de verb.oblig.quod autem ſit veriſi-
mile quod d. N. tantam ſummam dederit ani-
mo totam donandi, & ſibi magnum damnum
inferre remanendo cū debito,& fratribus ob-
ligatis ad dotes, benefacere; de quibus nul-
la fuit facta mentio; nemo iuris peritus iudi-
cabit.

28 Sextò nemo†præſumitur facere immodera-
tam donationem.Alciat.in conſ.1.tom.4.lib.8.
num.15. Caſſan.conſ.53.nume.72.& habetur in
d.l.Cum de indebito.ff.de probat.in immode-
29 rata† enim re non eſt veriſimilis donatio.Cœ-
phal.conſ.210.num.89.in 2.vol. & quatenus eſ-
ſet, poſſet reuocari. vt tradunt præfati Doct.
Quod autem iſto caſu res ſit immoderata,qui-
libet poteſt indicare;tam ex parte d.N.quàm
à parte bonorum patrimonialium dictarū ſo-
rorum.N.enim tunc tēporis vix habebat valo-
rē 1000.ſcutorū in bonis proprijs: & de bonis
emptis remanebat debitor vltra 1000.; bona
autem Eccleſiaſtica non erant ſua, quæ nec
promittere,nec obligare poterat (vt infra di-
30 cam.) & ſi quis † dicat quod maiorem ſummā
habuiſſet;habet onus probandi.Nicol.Moz.de
contract. tit. de donat. num. 18. vbi de com-
muni:& bona patrimonialia dictorum fratrū,
& ſororum: ad 2000. vix aſcendebant:erant e-
nim quatuor fratres;& duæ ſorores;quorū ma-
ter habuit in dotem ſcutos 1200. vnde ſiue ex
parte d.N.ſiue fratrum; dos data à d. N. exce-
dens 1300. pro muliere nupta de ſuo proprio;
abſq; alijs in inſtrumento comprehenſis: &
300.moniali,vltra mobilia, dicitur immodera-
ta,etiam reſpecto perſonarum,& fratrum,& ſo-
31 rorum: nam dos † aſcendens ad ſcutos 1000.
etiam pro quocunq; nobili,dicitur magna.De-
cian.reſponſ.6.num.54.in 1.vol. dicens ita eſſe
& re,& nomine.& idem affirmat in reſpon.17.
num. 37. volum.2. reſponſ.15.num.5. volum.3:
& concludit quod res magna nunquam præſu-
mitur donata:& quod 1000.eſt ſumma magna
32 etiam pro Comite: dos enim † congrua ſolum
dicitur aſcendens ad legitimam.Dec.conſ. 26.
num.4.conſ.180.num.5.& conſ.379.nu.14.vnde
negari non poteſt quin 1300. dati ab ipſo N.
non ſint comprehenſi in re magna: & quod nō
præſumuntur donati:Menoch.in d.caſu 88.nu-
33 me.28.aliàs†enim eſſet magni præiudicij.Bal.
in conſ.102.num.3.volum.1. & ſecundum Dec.
in conſ.120.num.4.argui non poſſet quod eſſet
quod opus pium:nam opinio illorum qui aſſe-
runt quod dotem dare mulieri ſit opus pium,
non procedit iſto caſu: ſed tantum quādo da-
tur pauperibus non habentibus vnde dotari;
34 ſecus verò quando datur†habenti commodè:
quia tunc non præſumitur ob miſericordiam
datum,ſed ob amicitiam,cognationem,vel li-
beralitatem;prout atteſtatur Nauar.in tract.
de redd.benef.quæſt.1.nu.62.verſ. Contra ve-
rò.& ſuperius ex opinione Glo.in l.Illud C.de
Sacroſ.Eccleſ.dicit quod legatum pro dote fa-
ctum à diuite,non iudicatur pium,etiam ſi di-
cat id amore Dei facere: & ratio ex ſe patet;
35 quia opera† pia procedunt à charitate:chari-
tas autem,vt ait Paul.Apoſt.in c.3.ad Corinth.
non æmulatur,non inflatur,& non eſt ambitio-
ſa.Hic verò dos magna data perſonis ſimilibus
potius dependet ab inflatione,quia pro nubē-
da in Comitē vltima ſorore d. N. vltra dotē ei
à fratribus conſtitutam de ſuo proprio etiam
vltra 1000.ſcutos dedit;quæ etiam habita cō-
ſideratione ad eius qualitatem,& bona pater-
na habebat dotem ſcutorum.360. honeſtam:
vnde quod eſt ſuperfluè datum non poteſt di-
ci opus pium.

Septimò adeſt etiam præſumptio contra do-
nationem irrefragabilis: nam illæ ſorores ha-
bebant iam conſtitutam dotem:& quando mu-
lier habet dotem,vel perſonam ad eam dotari
36 obligatam:ſi extraneus† illam dotet,non præ-
ſumitur donare:ſed animo repetendi. Paul. de
Caſt.conſil.96.Si dicta Cornelia.volum.2.Ruin.
conſ.171.num.3.lib.1.& conſ.145.lib.4.Menoch.
de arbitr.Iud.caſ.88.num.44.45.& 48.Bart.in l.
Neſſenius.ff.de negot.geſt.ad quod deſcendit
etiam Socin.in conſ.64.incipit,In præſenti cō-
ſultatione. vol. 2. probat enim quod ſi extra-
neus

37 neus † preſtet alimenta vxori, ad quæ præſtanda maritus tenebatur, poteſt ea repetere, & ſunt ſibi reſtituenda: ergo quia dictæ ſorores habebant fratres ad ſcutos 720. veriſimilis eſt præſumptio quod d. N. habuerit animũ d. quãtitatem ſibi reddi, vel compẽſari cum eius debito. Neq; poteſt oriri præſumptio quod dictã ſummam voluerit donare fratribus; de quibus hic agitur, nõ de ſororibus, vt infra dicam; ad

38 quas † veriſimiles præſumptiones tollendas non ſufficiunt præſumptiones contrariæ: ſed requiruntur claræ, & efficaces probationes. Inſtitu. de donat. §. Perficiuntur. & tradit Dec. in conſ. 176. incipit: Quãdo ſupra maturè. cum ibi allegatis.

Octauò d. N. in libro ſuo particulari negotia ſua notabat, in quo adeſt nota dictarum dotium, & de eius intentione, vt ſumma à fratribus pro dotibus conſtituta, ſibi reſtitueretur: & adſunt etiam literæ ius, e procuratori ſuo ſcriptæ; ad exigendas pecunias dictorum fra-

39 trum pro eius debito ſoluendo: per quem † librum probatur intentio. Bart. in d. l. Neſſenius. verſ. Item nota quod liber. & in l. Si paterno. C. eod. tit. quod etiam probat Rui. in d. conſ. 171. num. 11. lib. 1. Quę ratio impugnari non poteſt: quia in his, quæ ſunt difficilis probationis, liber particularis probat: ſicut colligitur à nõtatis à Crau. in tract. de antiq. temp. 6. part. nu. 32. cum alijs ſequentibus, fol. mihi 55. 56. iſta enim præſumptio: & aliæ ſupra allegatæ, quæ ſint

40 præſumptiones † iuris, inducunt veram probationem. l. Licet imperator. vbi Gl. & Doct. ff. de leg. ...

Nonò, & poſito quod admitti poſſet donationis præſumptio; ex defectu tamen inſinua-

41 tionis redderetur inualida: quia omnis † donatio ſummam à iure ſtatutam excedens, vt valeat, requirit inſinuationem. Paul. de Caſt. in l. Affectionis, num. 1. ff. de donat. Cephal. in cõſ. 61. num. 5. vol. 1. conſ. 308. num. 39. vol. 3. & conſ. 228. num. 36. vol. 2. Nicol. Moz. de contract. tit. de donat. num. 6. & 7. Anton. Gom. in libr. Commen. tom. 2. c. 4. de donat. num. 6. Eman. Soarez. in lib. commun. opin. in verbo; Inſinuatio. num. 110. quod ait procedere, nedum in liberali do-

42 natione, ſed † in debiti ſolutione: & in tantũ

43 iſta opinio procedit, quod neq; iuramento † confirmatur. Crot. in conſ. 76. num. 12. & 13. vol. 1. & conſ. 250. num. 37. & conſ. 196. num. 44. in 3. vol. Petr. Duen. in reg. 324. verſ. Sed hæc poſterior. Rebuff. in 2. part. comment. titu. de donat. Gloſ. 1. num. 40. & Iul. Clar. in ſua pract. eod. tit. de donat. lib. 4. quæſt. 18. & concluſio ipſa pro-

44 cedit tam † in præſumpta, quàm in expreſſa donatione. Nicol. Moz. vbi ſupra, num. 17. Io. Bapt. Plot. in 1. vol. ad vltim. volunt. conſil. 168. num. 51. & eſt communis opinio. Soarez vbi ſu-

45 pra, nu. 235. nam ſicut † iuramentum in expreſſa non conualidat: ita neq; in præſumpta: Nicol. Moz. vbi ſupra nu. 21. & Fab. Peregr. in conſil. 118. nume. 80. in 2. volum. ad vltim. volunt. & opinio illorum qui tenent iuramentum conualidare donationem non inſinuatam, quando eſſet vera, procedit ſolum quãdo expreſsè, qui

46 donat † iurat velle valere, tamquam eſſet inſinuata: ſecus verò ſi ſimpliciter iurat nulla facta mentione inſinuationis: & ita pro concluſione tenet Iul. Clar. vbi ſupra, verſ. Retenta igitur; & idem affirmat Ant. Gom. in eod. ca. 4. de donat. num. 8. ſed in caſu iſto; neq; inſinuatio interuenit; neq; reale iuramentum; & de ficto non eſt cur agatur; quia etiam reale non

47 conualidaret: quia nulla † fuit habita mentio inſinuationis: & ſic nullo modo dici poteſt inſinuata. Quod, vltra prædictos Doct. tenuit etiam. Bal. in conſ. 358. num. 4. in 3. vol. & ſic nul-

48 la † poteſt oriri præſumptio donationis. Rol. à Vall. conſ. 39. num. 35. in 1. vol. Cephal. conſil. 751. num. 22. vol. 5. & Decian. reſponſ. 31. num. 7. volum. 1.

49 Decimò donatio † non eſt præſumenda in prælato. Iaſ. in l. Cum quid. num. 19. ff. ſi cert. petat. & habetur in c. 2. de donat. vbi Imol. nu. 4. dicit, quod quamuis prælatus habeat liberam adminiſtrationem, tamen non poteſt donare, & in c. Cæterum. eod. tit. idem confirmat de re magna; quod pro indubitato tenet Pariſ. in

50 conſ. 8. num. 5. volu. 4. qui loquitur de † fructibus, quos donare non poteſt. In qua ſententia concurrit Abb. in conſ. 45. per tot. vol. 1. Dictus autem N. primæ ſorori dedit ſcutos 300. in pecunia: & multa mobilia: & duo veſtimenta in habitu moniali: & ſecundæ in actu ſponſaliorũ ſcutos 400. & pro reſiduo ad ſummam ſcutorũ 1300. & vltra de ſuo deputauit ſponſo fructus vnius poſſeſsionis beneficij ſui: & ſic dos data fuit de redditibus beneficiorum: nam eius bona allodialia ad hoc nõ poterãt adire, vt ſupra

51 fuit dictũ: & per conſequens non potuit † præſumi donatio: ſecũdum allegata. Quæ licet loquãtur de prælato, vindicãt ſibi locum in quocumque Clerico, vt aſſerit Rol. à Val. in conſil. 98. nu. 3. vol. 1. Immò conferunt in d. N. qui verè nuncupari debet prælatus: nam in multis Ci-

52 uitatibus fuit Vicarius Generalis: Vicarius † enim dicitur prælatus ad trad. p Ant. de Præt. in tract. de iuriſd. Epiſc. deſere. c. 6. nu. 52. quam

53 dignitatem † non amiſit, etiam dimiſsis officijs, l. C. de com. qui prouin. reg. libr. 12. & l. 1. & 2. de offic. procon. Bart. in l. Quod principi. ff. de leg. 2. Natt. conſ. 129. num. 8. & conſ. 163. nu.

54 14. priuilegium † enim ex meritis acquiſitum, durat etiam dimiſſa dignitate. l. Maior. dignitas. C. de dignit. lib. 12. Guid. Pap. quæſt. 377. in 3. caſu, & l. Eos. C. de excuſat. mun. Immò fuit à Papa Gregorio XIV. creatus Prothonotarius Apoſtolicus: & ſecundum ordinata à Leone X.

55 in Bulla incipiente. Regiminis: habet † præcedentiam quorumcunq; prælatorum, poſt Epiſcopos:

ſcopos:& Paulus III.in eius Bulla 78. cum alia
56.79. declarauit, quod Prothonotarij † à Papa
creati debeant vocari familiares, & continui
commenſales Papæ,& ſic patet quod omnia iu
ra ſupra allegata habent locum in d.N. de quo
loquimur; & ſic quod non ſit præſumenda do-
57 natio; quia Prælatus † in dubio non præſumi-
tur rem magnam donare; & præcipuè de fru-
ctibus beneficiorum; & rationes ſunt multæ:
quæ allegari poſſent, ſed pro nunc ſatis eſt vi-
dere adducta à Patiſ.in d.conſ.8.& in ſum.An-
gel.in verbo, Clericus.3.num. 2. & prædicta eo
magis corroborantur, per eius iuramentũ vl-
58 tra notata in eius libro nam intentio† proba-
tur per iuramentum.Ioſeph.Maſchard.conclu.
114.num.4.& 15.& Iacob.Graſ.in 2.libr.ſuarum
deciſ.aurea.c.9.nu. 20. Concluſio igitur rema-
net quod d.N.quando promiſit, & dedit dotes
dictis ſororibus; habuit animum ſibi in debito
ſuo compenſari debere ſcutos 720. pro doti-
bus aſsignatis dictis ſororibus, iuxta doctrinã
Ant.Gom.in d.tit.de donat.c.4.num.4.donatio
enim non eſt præſumenda: & eò fortius, quia
hic non agitur velle tollere ius à ſororibus ac-
quiſitum; ſed quod debitores ſoluant promiſ-
ſa:alias enim donatio dictis fratribus eſſet fa-
cta de quibus nulla fuit habita mentio.

Et quamuis ex ſupradictis quilibet poſsit
cognoſcere veritatem:tamen contrarijs in ſpe
59 cie reſpondeo,& primò,ad doctrinam†Iacob.
Alb.in d. conſ. 12. ſatis reſpondit Menoch. in
d.caſu. 88. num.4.nam,vt infra dicetur reſpõ-
dendo Socino,caſus ille eſt diuerſus ab iſto.

Secundò textus in d.§: Accedit. in l.Vnica.
C.de re vx actio.loquitur ſimpliciter de mulie
re dotata ab extraneò,quæ acquirit actionem;
& cum nõ faciat mentionem de illa, quæ alias
eſſet dotata; dicendum eſt loqui de illa, quæ
dotem non habeat: vel obligatum ad eam do-
60 tandam. Lex † enim poſterior non abrogat
anteriorem,niſi de ea expreſsè loquatur l. Ab
eis. C. de præd.min. vbi communiter doct. &
Bar. in l. Titia. §. Cum Titio. ff. de adim. leg.
61 †Debent enim ſemper leges inuicem concor-
dari. l.Nam,& poſteriores ff.de leg. Sed in to-
to corpore iuris. Immò, & in ipſa lege Vnica.
in §.Superiori.d.§.Accedit. eſt cautum; quod
filia à patre, & à fratribus debet dotari; vt
ſupra in principio fuit probatum; & quod le-
62 gitimam† debet habere;quæ in dote eſt com-
putanda: & ita lex textus non præiudicat mu-
lieri quin habeat dotem ſibi debitam.

Tertiò, Textus ille loquitur de muliere,
quæ dotata ab extraneò acquirit actionẽ con-
tra dotantem, ita quod quando non feciſſet
proteſtationem de repetendo, pœnitere non
poſſet:ſed ad dotem dandam teneretur. Hic
verò non agitur contra mulierem, ſed contra
obligatos ad dotẽ de quo caſu textus non lo-
quitur: eſſet enim abſurdum, quod diſpoſitio
illius textus traheretur ad iniquum,ſcilicet ꝙ
fauor mulieri præſtitus liberaret obligatũ ad
63 dotem;nulla † enim iniqua interpretatio eſt
facienda, tendẽs ad commodum vnius, & dã-
num alterius. l. Iniquiſſimum.ff.de iur. & fact.
64 ignor. & omne † abſurdum ſemper eſt vitan-
dum.l.Scire. §.Aliud.ff.de excuſ. tut. iniquum
verò eſſet,quod obligati ad dotem eſſent libe
rati cum damno d.N.l.Nam natura.ff.de cond.
indeb. c.Locupletari. de reg. iur. in 6. & ſic
præſumptio donationis non poteſt trahi ad
iſtos fratres,de quibus nulla eſt facta mẽtio.&
textus loquitur de muliere:ita ſentit optimè
Crau. in conſ.86. num.3.ad finem. vol.1.

65 Quartò reſpondeo,quod ratio † Socin.alle-
gata in conſ.5. non eſt huic caſui contraria:qa.
loquitur de muliere dotata à ſocijs: nam vnus
non poteſt cõtrauenire, ſed nõ loquitur quod
per hoc obligatus ad dotem liberetur. Immò
in conſ.ſupra allegato 64.vol.4. conſtanter af-
firmat,quod qui dedit alimẽta vxori alterius:
poteſt contra obligatum ad repetitionem a-
gere.

66 Quintò reſpondeo, quod diſpoſitio † illius
textus in §. Accedit: etiam ſi ageretur cõtra
mulierem: duo neceſſaria requirit, ſcilicet ꝙ
perſonæ deſcendant per virilem ſexum:& non
ſint in poteſtate dotantis: ſicut declarat ille
textus in fine.vbi Gl.in verbo Neceſsitate.hic
verò nullum adeſt requiſitum.Parentela enim
67 non eſt ex virili,ſed femineo ſexu.& illæ†mu-
lieres erant in poteſtate. d. N. quod vltra ſu-
pra allegata probat.Crau.in d.conſ.86.num.3.
qui eſt videndus,& melius, & in terminis Bal.
ab eo allegatus in tract.de dot.part.6.priuil.3.
num.6.verſ.Hæc tamen non procederent: vbi
reſpondendo ad d.§.Accedit: dicit, quod qui
habet onus dotandi,ſi ſit abſens,vel à remotis
aut perfidia detentus ad dãdam dotem; ſi ex-
68 traneus† eam tradat, vel promittat: quam-
uis non ſit proteſtatus de animo repetendi,
non præſumitur donare,ſed tãquam negotio-
rum geſtor poteſt repetere dotem ab obliga-
to. Immò quandocunque etiam contra volun
tatem patris promittat quis dotem animo re
petendi,poteſt eam repetere ab ipſo patre.ar
gumẽto.l.Et ſi quis §.Idem Labeo. ff.de relig.
& ſumpt.fun.Gl.in l.Sed & Iulianus.ff.ad Mace
do.quod tantò magis procedit in caſu,vbi fuit
voluntas fratrum, & dos ab ipſis erat cõſtitu-
ta,vnde nulla in iſto caſu poteſt eſſe iuris cõ-
trouerſia,quin d.N.debeat habere ſcutos 720.
à dictis fratribus: vel quin debeant compen-
ſari in debito pro eo ſoluto, ad quod optima
eſt opinio Gram.in cõſ.143.ad ciuilia. & Paul.
de Caſt.in conſ. 415. vol. 2. ſicut ego iuris eſſe
confirmo.Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CON-

CONSILIVM CLXII.

Miſſæ quando poſsint celebrari in ſolemnibus feſtis in oratorijs, & oblationes in eis factæ, an eidem vel matrici Eccleſiæ ſint dandæ?

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ quando poſſint celebrari in Oratorijs.*
2 *Curato deputato in Oratorio pro populo debentur obuentiones.*
3 *Alimenta dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum.*
4 *Populus quando debet ſuſtentare Curatum datum in noua Eccleſia.*
5 *Verbũ, quomodocunq; , comprehendit omnẽ modũ.*
6 *Verba interpratantur habere locum ſecundum actum de quo loquuntur.*
7 *Rector debet ſuſtineri ſecundũ ſuam qualitatem.*
8 *Quadraginta ſcuti ſufficiunt pro Clerico ignobili ſuſtentando.*
9 *Redditus beneficiati vltra ſuum victum quomodo diſpenſari debeant.*
10 *Eccleſia antiqua non debet priuari decimis: declaratur. num. 11.*
12 *Obuentiones intelliguntur omnes redditus.*
13 *Qui ſentit onus, ſentire debet commodum.*
14 *Mercenarius eſt dignus mercede.*
15 *Qui tollit mercedem operãti, agit contra Iuſtitiã.*
16 *Sacramenta debent ſummi in ſolemnitatibus.*
17 *Miſſæ quare in Oratorijs poſſunt celebrari in feſtis ſolemnibus, & quando.*

Redemptoris noſtri, & eius Glorioſiſſimæ Genitricis, auxilio implorato.

FACTI SPECIES.

ADeſt Parochialis Eccleſia, quæ habet partem populi diſtantẽ quatuor milliaribus, & vltra; cuius ſenes, & mulieres grauidæ ad eã accedere non poſſunt pro diuinis audiendis; Immò neq; iuuenens tempore hyemali ſine magna difficultate: in qua Villa adeſt Eccleſia pro ſimplici beneficio; in qua Rector Parochialis, de conſenſu Rectoris beneficij, ſtatuit Capellanum; qui in ea pro commodo dictæ partis populi diebus feſtiuis offerat Sacrificium Miſſæ, exceptis ſolemnibus, habita licentia ab Ordinario: & Capellanus ipſe ab illo populo eſt recognitus ad eius ſoſtentationem: Rector verò Parochialis exclamat quod oblationes in Eccleſia prædicta factæ debeant conſignari Eccleſiæ ſuæ Matrici. Vnde quæritur An ad hoc teneantur illi Parochiani? & An alia Sacramenta pro ſalute d. populi poſsint in ea adminiſtrari?

Breui ſermone dico (ſalua ſemper veritate) quod oblationes, quæcunq; ſint, debentur Eccleſiæ prædictæ, non autem matrici: & quod in
1 ea poſſent Miſſæ † celebrari in diebus ſolemnibus: & Sacramenta miniſtrari; ſicut diſpoſitum reperitur in ca. Ad audientiam. il 1. de Eccleſ. ædific. quod à Conc. Tridentino fuit innouatſim. ſeſſ. 21. c. 4. de reform. & idem probatur in c. fin. eod. tit. dum Papa committit Ordinario quod non obſtante iuramento non prætermittat prouidere populo indigenti: & omnes Canoniſtæ ſequuntur. Vnde quandocunq; adſit in Parochia pars populi, quæ facilè ad Eccleſiam conuenire non poſsit pro diuinis Officijs audiendis, debet noua Eccleſia cõſtrui, & ibi pro ſalute illius populi conſtitui curatus. Sed verſatur in dubium An, oblationes debeantur matrici Eccleſiæ? Super quo, ommiſsis diſputationibus: concludo (mea quidem ſententia) qđ non debeantur, ſed applicari debeant Eccleſię pro d. populo inuentæ: quod probo ſic. text. in
2 d. c. Ad audientiam: diſponit quod omnes † obuentiones debeant dari ad ſuſtentationem Curati illius Eccleſiæ: quod cõfirmat Conc. in d. ca. 4. ſeſſ. 1. ibi, Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſijs nouiter erectis præficiendi, competens aſsignetur portio ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocunque pertinentibus. Ex qua diſpoſitione argui poteſt, quod nedum oblationes, de quibus agitur, non debentur Rectori antiquæ Eccleſiæ, ſed quod ipſe teneretur ſubuenire Capellano, pro reſiduo ad eius ſuſtentationem. Nam diſpoſitio. d. c. Ad audientiam; cui Conc. ſe refert: hoc agit, quod quando prouentus abundant ad conuenientem ſuſtentationem Rectoris; quod obuentiones illius nouæ Eccleſiæ aſſignentur curato: & Concilium ſequitur, quod aſsignari debeant ex fructibus matricis Eccleſiæ. Quod autem ſuperabũdẽt. d. Rectori probo ſic: illa Eccleſia habet beneficium annui valoris ſcutorum 40. & ipſe Rector à populo magnam quantitatem frumenti quotannis recipit: & omnibus diebus feſtiuis oblationes pecuniarum; præter multas menſuras tritici, pro miſsis defunctorum celebrandis; & alia multa, pro quocunque Sacramento collato, & ſepultura, ex quibus nedum ipſe, & eius ancilla abũdè ſuſtentari valẽt; ſed ex abundantia alij quatuor: & vltra, ſicut experientia docet; nã multa bona immobilia in dies acquirit: & tãtò magis ſuperabũdant, quia ipſe deſcendit ab aſcẽdentibus ignobilibus; & ipſe eſt parum litte-
3 ratus: nam alimenta † dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum: ſecundũ Anch. in c. 1. num. 2. de præben. & dignit. in 6. & ſatis eſt huiuſmodi clerico, quod habeat victum, & veſtitum, vt diſponit textus per dictũ Pauli Apoſtoli in c. Epiſcopus Eccleſiaſticarũ. 12. q. 1. & latè, & diſtinctè notat Flam. Pariſ. in tract. de reſign. benefic. lib. 5. q. 6. num. 146. & infra: & Nauar. in tractat. de redd. benef. q. 1. num.

Digitized by Google

num.92. & latius ego probaui in conſ.156. à n.
18. vſque ad nu.48. Quare emolumenta d. Re-
ctoris, habito reſpectu ad eius qualitatem, vt
haberi debet. ad not. per Pariſ. in conſ.98. nu.
30. & 31. vol.2. ſuperabundant; & conſequen-
ter ipſe deberet ſuſtẽtare Capellanum, quem
4 † ſuſtentat ille populus; ipſe enim ſolum po-
teſt compelli, quando obuentiones non eſſent
ſufficientes, vt in Conc.

Nec obſtat, quod beneficium non eſſet ſuf-
ficiens; quod tamen, vt infra dicetur eſt iuxta
qualitatem ſuam; quia Concilium ſe exten-
dit ad omnes prouẽtus quomodocunque ob-
5 uenientes: nam verbum † illud, quomodocun-
que, quo vtitur, comprehendit omnẽ modum,
per quem Eccleſia habeat fructus ad ſuſtenta
tionem Rectoris: ad notata per Io. And. in c.
Indemnitatibus. num.2. propè finẽ de electio.
6 in 6. verba † enim prolata debent accipi, &
interpretari, vt habeant effectum ſecundum
naturã actus, de quo loquuntur: l.1. §. Hæc ver-
ba. ff. quod quiſque iuris. l. Inſulam. ff. de præ-
ſcrip. verb. vnde Cõcilium loquitur de quibuſ-
cunque prouentibus prouenientibus, & per
conſequens, etiã ſi nullum adeſſet beneficium,
7 pro temporalibus, dummodo Rector † ex obla
tis poſſet ſe ſuſtentari iuxta conditionem ſuã,
vt refert Flam. Pariſ. vbi ſupra; vbi. nu.153. de-
clarat Conc. in c.2. ſeſſ.21. de reform. dum lo-
quitur de eo, qui petit ordinari ad ſacros ordi
nes, debet habere vnde honeſtè ſuſtentari va-
leat: quod ſcilicet non intelligitur cum decen
tia; ſed cum ſufficientia. Et ita intelligi debet
in caſu præſenti, quod quomodocunque habet
modum ſuſtentandi, ſufficit. Addens ex cõmu-
8 ni opinione Nauar. quod prouentus † 40. & ad
plus 50. ſcutorum; ſit ſatis ad ſuſtentationem
ſimilis clerici: Quare pro concludenti dicen-
dum eſt, quod obuẽtiones, de quibus agimus,
nedum ſunt ſufficientes, ſed abundant, & de-
9 berent † diſpenſari iuxta textum. in c. Vulte-
ranæ. cum duobus ſeq. & c. Apoſtolicos. 12. q.2.
Male enim, quæ ſuperabundant, diſpenſantur
contra canonum diſpoſitionem. c. Epiſcopi. 12.
q.1. & c. Epiſcopus. 12. q.1. & c. Epiſcopus. 10.
q.2. vnde malè quærit ille Rector; quod obla-
tiones factæ illi nouæ Eccleſiæ ſibi dentur.

Nec obſtat. c. Eccleſiæ. cum alio ſequẽti. 16.
10 q.1. vbi videtur diſpoſitum, quod Eccleſia † an
tiqua non debet priuari ſuis decimis, pro no-
uis erectis: quia, vt declarat Gl. in c.1. de reb.
Eccl. non alien. in 6. in verbo, Tenues: illud pro
cedit quando non adſit cauſa ædificandi nouũ
oratorium: vel quando antiqua Eccleſia non
ſuperabundat ad ſuſtentationem Rectoris.
Quam rationem approbat Card. Zabarel. in
11 conſ.8. nu.3. dicens, quod Ordinarius † poteſt,
etiam inuito Rectore, ex cauſſa conſtruere a-
liam Eccleſiam; & in ea ponere curatum, qui
habeat emolumenta Parochialis in parte ſibi
aſſignata, & idem confirmat in cõſ.26. num.6.
dicens quod debet habere decimas illius par-
tis, quod proſequitur Lap. alleg. 67 num.4. & 5.
præter quod illud procedit etiam de perſona-
libus decimis: nam de realibus, ſiue fiat, ſiue
non fiat nouum oratorium parochiali Eccleſiæ
non debent dari decimæ reales: vt not. Gl. in
c. Tua nobis. in verbo, ſic & dominus, ad me-
dium. de decim: & text. in c. vlt. de paroch. &
not. And. Hiſpan. de decimis. c.15. vbi refert,
quod, & oua gallinarum, pulli, & ſimilia anima
lia ſunt decimæ prædiales, & dari debent Ec-
cleſiæ poſitæ inter illa prædia: quod eſt contra
illum Rectorem, qui exclamat quod illi paro-
chiani debeant ſibi deferre ſua; & optimè tra-
ctat Pet. de Vbald. de Canon. Epiſc. & paroch.
in 16. q. prin. num.5. & iſtis maximè conferunt
notata in d.c. Ad audientiam. §.1. vbi dicitur,
quod quãdo miniſter antiquæ Eccleſiæ poteſt
conueniẽter ſuſtẽtari, præter prouentus eiuſ-
dem; nouus Curatus habeat obuentiones illi
villæ: & in eadem conuenit opinione Abb. ibi.
num.14. & in ſequenti numero declarat, quod
12 illud verbum † obuentiones cõprehendit om-
nes redditus cuiuſcunque qualitatis: vnde Re
ctor, de quo loquimur, etiam ſi beneficium nõ
eſſet ſufficiens; quia habet vltra multas obuen
tiones; dicitur ſuperabundare.

13 Præterea ſtante regula, quod qui † ſentit o-
nus ſentire debet commodum. de qua in tit.
de reg. iur. in 6. & dicto Domini Noſtri Ieſu
14 Chriſti, quod ſcilicet Mercenarius † eſt dignus
mercede, vt atteſtatur Lucas Euangeliſta in c.
15 10. & omnis, qui procurat † tollere operanti
mercedem agit contra iuſtitiam. c. Extirpan-
dæ. de præben. & dicitur homo malus. c. Paſce.
86. diſtin. quando fuit ſtatutum, quod decimę
& primitiæ darẽtur Rectori; nulla alia de cauſ
ſa fuit, niſi vt laboraret pro ſalute populi; ſed
qui non laborat non manducat: vt probaui in
conſ.157. & qui non habet onus non debet ha-
bere commodum: vnde regula illa quod primi
tiæ dentur, intelligi debet de illis, qui rema-
nent in antiqua parochia: & quandocunque ẽt
duæ Eccleſiæ ſint in vna ſola parochia, primi-
tiæ, & obuentiones debentur illi, qui ſeruit. q̃a
merces datur ſecundũ opus. l. Seio. ff. de annu.
leg. & ſic ille Rector, qui non laborat, peccat
velle lucrari indebitè. c. Matthæus. ad finem.
de ſimon.

Quò verò ad Sacramenta, & miſſam in ſolẽ-
nibus, nullam video difficultatem, & miror q̃d
ſit Capellano prędicto prohibitum: quia ratio
d.c. Ad audientiam: & Cõcilij, illa fuit, vt ſub-
ueniatur populo, qui difficilè ad matricem ac
cedere poſſet: & Eccleſia nouiter erecta debet
haberi tanquam parochia: & abſurdum eſt, q̃d
lex malè intelligatur, quæ fuit inuenta, vt po-
pulus, qui habeat difficultatem accedendi ad
antiquam Eccleſiam pro Sacramentis, non re-

maneat

maneat ſine ipſis;vnde ſi pro vtilitate,fuit ſta-
tuto quod erigatur noua Eccleſia,in qua illis,
qui diſſicilè poſſunt ad matricem Eccleſiam
accedere; ſubueniatur ſi magis in ſolemnibus
16 † conuenit habere Sacramenta; vt habetur in
c.Omnis vtriuſq; ſexus.de pęnit. & remiſſ.Quę
ratio prohibet illos in ſolemnibus ad nouam
Eccleſiam accedere,& in non ſolemnibus abeſ-
ſe,ſi pp commoditatē,& ſalutē fuit cōceſſa Ec
cleſia illi propinqua?vnde ſi datur Capellanus
ad Miſſam. & in d. caſu noua Eccleſia ſuccedit
loco antiquæ pro illa parte populi; quare non
debentur ei Sacramenta? & ſi non habent illi
Parochiani commoditatē antiquæ Eccleſiæ ꝑ
Miſſa : quomodo poſtea habent illam pro Sa-
cramentis? hoc enim puto erroneum,& malū.

Nec obſtat quod quando conceditur Miſſa
in priuatis Oratorijs, exceptuantur dies ſolē-
nes.vt in c.Si quis etiam.de conſecrat.diſtin.1.
17 cum alijs ſimilibus:quia† aliud eſt Oratorium
priuatum;aliud publicum,& aliud ædificatum
ſine cauſa neceſſaria; & aliud ex neceſſaria: æ-
dificatum enim pro neceſsitate populi: eſt tā-
quā Parochia:& in eo omnia fieri poſſunt, quæ
in antiqua Eccleſia:vt quiſquis prudens poteſt
cognoſcere à diſpoſitione.d.c.Ad audientiam.
& Conc.in d.c.4.ſeſſ.1.quod demonſtrat etiam
Gl.in d.c.Si quis etiam.in verbo,Oratorium.&
doct.Ang.in ſua ſum.in verbo,Miſſa.nu.59.ver-
ſi.ſed tu dic.quem ſequitur Sylueſt.in eod.ver-
bo,Miſſa.2.nu.5. verſ. Quidam tamen: & ſic re-
manet concluſio quod oblationes non deben-
tur antiquæ Eccleſiæ,& quod in noua etiā die-
bus ſolemnibus poſſent celebrari Miſſæ; & Sa-
cramenta dari.Et ita iuris eſſe cōcludo.Saluo,
&c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CLXIII.

Abſtinere ab opere ſeruili in die feſto quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Feſta sūt obſeruāda,& abſtinendū ab ope ſeruili.*
2 *Mundus ſumpſit exordium in die dominico.*
3 *Ordinarij poſſunt ſibi reſeruare caſus.*
4 *Feſta ſunt denuntianda populo.*
5 *Parochi debent denuntiare quæ feſta debeant obſeruari,& qualiter.*
6 *Appoſtoli ſtatuerunt diē dominicum loco Sabbati.*
7 *Feſta non tā ſtrictè ſunt præcepta,vt erāt hebrais.*
8 *Obſeruātia feſti eſt in parte moralis,et parte cæremonialis.*
9 *Pars moralis pertinet ad cultum Dei.*
10 *Pars cerimonialis cōſiſtit in exteriori ope ſeruili.*
11 *Peccatum dicitur opus ſeruile.*
12 *Peccatum eſt maius in die feſto facere furtum, luxuriam,& alia ſimilia quam laborare.*
13 *Opus ſeruile eſt etiam in actu exteriori laborare pro cultu Dei:& non prohibetur.*
14 *Opus ſeruile eſt quod homo facit pro homine.*
15 *Opus conſideratur ſecundum qualitatem perſonæ*
16 *Qualitas perſonæ grauat plus,& minus.*
17 *Peccat vnus plus quam alius.*
18 *Seruus,qui iuſſu domini laborat,minus peccat.*
19 *Modicitas operis non eſt in conſideratione.*
20 *Peccat,qui tempore orationi ſtatuto laborat: ſecus illo tranſacto:& num.21.*
21 *Qui laborat lapſo tpe ad cultū ſtatuto nō peccat.*
23 *Scandalum non eſt laborare in loco priuato.*
24 *Pœna datur maior delinquēti in publico,q̄ in priuato.*
25 *Scandalum dat occaſionem ruinæ,*
26 *Scandalum in ſe eſt ſpeciale peccatum.*
27 *Intentio operantis eſt conſideranda,quia plus,& minus poteſt peccare.*
28 *Confeſſor debet abſoluere pœnitentē à caſibus ſibi conceſſis;nō aūt à reſeruatis:& modū habes.*
29 *Confeſſor debet etiam pœnitentem interrogare,an habeat aliquam gratiam eligendi Confeſſorem, qui poſſit eum abſoluere à reſeruatis.*
30 *Parochus tenetur ſcire omnia, quæ ad eius officiū pertinent.*
31 *Caſus reſeruati conſiſtunt in genere,nec tollunt à iure conceſſa.*
32 *Ordinarius, qui vellet reſeruare caſus conceſſos à iure,eſſet in errore intollerabili.*
33 *Scandalum eſt dictum,vel factum minus rectū.*
34 *Opera nō tantū ſunt cōſideranda,ſed circunſtātiæ.*
35 *Prohibitio,ſeu permiſſio cōſideratur ſecūdū tēpus.*
56 *Ex cauſſa aliqd fit quandoq; ad qđ nō tenebamur.*
37 *Opus non facit peccatum niſi adſit voluntas.*
38 *Voluntas, vt faciat peccatum, debet eſſe conſequendi,vel retinendi quod iuſtitia vetat.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

QVidam Rector parochialis vigore ca-
ſus reſeruati ab ordinario de obſerua-
tione feſti;dimiſit,in publica Eccleſia;
exiſtente populo,duas mulieres ſeruas ſine ab
ſolutione,quia iuſſu domini ſui,in die domini-
co poſt veſperas de ſero abluerant filū,timen-
tes ne vreretur in aſpero lixiuio, ſi expectarēt
ad alteram diē:quarum dominus petit, An il-
le Parochus rectè ſe geſſerit: cui ego reſpondi
negatiuè,ex infra dicendis.

Illud in tertio præcepto Decalogi certū eſt
1 quod feſta† ſunt obſeruanda, & quod ab omni
opere ſeruili eſt abſtinendum.c. 1. de conſecr.
diſt.3.& c.1. de Ferijs. & quamuis in decalogo
loquatur de ſabbato,idē verificatur in die do-
minico,ex cauſa inferius dicenda;vt in c.Ieiu-
2 nia.de conſecra.ead.diſt.Quia in ipſo† die mū
dus ſumpſit exordium, & vita principium per
reſurrectionem D.N.Ieſu Chriſti.c. Quod die.
ad fin.75.diſt.ita populo venit denunciandum.
d.c.1.de conſecra.diſt.3.& data eſt Ordinarijs
3 facultas †ſibi reſeruādi caſus.vt in c.Si Epiſco
pus.de pœnit.& remiſſ. in 6. & diſtinctè notat
Sylu.in ſum.verbo,Caſus.à num.3.ad fin. quod
maximè habet locum pro obſeruatione feſto-
rum.vt in Conc.Trid.ſeſſ.25.c.12.
4 Sed hic punctus, hic labor:quia feſta † sūt
populo denuntianda.d.c.1.de cōſec. diſt.3.ſed

multi omittũt rectè denuntiare; qa nõ ſufficit
ſimpliciter, prout agũt rurales Parochi, denũ-
5 tiare, ſed requirit qđ diſtinctè † declarẽt opa,
quæ populus facere debet, & quæ ſint prohibi-
ta, & permiſſa. vt in Cathec. in 3. præcepto de-
calogi. verſ. Neq; verò Parochus: qđ præceptũ
de iure veteri fuit datũ Iudęis pro die Sabbati
6 ſed Apoſtoli † illud ſtatuerũt pro die dominico
ob relatas cauſſas in c. Sabbato. de cõſec. ea di-
7 ſtin. 3. Non tamen † tam ſtrictè, vt olim erat
hebræis. ſicut refert D. Thom. quæſt. 122. artic.
4. quem allegat Nauar. in ſuo manual. c. 13. in
prin. & num. 2. & Sylu. in ſum. verbo, Domi-
8 nica. num. 5. Cuius obſeruantia † ſecundum d.
Sylu. ibi in principio, conſiſtit in parte mora-
li, & parte cærimoniali, ex opinione D. Tho.
9 2. 2. artic. 4. de quo ſupra: & pars † moralis
ſpectat ad Dei cultũ vt in Pſalmo. 45. ibi. Va-
cate, & videte, quod ego ſum Deus: & elicitur
in c. Licet. de ferijs: & Sylu. vbi ſupra n. 8. pars
10 † verò cærimonialis conſiſtit in exteriori o-
pere ſeruili; ſecundũ Nauar. vbi ſupra. n. 2. verſ.
Tertiò dicimus: & ibi. nu. 4. dicit ꝙ omnia ope-
ra non prohibentur, ſed ſolum ſeruilia: opera
vero ſeruilia, triplici modo dicuntur.
11 Primò, qui facit † peccatũ, dicitur facere opꝰ
ſeruile; vnde Io. Euang. in c. 8. dicit: Amen amẽ
dico vobis, quia oĩs qui facit peccatum, ſeruus
eſt peccati: quare non ſufficit abſtinere ab o-
pere manuali, ſed à peccato; vt multi tendunt
ad ludum, luxuriam, furtum, & alia ſimilia: &
12 in maius † peccatũ incurrunt, ſecundũ D. Th.
2. 2. q. 122. de quo ſupra verſ. Ad tertiũ: & D.
Auguſt. in lib. de 10. Chor. vbi dicit, ꝙ Iudæus
melius faceret in agro ſuo aliquid vtile, quàm
ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœ-
minæ eorũ in die ſabbati, ſi lanã facerẽt q̃ ꝙ to
ta die neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.
13 Secundò opus ſeruile † dr̃ ẽt illud ꝙ in exte-
riori ad Dei ſeruitiũ fit. de quo loquitur Iacob.
Graff. in 1. vol. ſuarum dec. aure. li. 2. c. 34. nu. 10.
& iſtud non prohibetur, & in 2. vol. c. 13. vbi di-
uerſitatem operum horarũ feſti; & alia narrat.
14 Tertiò opus † ſeruile dr̃ illud, ꝙ homo pro ho
mine facit: vt in lib. Exod. c. 20. & Leuit. c. 23. ꝙ
15 tñ opus † conſiderãdum eſt ſecũdũ qualitatem
perſonę operantis, quantitatem operis, ſecũdũ
tẽpus, ſecũdũ perſeuerãtiam, ſecũdũ locum in
quo fiat opus, & ſecũdũ intentionẽ operantis;
vt hẽtur in c. Conſideret. de pœnit. diſt. 5. Qua-
16 litas .n. pſonæ † ſecundũ plus, & minus grauat,
& eſt conſideranda; vt in d. c. Conſiderauit. ibi.
ſecũdũ excellentiã ſui ſtatus, aut officij: nã vnꝰ
17 † dr̃ plus peccare, quã alius: c. Homo chriſtia-
nus. 40. diſt. c. Præcipuè. & c. Excellentiſs. §. De-
fleat. 11. q. 3. magis enim peccat nobilis, & q ha-
18 bet dignitatẽ, q̃ ignobilis. vnde ſeruus, † vel o-
perarius, qui iuſſu dñi laborat, minus peccat;
qñcunq; id nõ agat in contemptũ feſti: Nauar.
in d. c. 13. n. 7. & cæteri doct. ſup. relati: qui enu-
merãt caſus in quibus licet aliqđ operari. Quã
19 titas ẽt cõſiderari debet; quia modicitas † ope
ris non eſt in conſideratione Nauar. d. c. 13. n. 9.
Syluęſt, in d. verbo, domin. n. 7. Ang. in verbo Fe
riæ. n. 7. verſ. Primũ operis modicitas: & Iacob.
Graff. vbi ſup. n. 17. & tempus, vt in d. c. Conſi-
20 deret: ibi: ſi tẽpore † orationi cõſtituto, quia
tunc peccaret; ſecus verò quando eſſet tranſa-
21 ctum tẽpus: obſeruatio †. n. feſtiuitatis. de qua
in d. c. 1. de conſecr. diſt. 3. fuit ſtatuta à primis
veſperis, ad ſecundas pro cultu Dei, qđ decla-
rat Couar. in lib. variar. reſol. c. 19. nu. 9. quare e-
22 lapſo † tp̃e, & maximè qñ labor ſit in modico,
vt ſupra, nõ dr̃ quis cõtra præceptũ agere; neq;
qñ urgeat neceſsitas. c. Licet. & c. Conquæſtus.
de ferijs: & ibi Gl. in ver. Neceſsitate. Sylu. vbi
ſupra. n. 3. verſ. Quibus ſolemnibꝰ ferijs. & Ang.
verſ. Secũdũ neceſsitas. ſum. Armi. in d. ver. Fe-
ſtum. n. 18. verſ. 3. ex neceſsitate. & Graf. n. 20. q
doct. ſunt vidẽdi quia enumerãt caſus in quibꝰ
permittitᷓ aliqđ opus: & aliud eſt facere opus
in loco priuato, & aliud in publico: quia cũ qđ
23 fit † in loco remoto, deſinit ſcandalum: & omne
factum ſine ſcandalo eſt tollerabilius. c. Nemo.
24 32. q. 4. c. de Homine, & celeb. Miſſ. Maior † enim
pœna datur delinquẽti in publico, quã in pri-
uato. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. §. Pœna.
& facit c. Veſtra. & c. fin. de cohab. Cler. & mul.
25 qđ verò † fit cũ ſcandalo dat occaſionẽ ruinæ
Archid. in c. Licet. 45. diſt. & eſt dictũ D. Thom.
2. 2. q. 43. art. 1. & ibi in art. 3. dicit qđ ſcandalũ
26 † eſt in ſe ſpeciale peccatũ: ergo qđ agitur ſine
27 ſcãdalo, caret illo peccato: Nec eſt omittẽda †
cõſideratio intẽtionis: an ſcilicet qui operatus
eſt habuerit intentionẽ ad contemptum feſti:
quia ſecundum eius intentionem potuit pec-
care, & nõ peccare; & excuſari, vel cõdemnari:
vt ita refert ſum. Armil. in verb. Feſtum. nu. 18.
Quibꝰ diſcuſsis in caſu præſẽti cõcludi põt
qđ ille Parochus malè, & ſine doctrina, & iudi-
cio ſe geſſerit: nã qñ nõ eſſent illæ ſeruæ excõi-
28 catæ debebat † eas abſoluere à peccatis ei cõ-
feſsis, in qbꝰ nõ ſe extendebãt caſus reſeruati:
& poſtea petere facultatẽ in reſeruatis; & ita
nõ dediſſet cauſsã ſcãdali; nã populus qui erat
in Eccleſia de facili potuit cogitare illas mu-
29 lieres eſſe malæ vitæ. Immò debebat † eas in-
terrogare, An haberẽt aliquam gratiã, vt ẽt in
tp̃e Paſchatis à caſibꝰ reſeruatis poſsẽt abſolui
qa affirmatiuã inueniſſet, cũ earũ nobilis do-
minus cũ tota familia ad hoc ſit priuilegiatus:
ita Nauar. in c. 26. ſui Manu. nu. 6. cum allegatis,
& quandocunq; huiuſmodi gratiã non habuiſ-
ſent, & alia peccata non dixiſſent, ad euitan-
dum ſcandalũ debebat in exteriori actu dare
ſignũ abſolutionis, eas aduertẽdo de nõ abſo-
lutione. Parochus †. n. tenet ſcire ea oĩa, quæ ad
eius officiũ ſpectãt, & euitare ſcãdalum. c. 2. de
nou. ope. nũtiat. Neq; excuſari põt ſup caſibꝰ re
31 ſeruatis q † cõſiſtit in gñali ꝓhibitione; nec cõ
prehẽdũt caſus à iure exceptuatos: Immò qñ
32 cunq; Ordinariꝰ † vellet caſus gñaliter reſerua

tos

tos obſeruari eſſet in errore intollerabili cõtra legem: vt ita concludit Sylu. vbi ſupra nu. 9. in 7.quæſt. quem refert, & ſequitur Nauar. in d.c.13.manual. num. 15. Vnde illæ mulieres poſt veſperas à ſero, ex neceſſitate; quia res erat peritura; & in modico; & loco priuato: nec animo, aut intentione contemptus feſti, quod iam erat in declinatione; & ipſæ miſſam & veſperas audiuerant, & erant de familia nobilis, qui cum tota familia in forma Iubilei poterãt ab omni peccato abſolui; indebitè à d. Curato fuerunt ſcandalizatæ. c. Cauendum. 10. q. 3.
33 ſcandalum † enim (vt ſupra) eſt dictum, vel factũ minus rectè, vt ibi textus, & notat Sylu. in verbo, ſcandalum poſt principium.
34 Opera † enim non tantum ſunt animaduertenda; ſed circunſtantiæ operum, ſcilicet tempus, cauſſa de quãdo facta ſit operatio, & voluntas operantis c. Occidit. 23. q. 8. ſecundum tẽ-
35 pus † autem perſcrutari oportet prohibitionem, vel permiſsionem. c. Quis ignoret. 32. q. 4. & cauſſam operandi. d. c. Occidit. vnà cum voluntate: c. Non eſt. cum ſequen. 15. q. 1. Ex
36 cauſſa † nanque, quandoque aliquid eſt faciẽdum, ad quod non tenebamur. c. Iam nunc. 28. q. 1. vbi Chriſtus licet non teneretur ſoluere
37 tributum; tamen ſoluit: & omne opus † non facit peccatũ; niſi adſit voluntas. c. Sicut enim.
38 32. q. 5. voluntas † enim, vt pariat peccatum, debet eſſe conſequendi; vel retinendi; quod iuſtitia vetat. c. 1. in fine. 15. q. 1. hic autẽ dies feſti inclinabat; opus fuit in ſecreto, & ex cauſſa neceſsitatis, & iã audita miſſa, & veſperis, & in modico. Quæ omnia à lege permittũtur; ergo ceſſauit peccatum: & ita cenſeo, ſalua tamen, & ſemper veritate. Laus Deo, & B. M. V.

CONSILIVM CLXIV.

Legatum à patre factum filiæ quando nupſerit quando ſit purum; & de illo filia poſsit diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filiam dotare. & num. 7.*
2 *Legitima eſt ſecundum ius naturale.*
3 *Legitima nõ põt aliquã cõditione grauari. et n. 12.*
4 *Legatum à patre filiæ factũ cũ nupſerit, eſt purũ.*
5 *Legatũ ab extraneo factũ differt à patre factũ filiæ.*
6 *Legitima non patitur dilationem.*
8 *Legatum filiæ, quando nupſerit, debetur etiam ſi monaſterium ingrediatur.*
9 *Legatum pro dote eſt pium.*
10 *Matrimonium carnale, & ſpirituale pariter eſt priuilegiatum.*
11 *Relictum 100 aureorum intrando monaſterium; & 500. nubendo; idem pro monaſterio maior ſumma debetur; contrarium in fine numeri.*
13 *Legatum pro dote factum filiæ, etiam ſi legitimã excedat, eſt purum.*
14 *Soror non debet eſſe deterioris conditionis altera ſorore in legato.*

Dabit mihi Dominus verbũ ad veritatẽ.

FACTI SPECIES.

PAter habens filium, & duas filias; hæredẽ maſculum inſtituit; & fœminis legauit quingentos aureos, quando nupſerint: & eo defuncto vna in matrimonium ſe tradidit; & altera nomine Dorothea monaſterium ingredi deſiderat; & quod ab eleemoſina, quæ datur pro ingreſſu reſtat à d. legato quingentorum, cupit in operibus pijs pro anima ſua diſtribuere, ſeu relinquere: ſed frater, ſtante conditione illa; quando nupſerint, recuſat ſoluere legatũ; & ipſa Dorothea quærit quid iuris? In quo caſu ego teneo legatum ſibi deberi omni conditione poſtpoſita, ex infra dicendis.

Socin. nanque in conſ. 92. incipit, Circa primum: in prima part. ſecundum antiquam impreſſionẽ col. 4. ver. Ex quibus ſequitur: cõcludit ſecũdũ allegata, quod huiuſmodi legatũ ſit purũ; & quòd illa conditio, qñ nupſerint, non impediat quin legataria, etiam ſi non adimpleat conditionẽ, debeat habere legatũ: quia pater
1 † tenetur filiam dotare: & huiuſmodi legatum ſuccedit loco legitimæ. l. Quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. addens ẽt quòd quando res legata excederet legitimã, illud plus accedat ad naturã legitimę; ad quòd ſubintrat regula, Ac-
2 ceſſoriũ. de reg. iur. in 6. legitima † enim eſt ſecũdũ ius naturale. diſt. 1. & qñ ẽt ſecundum aliquos, depẽdeat à iure poſitiuo; ſatis eſt quòd
3 grauari † non poſsit, nec ſub aliqua conditione dimitti. l. Qñ in prioribus. C. de inoffic. teſtã. & latè probat Simon. de Pret. in 3. lib. interpr. vltim. vol. fol. 2. nu. 13. vbi de cõmuni: lex enim illa, Qñ in prioribus; imponit falcem ad meſſem: nam ex ea remanet diſpoſitũ quòd legitima ſub aliqua conditione grauari nõ poteſt, & ſic
4 huiuſmodi legatũ † intelligitur purũ, vt ibi Socin. ex Bar. ſententia in l. Si extraneus. ff. de iur.
5 dot. aliud † enim (vt ipſe dicit in ver. Itẽ videmus) legatum eſt in extraneos, & aliud in filios, & nepotes: & idẽ legitur in conſ. 288. circa primã quæſtionẽ. col. 11. verſ. Secũdum decidit Bar. in terminis, quòd affirmat Anch. in conſ. 232. Subtiliſsimè, & ad plenũ pro matre & in conſ. 323. Iſta omnia puto, vbi cõcludit, quod huiuſmodi legatum à patre factum eſt purum, & quod legataria poteſt de eo diſponere: quã dos
6 ſubrogata loco legitimæ † non patitur dilationẽ: & quòd omne onus debet remoueri, per d. legẽ. Quoniam in prioribus. In qua opinione fuit Gramat. in conſ. 57. Proponitur in themate vo lu. ad ciuilia: & ſecundum ipſum hæc ratio procedit in quocunque obligato ad dotem:

7 pater igitur tenetur ad legitimam, & † filiam
dotare.l.Qui liberis.ff de ritu nupt, ergo lega-
8 tum iſtud eſt purum, & tantum debetur † le-
gatariæ volenti ingredi monaſterium, quantũ
ſi nuberet;ſicut diſponit in expreſſo textus in
§ Sed & hoc præſenti. Authent. de Santiſs. E-
piſc.col.9 & Couuar. in 1. lib. var,reſolut. ca,
9 19.num,10, legatum † enim pro dote eſt piũ ;
l.Cum is.§ Si mulier.ff,de condit,indeb.Anan,
in conſ.57. poſt prin, Alex.in l. Si cum dotem.
§.Eo autem tempore,num.10 ff.ſolut.mat.De-
10 cian.reſpon,5.num,12, vol.3. Tantum† nanque
eſt priuilegiatum matrimonium ſpirituale ; q̃
carnale, vt refert Pariſ. in conſ.26.num,37.vol.
4. & Decian.d.reſpon.5.num,13. pro communi
11 opinione tenet quod etiã ſi teſtator † dixiſſet
quod filiabus darantur,300,dum nuberent ma
rito in ſeculo: & 100, tantum ſi monaſterium
intrarent; quod fauore religionis etiam 300,
deberentur intrando monaſterium. Quam opi
nionem, vti communem, recitat etiam Franc,
Mantic.de coniectu, vltim,volunt.lib.9. tit.18.
num.26 27, ipſe tamen ſolum concludit debe-
ri legatum,ſeu portionem legatam pro ingreſ
ſu monaſterij: ſed,quicquid ſit, illa verba non
ſunt poſita in caſu præſenti; ſed ſimpliciter q̃
dentur 300. aurei,cũ nupſerint;vnde legatum
pro dote,& loco legitimæ cum debeatur à pa-
tre, dicitur purũ;& Dorothea ſiue nubẽdo car
naliter,ſiue ſpiritualiter, illud conſequi põt;
tum quia teſtator non expreſſit de quo matri
monio; tum quia ſimile legatum à patre ſucce
12 dit loco legitimæ, vt ſupra;nec† vlla conditio-
ne potuit grauari,ſecundum allegata ; & latè
probat Sim, de Præt, in 3.lib. interpret,vltim,
13 volunt. ſolut.4, num.31, & etiam † ſi excede-
ret ſummam debitam pro legitima. d. Doro-
thea de illo ad libitum poteſt diſponere;ſecũ
dũ ad eum notata ibi.dum ponit differentiam
inter legatum factum ab extraneo; & à proxi-
mo obligato;quod fuit etiã dictum Socin. vbi
ſupra;& tantò magis,vt tradit Anch.in conſil;
223. cũ ſoror eius iã habuerit legatũ,ipſa Do-
14 rothea † non debet eſſe deterioris conditio-
nis:ſed partem ſuam relictã debet habere,ſiue
nubat,ſiue monaſteriũ ingrediatur;vel ſine ma
trimonio,& monaſterio remaneat,& qũcunq;
legatũ velit,cũ ſit loco legitimæ,quę cõditio-
naliter grauari nõ põt,& omnis appoſita cõdi
tio,pro infecta haberi debet:& ita reſideo, &
iuris eſſe cenſeo, Saluo ſaniori iudicio. Laus
Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXV.

Succeſſor an teneatur,& quando ſtare locato? &
An boues, & aliæ beſtiæ, ſeminaque ſint
prædeceſſoris, vel ſucceſſoris?

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non tenetur ſtare locato: declara, n,14.*
2 *Boues ſunt inſtrumenta fundi.*
3 *Semina ſunt inſtrumenta agri.*
4 *Qui habet onus debet habere commodum.*
5 *Fructus pro agro ſeminato ſpectant ad conductorem. & num.8.*
6 *Fructus de proximo colligendi haberi debent pro recollectis.*
7 *Maritus debet habere fructus illius anni, in quo reddet fundum vxoris.*
9 *Conductor rei emptæ fiſci, habet fructus rei locatæ emptæ,*
10 *Eccleſia æquiparatur fiſco,quo ad locationem,reſpectu fructuum,*
11 *Succeſſor voluntarius tenetur ad omnia, ad quæ prædeceſſor tenebatur.*
12 *Succeſſor in re cohærenti perſonæ ad omnia tenetur, vt prædeceſſor.*
13 *Fructus anni ſeminati ſpectant ad conductorem.*
14 *Succeſſor quãdo tenetur ſtare locato.et n.15.et 16.*
17 *Sumptus præſumuntur facti ære illius,qui eos fecit,niſi contra probetur.*
18 *Bona in dubio præſumuntur allodialia.*
19 *Qui habet bona allodialia, etiam clericus, præſumitur de ſuo expendiſſe in beſtijs.*
20 *Bona extrinſeca non computantur in proprietate.*
21 *Bona,quæ non ſunt affixa fundo,cedũt cõductori.*
22 *Decimæ ſunt de iure diuino ordinatæ.*
23 *Decimæ debentur de omni grano,& alijs.*
24 *Decimarum duo ſunt genera.*
25 *Decimæ ſunt ad honorem Dei, & ſuſtentationem ei ſeruientium.*
26 *Decima beſtiarum ſoluitur vbi paſcuntur.*

FACTI SPECIES.

Rector parochialis Eccleſiæ S.Agathæ
renuntiauit beneficium Reuerendo
Ioanni de Caſalis,reſeruata ſibi pen
ſione 200.ſcutorum cum auctoritate
ſummi Pontificis. Qui Reuer. Ioannes habuit
poſſeſsionem 25. Maij, & intendit expellere
conductorem poſſeſsionum, etiam præſentis
anni; cui neque beſtiamina in eis exiſtentia,
neque ſemina dare prætendit: quia (vt alle-
1 gat) ſucceſſor † non tenetur ſtare locato per
l.Emptorem.C.de loc. & condu & quia boues
2 † & alia beſtiamina ſunt inſtrumenta fundi. l.
2.vbi Bal.C.de ver.ſign.l.Pecoris paſcẽdi. ff. de
ſeru.ruſtic. præd. Gl. in c. Ad Apoſtolicam, in
verbo, Perſonales. de decim.& not.And.Hi-
ſpã.de decim.c.15.n.6.vbi dicit.ꝙ vituli,hedi,
oua gallinarũ,& alia ſimilia,adhærent prædijs
3 ad decimã ſoluẽdã:& ꝙ ſemina†ſunt inſtrumẽ
ta agri.l.Itẽ ſi fundi.§.Seminarios.ff.de vſufru.
l.Quæſitum.verſ.Item nonnullis viſum eſt. ff.
de fund. inſtruct.quod vt infra iuris eſſe dico.

Regula d.l.Emptorem. C.de loc. & condu.
non impedit quin conductor habere poſſit fru
ctus præſentis anni: neque alia iura ſuper be-
ſtijs adducta,& ſemine:quia hic non agitur de
continuando in locatione; ſed ſolũ ſuper fru-
ctibus

ctibus præſentis anni ,pro quibus colligendis
factæ ſunt multæ expenſæ: quarum ratione, q
4 habuit † onus debet etiam habere commodũ.
c.Qui ſentit onus.de reg. iur.in 6. ad quod fa-
cit dictum Rom.in ſingul.536. & deciſ.Pedem.
82.num.10.ibi,quod debet eſſe lucrum vbi eſt
periculum,& loquitur in terminis:dicẽs quod
5 fructus † illius anni pro re ſeminata ſpectant
ad conductorem,qui ſumptus fecerat:& ratio
6 maximè procedit in iſto caſu, in quo fructus †
de proximo ſunt colligendi,ad Bal.in d.l.Em-
ptorem.num.7.verſ.Sed pone colonus & verſ.
Sed nunquid partiario. & in hoc adeſt Gl.in l.
Diuortio.§.Interdum,in verbo, Reddet.ff.ſo-
7 lut.matrim. quæ notat,quod maritus,† qui te-
netur reddere fundum vxoris, tamen debet
habere fructus illius anni, ratione ſumptus in
eis facti:& eadem ratio procedit in beneficia-
libus adminiſtrationem habentibus, per tex-
tum expreſſum in c.Ad noſtram,de reb.Eccleſ.
8 non alien. vbi etiam fructus,† qui ſuperabun-
dant expenſas;debent relaxari conductori, &
colono, ea ratione; quia qui habuit onus de-
bet etiam habere commodum: & iſtam ratio-
nem ſequitur Couuar. in primo lib. variar. re-
ſolut.c.3.num.3. & 4. & Sylu. in ſum.in verbo.
Locatio.num.11. & ſtat argumentum in l. fin.
propè finẽ:& ibi Gl. in verbo:Sententiã. ff. de
9 iur.fiſc.vbi Qui † emit rem fiſci,iam locatam,
tenetur ſtare locationi, & ſolum ius habet ad
penſionem. Quam ſententiam ſequitur Guid.
Pap.deciſ.480.n.5.verſ.Fallit in fiſco, & com-
munem appellat Pet.Duen.in reg.240. in 8.fal
10 len.& argumentũ procedit† in Eccleſia; ſicut
pro communi recitat.d.Pet.Duen. ibi in 9.fal-
len. Et quamuis Cephal. in conſ.255. vol. 2. &
Alb.conſ.108. videantur adhærere. d.l.Empto
rem. eorum opinio quatenus eſſet vera proce
deret quando ageretur de tota locatione; &
tunc etiam eſſet diſtinguendum,prout diſtin-
guit Couuar. in lib.2.var. reſolut.c.15. num. 6.
ſed in iſto caſu non agitur de validitate loca-
tionis,ſed ſolum de fructibus præſentis anni,
qui ſunt in eſſe,& ſaltem de proximo colligen
di,factis iam ſumptibus à conductore. Immò,
qñ etiã ageretur de tota locatione, multa cõ-
tra ſucceſſorem eſſent dicenda, cum ipſe non
ſit neceſſarius ſucceſſor,ſed voluntarius in lo-
11 cum prædeceſſoris,& ad † omnia per præde-
ceſſorem conuenta teneretur. c. Is qui in ius
ſuccedit.de reg. iur. in 6. & c.Eleutherius. 18.
q.2.ad quæ etiam ſingularis ſucceſſor tenetur.
l.Qui in ius dominium ve.ff.eo.ti.de reg.iur.&
maximè qñ in re ſuccedit l.Exceptio.ff.de ex-
cep.re.iud.cũ alijs ſimilibus: vt eſt ille de quo
12 loquimur. Immò quando ſucceſſor † eſſet in re
cohærenti perſonæ;cũ agatur de lucro,ad om-
nia ẽt per prædeceſſorẽ acta,teneretur.l.Apud
Celſum.§.De authoris,cum alijs ſeq. ff.de dol.
excep. & alia multa eſſent dicenda, quæ om-
mitto,cum ſatis ſuperque ſit oſtendere, quod
13 fructus præſentis † anni debeantur ratione
expenſarum.vt in d.c.Ad noſtram.& not.Hie-
ron. Cagnol. in l.2.nu.221.verſ.Secundò limita
concluſionẽ.c.de pact. int.empt.& vend. & ip-
ſa Gl.in d.l.Diuortio,in verbo,Reddet.§.Inter
dũ.ff.ſol.mat. & ibi Bar.verſ.quid ſi ſoluto ma-
trimonio:& Tiraq.de retract.cõuent.§ 5.Gl.5.
Nec obſtat regula in d.l.Emptorem: quæ ſo
14 lum vendicat † ſibi locum, in tota locatione,
vel quando conductor nõdum ſeminaſſet, nec
ſumptus feciſſet:vel annus nondum fuiſſet in-
cœptus;ſicut declarat Bal.in ea. l.Emptorem.
n.7.& 8. immò Card. in conſ.95.num.8.dicit ꝙ
illa regula tunc procedit, qñ locator perſona-
15 liter erat obligatus; quia ſucceſſor † non tene-
tur cum ſit alia perſona;ſecus verò quando o-
bligatio dependet à re, quæ ad quoſcunque
tranſit cum onere.l.Traditio.ff.de acquir.rer.
dom.c.1.de teſt. hic verò R. Ioannes eſt in re
16 ſucceſſor: & non † agitur de tota locatione;
ſed ſolum de anno præſenti iã incœpto,qui de
bet haberi pro completo.c.Cũ ſicut.de eo,qui
mittit. in poſſeſs.l. 1. ff. de poſtul. & maximè
quia iam ſumptus ſunt facti: & fructus ſunt de
proximo colligendi: vt ſupra probatur.
Neque obſtãt iura adducta pro beſtijs, & ſe
minibus;qa ſolũ procedunt qñ cõſtat fuiſſe de
dicata in fundo, quia tunc tanq̃ inſtrumenta
fundi tranſeunt;ſecus qñ fuerint à prædeceſſo
re,ſeu conductore ære proprio poſita ꝙ ſẽper
17 † in dubio præſumitur,& q contrariũ præten-
dit,debet probare:huiuſmodi .n. bona ſemper
18 in dubio† præſumuntur allodialia. Dec. in cõſ.
568.n.6.& in cõſ.588.n.8. & 9. quod idem quo
ad boues,& ſemina probat.Rol.à Vall.in conſ.
54.n.31.32.33.& 34.vol.3.& in cõſ.a.n.11. eod.
vol.Talia .n.bona nõ veniunt in vẽditione poſ
ſeſſionis,niſi in inſtrumẽto fiat expreſſa men-
tio,ſicuti probat Fab.de mõt.in tract. de emp.
& vendit.in 6.q.prin.n.68.& Rol.in d.cõſ.54.n.
33.& Per.de Vbal.in tract.de duob. frat. 11. q.
prin.n.40.& diſponũt dictæ leges.l.Itẽ ſi fundi
§.Seminarios.de vſufru.& l.Quęſitum de fund.
inſtruc.& not.Bal.in l.2.C.de ver.ſign.& in cõſ.
222.n.3.Caſus talis.& in conſ. 232. nu. 1. & ſic
qñ non probetur ea fuiſſe Eccleſiæ relicta, vel
conſignata, tanq̃ bona allodialia ſpectant ad
prædeceſſorẽ,vel cõductorẽ, & eorũ hæredes,
& maximè quia p̃deceſſor habebat multa bo-
19 na allodialia vltra Eccleſiaſtica:ex quibus† prę
ſumitur beſtiamina, & ſemina de ſuo poſuiſſe.
Bero.cõſ.7.n.2.& 3.vol.2.quare ſurgit doctrin.
Bal.& Rol.à Vall.in allegatis iuribus. & Dec.
conſ.558.num.8.in fine.& Bal.in l.1.C.de fruct.
& lib.expẽ.quẽ ſeqtur Fran.Crem.in ſing.133.
& Tiraq.de retract.conſang.§.15.Glo. 2. num.
28.qui ſequitur Bal. & pro eo allegat textũ in
l.1.§.Neceſſarijs,& in l.Quod dr̃. la 1.ff.de im-
20 pẽ.in reb.dot.fact.Ea†.n.,quę ſũt extrinſec⁹,

Y 3 non

35 Opera piæ procedunt à charitate.

36 Donatio non præſumitur dos, data habenti modum.

37 Alimenta dans habenti obligatum ad ea, poteſt repetere:

38 Præſumptio veriſimilis non tollitur per præſumptionem contrariam: ſed requiruntur contrariæ, & claræ probationes.

39 Liber particularis probat intentionem. & n. 40.

41 Donatio excedens ſummam à iure ſtatutam ſine inſinuatione non valet.

42 Inſinuatio excedens ſummam, requiritur etiam in debiti ſolutione.

43 Inſinuatio non conualidatur iuramento.

44 Inſinuatio tam in præſumpta, quàm expreſſa donatione requiritur.

45 Iuramentum non conualidat donationem non inſinuatam, tam præſumptam, quàm expreſſam.

46 Iuramentum, vt conualidet; requirit mentionem inſinuationis. & num. 47.

48 Præſumptio donationis non inſinuatæ oriri non poteſt.

49 Donatio non præſumitur in Prælato.

50 Fructus beneficiorum donari non poſſunt.

51 Donare non poteſt clericus fructus beneficiorum.

52 Vicarius dicitur Prælatus.

53 Dignitas non amittitur dimiſſo officio, niſi per demerita:

54 Priuilegium durat dimiſſa dignitate.

55 Prothonotarius præcedit omnes poſt Epiſcopos.

56 Prothonotarij à Papa creati vocãtur familiares, & commenſales Papæ.

57 Prælatus in dubio rem magnam non præſumitur donare.

58 Intentio probatur per iuramentum.

59 Iacob. Alb. reprobatur in conſ. 12.

60 Lex poſterior non abrogat anteriorem.

61 Leges debent concordari.

62 Legitima in dote computatur.

63 Interpretatio iniqua non eſt facienda.

64 Abſurdum eſt vitandum.

65 Socin. in conſ. 5. non eſt contrarius, donationi non præſumptæ.

66 Lex vnica. §. Accedit. C. de rei vxo. actio. duo neceſſaria requirit.

67 Dos data mulieri in poteſtate non præſumitur donata.

68 Dotem dans mulieri, quæ habeat obligatum ad eã dandum: poteſt ab obligato repetere.

Dabit mihi Dominus verbum virtute multa.

Caſus ita ſe habet.

REuerendus N. I. V. D. & Prothonotarius Apoſtolicus, defuncto Sempronio retinuit in domo ſua eius vxorem cũ duabus filiabus; & vno maſculo ætatis, 14. annorum circiter; quem mittebat ad gymnaſium Grammaticæ, & duo alij fratres tunc minores ibant vagabundi: & primus reſidebat extra ciuitatem in terra Carpi ratione canonicatus, quem dimiſerat. d. N. & ad eius præces habuerat: qui quatuor fratres adunati pro diuiſione facienda, per inſtrumentum conſtituerunt dotes ſuis ſororibus; videlicet ſcutos 360. pro qualibet; quarum vna fuit monacha, & altera poſtea in matrimonium collocata per d. N. exiſtentibus dictis fratribus abſentibus: primus ſcilicet ad reſidentiam, & duo vagabũdi: quibus dedit de ſuo dotes: ſcilicet moniali ſcutos 300. & veſtimenta, & multa mobilia: & alteri nuptæ ſcutos vltrà 1300. ſine alijs in inſtrumento comprehenſis: animo, vt atteſtatur cum iuramento, ſibi compenſari dotes à fratribus conſtitutas pro ſoluendo eius debito vltrà ſcutos 1000. pro reſiduo terrarum ab eo emptarum: in qua conſtitutione dotium à fratribus aderat pars, quæ contingere poterat dictis fratribus pro fabrica à d. N. ſuis ſumptibus facta ſuper poſſeſsione dictorum fratrum, ea intentione, vt toto tempore eius vitæ ea vti & frui poſſet; ſed volentes, dicti fratres inter ſe diuidere bona paterna rogauerunt. d. N. ad conſentiendum; & ipſe ideo pro dotibus dictarum ſororum aſsignauit partem. d. fabricæ, quæ dictis fratribus cõtingere poſſet: quia erat communis inter ipſos, & patruum: & ad demonſtrandam intentionem. d. N. vt dotes prædictæ ſibi compenſarentur pro ſoluendo eius debito; vltrà iuramentum, habet librum familiarem, in quo omnia ſunt notata; & ad veritatem adſunt multæ eius literæ ſcriptæ eius procuratori; quem ſolicitabat ad exigendum certa credita dictorum fratrum pro d. ſuo debito ſoluendo: & patruus dictorum fratrũ ſoluit quantitatem, vnà cum alijs pecunijs ei tranſmiſsis ab ipſo. N. ſed ille primus recuſat admittere ſolutionem prędictam dicens, quod omnia data à d. N. pro ſororibus intelliguntur donata: quare videndum eſt, quid iuris?

In præſenti caſu vrgent allegata per Iacob.
3 Alb. in conſil. 12. vbi concludit dotem † ab extraneo datam cenſeri donatam ex l. Vnica. §. Accedit. C. de re. vxo. actio. & in eadem opinione videtur concurrere Socin. in conſ. 5. nu. 14. vol. 4.

Sed contrarium ego exiſtimo ex infradicẽdis: & pro veritate in primis aduerto, dotes dictis ſororibus iam fuiſſe cõſtitutas à fratribus,
4 & validè; quia frater † tenetur dotare ſororẽ. l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de domin. tut. Bero. q. 113. num. 5. & 6. quod eſt commune dictum, ſecundum Soarez. in lib. comun. opin. in verbo, Doſ. num. 350. & Villalob. etiam in ſuo lib. commun. opin. in eod. verbo. num. 187. & ſiquid ſit vltra legitimam intelligitur donatũ; ex d. §. Diſpoſitione. Vnde dictæ ſorores habe-

re

re poterant ſcutos 720. à fratribus ex acquiſi-
ta actione vigore.d.§.Accedit. ad quod faciũt
notata per Decian.reſpon.39.num.138. vol. 2.
quam ſummam d.N.qui poſtea vnam in mona-
ſterio, & alteram in matrimonio collocauit,
ſciebat; cum fuiſſet præſens conſtitutioni, &
de ſuo etiam partem conſtituiſſet: Quare præ-
ſumitur dotes ab ipſo datas animo compen-
ſandi cum eius debito dediſſe.
3 Primò, quia donatio † in dubio nunquam
præſumitur. l.Si cum aurum.ff.de ſolut. l. Si cũ
de indebito.ff.de probat.Decian.reſpon.79.n.
37.in 2.vol. & reſpon.52.num.6. in primo vol.
& in eod.lib.reſpon.53.num.16.Cephal.conſ.
495.num.11. in 4. vol. Rol. à Vall.conſ.65.nu.
12. in 4.vol.Alex.conſ.87.nu 18. in 6. vol.Natt.
conſ.73. num 9. & conſ. 136. num. 146. Afflict.
deciſ.44.num.24. Quod ſine dubio procedit
4 quando † alia coniectura ſummi poſſit. Cror.
conſ.180.num.15. in 2. vol.Dec.conſ.402.num.
6.conſ.571.num.4.conſ.644.num.5. Hieron.Ma
gon.in deciſ. Lucen.84.nu.3. Tiraq. de retract.
5 conſang.§.36.Gl.2.num.40.& 50.qui dicit † le-
uiſſimam coniecturam ſufficere ad tollendam
præſumptionem donationis.l.Elegãter.§.Qui
reprobos.ff.de pign. actio. Menoch. de arbit.
iud.caſ.88.num.41.lib.2. Crau. qui multa alle-
gat. in conſ.666.num.8. vol.4. & eſt communis
opinio.Soarez. in d.lib. commun. opin. in ver-
bo, Donatio,num.233.& num.236.& eſt ratio,
6 quia nemo † præſumitur iactare ſuum. l. Cum
de indebito. ff. de donat. & donare eſt iactare.
l.Filiusfamilias.ff.eod.tit. de donat. l. Contra
iuris.ff.de pactis.l.Prohibetur.§.Planè. ff. quod
vi,aut clam.c.Super hoc. de renunt.c.Quia ve-
riſimile.de præſumpt.& Crau. d. conſ. 666. &
7 num.8. ideo omnis leuis † coniectura donatio
nem tollit.Bal. in l.1.num.3.C. ad Treb.Alex.in
l.Quæ dotis.nu.4. ff. ſol.mat.Caſtrenſ. in l.Do-
mos.ff.de leg.1.

Secundò, & quandocunque poſſet adeſſe
8 præſumptio tollitur † per aliam præſumptio-
nem contrariam.c.Literas.de præſum.l.Diuus.
ff.de in integ.reſtit.quia præſumptio legis nõ
habet locum,nec ei attenditur quãdo alia ad-
ſit contraria,& veriſimilis.d.c.Literas. & l. Cũ
9 de indebito. ff.de probat. nemo † enim in du-
bio præſumitur iuri ſuo renunciaſſe. Pariſ.cõſ.
104. num.12. & 13.vol. 4. vndè non eſt dicen-
dum.d.N. renunciaſſe iuri ſuo,petendi,ſeu ſibi
compenſari faciendi quantitatem ab eo ſolu-
tam,in dotibus à fratribus conſtitutis; vt eius
debitum ſolueret.

Tertiò. Et tantò magis præſumptio dona-
10 tionis tollitur, quando † in contrarium con-
currant duæ aliæ. l.2. & ibi Gl. in verbo, Legi-
timis.ff.de excuſ.& temp. earum vbi commu-
niter doct. Immò quando præſumptiones eſ-
11 ſent æquales,illa eſt verior, & † attendenda,
quæ eſt proximior veritati. l. Filium eum diffi-
niuimus. ff.qui ſunt ſui,vel alien. iur. præſum-
ptiones autem à parte, d. N. ſunt proximio-
res veritati;quia quando ipſe promiſit, & de-
dit dotes dictis ſororibus, ſciebat eas habere
dotes à fratribus conſtitutas; & quod ipſe e-
rat debitor vltra ſcutos 1000. vnde verior eſt
ſummenda præſumptio,quod animo compen-
ſandi dederit,& ſeu habendi dotes eis promiſ
12 ſas ad ſoluendum eius debitum: aliàs fuiſſet †
fatuitas ſoluere debita aliena,& ipſe remane-
re debitor.Cephal.conſ.494. num. 11. vol. 4 &
conſ.325.num.11. vol.3. cum ibi allegatis: quæ
13 fatuitas † eſt abhorrenda & non præſumenda
l.Nec codicillos. C.de codic.quare illa præſum
14 ptio † eſt ſumenda, quæ habeat cauſſam ma-
gis veriſimilem; & ab ea omnis diſpoſitio re-
gulari debet: ad not. per Iacob.Alb. in conſil.
77. num.30. & fatuitas donare quod ipſe erat
debitor: quod nunquam eſt præſumendum; qa
15 quando † quis ex contractu, vel alia de cauſſa
ſit debitor, ſi alteri tradat non præſumitur do
nare,ſed animo compenſandi dare.Auth. præ-
terea.C.vnd. vir. & vxor. Bat. in l. Si cum do-
tem.§.Si pater.ff.ſol.mat,Socin.in conſ.93.col.
5.verſ.2.confirmatur. vol.1. Crau. vbi alios al-
16 legat.conſ.131. num.14. vol.1. Qui enim † eſt
debitor non poteſt, quod eſt debitum, alteri
donare. Pariſ.conſ.70.num.31. vol. 4 Et tantò
magis iſta procedunt, quia donatio iſto caſu
non eſſet facta ſororibus, ſed fratribus: vt in-
fra dicã: & ſic pecuniæ ſolutæ,à patruo dicto-
rum fratrum,quæ erãt eorum,dicuntur ad cõ-
penſationem ſolutæ inſtitu.de action.§.In bo-
næ fidei,& l.fin.C.de compenſ. ad finem: aliàs
ſolutæ à d.N. qui erat debitori dicerentur de
17 re aliena ſolutæ, & non † valeret donatio.Ce-
phal.conſ.441.num 31. in 3.vol. & fuit in Rot.
deciſum deciſ.436. in 3.lib diuerſ.nouiſſ.Qua-
re non eſt veriſimile, quod d. N. qui ſciebat ſe
eſſe debitorem, & dictas ſorores habere ſcu-
tos 720. pro dote, quod voluerit liberare obli
gatos ad ſoluendam dotem, & ipſe remanere
18 debitor. Et quod non † eſt veriſimile non
eſt tenendum. inſtit.quib.ex cau. manum. non
licet.in prin. & l. fin. ff. quod met. cau. fuiſſet
enim ſpecies fatuitatis. Crau.conſ.61. num. 9.
in primo.vol. & conſ.665. num.15.in 4. vol.Bal.
in l.1.colum.3.C.de ſeru.fug.

Quartò, adeſt etiam alia præſumptio con-
tra donationem: quia illæ ſorores erant in do-
mo.d.N. & ſub eius poteſtate; quia mortuo pa
tre nullus ex fratribus aderat, vt in caſu; & do
19 natio † nunquam præſumitur facta in exiſten-
te in poteſtate. l. Donationes quas parentes.
C.de donat. int.vir. & vxo.iuncta. l.Nec inter.
20 eod. tit.Et nemo † præſumitur iactare ſuum;
& maximè vir prudens.Alciat.reſpon.6.nu.20.
21 & 21.tom.2.lib.6.Quare ſi leuis † præſumptio
tollit præſumptionem donationis,vt ſupra, ꝙ
eſt commune dictum, iuxta Bal. in l.fin. C. de
dot.

Digitized by Google

dot.promiſ. quantò magis iſto caſu, vbi plures
vrgẽtes,& veriſimiles adſunt?& maximæ quia
illæ ſorores erant quarto gradu cum d. N. pro
22 quibus non † eſt ſumenda præſumptio dona-
tionis; ſecundum communem opinionem, de
qua Alciat.in conſ.147.n.2.tom.2.lib.3.& Alex.
23 ab eo allegatus: nam † ſuſpecta videretur do-
natio.l.Data.C. de donar. Dec.in conſ. 425. in
fin.& Bart. in l. Poſt contractum. iu 2.præſum-
ptione. ff. de donat. & ratione ſanguinis non
24 præſumitur † donatio, niſi hæc tria concur-
rant, coniunctio ſcilicet ſanguinis: longitudo
temporis:& calculatio ſæpe facta; nec vlla fa-
cta fuerit mentio de pecunijs datis. vt poſt a-
lios tradit Ioſeph.Lud.concl.11 & quando res
data eſſet modica; quia ſi eſſet magna nõ præ-
ſumeretur,etiam ſi tria prædicta concurrerent
vt infra dicam. Hic verò nunquam fuit facta
calculatio;& datum eſt maximum, ergo ceſſat
omnis donationis præſumptio.
25 Quintò oriretur † potius error ex parte. d.
N. quam donatio.l.Error in fin.ff de iur.& fact.
ignor.& l.Iuris ignorantia.eod.tit.Dec.in con-
26 ſil.176.in prin.vbi dicit quod qui allegat † do-
nationem, fundat intentionem ſuper non ve-
riſimili; & iccirco ipſe tenetur probare, quod
non eſt veriſimile: cum præſumptio ſemper ſit
contraria. Iaſ.in l.Iuriſgentium.§.Sed cũ nulla.
nu.28.ff.de pact. Tiraq.qui alios allegat. in re-
tract.conuent.in fin.tract.num. 105. & in ſimili
27 caſu quando eſſet controuerſia; iudicari † de-
bet ſecundum illud quod magis ſit veriſimile;
l.Quoties in ſtipulationibus.& l.Inter ſtipulã-
tem.§.1.ff.de verb.oblig.quod autem ſit veriſi-
mile quod d. N. tantam ſummam dederit ani-
mo totam donandi, & ſibi magnum damnum
inferre remanendo cũ debito,& fratribus ob-
ligatis ad dotes, benefacere; de quibus nul-
la fuit facta mentio; nemo iuris peritus iudi-
cabit.
28 Sextò nemo † præſumitur facere immodera-
tam donationem.Alciat.in conſ.1.tom.4.lib.8.
num.15. Caſſan.conſ.53.nume.72.& habetur in
d.l.Cum de indebito.ff.de probat. in immode-
29 rata † enim re non eſt veriſimilis donatio.Cæ-
phal.conſ.210.num.89.in 2.vol. & quatenus eſ-
ſet, poſſet reuocari. vt tradunt præfati Doct.
Quod autem iſto caſu res ſit immoderata, qui-
libet poteſt iudicare; tam ex parte d.N. quàm
à parte bonorum patrimonialium dictarũ ſo-
rorum.N.enim tunc tẽporis vix habebat valo-
rẽ 1000.ſcutorũ in bonis proprijs: & de bonis
emptis remanebat debitor vltra 1000.; bona
autem Eccleſiaſtica non erant ſua, quæ nec
promittere,nec obligare poterat (vt infra di-
30 cam.) & ſi quis † dicat quod maiorem ſummã
habuiſſet;habet onus probandi.Nicol.Moz.de
contract. tit. de donat. num. 18. vbi de com-
muni:& bona patrimonialia dictorum fratrũ,
& ſororum: ad 2000. vix aſcendebant:erant e-
nim quatuor fratres;& duæ ſorores;quorũ ma-
ter habuit in dotem ſcutos 1200. vnde ſiue ex
parte d.N.ſiue fratrum; dos data à d. N. exce-
dens 1300. pro muliere nupta de ſuo proprio;
abſq; alijs in inſtrumento comprehenſis: &
300.moniali,vltra mobilia, dicitur immodera-
ta,etiam reſpectu perſonarum,& fratrum,& ſo-
31 rorum: nam dos † aſcendens ad ſcutos 1000.
etiam pro quocunq; nobili,dicitur magna.De-
cian.reſponſ.6.num.54.in 1.vol. dicens ita eſſe
& re,& nomine.& idem affirmat in reſpon.17.
num. 37. volum.2. reſponſ.15.num.5. volum.3;
& concludit quod res magna nunquam præſu-
mitur donata:& quod 1000.eſt ſumma magna
32 etiam pro Comite: dos enim † congrua ſolum
dicitur aſcendens ad legitimam.Dec.conſ. 26.
num.4.conſ.180.num.5.& conſ.379.nu.14.vnde
negari non poteſt quin 1300. dati ab ipſo N.
non ſint comprehenſi in re magna: & quod nõ
præſumuntur donati:Menoch.in d.caſu 88.nu-
33 me.28.aliàs † enim eſſet magni præiudicij.Bal.
in conſ.102,num.3.volum.1. & ſecundum Dec.
in conſ.120.num.4.argui non poſſet quod eſſet
quod opus pium:nam opinio illorum qui aſſe-
runt quod dotem dare mulieri ſit opus pium,
non procedit iſto caſu: ſed tantum quãdo da-
tur pauperibus non habentibus vnde dotari;
34 ſecus verò quando datur † habenti commodũ:
quia tunc non præſumitur ob miſericordiam
datum,ſed ob amicitiam,cognationem,vel li-
beralitatem;prout atteſtatur Nauar.in tract.
de redd.benef.quæſt.1.nu.62. verſ. Contra ve-
rò.& ſuperius ex opinione Gloſ.in l.Illud C.de
Sacroſ.Eccleſ.dicit quod legatum pro dote fa-
ctum à diuite,non iudicatur pium,etiam ſi di-
cat id amore Dei facere: & ratio ex ſe patet;
35 quia opera † pia procedunt à charitate: chari-
tas autem,vt ait Paul.Apoſt.in c.3.ad Corinth.
non æmulatur,non inflatur,& non eſt ambitio-
ſa.Hic verò dos magna data perſonis ſimilibus
potius dependet ab inflatione,quia pro nubẽ-
da in Comitẽ vltima ſorore d. N. vltra dotẽ ei
à fratribus conſtitutam de ſuo proprio etiam
vltra 1000.ſcutos dedit;quæ etiam habita cõ-
ſideratione ad eius qualitatem,& bona pater-
na habebat dotem ſcutorum.360. honeſtam:
vnde quod eſt ſuperfluè datum non poteſt di-
ci opus pium.

Septimò adeſt etiam præſumptio contra do-
nationem irrefragabilis: nam illæ ſorores ha-
bebant iam conſtitutam dotem:& quando mu-
lier habet dotem,vel perſonam ad eam dotari
36 obligatam:ſi extraneus † illam dotet,non præ-
ſumitur donare:ſed animo repetendi. Paul.de
Caſt.conſil.96.Si dicta Cornelia.volum.2.Ruin.
conſ.171.num.3.lib.1.& conſ.145.lib.4.Menoch.
de arbitr.Iud.caſ.88.num.44.45.& 48.Bart.in l.
Neſſenius.ff.de negot.geſt.ad quod deſcendit
etiam Socin.in conſ.64.incipit,In præſenti cõ-
ſultatione. vol. 2. probat enim quod ſi extra-
neus

37 neus† preſtet alimenta vxori,ad quæ præſtan-
da maritus tenebatur, poreſt ea repetere, &
ſunt ſibi reſtituenda: ergo quia dictæ ſorores
habebant fratres ad ſcutos 720. veriſimilis eſt
præſumptio quod d.N.habuerit animũ d.quã-
titatem ſibi reddi, vel compẽſari cum eius de-
bito.Neq; poteſt oriri præſumptio quod dictã
ſummam voluerit donate fratribus; de quibus
hic agirur, nõ de ſororibus, vt infra dicam; ad
38 quas † veriſimiles præſumptiones tollendas
non ſufficiunt præſumptiones contrariæ: ſed
requiruntur claræ,& efficaces probationes.In-
ſtitu.de donat.§. Perficiuntur.& tradit Dec.in
conſ.176.incipit:Quãdo ſupra maturè.cum ibi
allegatis.

Octauò d. N. in libro ſuo particulari nego-
tia ſua notabat,in quo adeſt nota dictarum do
tium,& de eius intentione,vt ſumma à fratri-
bus pro dotibus conſtituta, ſibi reſtitueretur;
& adſunt etiam literæ ius, e procuratori ſuo
ſcriptæ;ad exigendas pecunias dictorum fra-
39 trum pro eius debito ſoluendo:per quem † li-
brum probatur intentio.Bart.in d.l.Neſſenius.
verſ.Item nota quod liber.& in l.Si paterno.C.
eod.tit.quod etiam probat Ruin.in d.conſ.171.
num.11.lib.1.Quę ratio impugnari non poteſt:
quia in his, quæ ſunt difficilis probationis, li-
ber particularis probat: ſicut colligitur à no-
taris à Crau.in tract.de antiq.temp.6.part.nu.
32.cum alijs ſequentibus.fol.mihi.55.56.iſta e-
nim præſumptio:& aliæ ſupra allegatæ, cũ ſint
40 præſumptiones † iuris, inducunt veram pro-
bationem.l.Licet Imperator.vbi Gl.& Doct.ff.
de leg.1.

Nonò, & poſito quod admitti poſſet dona-
tionis præſumptio; ex defectu tamen inſinua-
41 tionis redderetur inualida: quia omnis † do-
natio ſummam à iure ſtatutam excedens, vt
valeat,requirit inſinuationem.Paul. de Caſt.in
l.Affectionis.num.1.ff.de donat. Cephal.in cõſ.
61.num.5.vol.1.conſ.308.num.39.vol.3.& conſ.
228.num.36.vol.2.Nicol. Moz. de contract.tit.
de donat.num.6.& 7.Anton.Gom.in libr.Com-
men.tom.2.c.4.de donat.num.6.Eman. Soarez.
in lib.commun.opin.in verbo,Inſinuatio.num.
110.quod ait procedere,nedum in liberali do-
42 natione,ſed † in debiti ſolutione:& in tantũ
43 iſta opinio procedit, quod neq; iuramento †
confirmatur.Crot.in conſ.76.num.12.& 13. vol.
1.& conſ.250.num.37.& conſ.196.num.44.in 3.
vol.Petr.Duen.in reg.324. verſ.Sed hæc poſte-
rior.Rebuff.in 2.part. comment.titu.de donat.
Gloſ.1.num.40.& Iul.Clar.in ſua pract.eod. tit.
de donat.lib.4.quæſt. 18. & concluſio ipſa pro-
44 cedit tam † in præſumpta, quàm in expreſ-
ſa donatione.Nicol.Moz.vbi ſupra.num.17. Io.
Bapt.Ploc.in 1.vol.ad vltim.volunt.conſil. 168.
num.51.& eſt communis opinio.Soarez vbi ſu-
45 pra.nu.235.nam ſicut † iuramentum in expreſ-
ſa non conualidat:ita neq; in præſumpta: Ni-
col.Moz.vbi ſupra.nu.21.& Fab.Peregr.in con-
ſil.118.nume.80.in 2.volum.ad vltim. volunt.&
opinio illorum qui tenent iuramentum con-
ualidare donationem non inſinuatam,quando
eſſet vera,procedit ſolum quãdo expreſsè,qui
46 donat † iurat velle valere, tamquam eſſet inſi-
nuata: ſecus verò ſi ſimpliciter iurat nulla fa-
cta mentione inſinuationis: & ita pro conclu-
ſione tenet Iul. Clar. vbi ſupra, verſ. Retenta
igitur; & idem affirmat Ant.Gom. in eod.ca.4
de donat.num. 8. ſed in caſu iſto;neq; inſinua-
tio interuenit; neq; reale iuramentum; & de
ficto non eſt cur agatur; quia etiam reale non
47 conualidaret: quia nulla † fuit habita mentio
inſinuationis:& ſic nullo modo dici poteſt in-
ſinuata. Quod, vltra prædictos Doct. tenuit e-
tiam.Bal.in conſ.358.num.4.in 3.vol. & ſic nul-
48 la † poteſt oriri præſumptio donationis. Rol.
à Vall.conſ.39.num.35.in 1.vol. Cephal. conſil.
751.num.22.vol.5.& Decian.reſponſ.31.num.7.
volum.1.

49 Decimò donatio † non eſt præſumenda in
prælato.Iaſ.in l.Cum quid.num.19.ff.ſi cert.pe-
tat.& habetur in c.2. de donat. vbi Imol. nu.4.
dicit, quod quamuis prælatus habeat liberam
adminiſtrationem, tamen non poteſt donare,
& in c. Cæterum. eod. tit. idem confirmat de
re magna;quod pro indubitato tenet Pariſ. in
conſ.8. num.5. volu.4.qui loquitur de † fructi-
50 bus,quos donare non poteſt. In qua ſententia
concurrit Abb.in conſ.45.per tot.vol.1. Dictus
autem.N.primæ ſorori dedit ſcutos 300.in pe-
cunia: & multa mobilia: & duo veſtimenta in
habitu moniali: & ſecundæ in actu ſponſaliorũ
ſcutos 400. & pro reſiduo ad ſummam ſcutorũ
1300.& vltra de ſuo deputauit ſponſo fructus
vnius poſſeſsionis beneficij ſui: & ſic dos data
fuit de redditibus beneficiorum:nam eius bo-
na allodialia ad hoc nõ poterãt adire, vt ſupra
fuit dictũ;& per conſequens non potuit † præ-
51 ſumi donatio;ſecũdum allegata. Quæ licet lo-
quãtur de prælato,vindicãt ſibi locum in quo-
cumque Clerico,vt aſſerit Rol.à Val. in conſil,
98.nu.3.vol.1.Immò conferunt in d.N.qui verè
nuncupari debet prælatus; nam in multis Ci-
52 uitatibus fuit Vicarius Generalis: Vicarius †
enim dicitur prælatus ad trad. p Ant. de Præt,
in tract.de iuriſd.Epiſc.de ſere.c.6.nu.52. quam
53 dignitatem † non amiſit, etiam dimiſsis offi-
cijs.l.1.C.de com.qui.prouin.reg.libr. 12.& l.1.
& 2.de offic.procon.Bart.in l.Quod principi.ff.
de leg.3.Natt.conſ.129.num.8.& conſ. 163. nu.
54 14.priuilegium † enim ex meritis acquiſitum,
durat etiam dimiſſa dignitate.l. Maior. digni-
tas.C.de dignit.lib.12.Guid.Pap.quæſt. 377. in
3.caſu,& l.Eos.C.de excuſat. mun. Immò fuit à
Papa Gregorio XIV. creatus Prothonotarius
Apoſtolicus:& ſecundum ordinata à Leone X.
55 in Bulla incipiente.Regiminis:habet † præce-
dentiam quorumcunq; prælatorum, poſt Epi-
ſcopos:

ſcopos:& Paulus III.in eius Bulla 78. cum alia
56.79. declarauit, quod Prothonotarij † à Papa
creati debeant vocari familiares, & continui
commenſales Papæ,& ſic patet quod omnia iu
ra ſupra allegata habeant locum in d.N. de quo
loquimur; & ſic quod non ſit præſumenda do-
57 natio; quia Prælatus † in dubio non præſumi-
tur rem magnam donare; & præcipuè de fru-
ctibus beneficiorum; & rationes ſunt multæ:
quæ allegari poſſent, ſed pro nunc ſatis eſt vi-
dere adducta à Patiſ.in d.conſ.8.& in ſum.An-
gel.in verbo, Clericus.3.num. 2. & prædicta eo
magis corroborantur, per eius iuramentū vl-
58 tra notata in eius libro:nam intentio† proba-
tur per iuramentum.Ioſeph.Maſchard.conclu:
114.num.4.& 15.& Iacob.Grat.in 2.libr.ſuarum
deciſ.aurea.c.9.nu. 20. Concluſio igitur rema-
net quod d.N.quando promiſit, & dedit dotes
dictis ſororibus; habuit animum ſibi in debito
ſuo compenſari debere ſcutos 720. pro doti-
bus aſsignatis dictis ſororibus, iuxta doctrinā
Ant.Gom.in d.tit.de donat.c.4.num.4.donatio
enim non eſt præſumenda: & eò fortius, quia
hic non agitur velle tollere ius à ſororibus ac-
quiſitum; ſed quod debitores ſoluant promiſ-
ſa:aliàs enim donatio dictis fratribus eſſet fa-
cta de quibus nulla fuit habita mentio.

Et quamuis ex ſupradictis quilibet poſsit
cognoſcere veritatem:tamen contrarijs in ſpe
59 cie reſpondeo,& primò,ad doctrinam† Iacob.
Alb.in d. conſ. 12. ſatis reſpondit Menoch. in
d.caſu. 88. num.4.nam,vt infra dicetur reſpō-
dendo Socino,caſus ille eſt diuerſus ab iſto.

Secundò textus in d.§. Accedit. in l.Vnica.
C.de re vx actio.loquitur ſimpliciter de mulie
re dotata ab extraneò,quæ acquirit actionem;
& cum nō faciat mentionem de illa, quæ aliàs
eſſet dotata; dicendum eſt loqui de illa, quæ
dotem non habeat: vel obligatum ad eam do-
60 tandam. Lex † enim poſterior non abrogat
anteriorem,niſi de ea expreſsè loquatur l. Ab
eis. C. de præd.min. vbi communiter doct. &
Bar. in l. Titia. §. Cum Titio. ff. de adim. leg.
61 † Debent enim ſemper leges inuicem concor-
dari. l.Nam,& poſteriores ff.de leg. Sed in to-
to corpore iuris. Immò, & in ipſa lege Vnica.
in §.Superiori.d.§ Accedit. eſt cautum; quod
filia à patre, & à fratribus debet dotari; vt
ſupra in principio fuit probatum; & quod le-
62 gitimam† debet habere;quæ in dote eſt com-
putanda: & ita lex textus non præiudicat mu-
lieri quin habeat dotem ſibi debitam.

Tertiò, Textus ille loquitur de muliere,
quæ dotata ab extraneo acquirit actionē con-
tra dotantem, ita quod quando non feciſſet
proteſtationem de repetendo, pœnitere non
poſſet:ſed ad dotem dandam teneretur. Hic
verò non agitur contra mulierem, ſed contra
obligatos ad dotē de quo caſu textus non lo-
quitur: eſſet enim abſurdum, quod diſpoſitio
illius textus traheretur ad iniquum,ſcilicet ꝙ
fauor mulieri præſtitus liberaret obligatū ad
63 dotem;nulla † enim iniqua interpretatio eſt
facienda, tendēs ad commodum vnius, & dā-
num alterius. l. Iniquiſſimum.ff.de iur. & fact.
64 ignor. & omne † abſurdum ſemper eſt vitan-
dum.l.Scite. §. Aliud.ff.de excuſ. tut. iniquum
verò eſſet, quod obligati ad dotem eſſent libe
rati cum damno d.N.l.Nam natura.ff.de cond.
indeb. c. Locupletari. de reg. iur. in 6. & ſic
præſumptio donationis non poteſt trahi ad
iſtos fratres,de quibus nulla eſt facta mētio.&
textus loquitur de muliere:ita ſentit optimè
Crau. in conſ.86. num.3. ad finem. vol.1.

65 Quartò reſpondeo,quod ratio † Socin.alle-
gata in conſ.5. non eſt huic caſui contraria:qa.
loquitur de muliere dotata à ſocijs: nam vnus
non poteſt cōtrauenire, ſed nō loquitur quod
per hoc obligatus ad dotem liberetur. Immò
in conſ.ſupra allegato 64.vol.4. conſtanter af-
firmat,quod qui dedit alimēta vxori alterius:
poteſt contra obligatum ad repetitionem a-
gere.

66 Quintò reſpondeo, quod diſpoſitio † illius
textus in §. Accedit: etiam ſi ageretur cōtra
mulierem: duo neceſſaria requirit, ſcilicet ꝙ
perſonæ deſcendant per virilem ſexum:& non
ſint in poteſtate dotantis: ſicut declarat ille
textūs in fine.vbi Gl.in verbo Neceſsitate.hic
verò nullum adeſt requiſitum.Parentela enim
67 non eſt ex virili,ſed feminco ſexu.& illæ† mu-
lieres erant in poteſtate. d. N. quod vltra ſu-
pra allegata probat.Crau.in d.conſ.86.num.3.
qui eſt videndus,& melius, & in terminis Bal.
ab eo allegatus in tract.de dot.part.6.priuil.3.
num.6. verſ.Hæc tamen non procederent; vbi
reſpondendo ad d.§.Accedit; dicit, quod qui
habet onus dotandi,ſi ſit abſens,vel à remotis
aut perfidia detentus ad dādam dotem; ſi ex-
68 traneus† eam tradat, vel promittat: quam-
uis non ſit proteſtatus de animo repetendi,
non præſumitur donare,ſed tāquam negotio-
rum geſtor poteſt repetere dotem ab obliga-
to. Immò quandocunque etiam contra volun
tatem patris promittat quis dotem animo re
petendi,poteſt eam repetere ab ipſo patre.ar
gumēto.l.Et ſi quis §.Idem Labeo. ff.de relig.
& ſumpt.fun.Gl.in l.Sed & Iulianus.ff.ad Mace
do.quod tantò magis procedit in caſu,vbi fuit
voluntas fratrum, & dos ab ipſis erat cōſtitu-
ta,vnde nulla in iſto caſu poteſt eſſe iuris cō-
trouerſia,quin d.N.debeat habere ſcutos 720.
à dictis fratribus: vel quin debeant compen-
ſari in debito pro eo ſoluto, ad quod optima
eſt opinio Gram.in cōſ.143.ad ciuilia. & Paul.
de Caſt.in conſ. 415. vol. 2. ſicut ego iuris eſſe
confirmo.Saluo &c.Laus Deo,& B.M.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CLXII.

Miſſæ quando poſſint celebrari in ſolemnibus feſtis in oratorijs, & oblationes in eis factæ, an eidem vel matrici Eccleſiæ ſint dandæ?

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ quando poſſint celebrari in Oratorijs.*
2 *Curato deputato in Oratorio pro populo debentur obuentiones.*
3 *Alimenta dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum.*
4 *Populus quando debet ſuſtentare Curatum datum in noua Eccleſia.*
5 *Verbũ, quomodocunq; comprehendit omnẽ modũ.*
6 *Verba interpretantur habere locum ſecundum actum de quo loquuntur.*
7 *Rector debet ſuſtineri ſecundũ ſuam qualitatem.*
8 *Quadraginta ſcuti ſufficiunt pro Clerico ignobili ſuſtentando.*
9 *Redditus beneficiati vltra ſuum victum quomodo diſpenſari debeant.*
10 *Eccleſia antiqua non debet priuari decimis: declaratur, num. 11.*
12 *Obuentiones intelliguntur omnes redditus.*
13 *Qui ſentit onus, ſentire debet commodum.*
14 *Mercenarius eſt dignus mercede.*
15 *Qui tollit mercedem operãti, agit contra Iuſtitiã.*
16 *Sacramenta debent ſummi in ſolemnitatibus.*
17 *Miſſæ quare in Oratorijs poſſunt celebrari in feſtis ſolemnibus, & quando.*

Redemptoris noſtri, & eius Glorioſiſſimæ Genitricis, auxilio implorato.

FACTI SPECIES.

Adeſt Parochialis Eccleſia, quæ habet partem populi diſtantẽ quatuor milliaribus, & vltra; cuius ſenes, & mulieres grauidæ ad eã accedere non poſſunt pro diuinis audiendis; Immò neq; inuenens tempore hyemali ſine magna difficultate: in qua Villa adeſt Eccleſia pro ſimplici beneficio; in qua Rector Parochialis, de conſenſu Rectoris beneficij, ſtatuit Capellanum; qui in ea pro commodo dictæ partis populi diebus feſtiuis offerat Sacrificium Miſſæ, exceptis ſolemnibus, habita licentia ab Ordinario: & Capellanus ipſe ab illo populo eſt recognitus ad eius ſoſtentationem: Rector verò Parochialis exclamat quod oblationes in Eccleſia prædicta factæ debeant conſignari Eccleſiæ ſuæ Matrici. Vnde quæritur An ad hoc teneantur illi Parochiani? & An alia Sacramenta pro ſalute d. populi poſſint in ea adminiſtrari?

Breui ſermone dico (ſalua ſemper veritate) quod oblationes, quæcunq; ſint, debentur Eccleſiæ prædictæ, non autem matrici: & quod in
1 ea poſſent Miſſæ † celebrari in diebus ſolemnibus: & Sacramenta miniſtrari; ſicut diſpoſitum reperitur in ca. Ad audientiam. il 1. de Eccleſ. ædific. quod à Conc. Tridentino fuit innouatũ ſeſſ. 21. c. 4. de reform. & idem probatur in c. fin. eod. tit. dum Papa committit Ordinario quod non obſtante iuramento non prætermittat prouidere populo indigenti: & omnes Canoniſtæ ſequuntur. Vnde quandocunq; adſit in Parochia pars populi, quæ facilè ad Eccleſiam conuenire non poſsit pro diuinis Officijs audiendis, debet noua Eccleſia cõſtrui, & ibi pro ſalute illius populi conſtitui curatus. Sed verſatur in dubium An, oblationes debeantur matrici Eccleſiæ? Super quo, ommiſsis diſputationibus: concludo (mea quidem ſententia) qđ non debeantur, ſed applicari debeant Eccleſię pro d. populo inuentæ: quod probo ſic. text. in
2 d. c. Ad audientiam: diſponit quod omnes † abuentiones debeant dari ad ſuſtentationem Curati illius Eccleſiæ: quod cõfirmat Conc. in d. ca. 4. ſeſſ. 1. ibi, Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſijs nouiter erectis præficiendi, competens aſsignetur portio ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocunque pertinentibus. Ex qua diſpoſitione argui poteſt, quod nedum oblationes, de quibus agitur, non debentur Rectori antiquæ Eccleſiæ, ſed quod ipſe teneretur ſubuenire Capellano, pro reſiduo ad eius ſuſtentationem. Nam diſpoſitio, d. c. Ad audientiam; cui Conc. ſe refert: hoc agit, quod quando prouentus abundant ad conuenientem ſuſtentationem Rectoris; quod obuentiones illius nonæ Eccleſiæ aſſignentur curato: & Concilium ſequitur, quod aſsignari debeant ex fructibus matricis Eccleſiæ. Quod autem ſuperabũdẽt. d. Rectori probo ſic: illa Eccleſia habet beneficium annui valoris ſcutorum 40. & ipſe Rector à populo magnam quantitatem frumenti quotannis recipit: & omnibus diebus feſtiuis oblationes pecuniarum; præter multas menſuras tritici, pro miſſis defunctorum celebrandis; & alia multa, pro quocunque Sacramento collato, & ſepultura, ex quibus nedum ipſe, & eius ancilla abũdè ſuſtentari valẽt; ſed ex abundantia alij quatuor: & vltra, ſicut experientia docet; nã multa bona immobilia in dies acquirit: & tãtò magis ſuperabũdant, quia ipſe deſcendit ab aſcẽdentibus ignobilibus; & ipſe eſt parum litte-
3 ratus: nam alimenta † dantur maiora, & minora ſecundum qualitatem perſonarum: ſecundũ Anch. in c. 1. num. 2. de præben. & dignit. in 6. & ſatis eſt huiuſmodi clerico, quod habeat victum, & veſtitum, vt diſponit textus per dictũ Pauli Apoſtoli in c. Epiſcopus Eccleſiaſticarũ. 12. q. 1. & latè, & diſtinctè notat Flam. Pariſ. in tract. de reſign. benefic. lib. 5. q. 6. num. 146. & infra: & Nauar. in tractat. de redd. benef. q. 1. num.

Digitized by Google

num.92. & latius ego probaui in conſ.156. à n.
18. vſque ad nu.48. Quare emolumenta d. Re-
ctoris, habito reſpectu ad eius qualitatem, vt
haberi debet. ad not. per Pariſ. in conſ.98. nu.
30. & 31. vol.2. ſuperabundant; & conſequen-
ter ipſe deberet ſuſtẽtare Capellanum, quem
4 † ſuſtentat ille populus; ipſe enim ſolum po-
teſt compelli, quando obuentiones non eſſent
ſufficientes, vt in Conc.

Nec obſtat, quod beneficium non eſſet ſuf-
ficiens; quod tamen, vt infra dicetur eſt iuxta
qualitatem ſuam; quia Concilium ſe exten-
dit ad omnes prouẽtus quomodocunque ob-
5 uenientes: nam verbum † illud, quomodocun-
que, quo vtitur, comprehendit omnẽ modum,
per quem Eccleſia habeat fructus ad ſuſtenta
tionem Rectoris: ad notata per Io. And. in c.
Indemnitatibus. num.2. propè finẽ de electio.
6 in 6. verba † enim prolata debent accipi, &
interpretari, vt habeant effectum ſecundum
naturã actus, de quo loquuntur: l.1. §. Hæc ver-
ba. ff. quod quiſque iuris. l. Inſulam. ff. de præ-
ſcrip. verb. vnde Cõcilium loquitur de quibuſ-
cunque prouentibus prouenientibus, & per
conſequens, etiã ſi nullum adeſſet beneficium,
7 pro temporalibus, dummodo Rector† ex obla
tis poſſet ſe ſuſtentari iuxta conditionem ſuã,
vt refert Flam. Pariſ. vbi ſupra; vbi. nu.153. de-
clarat Conc. in c.2. ſeſſ.21. de reform. dum lo-
quitur de eo, qui petit ordinari ad ſacros ordi
nes, debet habere vnde honeſtè ſuſtentari va-
leat: quod ſcilicet non intelligitur cum decen
tia; ſed cum ſufficientia. Et ita intelligi debet
in caſu præſenti, quod quomodocunque habet
modum ſuſtentandi, ſufficit. Addens ex cõmu-
8 ni opinione Nauar. quod prouentus† 40. & ad
plus 50. ſcutorum; ſit ſatis ad ſuſtentationem
ſimilis clerici: Quare pro concludenti dicen-
dum eſt, quod obuẽtiones, de quibus agimus,
nedum ſunt ſufficientes, ſed abundant, & de-
9 berent † diſpenſari iuxta textum. in c. Vulte-
ranæ. cum duobus ſeq. & c. Apoſtolicos. 12. q.2.
Malè enim, quæ ſuperabundant, diſpenſantur
contra canonum diſpoſitionem. c. Epiſcopi. 12.
q.1. & c. Epiſcopus. 12. q.1. & c. Epiſcopus. 10.
q.2. vnde malè quærit ille Rector; quod obla-
tiones factæ illi nouæ Eccleſiæ ſibi dentur.

Nec obſtat. c. Eccleſiæ. cum alio ſequẽti. 16.
10 q.1. vbi videtur diſpoſitum, quod Eccleſia† an
tiqua non debet priuari ſuis decimis, pro no-
uis erectis: quia, vt declarat Gl. in c.1. de reb.
Eccl. non alien. in 6. in verbo, Tenues: illud pro
cedit quando non adſit cauſa ædificandi nouũ
oratorium: vel quando antiqua Eccleſia non
ſuperabundat ad ſuſtentationem Rectoris.
Quam rationem approbat Card. Zabarel. in
11 conſ.8. nu.3. dicens, quod Ordinarius† poteſt,
etiam inuito Rectore, ex cauſſa conſtruere a-
liam Eccleſiam; & in ea ponere curatum, qui
habeat emolumenta Parochialis in parte ſibi

aſſignata, & idem confirmat in cõſ.26. num.6.
dicens quod debet habere decimas illius par-
tis, quod proſequitur Lap. alleg. 67 num.4. & 5.
præter quod illud procedit etiam de perſona-
libus decimis: nam de realibus, ſiue fiat, ſiue
non fiat nouum oratorium parochiali Eccleſiæ
non debent dari decimæ reales: vt not. Gl. in
c. Tua nobis. in verbo, ſic & dominus, ad me-
dium. de decim: & text. in c. vlt. de paroch. &
not. And. Hiſpan. de decimis. c.15. vbi refert,
quod, & oua gallinarum, pulli, & ſimilia anima
lia ſunt decimæ prædiales, & dari debent Ec-
cleſiæ poſitæ inter illa prædia: quod eſt contra
illum Rectorem, qui exclamat quod illi paro-
chiani debeant ſibi deferre ſua; & optimè tra-
ctat Pet. de Vbald. de Canon. Epiſc. & paroch.
in 16. q. prin. num.5. & iſtis maximè conferunt
notata in d. c. Ad audientiam. §.1. vbi dicitur,
quod quãdo miniſter antiquæ Eccleſiæ poteſt
conuenienter ſuſtẽtari, præter prouentus eiuſ-
dem; nouus Curatus habeat obuentiones illi
villæ: & in eadem conuenit opinione Abb. ibi.
num.14. & in ſequenti numero declarat, quod
12 illud verbum† obuentiones cõprehendit om-
nes redditus cuiuſcunque qualitatis: vnde Re
ctor, de quo loquimur, etiam ſi beneficium nõ
eſſet ſufficiens; quia habet vltra multas obuen
tiones; dicitur ſuperabundare.

13 Præterea ſtante regula, quod qui † ſentit o-
nus ſentire debet commodum. de qua in tit.
de reg. iur. in 6. & dicto Domini Noſtri Ieſu
14 Chriſti, quod ſcilicet Mercenarius† eſt dignus
mercede, vt atteſtatur Lucas Euangeliſta in c.
15. 10. & omnis, qui procurat † tollere operanti
mercedem agit contra iuſtitiam. c. Extirpan-
dæ. de præben. & dicitur homo malus. c. Paſce.
86. diſtin. quando fuit ſtatutum, quod decimę
& primitiæ darẽtur Rectori; nulla alia de cauſ
ſa fuit, niſi vt laboraret pro ſalute populi; ſed
qui non laborat non manducat: vt probaui in
conſ.157. & qui non habet onus non debet ha-
bere commodum: vnde regula illa quod primi
tiæ dentur, intelligi debet de illis, qui rema-
nent in antiqua parochia: & quandocunque ẽt
duæ Eccleſiæ ſint in vna ſola parochia, primi-
tiæ, & obuentiones debentur illi, qui ſeruit. qa
merces datur ſecundũ opus. l. Seio. ff. de annu.
leg. & ſic ille Rector, qui non laborat, peccat
velle lucrari indebitè. c. Matthæus. ad finem.
de ſimon.

Quò verò ad Sacramenta, & miſſam in ſolẽ-
nibus, nullam video difficultatem, & miror qđ
ſit Capellano prędicto prohibitum: quia ratio
d. c. Ad audientiam: & Cõcilij, illa fuit, vt ſub-
ueniatur populo, qui difficilè ad matricem ac
cedere poſſet: & Eccleſia nouiter erecta debet
haberi tanquam parochia: & abſurdum eſt, qđ
lex malè intelligatur, quæ fuit inuenta, vt po-
pulus, qui habeat difficultatem accedendi ad
antiquam Eccleſiam pro Sacramentis, non re-

maneat

maneat ſine ipſis;vnde ſi pro vtilitate,fuit ſta-
tuto quod erigatur noua Eccleſia,in qua illis,
qui difficilè poſſunt ad matricem Eccleſiam
accedere; ſubueniatur ſi magis in ſolemnibus
16 † conuenit habere Sacramenta; vt habetur in
c.Omnis vtriuſq; ſexus.de pęnit. & remiſſ.Quę
ratio prohibet illos in ſolemnibus ad nouam
Eccleſiam accedere,& in non ſolemnibus abeſ-
ſe,ſi pp commoditatē,& salutē fuit cōceſſa Ec
cleſia illi propinqua?vnde ſi datur Capellanus
ad Miſſam. & in d. caſu noua Eccleſia ſuccedit
loco antiquæ pro illa parte populi; quare non
debentur ei Sacramenta? & ſi non habent illi
Parochiani commoditatē antiquæ Eccleſiæ p
Miſſa: quomodo poſtea habent illam pro Sa-
cramentis? hoc enim puto erroneum,& malū.
Nec obſtat quod quando conceditur Miſſa
in priuatis Oratorijs, exceptuantur dies ſolē-
nes.vt in c.Si quis etiam.de conſecrat.diſtin.1.
17 cum alijs ſimilibus:quia† aliud eſt Oratorium
priuatum;aliud publicum,& aliud ædificatum
ſine cauſa neceſſaria; & aliud ex neceſſaria: æ-
dificatum enim pro neceſsitate populi: eſt tā-
quā Parochia:& in eo omnia fieri poſſunt, quæ
in antiqua Eccleſia:vt quiſquis prudens poteſt
cognoſcere à diſpoſitione.d.c.Ad audientiam.
& Conc.in d.c.4.ſeſſ.1.quod demonſtrat etiam
Gl.in d.c.Si quis etiam.in verbo,Oratorium.&
doct.Ang.in ſua ſum.in verbo,Miſſa.nu.59.ver-
ſi.ſed tu dic.quem ſequitur SyIueſt.in eod.ver-
bo,Miſſa.2.nu.5. verſ. Quidamtamen: & ſic re-
manet concluſio quod oblationes non deben-
tur antiquæ Eccleſiæ,&quod in noua etiā die-
bus ſolemnibus poſſent celebrari Miſſæ; & Sa-
cramenta dati.Et ita iuris eſſe cōcludo.Saluo,
&c. Laus Deo, & B.M.

CONSILIVM CLXIII.

Abſtinere ab opere ſeruili in die feſto quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Feſta sūt obſeruāda,& abſtinendū ab ope ſeruili.*
2 *Mundus ſumpſit exordium in die dominico.*
3 *Ordinarij poſſunt ſibi reſeruare caſus.*
4 *Feſta ſunt denuntianda populo.*
5 *Parochi debent denuntiare quæ feſta debeant obſeruari,& qualiter.*
6 *Apoſtoli ſtatuerunt diē dominicum loco Sabbati.*
7 *Feſta non tā ſtrictè ſunt pręcepta,vt erāt hębræis.*
8 *Obſeruātia feſti eſt in parte moralis,et parte cære*
9 *Pars moralis pertinet ad cultum Dei. (monialis.*
10 *Pars cerimonialis cōſiſtit in exteriori ope ſeruili.*
11 *Peccatum dicitur opus ſeruile.*
12 *Peccatum eſt maius iñ die feſto facere furtum, luxuriam,& alia ſimilia quam laborare.*
13 *Opus ſeruile eſt etiam in actu exteriori laborare pro cultu Dei,& non prohibetur.*
14 *Opus ſeruile eſt quod homo facit pro homine.*
15 *Opus conſideratur ſecundum qualitatem perſonæ*
16 *Qualitas perſonæ grauat plus,& minus.*
17 *Peccat vnus plus quam alius.*
18 *Seruus,qui iuſſu domini laborat,minus peccat.*
19 *Modicitas operis non eſt in conſideratione.*
20 *Peccat,qui tempore orationi ſtatuto laborat: ſecus illo tranſacto:& num.21.*
21 *Qui laborat lapſo tpe ad cultū ſtatuto nō peccat.*
23 *Scandalum non eſt laborare in loco priuato.*
24 *Pęna datur maior delinquēti in publico,q̄ in pri-*
25 *Scandalum dat occaſionem ruinæ. (uato.*
26 *Scandalum in ſe eſt ſpeciale peccatum.*
27 *Intentio operantis eſt conſideranda,quia plus,& minus poteſt peccare.*
28 *Confeſſor debet abſoluere pœnitentē à caſibus ſibi conceſſis:nō aūt à reſeruatis:& modū habes.*
29 *Confeſſor debet etiam pœnitentem interrogare,an habeat aliquam gratiam eligendi Confeſſorem, qui poſſit eum abſoluere à reſeruatis.*
30 *Parochus tenetur ſcire omnia, quæ ad eius officiū pertinent.*
31 *Caſus reſeruati conſiſtunt in genere,nec tollunt à iure conceſſa.*
32 *Ordinarius, qui vellet reſeruare caſus conceſſos à iure,eſſet in errore intollerabili.*
33 *Scandalum eſt dictum,vel factum minus rectū.*
34 *Opera nō tantū ſunt cōſideranda,ſed circunſtātię.*
35 *Prohibitio,ſeu permiſſio cōſideratur ſecūdū tēpus.*
56 *Ex cauſſa aliqd fit quandoq; ad qd nō tenebamur.*
37 *Opus non facit peccatum niſi adſit voluntas.*
38 *Voluntas, vt faciat peccatum, debet eſſe conſequendi,vel retinendi quod iuſtitia vetat.*

Dominus illuminatio mea.

FACTI SPECIES.

QVidam Rector parochialis vigore ca-
ſus reſeruati ab ordinario de obſerua-
tione feſti;dimiſit,in publica Eccleſia
exiſtente populo,duas mulieres ſeruas ſine ab
ſolutione,quia iuſſu domini ſui,in die domini-
co poſt veſperas de ſero abluerant filū,timen-
tes ne vreretur in aſpero lixiuio, ſi expectarēt
ad alteram diē:quarum dominus petit, An il-
le Parochus rectè ſe geſſerit: cui ego reſpondi
negatiuè,ex infra dicendis.
Illud in tertio præcepto Decalogi certū eſt
1 quod feſta†ſunt obſeruanda, & quod ab omni
opere ſeruili eſt abſtinendum.c. 1. de conſecr.
diſt.3.& c.1. de Ferijs. & quamuis in decalogo
loquatur de ſabbato,idē verificatur in die do-
minico,ex cauſa inferius dicenda:vt in c.Ieiu-
2 nia.de conſecra.ead.diſt.Quia in ipſo† die mū
dus ſumpſit exordium, & vita principium per
reſurrectionem D.N.Ieſu Chriſti.c. Quod die.
ad fin.75.diſt.ita populo venit denunciandum.
d.c.1.de conſecra. diſt.3.& data eſt Ordinarijs
3 facultas †ſibi reſeruādi caſus.vt in c.Si Epiſco
pus.de pœnit.& remiſſ. in 6. & diſtinctè notat
Sylu.in ſum.verbo,Caſus.à num.3.ad fin. quod
maximè habet locum pro obſeruatione feſto-
rum.vt in Conc.Trid.ſeſſ.25.c.12.
4 Sed hic punctus, hic labor:quia feſta † ſūt
populo denuntianda.d.c.1.de cōſec. diſt.3.ſed

multi omittũt rectè denuntiare; qa nõ ſufficit
ſimpliciter,prout agũt rurales Parochi, denũ-
5 tiare,ſed requirit qđ diſtinctè† declarẽt opa,
quæ populus facere debet,& quæ ſint prohibi-
ta,& permiſſa.vt in Cathec.in 3.præcepto de-
calogi.verſ. Neq; verò Parochus: qđ præceptũ
de iure veteri fuit datũ Iudęis pro die Sabbati
6 ſed Apoſtoli† illud ſtatuerũt pro die dominico
ob relatas cauſſas in c.Sabbato.de cõſec.ea.di-
7 ſtin. 3. Non tamen † tam ſtrictè , vt olim erat
hebræis. ſicut rcfert D.Thom.quæſt. 122.artic.
4. quem allegat Nauar. in ſuo manual. c, 13. in
prin. & num.2. & Sylu. in ſum. verbo , Domi-
8 nica. num.5. Cuius obſeruantia † ſecundum d.
Sylu. ibi in principio, conſiſtit in parte mora-
li,& parte cærimoniali , ex opinione D. Tho,
9 2. 2. artic, 4. de quo ſupra: & pars † moralis
ſpectat ad Dei cultũ: vt in Pſalmo.45. ibi. Va-
cate,& videte,quod ego ſum Deus : & elicitur
in c.Licet. de ferijs:& Sylu. vbi ſupra n.8, pars
10 † verò cærimonialis conſiſtit in exteriori o-
pere ſeruili:ſecundũ Nauar,vbi ſupra.n.2.verſ.
Tertiò dicimus:& ibi.nu.4.dicit ꝙ omnia ope-
ra non prohibentur, ſed ſolum ſeruilia : opera
vero ſeruilia,triplici modo dicuntur.
11 Primò,qui facit† peccatũ,dicitur facere opꝰ
ſeruile;vnde Io.Euang.in c.8. dicit: Amen amẽ
dico vobis,quia oĩs qui facit peccatum,ſeruus
eſt peccati: quare non ſufficit abſtinere ab o-
pere manuali, ſed à peccato;vt multi tendunt
ad ludum, luxuriam, furtum, & alia ſimilia : &
12 in maius † peccatũ incurrunt,ſecundũ D. Th.
2.2.q.122. de quo ſupra verſ. Ad tertiũ : & D.
Auguſt.in lib.de to. Chor.vbi dicit , ꝙ Iudæus
melius faceret in agro ſuo aliquid vtile, quàm
ſi in theatro ſeditioſus exiſteret.Et melius fœ-
minæ eorũ in die ſabbati,ſi lanã facerẽt q̃ ꝙ to
ta die neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.
13 Secundò opus ſeruile† dr̃ ẽt illud ꝙ in exte-
riori ad Dei ſeruitiũ fit.de quo loquitur Iacob.
Graff.in 1.vol.ſuarum dec.aure.li.2.c,34. nu.10.
& iſtud non prohibetur,& in 2.vol.c.13.vbi di-
uerſitatem operum horarũ feſti; & alia narrat.
14 Tertiò opus† ſeruile dr̃ ilud,ꝙ homo pro ho
mine facit: vt in lib.Exod.c.20.& Leuit.c.23.ꝙ
15 tñ opus† conſiderãdum eſt ſecũdũ qualitatem
perſonę operantis,quantitatem operis,ſecũdũ
tẽpus,ſecũdũ perſeuerãtiam, ſecũdũ locum in
quo fiat opus,& ſecũdũ intentionẽ operantis:
vt hẽtur in c.Conſideret.de pœnit.diſt.5.Qua-
16 litas .n. pſonæ† ſecundũ plus,& minus grauat,
& eſt conſideranda;vt in d.c.Conſiderauit. ibi.
ſecũdũ excellentiã ſui ſtatus,aut officij:nã vnꝰ
17 † dr̃ plus peccare,quã alius: c.Homo chriſtia-
nus.40.diſt.c.Præcipuè.& c.Excellentiſs.§.De-
fleat.11.q.3.magis enim peccat nobilis,& q ha-
18 bet dignitatẽ,q̃ ignobilis.vnde ſeruus,† vel o-
perarius,qui iuſſu dñi laborat , minus peccat ;
qñcunq; id nõ agat in contemptũ feſti:Nauar.
in d.c.13.n.7.& cæteri doct. ſup.relati:qui enu-
merãt caſus in quibus licet aliqd operari.Quã
19 titas ẽt cõſiderari debet;quia modicitas† ope
ris non eſt in conſideratione Nauar.d.c.13. n.9.
Syluęſt,in d.verbo,domin.n.7.Ang.in verbo Fe
riæ.n.7. verſ.Primũ operis modicitas:& Iacob.
Graff.vbi ſup.n.17.& tempus,vt in d. c. Conſi-
20 deret: ibi : ſi tẽpore† orationi cõſtituto , quia
tunc peccaret;ſecus verò quando eſſet tranſa-
21 ctum tẽpus:obſeruatio†.n. feſtiuitatis.de qua
in d.c.1.de conſecr. diſt.3, fuit ſtatuta à primis
veſperis,ad ſecundas pro cultu Dei, qđ decla-
rat Couar.in lib,variar.reſol.c.19.nu.9.quare e-
22 lapſo† tp̃e, & maximè qñ labor ſit in modico,
vt ſupra,nõ dr̃ quis cõtra præceptũ agere;neq;
qñ urgeat neceſsitas.c.Licet.& c.Conquæſtus,
de ferijs:& ibi Gl,in ver,Neceſsitate. Sylu.vbi
ſupra.n.3.verſ.Quibus ſolemnibꝰ ferijs.& Ang.
verſ.Secũdũ neceſsitas.ſum.Armi.in d. ver.Fe-
ſtum,n.18.verſ.3.ex neceſsitate.& Graſ.n, 20.q
doct.ſunt vidẽdi quia enumerãt caſus in quibꝰ
permittit aliqđ opus; & aliud eſt facere opus
in loco priuato,& aliud in publico: quia cũ qd
23 fit† in loco remoto,deſinit ſcandalum:& omne
factum ſine ſcandalo eſt tollerabilius.c.Nemo.
24 32.q.4.c.de Homine.& celeb.Miſſ.Maior† enim
pœna datur delinquẽti in publico, quã in pri-
uato.Inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſ.§.Pœna.
& facit c.Veſtra.& c.fin.de cohab.Cler. & mul.
25 qđ verò † fit cũ ſcandalo dat occaſionẽ ruinæ
Archid.in c.Licet.45.diſt.& eſt dictũ D.Thom.
2.2.q.43.art.1.& ibi in art.3. dicit qđ ſcandalũ
26 † eſt in ſe ſpeciale peccatũ:ergo qđ agitur ſine
27 ſcãdalo,caret illo peccato:Nec eſt omittẽda†
cõſideratio intẽtionis:an ſcilicet qui operatus
eſt habuerit intentionẽ ad contemptum feſti:
quia ſecundum eius intentionem potuit pec-
care,& nõ peccare;& excuſari, vel cõdemnari:
vt ita refert ſum.Armil.in verb.Feſtum. nu.18,
Quibꝰ diſcuſsis in caſu præſẽti cõcludi põt
qđ ille Parochus malè, & ſine doctrina,& iudi-
cio ſe geſſerit:nã qñ nõ eſſent illæ ſeruæ excõi-
28 catæ debebat† eas abſoluere à peccatis ei cõ-
feſsis,in qbꝰ nõ ſe extendebãt caſus reſeruati;
& poſtea petere facultatẽ in reſeruatis ; & ita
nõ dediſſet cauſsã ſcãdali;nã populus qui erat
in Eccleſia de facili potuit cogitare illas mu-
29 lieres eſſe malæ vitæ . Immò debebat† eas in-
terrogare, An haberẽt aliquam gratiã,vt ẽt in
tp̃e Paſchatis à caſibꝰ reſeruatis poſsẽt abſolui
qa affirmatiuã inueniſſet, cũ earũ nobilis do-
minus cũ tota familia ad hoc ſit priuilegiatus:
ita Nauar,in c.26.ſui Manu.nu.6.cum allegatis,
& quandocunq; huiuſmodi gratiã non habuiſ-
ſent,& alia peccata non dixiſſent , ad euitan-
dum ſcandalũ debebat in exteriori actu dare
ſignũ abſolutionis, eas aduertẽdo de nõ abſo-
lutione.Parochus†.n.tenet ſcire ea oĩa,quæ ad
eius officiũ ſpectãt,& euitare ſcãdalum.c.2.de
nou.ope.nũtiat.Neq; excuſari põt ſup caſibꝰ re
30 ſeruatis q† cõſiſtit in gñali ꝓhibitione; nec cõ
prehẽdit caſus à iure exceptuatos ; Immò qñ
31 cunq; Ordinatiꝰ† vellet caſus gñaliter reſerua
tos

Digitized by Google

tos obſeruari eſſet in errore intollerabili cõtra legem: vt ita concludit Sylu. vbi ſupra nu. 9. in 7. quæſt. quem refert, & ſequitur Nauar. in d. c. 13. manual. num. 15. Vnde illæ mulieres poſt veſperas à ſero, ex neceſsitate; quia res erat peritura; & in modico; & loco priuato: nec animo, aut intentione contemptus feſti, quod iam erat in declinatione; & ipſæ miſſam & veſperas audiuerant, & erant de familia nobilis, qui cum tota familia in forma Iubilei poterãt ab omni peccato abſolui; indebitè à d. Curato fuerunt ſcandalizatæ. c. Cauendum. 10. q. 3.
33 ſcandalum † enim (vt ſupra) eſt dictum, vel factũ minus rectè, vt ibi textus, & notat Sylu. in verbo. ſcandalum poſt principium.
34 Opera † enim non tantum ſunt animaduertenda; ſed circunſtantiæ operum, ſcilicet tempus, cauſſa de quãdo facta ſit operatio, & volũtas operantis c. Occidit. 23. q. 8. ſecundum tẽ-
35 pus † autem perſcrutari oportet prohibitionem, vel permiſsionem. c. Quis ignoret. 32. q. 4. & cauſſam operandi. d. c. Occidit. vna cum voluntate: c. Non eſt, cum ſequen. 15. q. 1. Ex
36 cauſſa † nanque, quandoque aliquid eſt faciẽdum, ad quod non tenebamur. c. Iam nunc. 28. q. 1. vbi Chriſtus licet non teneretur ſoluere
37 tributum; tamen ſoluit: & omne opus † non facit peccatũ, niſi adſit voluntas. c. Sicut enim.
38 32. q. 5. voluntas † enim, vt pariat peccatum, debet eſſe conſequendi, vel retinendi; quod iuſtitia vetat. c. 1. in fine. 15. q. 1. hic autẽ dies feſti inclinabat; opus fuit in ſecreto, & ex cauſſa neceſsitatis, & iã audita miſſa, & veſperis, & in modico. Quæ omnia à lege permittũtur; ergo ceſſauit peccatum: & ita cenſeo, ſaluo tamen, & ſemper veritate. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXIV.

Legatum à patre factum filiæ quando nupſerit: quando ſit purum; & de illo filia poſsit diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filiam dotare. & num. 7.*
2 *Legitima eſt ſecundum ius naturale.*
3 *Legitima nõ põt aliquã cõditione grauari. et n. 12.*
4 *Legatum à patre filiæ factũ cũ nupſerit, eſt purũ.*
5 *Legatũ ab extraneo factũ differt à patre factũ filiæ.*
6 *Legitima non patitur dilationem.*
8 *Legatum filiæ, quando nupſerit, debetur etiam ſi monaſterium ingrediatur.*
9 *Legatum pro dote eſt pium.*
10 *Matrimonium carnale, & ſpirituale pariter eſt priuilegiatum.*
11 *Relictum 100 aureorum intrando monaſterium; & 500. nubendo; idem pro monaſterio maior ſumma debetur; contrarium in fine numeri.*
13 *Legatum pro dote factum filiæ, etiam ſi legitimã excedat, eſt purum.*
14 *Soror non debet eſſe deterioris conditionis altera ſorore in legato.*

Dabit mihi Dominus verbũ ad veritatẽ.

FACTI SPECIES.

Pater habens filium, & duas filias; hæredẽ maſculum inſtituit; & fœminis legauit quingentos aureos, quando nupſerint: & eo defuncto vna in matrimonium ſe tradidit; & altera nomine Dorothea monaſterium ingredi deſiderat; & quod ab eleemoſina, quæ datur pro ingreſſu reſtat à d. legato quingentorum, cupit in operibus pijs pro anima ſua diſtribuere, ſeu relinquere: ſed frater, ſtante conditione illa, quando nupſerint, recuſat ſoluere legatũ; & ipſa Dorothea quærit quid iuris? In quo caſu ego teneo legatum ſibi deberi omni conditione poſtpoſita, ex infra dicendis.

Socin. nanque in conſ. 92. incipit, Circa primum: in prima part. ſecundum antiquam impreſſionẽ. col. 4. ver. Ex quibus ſequitur: cõcludit ſecũdũ allegata, quod huiuſmodi legatũ ſit purũ; & quod illa conditio, quñ nupſerint, non impediat quin legataria, etiam ſi non adimpleat conditionẽ, debeat habere legatũ: quia pater
1 † tenetur filiam dotare: & huiuſmodi legatum ſuccedit loco legitimæ. l. Quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. addens etiam quod quando res legata excederet legitimã, illud plus accedat ad naturã legitimæ; ad quod ſubintrat regula, Ac-
2 ceſſoriũ. de reg. iur. in 6. legitima † enim eſt ſecũdũ ius naturale. diſt. 1. & quñ etiam ſecundum aliquos, depẽdeat à iure poſitiuo; ſatis eſt quod
3 grauari † non poſsit, nec ſub aliqua conditione dimitti. l. Quñ in prioribus. C. de inoffic. teſtã. & latè probat Simon. de Pret. in 3. lib. interpr. vltim. vol. fol. 2. nu. 13. vbi de communi: lex enim illa, Quñ in prioribus; imponit falcem ad meſſem: nam ex ea remanet diſpoſitũ, quod legitima ſub aliqua conditione grauari nõ poteſt, & ſic
4 huiuſmodi legatũ † intelligitur purũ, vt ibi Socin. ex Bar. ſententia in l. Si extraneus. ff. de iur.
5 dot. aliud † enim (vt ipſe dicit in ver. Itẽ videmus) legatum eſt in extraneos, & aliud in filios, & nepotes: & idẽ ſequitur in conſ. 288. circa primã quæſtionẽ. col. 11. verſ. Secũdum decidit Bar. in terminis, quod affirmat Anch. in conſ. 232. Subtiliſsimè, & ad plenũ pro matre. & in conſ. 323. Iſta omnia puto, vbi cõcludit, quod huiuſmodi legatum à patre factum eſt purum, & quod legataria poteſt de eo diſponere: quia dos
6 ſubrogata loco legitimæ † non patitur dilationẽ: & quod omne onus debet remoueri, per d. legẽ. Quoniam in prioribus. In qua opinione fuit Gramat. in conſ. 57. Proponitur in themate vol. ad ciuilia: & ſecundum ipſum hæc ratio procedit in quocunque obligato ad dotem:

ctibus præſentis anni, pro quibus colligendis
factæ ſunt multæ expenſæ: quarum ratione, q
4 habuit † onus debet etiam habere commodũ.
c.Qui ſentit onus.de reg. iur.in 6. ad quod fa-
cit dictum Rom.in ſingul.536. & deciſ.Pedem.
82.num.10.ibi,quod debet eſſe lucrum vbi eſt
periculum,& loquitur in terminis:dicẽs quod
5 fructus † illius anni pro re ſeminata ſpectant
ad conductorem,qui ſumptus fecerat:& ratio
6 maximè procedit in isto caſu, in quo fructus †
de proximo ſunt colligendi.ad Bal.in d.l.Em-
ptorem.num.7.verſ.Sed pone colonus.& verſ.
Sed uunquid partiario.& in hoc adeſt Gl.in l.
Diuortio.§.Interdum.in verbo, Reddet.ff.ſo-
7 lut.matrim. quæ notat,quod maritus,† qui te-
netur reddere fundum vxoris, tamen debet
habere fructus illius anni, ratione ſumptus in
eis facti:& eadem ratio procedit in beneficia-
libus adminiſtrationem habentibus, per tex-
tum expreſſum in c.Ad noſtram,de reb.Eccleſ.
8 non alien. vbi etiam fructus,† qui ſuperabun-
dant expenſas; debent relaxari conductori, &
colono, ea ratione; quia qui habuit onus de-
bet etiam habere commodum: & iſtam ratio-
nem ſequitur Couuar. in primo lib. variar. re-
ſolut.c.3.num.3. & 4. & Sylu. in ſum.in verbo.
Locatio.num.11. & ſtat argumentum in l. fin.
propè finẽ:& ibi Gl. in verbo:Sententiá. ff. de
9 iur.fiſc.vbi Qui † emit rem fiſci,iam locatam,
tenetur ſtare locationi, & ſolum ius habet ad
penſionem. Quam ſententiam ſequitur Guid.
Pap.deciſ.480.n.5.verſ.Fallit in fiſco, & com-
munem appellat Pet.Duen.in reg.240. in 8.fal
10 len.& argumentũ procedit† in Eccleſia; ſicut
pro communi recitat.d.Pet.Duen. ibi in 9.fal-
len. Et quamuis Cephal. in conſ.255. vol. 2. &
Alb.conſ.108. videantur adhærere. d.l.Empro
rem. eorum opinio quatenus eſſet vera proce
deret quando ageretur de tota locatione; &
tunc etiam eſſet diſtinguendum, prout diſtin-
guit Couuar. in lib.2.var. reſolut.c.15. num. 6.
ſed in iſto caſu non agitur de validitate loca-
tionis,ſed ſolum de fructibus præſentis anni,
qui ſunt in eſſe,& ſaltem de proximo colligen
di,factis iam ſumptibus à conductore. Immò,
qñ etiã ageretur de tota locatione, multa cõ-
tra ſucceſſorem eſſent dicenda, cum ipſe non
ſit neceſſarius ſucceſſor,ſed voluntarius in lo-
11 cum prædeceſſoris,& ad † omnia per præde-
ceſſorem conuenta teneretur. c. Is qui in ius
ſuccedit.de reg. iur. in 6. & c.Eleutherius. 18.
q.2.ad quæ etiam ſingularis ſucceſſor tenetur.
l.Qui in ius dominium ve.ff.eo.ti.de reg.iur.&
maximè qñ in re ſuccedit.l.Exceptio.ff.de ex-
cep.re.iud.cũ alijs ſimilibus: vt eſt ille de quo
12 loquimur. Immò quando ſucceſſor† eſſet in re
cohærenti perſonæ;cũ agatur de lucro,ad om-
nia ẽt per prædeceſſorẽ acta,teneretur.l.Apud
Celſum.§.De authoris,cum alijs ſeq. ff.de dol.
excep. & alia multa eſſent dicenda, quæ om-
mitto,cum ſatis ſuperque ſit oſtendere, quod
13 fructus præſentis † anni debeantur ratione
expenſarum.vt in d.c.Ad noſtram.& not Hie-
ron. Cagnol. in l.2.nu.221.verſ.Secundò limita
concluſionẽ.c.de pact. int.empt.& vend.& ip-
ſa Gl.in d.l.Diuortio,in verbo,Reddet.§.Inter
dũ.ff.ſol.mat. & ibi Bar.verſ.quid ſi ſoluto ma-
trimonio:& Tiraq.de retract.cõuent.§.5.Gl.5.
Nec obſtat regula in d.l.Emptorem: quæ ſo
14 lum vendicat † ſibi locum, in tota locatione,
vel quando conductor nõdum ſeminaſſet, nec
ſumptus feciſſet:vel annus nondum fuiſſet in-
cœptus;ſicut declarat Bal.in ea. l.Emptorem.
n.7.& 8. immò Card. in conſ.95.num.8.dicit ꝙ
illa regula tunc procedit, qñ locator perſona-
15 liter erat obligatus; quia ſucceſſor † non tene
tur cum ſit alia perſona;ſecus verò quando o-
bligatio dependet à re, quæ ad quoſcunque
tranſit cum onere.l. Traditio.ff.de acquir.rer.
dom.c.1.de teſt. hic verò R. Ioannes eſt in re
16 ſucceſſor: & non † agitur de tota locatione;
ſed ſolum de anno præſenti iã incœpto,qui de
bet haberi pro completo.c.Cũ ſicut.de eo,qui
mittit. in poſſeſs. l. 1. ff. de poſtul. & maximè
quia iam ſumptus ſunt facti: & fructus ſunt de
proximo colligendi: vtſupra probatur.
Neque obſtãt iura adducta pro beſtijs, & ſe
minibus;qa ſolũ procedunt qñ cõſtat fuiſſe de
dicata in fundo, quia tunc tanq̃ inſtrumenta
fundi tranſeunt;ſecus qñ fuerint à prædeceſſo
re,ſeu conductore ære proprio poſita ꝙ ſẽper
17 † in dubio præſumitur,& q contrariũ præten-
dit,debet probare:huiuſmodi.n. bona ſemper
18 in dubio† præſumuntur allodialia. Dec. in cõſ.
568.n.6.& in cõſ.588.n.8. & 9. quod idem quo
ad boues,& ſemina probat.Rol.à Vall.in conſ.
54.n.31.32.33.& 34.vol.3.& in cõſ.2.n.11. eod.
vol.Talia .n.bona nõ veniunt in vẽditione poſ
ſeſſionis,niſi in inſtrumẽto fiat expreſſa men-
tio,ſicuti probat Fab.de mõt. in tract. de emp.
& vendit.in 6.q.prin.n.68.& Rol.in d.cõſ.54.n.
33.& Pet.de Vbal.in tract.de duob. frat. 11. q.
prin.n.40.& diſponũt dictæ leges.l.Itẽ ſi fundi
§.Seminarios.de vſufru.& l.Quæſitum de fund.
inſtruc.& not.Bal.in l.2.C.de ver.ſign.& in cõſ.
222.n.3.Caſus talis.& in conſ.232.nu.1. & ſic
qñ non probetur ea fuiſſe Eccleſiæ relicta, vel
conſignata, tanq̃ bona allodialia ſpectant ad
prædeceſſorẽ,vel cõductorẽ, & eorũ hæredes,
& maximè quia ꝑdeceſſor habebat multa bo-
19 na allodialia vltra Eccleſiaſtica:ex quibus† præ
ſumitur beſtiamina, & ſemina de ſuo poſuiſſe.
Bero.cõſ.7.n.2.& 3.vol.2.quare ſurgit doctrin.
Bal.& Rol.à Vall.in allegatis iuribus. & Dec.
conſ.558.num.8.in fine.& Bal.in l.1.C.de fruct.
& lib.expẽ.quẽ ſeqtur Fran.Crem. in ſing.133.
& Tiraq.de retract.conſang.§.15.Glo. 2. num.
28.qui ſequitur Bal. & pro eo allegat textũ in
l.1.§.Neceſſarijs,& in l.Quod dr̃. la 1.ff.de im-
20 pẽ.in reb.dot.fact.Ea†.n., quæ sũt extrinſec⁹,

Digitized by Google

nô computãtur in proprietate; vt ſunt ſimilia
animalia, quæ extant à fundo ſeparata ſecundum. d. Fabian. de mente ſu loco allegato:
& faciunt notata per Ioan. Petr. Ferre. Papien. in ſua prat. libel. in verbo. Venditio. Gl.
fructus. num. 3. qui dicit, quod fructus pendentes tempore venditionis cedũt emptori, quia
dicuntur pars fundi; l. Fructus pendentes. ff.
21 de rei vend. & quæ † non ſunt fundo affixa cedunt commodo conductoris. l. Fundi. §. Si ruptas. ff. de act. emp. ergo beſtiamina, & ſimilia
omnia non ſpectant ad ſucceſſorẽ; niſi probetur fuiſſe relicta Eccleſiæ, ſecũdũ ſuprafcripta.

Nec etiam obſtant iura adducta in materia
decimarum: nec ad propoſitum de quo agitur
22 tendunt. Decimæ † enim de iure diuino fuerunt ordinatæ: vt in c. 22. Exodi. ad finem. ver.
Decimas, & primitias: vt optimo Deo offerantur, cui in immolatione gratias agere debem⁹;
vt d. lib. Exod. c. 23. dicitur. Non apparebis in
conſpectu meo vacuus; & Eccleſijs, & eorum
adminiſtratoribus; non autem laicis fuerunt
conſtitutæ. c. Cum contingat. de decim. c. Decimas. 16. q. 7. & ibi. c. Quicũque. cum duobus
23 ſeq. in expreſſo traditur, quod dandæ † ſunt
de omni grano, vino de fructibus arborum, de
pecoribus, & alijs animalibus; & de alia re
quacunque: & vt ipſe And. Hiſpan. in d. tract.
de decim. in princ. notat quod dandæ ſunt decimæ Deo, Eccleſijs, & in eis adminiſtrantib⁹;
quia omnia ipſe Deus pro nobis dedit: & eis
dantur pro intuitu obſequij diuini: vbi in quinta quæſtione dicit; quod olim in lege naturæ
homines ſaluabantur per oblationes, & ſacrificia, & creſcente poſtea cultu, præcepit eas
dari miniſtris domus ſuæ. & in allegato. c. 15.
24 ponit duo † eſſe genera decimarum; prædiales, ſcilicet, & perſonales: & in c. 10. diſtinctè
narrat de quibus decimæ ſolui debeãt: vbi omnia comprehendit; etiam oua gallinarum, &
anſerum, piſcium, & venationum: vnde quia
decimæ de iure diuino ſuper omnibus fuerũt
25 conſtitutæ ad honorem † Dei; & ſuſtentationẽ
ei ſeruientium, vt à populo darentur. c. Decimas 16. q. 1. ratio earum non eſt ad caſum noſtrum, quia hic non agitur de ſoluẽda decima:
ſed ad quem ſpectant fructus præſentis anni;
in quo iam facti fuerunt ſumptus à conductore; & ſunt de proximo colligendi: & ſi ratio
decimarum procederet; decima tantum eſſet
debita: immò nulla ex ſumpto argumento: nã
26 ibi dicitur, quod decima † debet ſolui vbi beſtiæ paſcuntur, non autem proprietario: ergo
in præſenti caſu decima deberetur ei, qui vſufructum habet; vſufructus autem ex ſupradictis ſpectat ad conductorem, non ſucceſſorẽ;
ergo, & omne emolumentum præſentis anni.
Concludo tamen, quod penſio ſpectet ad ſucceſſorem: & ita iuris eſſe, ſaluo ſaniori iudicio.
Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

CONSILIVM CLXVI.

Diſtributiones quotidianæ, an debeantur Canonico in carcere detento?

SVMMARIVM.

1 *Verba denotant intentionem proferentis.*
2 *Verba ſunt inuenta ad demonſtrandum animum proferentis.*
3 *Verba illaqueant proferentem.*
4 *Dictum non differt à promiſſione.*
5 *Verba obligant loquentem.*
6 *Verba prolata ante factum, ſequuto facto, interpretantur ad factum.*
7 *Homicidium committitur tribus modis.*
8 *Clericus dicitur committere homicidium quatuor modis.*
9 *Lingua inflammat animum.*
10 *Voluntas etiam committit homicidium.*
11 *Homicida dicitur, qui poteſt impedire homicidiũ, & non impedit.*
12 *Verba quando arguunt inimicitiam.*
13 *Verba, quæ dant indicium mali animi; dant indicium ad torturam.*
14 *Clericus in delictis non gaudet priuilegio.*
15 *Carcerari quis poteſt, etiam ſi non conſtet de delicto. & num. 18.*
16 *Præſumptio delicti ſufficit ad capturam.*
17 *Teſtis vnicus quando ſufficit ad præſumptionem.*
19 *Clericus quando incidat in irregularitatem propter delictum.*
20 *Irregularitas facit hominem indignum ad beneficia, & ordines.*
21 *Impedimentum à culpa proueniens non excuſat.*
22 *Impedimentum ex facto iudicis, dat neceſſitatem ad proteſtandum.*
23 *Carcer fuit inuentus, vt homo ſe retrahat à malo.*
24 *Verba minatoria ab inſolito exequi, quando faciant indicium.*
25 *Effectus demonſtrat qualitatem perſonæ.*
26 *Clericus quando ſit, vel non, priuandus beneficio.*
27 *Diſtributiones non veniunt appellatione fructuũ.*
28 *Qui non laborat non manducat.*
29 *Iudex habens informationem de delicto, incipit à carcere.*
30 *Qui eſt in culpa impedimenti alterius, tenetur ad damnum paſſi.*
31 *Iudex poteſt incipere iudicium à captura.*

FACTI SPECIES.

Facta declaratione feudi deuoluti, Blaſius procurator fiſcalis inſtabat contra Reuer. Herculem, & D. Baptiſtam fratres, & filios olim Domini Antonij de Sinibaldis, cui fuerat conceſſum feudum pro ſe, & filijs, & ſucceſſoribus; ad refectionem expenſarum pro quibus d. Reuer. Hercules cum d. procura-

curatore condolebat; inſtans ſilentium poni
in d.expenſis.& cum d.Procurator nollet deſi-
ſtere:d. Reuer. ira commotus dixit,d.Procura
tori: *Poi che non volete acquetarui, io vi farò pa-*
gare col baſtone; & ex tunc ad quatuor dies D.
Baptiſta eius frater cum baculo aggrediens
d. Procuratorem,percuſſit eum in capite; ex
qua percuſſione infra 24. horas mortuus eſt.
& denunciato. d. clerico Curiæ Eccleſiaſticæ,
fuit in carceribus detentus.& per quatuor mē
ſes detruſus in eis:quo tempore non fuit pro-
batum d.clericum homicidam; ſed ſolum . d.
verba dixiſſe,& ea ipſe non negauit; ſed con-
ſtanter affirmauit non eſſe culpabilem homi-
cidij: vnde fuit à carceribus liberatus:& nunc
inſtat ſibi dari diſtributiones quotidianas pro
tempore, quo ſtetit in carcere;quia indebitè
(vt aſſerit) fuit impeditus ad intereſſendum
diuinis officijs: vt ſolebat, quia erat canoni-
cus. Canonici verò negāt eas deberi,& requi-
ſitus reſpondi,vt infra.

Tota difficultas in iſto caſu pendet an car-
ceratio d. Canonici fuerit iuſta, vel iniuſta:
quia,ſi iniuſta,non ab re poſſet prætendere de
illegitimo impedimento ad intereſſendam ho
ris canonicis. Si verò iuſta: culpa illum nō ex-
cuſaret,& ad dilucidationem præſentis mate-
1 ria ego ſic probo: Verba † denotant intentio-
nem proferentis, l.Labeo.§.Tuberto.ff.de ſup-
pel. leg. & probat Iacob.Nouell.in ſua pratic.
2 crimin. in prima part. nu.58. quia verba † ſunt
inuenta ad demonſtrandum animum illius, q
ea profert.c.Is autem. 22.q.5. c. Humanæ au-
res.ead.cau.q.5.& c.Intelligentia, de verb. ſi-
3 gnif. vnde vnuſquiſque † illaqueatur proprijs
verbis. l.1.§.Verbis, ff. de actio. & oblig. quia
4 dictum † non differt à promiſſione. l. Sciendū.
5 ff. de edilit. edict. & ad † illud,quod dixit,te-
netur. l.Venditor.§.Venditor, eod.tit. ita ēt,
6 quod ſi quis proferat † verba ante factum, ſi
ad illud tendant:ſequuto facto,interpretātur
ad factum. Bal. in l.fin.verſ. Nota quod verba.
C.de hæred. inſtituen. & ſic illa verba, *Io vi*
farò pagare col baſtone; ſequuto breui tempo-
re facto:denotāt percuſſionem,& inde ſequu-
tum homicidium: nam vt ait Nouell. in loco al
7 legato. num. 113. homicidium † tribus modis
committitur: animo,ſcilicet, facto, & lingua.
Immò (vt tradit Bern.Diaz.in ſua pratic.crim.
8 canonica.c.88.) clericus † quatuor modis di-
citur committere homicidium: ſcilicet facto,
præcepto, conſilio, & lingua. Quod idem no-
tat Gl. in c. Sicut dignum. §.Clericos. in ver-
9 bo Conſilium. de homic. Lingua † enim infla-
mat animum ad homicidium.§.Qui verè. in d.
c.Sicut dignum: vbi habetur, quod etiam vo-
10 luntas † committit homicidium;etiam ſi ma-
nus non fuerit in committendo. Gl.in c. Signi-
ficaſti. il 2. in verbo,Habuerit.eod. tit. de ho-
11 mic. Imò. Qui poteſt † impedire ne ſuccedat
homicidium,& nō impedit,dicitur homicida:
d.c. Sicut dignum.§.Illi etiam.d.tit.de homic.
& ibi Gl. in verbo, Morſ. & in verbo,Potuit.&
tradunt Abb. & Felin. in c. Petrus. eod. tit. &
iſta ratio multum confert in præſenti caſu: nā
12 verba prolata ab illo Canonico dant indiciū
præcogitationis, & penſamenti ad percuſſio-
nem,& arguunt inimicitiam capitalem: Gl. in
l.Licet. in verbo,Capitales.ff.de recept.arbit.
13 Bar.in l.3.§.fin.ff.de adim.leg. dabant † enim
indicium mali animi, & doli, ex quibus nedū
poterat carcerari, ſed torqueri: ex traditis à
Gand. in tract. malefic. tit. de præſum. & in-
dic.quib prout ad term.verſ.Octauum etiam,
ſed quod ad præſentem caſum attinet,ſufficit
14 quod carceratio fuerit iuſta:clericus † enim in
delictis non gaudet priuilegio,quin carcerari
poſſit;vt notat Abb. in c.Dilectis.in 1. notab.
de appell. vbi allegat.c.1.de depoſ.& c.Si cle-
ricos.de ſent.excom.in 6.vbi Gemin.num.5.in
15 fin.concludit,quod poſſit † capi,etiam ſi non
conſtet plenè de delict. & ſuperius in d. num.
verſ. Si verò ſaltem conſtat,concludit, quod
16 ſufficit † præſumptio: quod approbat Foller.
in ſua pratic.crim.can.c.12. in 2.part. & ad in-
17 ducendam † huiuſmodi præſumptionem vni-
cus teſtis ſufficit.ad notabilem Gloſam. in c.
Tenta. in verbo,Sed filios. 86. diſtin. & tenet
Gram.in vot.3.num.21 & vot.30.num.31.& Io.
Milli.in ſua pratic.crim. in tractatu probatio-
num,num.16. qui dicunt procedere etiam ad
torturam. Quandocunque igitur fuerint pro-
bata illa verba minatoria per canonicum pro-
lata; carceratio non fuit iniuſta: ſtante maxi-
me,quod breui tempore eius frater ad mortē
percuſſit d. procuratorem: nam etiam ſi non
conſtaret de perſona percutientis, ipſe cano-
18 nicus † poterat capi pro habenda veritate; &
puniendo delicto;vt tradit Foll. in d. pratic.
crim.cano.c.20. num. 14. & quia conſtabat de
19 fratre homicida, habebat † maximam præſum
ptionem cōtra;quod ſcilicet eſſet irregularis,
vt per d.Foller. in d.pratic.c.22.num.16, 17. &
20 Irregularitas † facit hominem indignum ad
executionem ordinū,& ad beneficia: ad tra-
dita per Borgaſ.de irregul.& diſpenſ. quæſt.8.
& Ita ſtantibus rebus,vt ſtant,non poteſt dici
quin captura fuerit iuſta:& cōſequenter quod
impedimentum carceris faciat, d. canonicum
dignum ad diſtributiones; nam impedimentū
21 † proueniens à culpa non excuſat, Clem.2. §.
Illis. & ibi Card.de pœn. Imol. In Clem.Vt hi,
qui.num.17.de ætat. & qual. & maxime nulla
proteſtatione facta:quia licet in caſu notorio
non ſit neceſſaria; tamen quando impedimen
22 tum † ex facto iudicis oritur,habet neceſſita-
tem.Gl.notab. in c. Cupientes, §. Quod ſi per
viginti,& eſt prima Gl.de elect. in 6. vbi enu-
merat quinque caſus, per quos quis incidit in
pœnam,quando non notificat impedimentū;
quod

Digitized by Google

quod ibi confirmat Gemin. & habetur in c.fin.
de appell. & confeſtũt notata per Crot. in cõſ.
31.num.12.14.vol.1. vnde poteſt cõcludi quod
23 carceratio fuerit iuſta; quia ad hoc† fuit inuen
tus carcer, vt ſe à malo retrahant. l. Aut dam-
num.§.Solent.ff.de pœn. & ſtantibus illis ver-
bis minatorijs, & ſequuto delicto, non præſu-
mebatur ſine culpa, ex allegatis ſupra.

Nec obſtat opinio illorum, qui volunt, quod
verba minatoria ſolum contra illos, qui ſolent
ea exequi, faciunt indicium; non autem cõtra
vilem perſonam; vel inſolitam ad exequutio-
nem: quia illa opinio ſolum procedit quando
adſit ſola præſumptio verborum; ſed concur-
rentibus alijs præſumptionibus, ſecus eſt, vt
affirmat Fran. Brun. in tract. de indic. & tort.
in 3.quæſt. primæ par. num. 33. ad finem: qui
24 dicit, quod quando† concurrant minæ, inimi-
citia, percusſio, & breue tempus ad percusſio
nem poſt minas, etiam in priuato homine, &
inſolito exequi minas, adeſt indicium ad tor-
turam, & condemnationem. Et cum eo concur
rit Marc. Blan. in tract. de indic. homic. nu. 179.
180.181. vbi in verſ. Ex hoc dico; dicit, quod in
ſimili caſu non eſt inquirendum, an ſit ſolitus
25 minas exequi? quia effectus† demonſtrat qua-
litatem perſonæ; & in eadem opinione rema-
net Iul. Clar. in pratic. crim. §. fin. libr. 5. quæſt.
21. verſ. Minæ præcedentes: ad finem, & Gom.
in lib. var. reſolut. in tract. crim. c. 13. num. 11.
& Boſ. in tit. de ind. & conſid. ant. tortu. nu. 44.
vbi in terminis. & ſecundum Put. narrat de
quadam muliere, quæ exiſtens ad feneſtras vi-
dit inimicum; & alta voce dixit faciam, vt tibi
breui tempore crura incidantur. Quibus ver-
bis auditis ab inimico poſtea occiſi, ſub ſpe q
illa mulier eſſet inculpata, illum occidit. Quæ
mulier fuit capta, & torta, & etiam morti tra-
dita. Ex quibus poteſt firmari concluſio, quam
ego inſequor, (ſaluo ſemper meliori iudicio)
quod captura d. canonici fuerit iuſta, & quod
diſtributiones quotidianæ ei non debeantur.

Neque prædictæ concluſioni obſtat textus
in c. Super cauſſa. 2. q. 4. vbi clericus imputa-
tus de delicto, & carceratus, & priuatus bene-
ficio, quia poſtea liberatus fuit ad omnia reſti
tutus. Quia primò reſpondeo: quod præter q
ibi delictum in eo non fuit probatum, tamen
de ſe ipſo fecit purgationem canonicam; vt
colligitur in textu, & tradit ibi Gemin. & Ar-
chid. hic verò nulla fuit facta purgatio.

Secundò reſpondeo, quod ibi agebatur de
26 reſtitutione beneficij: clericus† autem non eſt
priuandus beneficio; niſi ex delictis à lege ca-
nonica ipſo iure enumeratis, de quibus Folle.
in pratic. crim. canon. in 2. par. iudic. c. 7. nu. 11.
12. vel per ſententiam, vt not. Rebuf. in prati.
benef. in 3. part. tit. de mod. amitt. benef. & not.
Bern. Diaz. in ſua pratic. crim. canon. c. 123. me
ritò ille clericus erat reſtituendus: hic non a-
gitur de beneficio.

Tertiò reſpondeo, quod ibi agebatur de fru
ctibus beneficij: hic verò de diſtributionibus,
27 quæ† non veniunt appellatione fructuum: ſed
fuerunt inuentæ pro ſpeciali miniſterio, & mer
cede danda laboranti, vt tradit Rot. deciſ. 330.
vol. 1. diuerſ. nouiſſ. & laboranti datur merces
ſecundum opus. l. Nemo. C. de offic. mag. offic.
28 ideo Qui † non laborat non manducat. Paul.
Apoſt. in Epiſ. ad Theſſalon. c. 3. Gl. in Clem. Vt
hi qui. in verbo, Poſterum. verſ. Non mãducet.
de ætat. & qual. ergo ſi non interuenit horis
canonicis, non debet eas habere. Neque ei op-
pitulatur allegatum impedimentum; quia, vt
29 ſupra, carceratio fuit iuſta. Quando† enim iu-
dex habet informationem de delicto, de quo
aliqua pœna veniret imponenda; debet inci-
pere à captura. l. Diuus. la prima. ff. de cuſtod,
& exhib. reor. Neque ad hoc eſt contrarius te-
xtus. in c. 1. de cler. non reſid. in 6. quia vt ait
ibi Arch. num. 2. verſ. Corporalis neceſſitas: im
pedimentum debet eſſe iuſtum, vt quando qs
infirmatur, vel alia iuſta cauſſa ſit occupatus:
& quod etiam ſit in conſuetudine dandi diſtri
butiones impeditis. Hic verò impedimentum
fuit culpa d. Canonici: nec conſtat de conſue-
tudine, quod etiam carceratis dentur diſtri-
butiones. Et quando impedimentum habuiſ-
ſet ortum ab aliquo, qui indebitè accuſaſſet,
non erat recurrendum ad canonicos ſed ad il-
30 lum qui † in culpa impedimenti fuerat. l. 2. §.
Si publicanus. ff. Ad l. Aquil. ſed ſtantibus re-
bus, vt ſtant, in nullo canonicus poterat adiu-
31 uari, quia iudex† potuit à captura incipere iu
dicium. c. Clericos. de ſent. excom. in 6. & ita
reſideo, quod diſtributiones non debent ei da
ri. Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXVII.

Parochus an poſſit innouare parochianis grauamen, & ſuper ſpiritualia conuenire?

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrans Eccleſiam, ſi malè ſe gerat, prouo-
cat iram Dei in populum.*
2 *Parochiani poſſunt denũtiare ordinario parochũ,
qui malè procedit.*
3 *Sacerdotes fuerunt inſtituti, vt oratione, & exẽ-
plo placarent iram Dei.*
4 *Peccata ſæpe remittuntur oratione.*
5 *Oratio illius, qui malè ſe gerit, non eſt Deo grata.*
6 *Vita Sacerdotis parochi demonſtratur in c. His
igitur. 23. diſtin.*
7 *Sacerdotes in inferendis beneficijs, & Sacramen
tis non debent munera accipere.*
8 *Sacerdotes debent eſſe mundi corpore, & mente.*
9 *Sacerdos, qui ſtudet diuitijs, dicitur ignominioſus.*
10 *Auaritia eſt idolorum ſeruitus.*

11 Or-

11 Ordinarij debent tollere ea, quæ auaritia inducuntur.
12 Parochus non debet indutus veſtibus Sacerdotalibus per Eccleſiam quærere eleemoſinam.
13 Verba improprientur ad ſubiectam materiam.
14 Abſurdum eſt ſemper vitandum.
15 Inferior non poteſt tollere facta per ſuperiorem.
16 Papa eſt ſupra Concilium.
17 Concilium non eſt interpretãdum, quod tollat eá, quæ Papa diſpoſuit.
18 Sacerdos pro pecunia faciens inſolita, dat ſignum auaritiæ.
19 Sacerdotes non poſſunt alterare ſtatum Eccleſiæ pro ſua commoditate.
20 Sacerdos habens neceſſaria ad victum, & veſtitum debet eſſe contentus. & num. 23.
21 Proprium nemo dicat quod eſt commune.
22 Auarus non ad Deum, ſed ad aurum intuetur.
24 Commoditas victus conſiſtit in qualitate perſonæ.
25 Ignobili ſufficiunt ſcuti 40. vel 50. ad victum.
26 Parochi ſecundum Concilium Tridentinum debẽt habere 100.
27 Oblationes non ſunt de præcepto.
28 Oblationes in diebus ſolemnibus tantum ſunt de præcepto, quando parochus eſt in neceſſitate; & quando per legata ordinantur.
29 Qui altari ſeruit de altare viuere debet.
30 Eccleſia non habet aurum vt ſeruet: ſed vt in neceſſitatibus ſubueniat.
31 Clericus ſtudens facere diuites de bonis Eccleſiæ parentes, peccat.
32 Qui innouat ad ſui commodum aliquid in Eccleſia dat ſignum auaritiæ.
33 Clericus, qui pro ſpiritualibus intendit aliquid habere, incurrit vitium ſimoniæ.
34 Parochus non poteſt à Parochianis aliquid accipere, niſi tribus concurrentibus.
35 Parochus, ſi aliunde poteſt ſibi victum quærere, non debet à populo importunè quærere.
36 Qui pro baptiſmo, & ſepultura aliquid procurat, incurrit ſimoniam.
37 Qui non habet curam animarum poteſt aliquid pro miſſa recipere.
38 Qui habet beneficium, & curam animarum, non poteſt imponere aliquid pro re ſpirituali.
39 Illi dicuntur in templo vendentes, qui ad id, ad quod tenentur, ad præmium intendunt.
40 Qui gratis habet beneficium, gratis adminiſtret Sacramenta.
41 Ordinarius ſciens Sacerdotes in auaritia; & non ſtudens emendare, eſt excommunicatus.
42 Ordinarius debet cum prudentia regere.
43 Ordinarios, & parochos conuenit vigilare ſuper oues commiſſas.
44 Ordinarij non debent permittere ſubditos labi in malum.
45 Ordinarij pro ſalute populi debent etiam morti ſe exponere.
46 Qui vult pontifex eſſe imitari debet Moyſen, & Aaron.
47 Ordinarij pro conſcientia debent dare operam, ne eorum negligentia, quis de Eccleſia pereat.
48 Ordinarij ſunt paſtores, non domini.

Illumina cor meum Deus.

FACTI SPECIES.

MOdernus parochus Eccleſiæ parochialis Villæ Nouæ, (vt in themate mihi nomine Excellentiæ Veſtræ exhibito continetur) multa innouauit in d. Eccleſia, & parochianis; licet habeat beneficiũ redditus ſcutorum 150. Primò, quia omnibus, & ſingulis diebus feſtiuis paratus ad miſſam totam Eccleſiam circuendo eleemoſinam quærit; licet id à prædeceſſoribus tantum in diebus ſolemnibus obſeruaretur. Secundò, quod quotannis vult ab omni colono partiario vnam minã frumenti; quod nunquam fuit in vſu, ſed ſolũ prædeceſſores recipiebant illud, & parũ quod voluntariè dabatur. Tertiò, quod in die Sabbati ſancti pro renouatione Sacramenti baptiſmatis, ab omni volenti puerum natum baptizari, vnum agnum. Quartò, quod pro omni miſſa votiua, ſeu pro defunctis celebranda ad preces alterius, vult ſibi dari ſolidos. 25. licet de præterito darentur ſolum decem. Quintò, quod pro omni ſepultura cadaueribus danda in Eccleſia vult vnum ſcutum, qui ſcutus dari etiam ſolebat; ſed in manibus maſſariorũ pro ſeruitio Eccleſiæ; ipſe autem vult ſibi dari: & Excellentia veſtra cupit quid iuris ſit aduerti, cui ego minimus reſpondeo, vt infra, ſemper veritati, & iudicio S. Matris Eccleſiæ me ſubijciendo.

1 In primis enim aduerto, quod quicunque †
adminiſtrat Eccleſiam, ſi malè, ſe gerat; prouocat iram Dei in populum, c. Sanè. de celebr.
miſſ. c. Licet Heli. de ſimon. vnde vt euitent
2 iram, eis † conceditur poſſe denuntiare malè
geſta à parocho, & ab ordinario: vt probat Abb. in c. Ex parte. num. 5. verſ. Fallit in patrono, vel in parochiano: & latè Tiber. Decian. in reſpon. 63. per totum. vol. 3. & conſequenter parochiani de quibus in caſu poſſunt omnia malè geſta denuntiare; & inſtare ad ea remouenda.

Quo præmiſſo: reſtat dilucidare, An ea, quæ narrantur ſint malè geſta: & in primis eſt ſciẽ-
3 dum, quod Sacerdotes † ea ratione fuerunt
conſtituti, vt oratione, & exemplo placarent iram Dei, & populum conuerterent, c. Quia E-
4 piſcopus, 5. quæſt. 3. Peccata † enim ſæpe ora-
tione remittuntur. c. Remittuntur. 23. q. 5. quatenus tamen fiat ab homine recto; nam oratio
5 † illius, qui malè ſe gerit, non eſt Deo grata. c.
Fertur, 1. q. 1. vbi dicitur, quod Sacerdotes

malè

præcepto in diebus ſolemnibus, ſi parochus
indigeat. ſecus autem ſi non egeat; quod per
cõmuni opinione affirmat, ſicut de præcepto,
quæ debentur iure legati. & quando etiam de
iure antiquo ex præcepto eſſent inuentę; ceſ-
ſat ratio: nam illo tempore Sacerdotes nil ha-
bebant ad eorum ſuſtentationem, & neceſſe
erat prouidere, vt viuere poſſent, ideo fuit di-
29 ſpoſitum, vt qui † altari ſeruiret de altari etiã
viueret, c. Cum ſecundum. de præben, ex quo
decreto capitur etiam concluſio, quod ſufficit
victus, & veſtitus. & D. Hieron. de quo in prin.
44. diſtin. dicit: Sacerdos de altari viuere non
luxuriari quærat, & Abb. in repet. c. Cum eſſes.
num. 21. verſ. In contrarium facit, dicit, quod ſi
clericus de bonis Eccleſiæ emat equum, quod
ille eſt Eccleſiæ: ergo quæcunque iſte Sacer-
dos emit de fructibus Eccleſiæ, eſſent Eccle-
ſiæ; vt ibi Abb. ſecundum Archid. & Ioan. de
Lign. & notat in terminis Tiber. decim. reſpon.
114. num. 18. 19. in 3. vol. & Concilium Triden.
ſeſſ. 25. c. 1. de reform. prohibet ordinarijs fa-
cere diuites parentes: & cum his temporibus
Eccleſia ſit dotata; non eſt vis facienda in obla
tionibus. immò ex ethimologia vocabuli capi
tur veritas quod non ſint de præcepto ſed ſpõ
tanee, ſicut refert Amb. Calep. in verbo offero,
Quare clerico habenti vnde viuere, non conue
nit importunè quærere, quod nõ eget: & quã-
docunque ſuperflua ad victum habeat, tenetur
30 pauperibus ſubuenire; quia Eccleſia † non ha-
bet aurum, vt ſeruet; ſed vt in neceſsitatibus
31 ſubueniat. c. Aurum. 12. q. 2. & peccat † cleri-
cus, qui ſtudet parentes facere diuites de bo-
nis Eccleſiæ. c. Moncinus. cum c. ſequenti, 12.
q. 2. & tradit Abb. in c. Inquirendum. num. 4. de
pecul. cler. quibus ſufficit in neceſsitatibus
ſubuenire, vt ibi: ergo qui habet beneficium
competens ad victum; vel aliunde vnde viue-
32 re poſſit, malè agit † innouare aliquid ad ſui
commodum in Eccleſia. & non poteſt excuſari
à vitio auaritiæ. d. c. Auaritiæ. de præben. & ma-
ximè Sacerdos parochialis, qui tenetur mini-
33 ſtrare ſacra parochianis, qui † ſi intendat pro
ſpiritualibus ab eis aliquid recipere, incurrit
vitium ſimoniæ: vt probat Ang. in d. ſum. ver-
bo, ſimonia. 2. nu. 6. ibi, Tu verò tene. vbi dicit
34 quod ſimilis Sacerdos † non poteſt ritè aliqd
à parochianis recipere, niſi tribus concurren-
tibus; videlicet, quod non recipiat niſi pro sũ
ptu, vel labore. Secundò, quod non ſit ex offi-
cio obligatus. Tertiò, quod non habeat aliun-
35 de vnde viuere: addens, quod ſi † aliunde po-
teſt ſibi victum quærere, puta dicit, ſcribẽdo,
vel ſimilia faciendo, tunc non poteſt aliquid
exigere. c. Clericus. 91. diſtinct. Sacerdos autẽ
de quo in themate habet beneficium compe-
tens; & alia quamplurima emolumenta; & ha-
bet officium adminiſtrandi ſpiritualia: ergo
malè agit importunè ea, quæ proponuntur a-
gere, & inſolita, & de bonis ſibi datis ratione
Eccleſiæ, in dies bona immobilia emere: quia
quæ ſuperſunt ad eius ſuſtentationem nõ ſunt
ſua: & ea ſibi vſurpando videtur furtum face-
re, & ſacrilegium: vt latè not. Redoa. de ſpol.
q. 10. à num. 16. vſque ad num 24. ibi. num. 23.
dicit, quod poteſt etiam ab Eccleſia remoueri,
36 & præcipuè velle † agnũ pro baptiſmo. & ſcu
tum pro ſepultura: peccat enim in vitio ſimo-
niæ. c. Baptizandis. 1. q. 1. & c. Non ſatis. de ſi-
mon. & quicquid acquirit eſt Eccleſiæ. Abb. in
repet. c. Cum eſſes, num. 21. de teſtam. Differt
37 enim ſimplex Sacerdos à parocho: nam qui †
non habet beneficiũ, nec vbi ſuſtentari valeat,
poterit pro miſſa, vel alia re ſpirituali, aliquid
recipere: vt habetur ex notatis ab Angelo, vbi
38 ſupra: & in c. fin. de magiſt. Qui verò habent
beneficium, vel curam animarum, cum emolu-
mento ad ſuſtentationem idoneo; cum onere
celebrandi, & ſacra miniſtrandi; non poſſunt
ſine vitio ſimoniæ aliquid imponere pro re ſpi
rituali. c. Vendẽtes. 1. q. 3. vbi declaratur quod
39 Illi dicuntur in templo vendentes, qui id,
ad quod tenentur, ad præmium largiuntur, &
eſt iuſtitiam vendere, & qui rem debitam face
40 re contemnunt. Qui † enim gratis beneficium
accipit, gratis etiam Sacramenta ſubminiſtra-
re debet, & ea ſolum, quæ ſibi offeruntur ſpon
te, ſeu dantur, accipere, ſine tamen animo; &
cupiditate habendi: & qui ſecus agit ab ordi-
41 nario ſuo emendari debet; Qui † ſi ſciat à quo
cunque ſuorum ſubditorum ſimilia peragi, &
non ſtudeat emẽdare; incidit, ſicut ipſi, in ex-
communicationem. c. Quicquid, 1. quæſt. 1. Epi
42 ſcopus † enim, & omnis ordinarius debet cũ
prudentia regere. & amare ſibi Eccleſiam com
miſſam, vt à vitijs ſe abſtineat. c. Sicut vir. §.
43 Epiſcopum. 7. q. 1. Quem, et † omnes curã ani-
marum habentes conuenit vigilare ſuper oues
commiſſas. c. Oportet. 81. diſtin. & habetur in
Pſalmo. 120. verſ. Ecce non dormitabit, neque
dormiet, qui cuſtodit Iſrael. & in c. Nunciatũ.
44 84. diſtin. & c. Te quidem. 11. q. 1. nec † debent
permittere gregem ſibi commiſſum labi in ma
lum, ſed in bono, & decenti ſtatu manere. c. Ge
45 nerali. §. fin. de elect. in 6. pro cuius † ſalute
etiam morti ſe exponere. c. Conuenior. 23. q. 8.
dicitur enim in c. Si quis vult. 36. diſtin. quod q
46 † vult pontifex eſſe, non tam vocabulo, quàm
merito, imitetur Moyſen, & Aaron. Pro con-
47 ſcientia † enim prælatos conuenit dare operã,
ne quis culpa, vel eorum negligentia de Eccle
48 ſia pereat. c. fin. 47. diſt. Quę oĩa † agere debent
vti Paſtores, nõ vt domini: qa ordinarius nõ eſt
Dominus ſed paſtor. vt in Epi. 1. Beati Pet. c. 5.
de qua text. in c. Placuit. 10. q. Quare ſi malè ge
ſta à Parochis referantur ordinario; credendũ
eſt omnia tollenda. Laus Deo, & B. M.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CLXVIII.

Parochus cum filia ſpirituali ſe commiſcens, qua pœna ſit plectendus.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ ſpirituales ſunt inter ſe differentes,*
2 *Follerius reprobatur dum vult omnes filias ſpirituales eſſe æquales.*
3 *Filia ſpiritualis vigore Sacramentorum habet maiorem cognationem cum parocho.*
4 *Grauius peccat, qui habet maiorum dignitatem.*
5 *Natura humana nos docet differẽtiam vnius mulieris ad alteram.*
6 *Grauius punitur, qui cum vna muliere peccat, quam cum alia.*
7 *Grauitas peccatorum differt ſicut grauitas ægritudinis.*
8 *Diuerſitas grauitatis in peccatis attenditur.*
9 *Diuerſitas perſonæ maius, vel minus grauat peccatum.*
10 *Iudex debet minus diligenter inquirere ſuper occulto adulterio.*
11 *Clerici debent moneri, vt à fornicatione, & ſimilibus abſtineant.*
12 *Clericus, qui non fuit monitus in concubinatu, nõ eſt deponendus, neq; priuandus beneficio.*
13 *Monitio facta in ſynodo, an pro trina habeatur?*

FACTI SPECIES.

FVit denũciatus Rector parochialis
Eccleſiæ S. Bartholomæi habuiſſe
rem cum filia ſpirituali, & in carce-
re detentus; qui examinatus con-
feſſus fuit: & Iudex ordinarius Eccleſiaſticus
intendit illum priuare beneficio, & etiam de-
ponere: Sed an ſit de iure quæritur? & ego ſal-
ua ſemper veritate, ſtantibus rebus, vt ſtant,
non puto locum eſſe depoſitioni; immò neque
priuationi. Et moueor primò, ſecundum do-
ctrinam Hiſpani: in ſua pratic. crim. can. ſub ca
pitulo, Filiabus ſpiritualibus ſe commiſcẽtes,
1 vbi ponit differentiam † inter vnam, & aliam
mulierem de parochia; quia ſi parochus cum
ſimplici filia, quæ non habuerit ab eo Sacramẽ
ta ſe commiſceat, minus punitur, quàm ſi cum
ea rem habuerit audita in confeſsione, vel ha-
bita in baptiſmatis Sacramento, & alijs ſimili-
2 bus: & quamuis Föller. † etiam in ſua pratic.
crim. canon. c. 19. num. 7. videatur contrarius,
quia vt ait, ſufficit mulierem eſſe de parochia,
vt ſit filia ſpiritualis, & habeat locum pœna ẽt
depoſitionis; tamen ego contra Foller. pro hy-
ſpano teneo opinionem: nam ratio ab eo alle-
gata non mihi videtur ad rem: quia ille Clau-
dius decem vir erat deputatus ad cõſeruatio-
nem virginitatis illarum puellarum, quarum
vna tantum erat quantum altera; nec vna ha-
bebat maiorem gradum altera: & omnes debe
bant in eodem ſtatu virginitatis conſeruari;
ſed in iſto caſu licet omnes de parochia ſint
filiæ ſpirituales; ſunt tamen. & eſſe poſſunt dif
ferentes in cognatione ſpirituali; quia vna po
teſt ſimpliciter eſſe filia ſpiritualis, quia erat
3 in parochia: & alia propter † ſuſcepta Sacra-
menta, & conſequenter habet maiorem gradũ
4 cognationis: & qui maiorem † gradum, & nobi
litatem habet, delinquendo grauius eſt puniẽ
dus. l. Si quis aliquid. §. Auctores. ff. de pœn. l.
Aut facta. §. Cauſſa. & §. Perſona. ff. eod. tit. Il-
le verò Claudius, qui pro cuſtodia virginitatis
erat deputatus, maiorem etiam pœnam mere
batur; quia ſimile peccatum, tam cum vna, quã
cum alia facere poterat; quia nõ erat inter eas
5 differentia: hic verò ſecus: & in hoc natura † hu
mana nobis rationem ſubminiſtrat; quæ in ſe
habet genus mulierum cũ diſtinctione tamen,
quia alia eſt nobilis, alia ignobilis: & licet om
6 nes ſint eiuſdem naturæ; tamen peccando † cũ
vna, & cum alia, leuius, & grauius punitur: alia,
eſt enim ſimplex fornicatio, aliud ſtuprum, a-
liud adulterium, aliud inceſtus, & aliud ſacri-
legium: & de hoc non eſt diſputandum, quia
omnibus eſt notum, & per legẽ ciuilem, cano-
nicam, & diuinam: & omnes debent ſcire cauſ-
ſam mortis. S. Ioannis Baptiſtæ, qui arguebat
Herodem, quia vxorem fratris ſibi vſurpaue-
rat: vnde qui cum vna magis peccat quàm cũ
alia, magis etiam puniri debet: & ad hoc facit
doctrina D. Tho. 1. 2. quæſt. 73. art. 3. vbi dicit, ꝙ
7 grauitas † peccatorum differt eo modo, quo
grauitas ægritudinis. Tantò enim eſt grauior
ægritudo, quando per eam tollitur debita cõ-
menſuratio humorum: ita peccatum tantò eſt
grauius, quantò deordinat circa aliquod prin-
cipium. & ſecundum diuerſitatem obiectorũ,
8 attenditur † diuerſitas grauitatis in peccatis:
& ita D. Greg. in homil. de decem virgin. ſecun
dum Matth. Euang. ſentit, dum ait, Et omnes
dicuntur virgines, tamen non intra beatitudi-
nis ianuam omnes receptæ ſunt; & ſic eſt in ca
9 ſu: nam diuerſitas † perſonæ minus, vel maius
grauat peccatum. d. l. Si quis aliquid. §. Aucto-
res. ff. de pœn. & ex iſtis permaneo cum Hiſpa-
no, quod maior ſit pœna in clerico ſe commi-
ſcente cum filia ſpirituali, quàm ſibi cognatio
ne addiunxit mediantibus Sacramentis. Ex q-
bus concludo, quod ſit neceſſe ſcire in quo gra
du cognationis ſit illa mulier cum parocho: ſi-
cut an ſit nupta, quia commiſiſſet adulterium.
de quo tractat etiam d. Hiſpanus. in d. pratica
10 c. 79. concludens tamen, quod iudices † debeãt
minus diligenter inquirere de adulterijs oc-
cultis, propter periculum mulierum, & virorũ
infamiam: ſicut etiam oportet inquirere, an
11 ille clericus † fuerit monitus, vt ceſſaret ab
illo peccato? iuxta textum in c. Clericos. & c.

Sicut,

Digitized by Google

Sicut de cohab. cler. & mul. & narrat Ioan. de
Selu.) in tract. de benefic. par. 3. q. 3. num. 11. Im-
mò ſecundum diſpoſitionem Conc. Trid. ſeſſ.
12. 25. c. 14. de reform. quia ſi † non fuiſſet mo-
nitus; nec depoſitioni, nec priuationi benefi-
cij eſſet locus: pœna tamen aliqua eſſet affli-
gendus, non diſcedendo à diſpoſitione Con-
cilij. Non ommitto tamen aduertere, quia ſi in
13 Synodo † diœceſana adſit monitio, ne clerici
ſe immiſceant cum mulieribus, eſſet perſcru-
tandũ an illa monitio habeatur pro trina? de
quo loquutus fui in conſ. 19. nu. 25. tit. de cler.
concub. quia cum ſit graue peccatum, & in ſcã
dalo, non eſt dimittendum ſine aliqua pœna.
Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXIX.

Oſculum clerici cum ſibi coniuncta, an, & quando ſit peccatum mortale.

SVMMARIVM.

1 *Bonum eſt homini mulierem non tangere.*
2 *Tactus, & viſus appetit concupiſcentiam mulierum, & num. 3.*
4 *A tactu mulieris ſemper eſt cauendum.*
5 *Tactus mulierum eſt ſemper periculoſus.*
6 *Deſiderium ad carnalem copulã generat peccatũ.*
7 *Oſculum mulieris eſt periculoſum.*
8 *Tactus de per ſe non eſt malus, niſi pudendorum.*
9 *Tact^9 sũt indifferẽtes, vnde intẽtio declarat actũ.*
10 *Peccatum requirit tria: ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum.*
11 *Peccatũ non eſt perfectũ niſi concurrat conſenſus.*
12 *A delectatione oritur peccatum.*
13 *Peccatum requirit animum.*
14 *Iuramentum expurgat præsbyterum ab infamia.*
15 *Iuramentum probat, quod aliàs non conſtabat.*
16 *Ordinarius debet cautè procedere in imputato de adulterio.*

Dominus ſit mihi illuminatio.

Caſus.

1 QVidam iuuenes clerici deambulando p
ciuitatem, videntes R. D. Antonium
intra portam Magnifici Domini Anni-
balis eius conſobrini cum Magnifica Domina
Liuia vxore d. ſui conſobrini q̃ deoſculabatur,
inter ſe cogitantes malum, cœperunt eos diſ-
famare, ita quod ille actus peruenit ad aures
Reuerendiſs. Epiſcopi, qui corã ſe fecit. d. R.
Antonium vocare, & interrogatus cõfeſſus. d.
Dominã Liuiã deoſculaſſe ſincero, & bono ani-
mo, quia eam amabat propter merita ſua, vltra
affinitatem: nunquam autem malo animo, quã
honeſtã ſemper agnouit: & ſæpe interrogatus
ſemper idem confeſſus iurauit animum ſuum
nunq̃ fuiſſe malum: quẽ Reuerendiſs. Eps, non
in carceribus, ſed in Epiſcopatu detinuit quæ-
rens qua pœna ſit plectendus: ſuper quo quæ-
ſito ita reſpondi.

Paulus Apoſtolus in 1. Epiſt. ad Corinth. c. 7.
1 dixit qđ bonũ † eſt homini mulierem non tan-
gere: periculoſa. n. eſt habitatio, & cõmiſtio ho
minum cum mulieribus. c. Diffinimus. 18. q. 2. qa
2 nõ ſolum † tactus, ſed ẽt viſus appetit concu-
3 piſcentiã mulierũ. c. Nec ſolo. 32. q. 5. & magis †
4 tactus, à quo † ſemper eſt cauẽdum. c. Hoſpitio-
5 lum. 32. diſt. quia eſt † ſemper periculoſus. d. ca.
Diffinimus: & quamuis non detur ſemper fa-
6 cultas ad carnalem copulam: deſiderium † tñ
ad illam generat mortale peccatum. vt habe-
tur in c. Si cui. de pœni. diſt. 1. vnde Gl. in c. Odi.
in verbo, Sed ſuas. 24. q. 1. reprehendit ſchola-
res, qui ad Eccleſiã vadunt, vt videant domi-
nas. & in Deuteron. c. 22. dicitur, quod ſi puella
paſſa ſit ſibi tangi pudenda, & nõ clamauerit,
mortem meretur: ex quibus datur intelligi q̃
7 ſit † periculoſum mulierem deo ſeculari: & ha-
betur in c. Nec aliqua. 27. q. 1. ibi, Confabula-
tio, & oſculatio. & ſic caſus in Reu. Antonio vi
detur periculoſus.

Quibus tñ nõ obſtantibus, arbitrer. Reu. D.
8 Antonium nullã mereri pœnã, quia nullus † ta-
ctus præter membrorũ verendorũ de per ſe eſt
malus ſecundum Caiet. 2. 2. q. 154. & 159. ar. 4. nã
multoties, & experientia docet, fit cauſſa ami-
citiæ, cauſſa pacis, cauſſa amoris honeſti, & cõ-
ſuetudinis Regionis, qñq; ẽt cauſſa libidinis;
9 vnde ſunt † indifferentes: & ſemper intentio
eſt illa, quæ declarat actum, vt notatur in c. In-
ter verba. 11. q. 3. vbi notantur verba Paul. Apoſ.
qñ dixit. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ cõ-
ſcientiæ noſtræ. & verba, Iob, qui dixit: Ecce in
10 cœlo teſtis meus. Ad hoc enim vt peccatum †
ſit ex viſu, ex tactu, & oſculo, tria concurrere
debent; ſuggeſtio ſcilicet, delectatio, & conſen
ſus. c. Sed penſandum. 6. diſt. & quãuis ex ſugge
ſtione, quæ oritur à diabolo, deſcẽdat delecta-
11 tio: nõ probatur † peccatum perfectum niſi cõ-
curat conſenſus: qui an fuerit, ſtandum eſt illi,
q delectationẽ habuit: vt in d. c. Pẽſandũ. ibi. Et
inter delectationẽ, & cõsẽſũ, iudicẽ ſui faciat
12 animum Præſidem, & licet qñ delectatio † ori-
tur, incipiat peccatum, tñ non eſt perfectum
niſi ſequatur conſenſus: vt ibi, Quod aũt Reu.
Antonius deoſculando conſobrinam habuerit
animum ad peccatum, nullo alio conſtãte, erit
ſtandum eius intentioni, an ſcilicet amore ho-
13 neſto, vel laſciuo id egerit: qa in peccato † re-
quiritur animus, vt ipſe Caiet. atteſtatur, & D.
Thom. 1. 2. q. 74. art. 3. quam intentionẽ ſatis di-
citur probaſſe per iuramentum: nam iuramen-
14 tum † expurgat præſbyterum ab infamia. ca.
15 Præſbyter. 2. q. 4. & probat † illud, quod aliàs
non conſtat, c. Quamquam. 14. q. 2. & ſic arbi-
tror. d. Reu. Antonium nullam mereri pœnam,
& quod Reuerendiſs. Epiſcopus † debeat cautè
procedere in hac materia (vt dicit Hiſpan. ni

ſua præc.crim.Cano.c.79.) propter periculū mulieris, & mariti: Immò etiam propter religionem; Saluo meliori iudicio Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXX.

Teſtamentum ruſtici ſcriptum à præsbytero Curato, An valeat?

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes non poſſunt exercere officium notarij.*
2 *Teſtes duo, vel tres in præſentia præsbyteri ſufficiunt in teſtamento ruſtici.*
3 *Solemnitates requiſitæ in teſtamentis, quæ ſint.*
4 *Scriptura priuata non probat.*
5 *Notarium qui ſe eſſe dicit, debet probare.*
6 *Ius commune quod expreſſè non ſit ſublatum, remanet in ſuo robore.*
7 *Notarius requiritur in teſtamento.*
8 *Scriptura vltimæ voluntatis præsbyteri, eſt priuata.*
9 *Contemnens diſpoſita per Papam incidit in peccatum infidelitatis.*
10 *Contemnere dicitur, qui legem non obſeruat.*
11 *Notarius ſcribens ad ſuum commodum aliquid in teſtamento, facit nullum legatum.*
12 *Teſtamentum nullum facit omnia legata nulla.*
13 *Teſtamentum obſcurum nihil valet.*
14 *Scriptura dicitur priuata, quando non ſint obſeruatæ ſolemnitates debitæ.*
15 *Scriptura priuata non probat in poſſeſſorio, neque in petitorio.*
16 *Ignorantia iuris quos excuſet.*
17 *Qui partē legis obſeruat, totā obſeruare tenetur.*
18 *Scriptura præsbyteri in teſtamento nō probat.*
20 *Præsbyter nō poteſt exercere officium notarij, niſi conſtet eſſe notarium.*
21 *Publicatio teſtamenti nō debet fieri corā Eccleſia.*
22 *Iuramentum requiritur ab illo, qui inſtat publicari teſtamentum.*
23 *Mens teſtatoris declaratur ex verbis.*
24 *Fraus, vt dolus probatur ex coniecturis.*
25 *Teſtator non præſumitur breui tempore mutaſſe voluntatem.*
26 *Mutatio voluntatis non præſumitur, niſi adueniente aliquid nouo.*
27 *Teſtator nunq; præſumitur velle grauare hæredem.*
28 *Voluntas iuxta dictatur, quando quis ſemper eadem verba profert.*
29 *Teſtamentū vt valeat, notarius dēt eſſe vocatus.*
30 *Teſtator derogatur in vltima voluntate an ita, vt licet reſpondeat, ſic, non conualidat teſtamentum, & nunquam.*
31 *Inſcitia arguunt falſitatem.*
34 *Præſumptio eſt falſitatis contra eum, qui ad ſuū commodum ſcripſit.*
35 *Teſtator debet declarare ſuam voluntatem tam circa legata, quam inſtitutionem.*
36 *Clericus debet eſſe contentus, ſi habet commodum victus, & veſtitus.*
37 *Qui non eſt honeſtæ famæ, de falſo per coniecturas poteſt imputari, & probari.*
38 *Teſtes teſtamentarij debent declarare totum ſeriem teſtamenti.*
39 *Publicatio teſtamenti non probat, ſi nō ſit legitimè facta.*
40 *Venientes ab inteſtato ſunt citandi in publicatione teſtamenti.*
41 *Forenſes in publicatione inſtrumenti poſſūt citari.*
42 *Statutum non poteſt prohibere quin dicatur de nullitate omiſſis ſolemnitatibus.*
43 *Teſtamentū annullatū, datur venientibus ab inteſtato.*
44 *Hæres ab inteſtato non poteſt adire hæreditatem, quādo adeſt teſtamentū, niſi ſit declaratū nullū.*
45 *Legatarij non poſſunt auctoritate propria habere poſſeſſionem rei legatæ.*
46 *Papa nunquam intendit tollere ius alterius.*
47 *Papa in dubio præſumitur voluiſſe concordare cū iure communi.*
48 *Verba dubia nō immutant diſpoſitionem iuris.*
49 *Fraus eſt quædam abſcondita machinatio ad alterum decipiendum.*
50 *Nullitas ſemper poteſt opponi.*

CASVS.

FRancus Aegrotus in Villa Sabina Parochianus Eccleſiæ S. Blaſij, nō habens filios, neq; vxorem, ſed fratrē habentē filium Clericum, in ipſa infirmitate, & ante ſæpè propalauerat animum ſuum velle quod oīa bona ſua eſſēt d. Clementis nepotis; ſed vaſit ante à præsbytero ſuo parocho, & eo poſtea defuncto reperta ſcriptura manu d. præsbyteri ſcripta octo dies ante mortē, in qua inter legati ordinabat tres petias terrarū arboratas, & contiguas terris beneficij d. præsbyteri dimitti, vt celebrarētur pro anima ſua quædā miſſæ, & vſufructuariā reliquorum bonorū relinquebat certā ſuam ſororem, quæ cōmorabat in ſeruitute, & eam ante non multum ſupra; hæredē verò de reliquis bonis inſtituit clericum ſuum nepotem. Et ſtatim defuncto Franco ille præsbyter adeptus fuit poſſeſsionē illarum trium petiarum terræ, & illa vſufructuaria de relictis in hæreditate, diſtribuit multa bona mobilia, & prædicta oīa ante publicationem teſtamēti. Quare frater d. Frāchi prætēdens bona d. eius fratris ſibi deberi, quærit an teſtamentum de quo in caſu ſit validum? & omiſsis alijs, quæ dici poſſent, ad validitatem, vel nullitatem teſtamēti me cōuertā breui quo potero ſermone.

Duo in præſēti caſu mihi videntur cōſideranda quæ in iure Canonico ſunt diſpoſita: videlicet qđ in c. Sicut ne cler. mon. Papa prohibuit Sacerdotibus officiū notariatus, & maximè ſecundū aliquos doct. habētib. beneficiū derogādo et cōſuetudini, quæ vt illic dicit Abb. n. 8. nō pōt valere cōtra honeſtatē Eccleſiæ, c. Cū ab oī & c. Cū decorē de vit. & hon. cler. & ibi excuſando cōſuetudinē Venetorū pp inſufficientiā beneficiorū. Et in c. Cū eſſes de teſtā. derogauit legi ciuili; ex qua diſpoſitū fuit qđ ad validitatē teſtamēti adhiberētur ſeptē teſtes: & voluit duos,

duos,vel tres ſuffi cere in præſentia præsbyte-
ri Parochiæ.
Quibus diſpoſitionibus ſtantibus,aduertẽdũ
eſt,an in ſcriptura,de qua in caſu fuerint ſcri-
pta neceſſaria ad validitatem, ſcilicet an ille
preſbyter,vti notarius,rogatus fuerit;vel ſolũ
adhibuerit præſentiã ad formã.d.c.Cũ eſſes:qa
ſi vti notarius ſcripſiſſet, erraſſet, & ſcriptura
eſſet nulla;quia officiũ eſt ei prohibitũ: ſi aũt
ſolã præſẽtiã adhibuit,ſcriptura eſſet priuata,
3 nec probat;qa deficit in alijs ſolemnibus† à iu
re requiſitis;de quibus in l. Cõſultiſsima l.Qui
teſtam.fac.poſ.vbi cõmuniter doct.& in ſpecie
Bal.ad fin.lecturæ dicit;qđ ſi teſtamentũ fuerit
ſcriptũ manu notarij ſcientis voluntatẽ teſta-
toris;etiã ſi non eſſet publicatũ,valeret: ſecus
verò ſi eſſet ſcriptũ manu priuati: & ratio eſt
4 quia ſcriptura † priuata non probat, etiã ſi qđ
in ea reperiretur eſſet opus pium: vt affirmat
Dec.in conſ.120.Pro tenui:n.1.& 3.verſ.Virtu-
te aũt inſtrumenti,vbi dicit qđ talis ſcriptura
ẽt ſi ſcripta manu præsbyteri;nõ valet,qa tale
officiũ exercere nõ põt.d.c.Sicut.Et quãdocũ-
5 que vti notarius ſcripſiſſet;ad eum† ſpectat ꝓ-
bare ſe eſſe notariũ.Rol.à Vall in cõſ.72.n.1.2.
3.& 4.vol.2.Ctau.in cõſ.7.n.2.& Boer.deciſ.36.
n.10.quia habet præſumptionẽ cõtra d.c.Sicut.
Nec obſtat (vt multi errant) diſpoſitio. d.c.
Cũ eſſes. qa nõ facit præsbyterũ notariũ; ſed
ſolũ qđ ſcriptura fiat in præſentia præsbyte-
ri,& corã duobus,vel tribus teſtibus: vnde nõ
debet interpretari,qđ Papa,qđ non expreſsit,
voluerit derogare: ſcilicet:qđ præsbyter ꝓhi-
bitus exercere notariatum, in hoc poſsit:ſicut
non intelligitur alijs legibus, ſeu ſolemnitati-
bus in iure ciuili reqſitis,derogaſſe,cũ ſolũ ad
numerũ teſtiũ eius diſpoſitio ſe extẽdat,& qđ
6 † non expreſsit remanet in ſuo robore;qa non
intelligitur ſublatũ; & eſt commune dictũ, vt
refert Imol.in d.c.Cũ eſſes.n.12.& 13.& in ſpe-
cie pro iſto caſu tenet Gl. in verbo, Improba-
mus.in d.c.Cũ eſſes.dicens,qđ nõ eſt veriſimi-
ſimile qđ Papa voluerit vnico verbo deroga-
re legibus:quod affirmat Soc.in conſ.92.nu.21.
verſ.Vnde dicit Io.de Imol.cũ ibi alleg.vol.3.
vnde,pro veritate concludendũ eſt qđ ſolũ Pa
pa voluit reducere numerũ teſtiũ ad diſpoſi-
tionẽ Iuris Diuini, vbi dicitur qđ in ore duo-
rũ,vel triũ ſtat omne verbum:& in reliquo re-
manet diſpoſitio legalis,quæ iuxta.d.l. Cõcul-
7 tiſsima:requirit† notarium.vnde ad hoc vt va-
leat teſtamentum, debet notarius intereſſe cũ
ſuo rogitu, & præſentia præsbyteri cum duo-
bus,vel tribus teſtibus:quã diſpoſitionẽ multi,
ſequuntur habere locũ ſolũ in terris Eccleſiæ
nõ autẽ Imperij:ſed quidquid ſit;ẽt ſi haberet
locũ in terris Imperij,vbi iſte caſus euenit,di-
8 co qđ.d.ſcriptura † eſt priuata qa ille præsby-
ter nõ eſt probatus notarius; & quandocunq;
eſſet,eſſet nulla:quia feciſſet cõtra diſpoſitio-
nẽ Papæ.de qua in d.c.Cũ eſſes.quia prohibuit
adhiberi ſeptem teſtes: & ipſe ſeptẽ vocauit;
quare non eſt ſine dubio, an inciderit in vitio
infidelitatis? ex textu in c.Si qui ſunt præsby-
9 teri.81.diſt.dum dicitur peccatum† paganita-
tis incurrit quiſquis,dum chriſtianum eſſe aſ-
ſerit,Sedi Apoſtolicæ obedire cõtemnit:& cõ-
10 temnere † dicitur qui legẽ Papæ de præcepto
non obſeruat.ſecundum Gl.in c.Quis autẽ.10.
diſ.qđ tãtò magis procedit in iſto caſu quò ad
inualiditatẽ,qa ſcriptura tendit ad ſuã cõmo-
ditatẽ.& experientia docet,qa vt dicit ſtatim
mortuo illo Parochiano ſumpſit poſſeſsionẽ il
larum trium petiarum terræ,& fructus ſibi ap-
11 propriauit.& †q ẽt ſi ſit notarius,in teſtamẽto
ſcribit ad ſuũ commodũ reddit nullum legatũ:
vt latè probat Simo de Pręt.in 2.lib.interp.vlt.
vol.interp.1.dub.2.fol.2.n.29 qđ ꝓcedit ẽt ſi te
ſtamẽtum valeret.vt not.Bal.in cõſ.92.in 5.vol.
ad fin.incipit diſpoſitio.& quãtò magis ſi teſta
12 mẽtum† eſſet nullũ:qa oĩa legata eſſent nulla
& nõ deberẽtur.l.Si iure.C.de teſta.manumiſſ.
& tãtò fortius in præſẽti caſu,vbi legatum ob
ſcurè fuit ſcriptum, ita qđ nõ eſt clara volun-
tas reſtãtis an d.terras relinquat Eccleſiæ, vel
Parocho:vnde inſurgit doct. Inno.in c.Clamor,
de teſtib.ab Imol.adducto in d.c.Cũ eſſes.n.16.
13 ſcilicet quod teſtamẽtum† quod nõ põt benè
interpretari dr̃ nullum,& ſeqtur probãdo Sim.
de Præt.in d.lib.2.interp.vlt.vol.interp.3. dub.
1.fol.2.ad fi. qđ magis ꝓcedit in ſcriptura pri-
uata,ẽt ſi fuiſſet à notario ſcripta;nã ẽt priua-
14 ta† eſſet,qa ea,quæ de ſolemnitate ſunt,nõ fue
runt obſeruata.Bal.in l. Super chirographarijs
15 C.ſi cert.pet.in 2.oppo.† nec ꝓbat in poſſeſſo-
rio,neq; in petitorio l.Si veritas.C.de fideic.ſi
cut ſcripta à plebano nõ prob.Dec.in d.cõſ.120.
& Capr.ab eo alleg & Anch. in cõſ.213.ꝓpẽ fi.
Neq; ignorãtia d.præsbyteri excuſat: tum qa
16 ignorãtia iuris† nõ excuſat niſi milites,mulie-
res,ruſticos,& minores.vt in Gl.c.Innocens, in
verb.Cui ꝑmittit. 22.q.4. cum ẽt qa iã accepit
partẽ diſpoſitionis.d.c.Cum eſſes.interueniẽ-
17 do ad teſtamẽtum;cõſequẽter ad totã† diſpo-
ſitionẽ tenebatur.c.Quæ cõtra mores.diſ.8.ibi
Turpis eſt pars, quæ non cõuenit vniuerſo ſuo
quare ſi interuenit cũ ſola p̃ſentia ad formã.d.
c.Cũ eſſes.ſcriptura deficit ex defectu notarij,
qui requirebatur.d.l.Cõſultiſsimo.& ſi vti no-
tarius, egit contra mentem Papæ adhibendo
18 ſeptem teſtes:& exercendo† officium notaria
tus cõtra tex.d.c.Sicut ne cler.vel monac vnde
19 pro veritate dicendum eſt illã† ſcripturã nullã
vt probat Pariſ.in conſ.146. vol.4. qui eſſet vi-
dendus;& Sim.de Pręt. cum allegatis,vbi ſup.
20 num.31:nam præsbyter † non poteſt exerce-
re officium tabellionatus, niſi ad officium ſit
creatus,ſicut not.Couuar.in d.c.Cũ eſſes.n.13.
21 Nec obſtaret publicatio † de ea facta corã
ordinario Eccleſiaſtico;quia in huiuſmodi ca-

ſu ipſe uon eſt Iudex,ſed laicus.l.Repetita. C.
de Epiſc. & Clet. ſicut non obſtat quod cleri-
cus ſit hæres, vt probant Couuar.in c.Si hære-
des.n.3.de teſtam.& Franc.Mãt.in li.1.de cõie
ctu.vlt.vol.tit.6.n.7.vbi ẽt habetur quod requi
22 ritur † iuramentũ ab illo,qui inſtat publicari,
quod ſcilicer ſcriptura non ſit facta cũ fraude.

Quod autem fraus adſit in iſto caſu, multa
ſunt conſideranda;& primò, quia ille Francus
ſemper,vt aſſeritur,ante infirmitatem,& in ip
ſa infirmitate declarauerat animum ſuũ, quia
volebat omnia ſua bona relinquere ſuo nepo-
23 ti; ex quibus † verbis conſtat de eius mente.
Mantic. in lib.3. de coniectu. vltim. vol. tit.1.
num.4.vnde ſcriptura poſtea facta præſumitur
24 fraudulenta; fraus † enim ſicut dolus conie-
cturis probatur. c.2.de renunt. l.Dolum. C.de
dol.quod eo magis procedit iſto caſu, vbi pa-
rum ante ſcripturam in ipſa infirmitate pro-
25 palauerat animum ſuum;vnde non † eſt veri-
ſimile,quod tam citò mutauerit animum.l.Nõ
ad ea. ff. de cond.& demon.& ibi Gl.in verbo,
præſens. verſ. reſponde, & maximè quia nihil
26 † ei ex parte nepotis ſuperuenit, ex quo mu-
taſſet voluntatem.c.Valet.81.diſtin. verſ.Ple-
rũq; & l.Paulo.§.1.ff.de leg.3.& prædicta adiu-
27 uantur quia nunquam † præſumitur teſtatorẽ
velle grauare hęredem.l.Vnum ex familia.§.Si
rem.ff.de leg.2. vnde quia ſemper dixerat vel-
28 le omnia ſua bona relinquere nepoti, enixa †
eius voluntas probatur talis eſſe, & fuiſſe. l.Si
quis mulier.C.de velleia.& in auth.vt null.iud.
§.& hoc cum iubemus;& ibi Gl. in verbo,iuſ-
ſio. ergo ſine cauſa illum ſcriptura grauat de
illis tribus petijs terrarum,quę vt dicitur,im-
portant valorem medietatis bonorum: & ſic
præſumitur facta dolo:pp cõmodũ d.Præsbyt.

Secundò, Arguitur fraus, quia non conſtat
d.Præſbiterum fuiſſe à teſtatore vocatum pro
29 teſtamento; nã vt † valeat teſtamentum nota-
rius debet eſſe vocatus à teſtatore,vel de illi⁹
commiſſione; vt probat Tib.Decian. in reſpõ.
65.num.14.vol.2.quare ſi ſpontè adeat præſu-
mitur cum fraude,vt ibi allegata.

Tertiò,Teſtator,etiã ægrotus, debet coram
30 teſtibus explanare voluntatẽ ſuã;nec ſufficit †
ſi lecta ſcriptura interrogatus reſpondeat,ſic.
Decian. ibi,n.13.& Mantic.in lib.2.tit.6.nu.10.
31 de coniect.vlt.volunt.vnde quæ † præter ſoli-
tum,& debitum fiunt,arguunt falſitatem.cap.
Quod ſuper laic.de fid. inſtrum.c.Cum tenea-
mur.de præbẽ.& ipſe Decian.in d.reſp.65.n.11.

Quartò,Præſbyter non põt fungi officio ta-
bellionatus,vt in d.c.Sicut.int. cler.vel mona.
& cũ ipſe ſcripſerit;non conſtat,quod teſtator
eũ vocauerit:& non conſtando teſtatorẽ decla
raſſe corã teſtibus ſuã voluntatẽ; teſtamentũ
32 ab ipſo Præſbytero dictatum non valet,ẽt † ſi
ægrotus interrogatus reſpondet ſic; quia non
eſt de ſtilo ſolẽnitatis teſtamenti; & ꝙ fit non
ſolitum, & præter diſpoſitionẽ legis dat ſignũ
falſitatis,vt Decian,d.reſp.65.n.12.13.nec ſuf-
ficit ꝙ notarius ſcribat ita eſſe volũtatẽ teſta-
toris,niſi in ſpecie teſtes probent eius volun-
tatem; quantò magis fraus debet præſumi in
præſbytero non notario,& nõ uocato;ſed ſpõ-
33 tè pro † ſuo commodo, vel etiam pro illa vſu-
fructuaria cenſendũ eſt cũ fraude præueniſſe
teſtatorẽ:ad ea,quę adducit Decian. d.reſpõſ.
65.nu.14.& 15.& reſpon.109.n.60.eod.vol.& te
ſtamentũ fraude alicuius conditũ nõ valet ex
ſupradictis,vt latè notat.Sim.de Pret. in lib.5.
interpret.vltim.vol.interpret.1.dub.1. nu. 88.
89.& ſupra:& quia nonnulli putabant eſſe ne-
ceſſariã auctoritatẽ Principis pro nullitatis di
ctione teſtamentorũ:ipſe ibi probat cõtrariũ.

Quintò,Fraus,pro clara haberi debet, quia
34 ille † præsbyter ad ſuũ cõmodum ſcripſit, vt ſu
pra:nã præſumptio eſt cõtra ipſum de fraude.
Soc. in d.conſ.92.n.27.verſ. Sed præmiſſis non
obſtãtibus:& Decian,d.reſp.65.n.10. 11. vbi. n.
35.12.13.dicit,quod oportebat † teſtatorem de-
clarare ſuam voluntatẽ tã circa legata,quã in
ſtitutionẽ hæredis:qa nõ ſufficis lectura nota-
rij:neq; reſpõſio teſtatoris ad interrogationẽ.

Sexta coniectura, & multũ efficax eſt: quia
aſſeritur ꝙ ille præſbyter ſit auarus,q,vt aiũt,
antequã illud beneficium curatũ haberet erat
pauper clericus: & nũc exẽptionibus poſſedit
pluſquã 100.bub.terrarũ;& dicũt eſſe notoriũ
ꝙ ẽt in ſpiritualibus ſemper tendat ad ſuũ cõ-
modũ;& ẽt in mercibus ſe exerceat,ꝙ ſi ſit ve
rum agit contra inſtitutionẽ canonicã: quia ſa
36 tis † eſt pro clerico habere victũ,& veſtitum.c.
Eps Eccleſiaſticarũ.12.q.1.& aliqua pro ſimili
ego dixi.ſupra in conſ.167.vnde inſurgeret do
37 ctrin.Anan.in conſ.49.n.2. vbi dicit ꝙ ſi † nota
rius ſit pſona aliqualiter ſuſpecta,& eius fama
non eſt in totũ bona, tunc clarũ eſt ꝙ falſitas
põt per coniecturas probari: & pro opinione
iſta trãſit Decian. cum ab eo allegatis. in reſp.
89.n.43.in 2.vol.& factũ probat idem;quia me
liora bona ad ſuum cõmodum ſcripſit: Quibus
ſtantibus,ego,ſalua ſemper meliori opinione,
concurro,ꝙ illa ſcriptura ad intentionẽ teſta-
mẽti nõ valet.Primò,quia ille pręſbyter nõ eſt
notarius. Secundò, quia neq; officium notarij
potuit exercere:quia Papa in d.c. Cũ eſſes. nõ
dixit,ꝙ interueniat loco notarij. Tertiò, quia
contra mẽtẽ operatus eſt Papæ vocãdi teſtes.
Quartò non fuit vocatus a teſtatore,ſed ſpõtè
ad ægrotum iuit: Quintò,quia ſcriptura ab eo
ſcripta tendit ad eius commodum; vnde quã-
docũq; teſtamentũ valeret,legatũ tñ eſſet nul
lũ.Sexto,qa nõ cõſtat ꝙ ille ęgrotus dictauerit
38 teſtamẽtũ ſicuti oportebat, vt teſtes † pbarẽt
totã ſeriẽ teſtamẽti.l.Hæredes palã.in prin. ff.
de teſtã.inſtit. eo.tit.§.fin.Septimò, qa qñ ſcri
pſit illã ſcripturã, ægrotus nõ erat in articulo
mortis,ita ꝙ nõ eſſet vocãdi notariũ tẽpus:qa

poſtea

Digitized by Google

poſtea ſuperuixit multos dies. Octauò, quia
errant qui dicunt, q̄ Papa in d.c. Cū eſſes, de-
rogauerit omnibus requiſitis de iure ciuili, q̄a
ſolum reduxit nomerum teſtium ad duos, vel
tres: cū præſentia præſbyteri. Nonò, quia pu-
39 blicatio † d. ſcripturæ non eſt facta legitimè. d.
l. Repetita. C. de Epiſc. & Cler. & nihil valet.
Bal. in l. Teſtamenta. & in l. Conſulta. C. de te-
ſtam. ordin. Decimò, quia q̄n etiam publica-
tio eſſet facta coràm competenti iudice non
40 fuerunt ſeruata ſeruanda, quia neceſſe † erat ci
tare venientes ab inteſtato; capitula produce
re, vt interrogatoria fieri poſſent. Bal. in l. pu-
blicati. in 2. & 3. q. C. de teſtam. ordin. & ſi fuiſ-
41 ſent † forenſes debebat ſeruari doctrina Bal.
in l. Teſtamenta. num. 4. 5. C. de teſtam.
42 Neque obſtaret ſtatutum † ſi adeſſet, quod
facta inſinuatione, non poſſet dici de nullita-
te: quia non poſſet habere locum circa ſolem-
nitates requiſitas, & omiſſas: Bal. in l. Cum
lege. in 2. notab. C. de Epiſc. & Cler. Quare ſtā-
43 tibus † præfatis frater. d. Franchi defuncti ha-
bet ius in bonis ſui fratris: quia dicitur deceſ-
ſiſſe ſine teſtamento. Decian. reſpon. 46. num. 3.
vol. 2. & tantò magis, quia ante publicationē,
licet ſcriptura eſſet priuata, ille præſbyter au-
ctoritate propria ſibi vſurpauit fructus. dd. pe
tiarum terræ; & etiam vſufructuaria; vnde ſi-
44 cut hæres † ab inteſtato non poteſt auctorita-
te propria adire hæreditatem, quando adſit te
ſtamentum, niſi prius fuerit declaratum nullū,
vt not. in d. c. Cum eſſes. num. 17. ad finem: ita
legatarij † non potuerunt in legatis ſe intro-
mittere ante publicationem ſcripturæ. l. 1. §. 1.
ff. quorum legat. vbi cōmuniter doct. at quāto
magis, q̄a & ſcriptura, & publicatio eſt nulla.

Nec adſit, qui prætextu defenſionis falſita-
tis audeat dicere, quod nemo poſſit ſe oppone
re, vigore d. c. Cum eſſes. vbi Papa prohibet
contradictionem: quia quicunque ſanę mētis,
& non habens intereſſe à veritate non diſce-
det: nam Papa intendit ſuā prohibitionē ha-
bere locum quando ea, quæ diſponit ſint rectè
facta ad formam ab ipſo. & iure traditam; ſed
q̄n non ſint ſeruata ſeruanda non tollit autho
46 ritatem dicendi de nullitate; quia Papa † nun-
quā intendit tollere ius alterius. c. Ad aures.
de reſcrip. aliàs eſſet occaſio defraudādi alte-
rum: Papa nanque ſemper intelligitur habere
47 bonam intentionem: & q̄ncunq; in ſua † diſpo-
ſitione adſint verba non benè clara; eſt inter-
pretatio facienda, quod voluerit ſe conforma
re cum iure communi. c. Duobus. de reſcrip. &
48 c. Si metu. de præben. in 6. quia verbā † dubia
nunquam immutant diſpoſitionem iuris. ſpe-
cul. de inſtrum. editio. §. Inſtrumentū. ver. Quid
ſi à contrahentibus, aliàs dediſſet occaſionē
49 ad fraudem; quæ † eſt quædam abſcondita
machinatio ſtudioſa ad decipiendū alterū. l. 1.
§. 2. ff. de dol. & ſi ille præſbyter tenderet ad
ſuā ſalutem ponendo manum ad ſuam conſciē
tiam, ſciret an animo ſincero, vel ad ſuū com-
modum, & illius mulieris procuraſſet diuerte
re teſtatorem: & homo prudens debet ſcire q̄
50 nullitas † ſemper poteſt proponi, vt latè no-
tat Gl. magna. c. 3. 35. q. 9. & Card. in Clem. 1,
quæſt. 14. de re iudic. Immò oppoſitio retor-
queretur contra illum præsbyterum, qui fecit
contra diſpoſitionem Papæ vocando ſeptem
teſtes; & tanquam notarius ſcribendo: & ita
vt ſupra concludo: Saluo &c. Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXXI.

Parochus permittens parochianum mori ſine Sa-
cramentis: an & quando ſit excuſatione
dignus?

SVMMARIVM.

1 *Parochus, qui non habet curam ſuorum parochia-
norum, rationem reddet Deo.*
2 *Parochus non habens curam ouium eſt reus pro
fructibus eorum ammiſſis.*
3 *Qui oues ſibi commiſſas ſpernit non amat Deum.*
4 *Qui amat Deum paſcit oues ſuas.*
5 *Infirmitas leuis non excuſat.*
6 *Infirmitas leuis qualis cognoſcatur.*
7 *Curatus debet habere alium ſocium pro neceſſita-
tibus.*
8 *Qui officium parochi exercet, debet eſſe mundus
à peccato.*
9 *Mundus à peccato non eſt, qui conſilium Dei non
denuntiat.*
10 *Animam quilibet debet ponere pro ouibus ſuis.*
11 *Ignorantia in parocho æquiparatur dolo.*

Illumina Domine cor meum.

FACTI SPECIES.

IN Parochia S. Hylarionis defuncta eſt vi-
dua ſine Sacramentis; quæ nec etiā duran
te infirmitate fuit à parocho ſuo viſitata,
ſed ſolùm quando iam erat mortua ante
ſepulturam, qui parochus excuſationem infir-
mitatis allegat: vnde quæritur, quid iuris? &
ego reſpondi, vt infra: videlicet.

Omnis Sacerdos habens curā animarū, qui
1 curam † ſuorum parochianorū non habet, quo
ad Sacramenta, & alia pro animarum ſalute,
debet Deo omnipotenti rationem reddere de
ouibus ſuis: Hoſtien. in ſum. tit. de paroch. &
alien. paroch. poſt principium; cum ibi per cū
2 annotatis: & reus † efficitur pro fructibus am-
miſsis. c. Si præsbyter. cū ſequenti. 26. q. 6. nam
3 qui † oues ſibi commiſſas ſpernit paſcere non
dicitur Deum amare. c. In ſcripturis. 8. q. 1. quia
ſi Chriſtus pro nobis mortuus eſt, nos non de-
4 bemus ab illo recedere, qui dixit, ſi amas † me,
paſce oues meas: vt Abb. in d. c. verſ. & paſtor.

Digitized by Google

Nee mihi vſ excuſatio infirmitatis digna:qa
5 de ea non conſtar ad ſufficientiam;nam leuis†
infirmitas non excuſat.vt not.Abb.in c.Tenor.
n.1,de ſent. & re iud. & quod fuerit leuis ſatis
cõſtat in facto,quia ſicut eam viſitauit mortuã
6 poterat viuam viſitare , quod dignoſcitur † à
notatis ab ipſo Abbate in.d.c.Tenor .nume. 3.
Immò magis arbitror eum eſſe in culpa ; quia
7 qui ſolus eſt Curatus†ad formam text. in cap.
Quoniam.de offic.ordin. debet habere alium ,
qui in neceſsitatibus poſsit occurere. c. Illud.
7.q.1.c.Vt quiſquis præsbyter.de vit.& honeſt.
cler. & tantò magis , quia ſi vera fuiſſet infir-
mitas excuſatione,ſaltem in neceſsitatẽ tene-
batur talem perquirere : quia ſemper eſt dan-
da eſca eſurientibus in tempore opportuno:
8 quiſquis enim † huiuſmodi officiũ exercet,de-
bet eſſe mundus ab omni ſanguine, ſecundum
Paul.Apoſt.in c.20.de actib.Apoſt. ideſt mun-
dus à peccato,vt exponit Gl.in c.Ephæſijs.43.
9 diſt.& ibi text.dicit quod ille†non eſt mundus
qui conſilium Dei non denuntiat , & agit.Pro
10 ouibus enim † quilibet in tempore opportu-
no debet animam ſuam ponere. c. Suggeſtum.
7.q.1.& hoc maximè conuenit parocho;qui ne
dum Sacramenta ſuis Parochianis debet dare:
ſed infirmos quotidie viſitare. ca. 1. de celeb.
Miſſ. Quare Reuerendiſs. Epiſcopus debet cũ
diligentia perſcrutari,an dolo,vel nimia igno-
rantia , & negligentia ille Parochus omiſerit
11 Sacramenta illi viduæ : iuxta † tex. in c.fin.de
celebr.Miſſ.& ita ſentio,Saluo meliori iudicio;
Laus Deo,& B.M.

CONSILIVM CLXXII.

Vicinus ædificans in pariete vicini;an repetat expenſas.

SVMMARIVM.

1 *Qui petit quod reputat ſuum, cenſetur renuntiare iuribus ſuis.*
2 *Petens ſibi dari quod eſt ſuum , quando cum dolo dicatur.*
3 *Dolus imputatur ei,qui eum committit.*
4 *Mutare quis non poteſt in eadẽ re in alterius præiudicium.*
5 *Feneſtræ in muro denotant totum murum eſſe illius,qui ea fecit.& num.12.*
6 *Qui dicit probare debet.*
7 *Emptor non eſt melioris conditionis,quàm ſit vẽditor in re empta.*
8 *Seruitus in re empta tolli non poteſt per emptorẽ.*
9 *Emptor debet agere contra venditorem ſi aliquid prætendat in re empta.*
10 *Fabrica facta abſente vicino,debet deſtrui.*
11 *Seruitutes tranſeunt cum re empta.*
13 *Vicinus non habet ius in parte vicini.*
14 *Feneſtræ reſpicientes in domo vicini, dicuntur ad æmulationem.*
15 *In re communi melior eſt conditio prohibentis.*
16 *Nemo poteſt in alieno aliquid mittere.*
17 *Expenſæ factæ in alieno ſolo cedunt patrono ſoli.*
18 *Quilibet eſt moderator rei ſuæ.*

Dominus ſit mihi adiutor.

FACTI SPECIES.

IN cauſſa inter Reuer. Zachariam, & Reu.
Herculem,noua proponitur quæſtio,ſcili-
cet, quod Reuer. Hercules nunc dicit qđ
fabricam ſuper muro in confinibus vicini
Reuer. Herculis conſtruxit vti in ſua pro me-
dietate.& quod d.Reue.Zacharias dum fabri-
ca conſtruebatur,nihil oppoſuit; quare ſibi li-
citum fuit, & totus murus effectus eſt ſuus : &
quando ſolum pro medietate ſibi deberetur ;
reficienda eſſet ſibi medietas expenſæ factę de
ſuo proprio:& adducitur Pariſ.in conſ.115.nu.
34.35.& 36.in 1.vol.

Quibus obiectis reſpondeo,quod ſatis con-
ſtat murum de quo in caſu totum fuiſſe.d.Reu.
Zachariæ.

Primò namq; quia d.Reuer. Hercules petijt
conſenſum conſtruendi fabricam cum oblatio-
1 ne ſoluendi medietatẽ,ex qua petitione†cen-
ſetur renũtiaſſe iuribus ſuis, quatenus habuiſ-
ſet ea.d.l.Commiſſoriæ. C, de pact.int.empt.&
vend.vbi Gl.& doct.

Secundò reſpondeo,quod quando medietas
2 fuiſſet ſua , petendo † eam ſoluere, diceretur
cum dolo c.Examinata.de iudic.l.Siquis dolo,
3 in fin.de ſent.& re iud.& ſibi † dolus eſſet im-
putandus . l. Quidam. ff. de in rem verſ. & no-
tat Bald.in l.1. C.vt in poſſ.leg. num.1.

4 Tertiò quod mutare † non poteſt in præiu-
dicium Reue.Zachariæ.c.Mutare.de reg.iur. in
6. quod maximè procedit ſecundum Dyn. ibi,
& in addit. quia huiuſmodi variatio verſatur
circa eandem rem.

Quartò, reſpondeo quod in contrarium cõ-
ſtat;quia anteque Reuer.Hercules emeret do-
mum contiguam Reuer.Zachariæ: & antea per
tẽpus immemorabile, aderat illa pars domus.
d.Reuer. Zachariæ cum feneſtris reſpiciẽtibus
in hortum,vbi nunc Reuer.Hercules fabricam
5 conſtruxit;quæ feneſtræ† demonſtrabant totũ
illum parietem eſſe Reue.Zachariæ:ſicut pro-
bat.Nicol.Boer.in conſ.5.num.6.7.& 8.vnde il-
la præſumptio eſt tante efficacię,quod dicen-
6 ti contrarium† incumbit onus probandi:quod
Pariſ.allegatus etiam dicit in d.conſ.115.nu.5.
& 6.hic verò nulla eſt facta probatio:ergo,fal-
ſum eſt dictum.

Quintò aduerto : prout eſt aduertendũ, qđ
ante emptionem d.domus per Reuer.Herculẽ
factam pars domus Reuer.Zacharię cum fene-
ſtris

Digitized by Google

ſtris prædictis per tempus immemorabile adeo:
7 rat:vnde emptor† non poteſt eſſe melioris cõditionis quam fuerit venditor.l.In omnibus.§. non debeo.ff.de reg.iur.& per conſequens non potuit tollere ſeruitutem procedentem ab illis feneſtris in pariete Reuer. Zachariæ; quia
8 ſeruitus† in re empta per emptorem tolli non
9 poteſt:& quandocunq; aliquid† prætendat, debet contra venditorem agere; & nullum damnum inferre vicino.l.1.§.1.ff.de actio.empt. qđ etiam colligitur in allegato conſ.115.Pariſ.vbi & vt infra conſtat eſſe contrariũ allegat. & ſic remanet concluſio vera contra Reue.Herculē.

Pariſ.nanq; loquitur de ſeruitute iam impoſita, quę non poteſt tolli:ſed caſus eſt contra Reuer.Herculem; quia non potuit tollere illã ſeruitutem procedentem à feneſtris, quæ dabant lumē in horreo.Reu.Zachariæ: vnde quatenus illum allegat pro ſeruitute ab eo impoſita parieti Reu.Zachariæ,& domo, etiam ſi ſeruitus ei non fuiſſe pro luce horrei, nõ eſt in ꝓpoſito:immo contra. quia loquitur de ſeruitute impoſita vicino preſente,& cõſentiente:hic,
10 autem fabrica† fuit cõſtructa abſente.d.Reu.Zachariæ;& non conſentiente;conſequenterq; nulliter fuit facta.& debet tolli, vt in expreſſo notat tex.in l.Sabinus ad fin.ff.commun. diuid. & tãtò magis ratio procedit iſto caſu; quia ibi loquitur quando murus eſſet communis,& hic erat totus Reu.Zacharię:quare iniquum eſt cũ ſpoliaſſe,& cum cauillationibus velle etiam eũ ſuppeditare:nam etiã ſi murus fuiſſet communis:non potuit ſeruitutem quam habebat,eius domus quãdo eã emit, tollere, quia ſeruitutes
11 † transeunt cum re empta l.Si aquæ ductus. ff. de contr.empt.l.via.§.Si.fundus.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.& optimè faciunt adducta per Pariſ, in d.conſ.115 & qđ ſeruitus adeſſet, feneſtræ
12 † quæ in pariete aderant reſpiciētes in horto, domus emptæ,dabant ſignum.vt prob.Boer.in d.conſ 5.n.6 & 7.immò quod totus murus erat Reue.Zachariæ,vt ipſe Boer.ibi probat:at etiã
13 ſi murus fuiſſet communis,nõ poterat† habere ius in parte vicini;vt ipſe Boer.ibi. nu.20.& 21.quantò magis igitur dicendũ eſt ipſum ſibi iura vicini fraudulenter vſurpaſſe:quia in toto pariete magnam fabricam conſtruxit; ponēdo
14 tigna in toto,& feneſtras† faciendo, reſpiciētes totam domum d.Reu.Zachariæ,quæ(vt ait Cephal.in conſ.130.1. vol.)dicuntur ad æmulationem,& nedum obturari debēt: ſed tota fa-
15 brica deſtruinam etiam in re † communi melior eſt conditio prohibentis. c. In re communi.& ibi Dyn.de reg.iur.in 6. & maximè quãdo
16 vnus in parte ſocij manũ imponat:quia nemo† poteſt aliquid immittere in alieno: iuxta probata per Boer.in d.conſ.5.num.14.qui in ſimili falcem ad meſſem ponit.

Et fortius dico pro veritate iuſtitiæ: quod tota fabrica conſtructa ſuper murũ.d.Reu.Zachariæ cedit ipſi,ita quod Reue.Hercules non poteſt in ea aliquid prætendere:nec etiam expenſas petere; quod in expreſſo habetur in §. ex diuerſo.inſtit.de rer.diuiſ. & in l. Si is cõtra
17 quem.C.de edific.priu.vbi habetur quod qui† in alieno ſolo ædificat nomine proprio, totum ædificium cedit patrono: nec ſumptus poteſt repetere : quæ ratio procedit etiam ſi fabrica fuiſſet conſtructa in cõmuni muro:quia in parte ſocij nullum ius adeſſe poterat.vt in d.l. Si is contra quem: & ſtante noua cautela, quod ſcilicet prætendebat ius in medietate,conſtat quod ſciebat fabricare in alieno: quia tota fabrica fuit conſtructa ſuper totum murũ:& qui ſcit fabricã in alieno conſtruere, ammittit materiam,& expenſas;vt per tex.in d.§.Ex diuer-
18 ſo. Quare cum quilibet † rei ſuæ ſit moderator.l.In re mandata.C.mand, d.Reu. Zacharias poterit auctoritate propria obturare illas feneſtras,& tollere ædificium conſtructũ ſuper ſuo ſolo.vt aliàs probaui,& ita,vt ſupra pro veritate dico. Saluo tamen &c.Laus Deo, & B. M.

CONSILIVM CLXXIII.

Pecunia,& farina Molendinarij data vltra ſolitũ, an ſit donatio.

SVMMARIVM.

1 Onus nouum nemo imponere debet.
2 Ordinem poſitum tollere non poteſt.
3 Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.
4 Inferior tollens ordinem ſuperioris dicitur cum cõ- munere.
5 Tollens ordinem ſuperioris,eſt actus nullus,et iniquus.
6 Actus nullus conualidari non poteſt, & num. 46.
7 Tollens ordinem ſuperioris,meretur pœnam.
8 Donatio procedit à liberalitate.
9 Donare dicitur qui nullo iure cogente dat.
10 Donare non dicitur qui ex neceſſitate dat.
11 Neceſſitas famis eſt maxima.
12 Donatio in dubio non præſumitur.
13 Donare eſt dilapidare.
14 Iactare ſuum nemo præſumitur.
15 Datum cum conditione non dicitur donatio.
16 Donatio eſt prohibita officialibus.
17 Officialis vltra ſtipẽdiũ nihil poteſt licite habere.
18 Officiales qui per munera faciunt id ad quod tenentur;ſunt concuſſores & num.20.
19 Officiales recipientes munera, tenentur ad reſtitutionem.
21 Officialis dicitur militare.
22 Officiales pro munere facientes id ad quod tenentur dicuntur prædones.
23 Prædo dicitur qui facit extra ſolitam conditionē.
24 Adminiſtrator non reddens totam rem dicitur prædo.
25 Officiales ſtipendiati per munera facientes quod debe-

debeꝛent, ammittunt ſtipendium.
26 *Qui indebitè ex auaritia exigit, acrius punitur.*
27 *Superior debet prohibere illicita.*
28 *Qui non facit iuſtitiam poteſt condemnari.*
29 *Recurſus debet haberi ad ſuperiorem.*
30 *Index debet prohibere illicitum.*
31 *Princeps eſt à Deo miſſus ad vindictam malorũ & laudem bonorum.*
32 *Princeps debet facere iuſtitiam, ne ſubditi malum agãt.*
33 *Alteri non eſt faciendum quod ſibi nollet fieri.*
34 *Princeps debet liberare ſubditos à manibus inimicorum.*
35 *Dominia, quæ non habent iuſtitiam dicuntur latrocinia.*
36 *Princeps iuſtus habet compaſſionem.*
38 *Qui facit iuſtitiam eſt Deo acceptus.*
39 *Charitas non eſt vbi, non eſt iuſtitia.*
40 *Qui habet charitatem cum illo eſt Deus.*
41 *Opera charitatis in mortali peccato non proſunt ad gloriam æternam.*
42 *Princeps præſumitur bonus.*
43 *Vtilitas publica eſt anteponenda priuatæ.*
44 *Illicitum non dicitur eſſe damnum.*
45 *Quæ fiunt contra bonos mores, ſunt nulla.*
47 *Inhoneſta non valent; nec conualidantur.*
48 *Ea quæ fiunt in detrimentum animæ non ſunt ſeruanda.*
49 *Anima eſt cunctis rebus pretioſior.*
50 *Diuitiæ cum affectu cumulatæ, ſunt ignominioſæ.*
51 *Diuites in terra ſunt fortes; & in cœlo debiles.*
52 *Molẽdinarij peccant volentes fariñã à pauperib.*
53 *Qui pauperi tollit quod ei ſit neceſſarium pro victu, dicitur ei effundere ſanguinem.*
54 *Conductores augendo pretiũ rei cõductæ ad damnum alterius, non dicuntur habere bonã fidem.*
55 *Qui procurat diuitias cum alterius damno, procurat contra propriam ſalutem.*
56 *Facilius eſt camelum intrare pro foramen acus quàm diuitem in regno cœlorum.*
58 *Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multum cũ iniquitate.*
59 *Non debet attendi ad augumentum pretij, ſed ad cauſam.*
60 *Augumentum ad damnum alterius nõ debet attenderes ſed repelli.*
61 *Theſaurizare non debemus in terra.*
62 *Conſulentes non debent conſulere ad damnum alterius.*
63 *Conſulentes malum pro bono, ſunt homicidæ.*
64 *Malum perſuadentes proximo, occidunt animã.*
65 *Conſiliarij Principum deberent eſſe iuſti.*
66 *Conſulentes damnum, tenentur ad damnum.*
67 *Princeps ſequitur conſilia ſuorum conſiliariorũ.*
68 *Malum faciens Princeps ex conſilio ſibi dato non eſt ei imputandum; ſed conſulentibus.*
69 *Qui bonum pro malo, & malum pro bono dicit, habebit pœnam temporalem, & æternam.*
70 *Molendinarij ſpernentes ordinem Principis, deberent puniri.*
71 *Iuſtitia violatur auro.*
72 *Nudus qui de terra egreditur, nudus illuc reuertitur.*
73 *Homo puluis eſt, & in puluerem reuertetur.*
74 *Mors omnia tollit.*

Dominus illuminatio mea.

Caſus.

CLericus miſit ſtaria xij. frumenti ad Molendinum pro macina, qua completa molendinarius à ſeruo. d. Clerici voluit circa lib. x. farinæ quærelando etiã, quia volebat etiam pecuniam; allegando quod ita omnes dabant: de quo Clericus quærit quid iuris, cum iſtud ſit inſolitum; & vltra molituram, & pecuniam in vſu debitam, & ſolutam Sereniſs. Cameræ, vel Camerario conductori Gabelle: & molendinarij omnes ſtipendiati à Camera tenentur molere, ipſiq; tale onus vſurparunt: de quo Communitas conqueſta apud Principem; qui à Camerario, & alijs miniſtris perſuaſus dicebat quod omne datum dictis molendinarijs erat donatio; tamẽ ad ſatisfactionem Cõmunitatis decreuit pœnam imponi dictis molendinarijs recipientibus de cetero pro macina pecuniam, & farinam: & nihilominus ordinem ſuum ſequuntur ſpretis ordinibus Principis vnde conſultus dico, quod quicquid datur dictis molendinarijs nõ eſt donatio, ſed potius concuſsio: & quod nedũ eſt inhibita exactio à perſonis Eccleſiaſticis: ſed etiã à laicis.

Et quò ad Eccleſiaſticas perſonas pro concluſione videatur Sylu. in ſumm. verb. Immunitas 1. à nu. 19. ad finem: de quo aliàs ſcripſi: &
1 magis in iſto caſu; quia onus † eſt nouum, & nedum ſecularis. ſed neq; Eccleſiaſticus, citrà Papam poteſt imponere; nec impoſitum augere. Abb. & alij Canoniſtæ. in c. Prohibemus. de cẽſ. & ibi Apoſtila in verbo, Sibi ſubiecta, & magis ratio procedit, quia hic non adeſt auctoritas Papæ, neque Principis ſecularis: vnde perſonæ Eccleſiaſticæ ad illud non tenentur: immò nec laici: ad quod oſtendendum, primò aduerto qđ officiales deputati, & vocati, Gabellotti, faciunt liſtam, & ordinem pro macina: deputando primum, ſecundum, tertium, &c. Vt molendinarij ad hoc deputati ſeruent illum, quẽ tamen à paucis annis citra ſpernunt; & ad ſuum commodum pro munere interuertunt, & anteponunt dantes pecuniam illis, qui ſunt in ordine. à quibus: & etiam à cõſtitutis in liſta volunt farinam: vnde nulliter agunt: quia de iure
2 † Diuino, Canonico, & ciuili prohibẽtur. in lib. Deuteron. c. 12. Talia ſunt verba, ſcilicet, quod præcipio tibi, hoc tantum facito, nec addas quicquam. nec minuas & Paul. Apoſt. in Epiſt. ad Thim. c. 5. ad finem dixit: Teſtor corã Deo,

vt hæc

Digitized by Google

vt hæc cuſto dias ſine præiudicio nihil fa-
ciens in alte ram partem declinando.& in c.8.
etiam apud finem ait:præcipio tibi corã Deo,
vt ſerues mandatum ſine macula.quod in iure
canonico probatur per textum in c.Piſanis.de
reſtitut. ſpol. ſicut in iure ciuili in l. Eum in §.
Si prætor. ff. de tranſact. & eſt optima ratio;
3 quia inferior † non poteſt tollere legem ſupe-
rioris.c.Inferior.de maior. & obed. l. fin. C.de
leg.debet enim ei præbere reuerentiam & qñ
4 agat † contra eius ordinem,dicitur eum ſper-
nere.vt not.Gl.in l.1.§.Sed & ſi vicinus.in ver-
bo:ſeruitutẽ.ff.de acq.pln.arcen. Quare actus.
5 dd. molendinariorum contra † ordinem poſi-
tum ab officialibus, non ſolum eſt nullus: ſed
eſt iniquus. l.Scire oportet.§.fin.ff.de excuſat.
6 tut.& ibi Bal.nec † conualidari poteſt ex cur-
ſu temporis.c.Non firmatur. de reg. iur. in 6.
l.Quæ ab initio.ff.eod.tit. & ſequitur Bal. in l.
Quidam. in prin.C.de fideicom. dicens, quod
quæ ab initio malè ordinantur non poſſunt po
7 ſtea efficaciam habere:Quare† merentur pœ-
nam,l.itaq; fallo.ff.de furt. & tradit Abb. in c.
Quorundam.de ſolut. & facit textus in c.2.de
reb. Eccl. non alien.

Quod autem datur dd. molendinarijs nõ ſit
8 donatio, ſed concuſſio, probo ſic. donatio †
procedit à liberalitate; vt in l. 1. ff. de donat.
ibi,& factum demonſtramus quod ab eo pro-
ficiſcitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat,
9 & ille videtur † donare, qui nullo iure cogen-
te dat.l.Donari.ff eod.tit. l.Munus.propriè. ff.
de verb.ſignif. vbi Gl. in verbo. quodcunque.
dicit, quod donum eſt ſine cauſſa. Qui igitur
dant dd.molendinarijs pecuniam, dant vt in-
teruertant ordinem officialis;& eis moliãtur,
relictis in ordine poſitis;& ex neceſſitate viuẽ
di,ex qua neceſſitate non poteſt donatio præ-
10 ſumi; quia nemo † in neceſſitate dicitur libe-
ralis.l.Rem legatam.ff.de adim.leg. & neceſſi-
11 tas†famis eſt maxima.l.1.C.de pat. qui fil. di-
12 ſtra; vnde donatio† non eſt præſumenda;quæ
in dubio nũquam præſumitur. l.Cum de inde-
bito.ff.de probat.l.Si cum aurum.ff.de ſolut.&
13 ratio eſt,quia qui † donat dicitur iactare. ſeu
dilapidare. Gl. Cum ibi allegatis in c.Quia ve
riſimile, in verbo conceſſerit. de præſumpt. &
14 nemo † præſumitur iactare ſuum,vt ibi Gl. &
tradit Patiſ.in conſ.8.nu.3. vol.4. & quodcũq;
15 † datur cum conditione non poteſt dici dona
rio:ſicut in expreſſo dicit textus in d.l.1. ff. de
donat.verſ.dat aliquis.vnde pecunia data iſtis
molendinarijs non poteſt dici donatio; quia
procedit à neceſſitate, & à cauſſa, ſcilicet, vt
qui dat, habeat macinam;licet non ſit in liſta,
ſeu ordine.

Et tantò magis ratio procedit; quia ipſi
molendinarij ſunt cum ſtipẽdio deputati pro
16 macina:&† officialibus eſt prohibita donatio.
l.Vnica.C.de contract.iud.ſicut,& adminiſtra-
toribus.l.1.ff.de tutel. & rat.diſtra.nam qui ha
17 bet†officium cum ſtipendio,non poteſt vltra
ſtipendium aliquid habere. Bar.in l. Si quis. §.
Vtrum.ff.ad Senat.con. Sillcian. quem, & Bal.
in l.2.C.de oper.lib.allegat.Felin.in c.De hoc.
nu. 7. de Simon.& affirmat.Abb.in c.Eccleſijs.
de cenſ.Quare data molitura pro Camera; &
pecunia ſolita,& ſtante eorum officio. tenen-
tur gratis molere; & quia in eorum manibus
18 ſtat effectus officij, id quod † tenentur ex of-
ficio, faciunt per munera, dicuntur concuſſo-
res,& ad reſtitutionem tenentur, ſicut probat
Specul. in tit.de recuſat.§.Effectus.nu.18. per
textum in c.Concuſſiones.1.q.1. & c.Militare.
in fin.23.q.1.& l.Quod euitandi.C.de cond. ob
turp.cau. quod probat Syln.in ſum.verbo,Cõ-
cuſſio.n.3.qui dicit, quod ille dicitur concuſ-
ſor, qui non vult facere quod debet, niſi data
pecunia, aut quando extorquet aliquid vltra
ſtipendia ſibi conſtituta. & ibi num.3. addit ꝙ
19 tales † tenentur ad reſtitutionem, etiam ſi
non ſint condemnati.quicquid enim officialis
recipit;ſub prætextu faciendi, vel non faciẽdi
20 id, ad quod tenetur ex officio, dicitur † per
concuſſionem recipere.l.Illicitas.§.Ne poten-
tiores.verſ.Illicita.& verſ.Ne tenuis.ff.de offic.
præſb.c.Paratus.23.q.1. vbi ad finem iſta dicũ-
tur verba; ſcilicet.Neminem concuſſeritis, e-
ſtote contenti ſtipendijs veſtris. Et probat
Pariſ. de Put. in tract. de ſynd. §. Syndicantur
21 etiam officiales. Omnis enim † qui habet of-
ficium dicitur militare, quamuis non ſit in
militia.c.Militare.§.fin.23. q.1. & exponit. Gl.
in verbo, Militiæ.Ex quibus omnis homo pru-
dens,qui rectè velit iudicare,cognoſcet, ſi ſa-
rina ſublata ſit donatio; vel concuſſio: ſicut,
& pecunia; quæ quamuis ab indigentibus ma-
cina detur; non procedit à liberalitate, ſed
à neceſſitate; quia aliàs molendinarij eam nõ
præberent,vel ſaltem diutius cum maximo dã
no: & turpem farinam,& quaſi ignitam darẽt,
quæ omnia communitas debebat per teſtes
probare ad veritatem oſtendendam; vnde in
22 rei veritate ſunt concuſſores: Immò† prædo-
nes,ſicut colligitur in d.c.Militare,ibi, dũ ſum
ptus quæritur, prædo craſſetur: quod ſentit
Bal. in l.Miſſi ad finem. C.de exact. tribut.lib.
10.dum ait, quod illi,qui prætextu officij ali-
quid exigunt indebitè,poſſunt accuſari de ro-
baria;quod etiam dicit Pariſ. de Put.in d.trac.
de ſynd.C.de ecceſſ.mil.ſecul.num.14. qui di-
cit,quod hodie ſimiles communiter ſunt præ-
23 dones; & prædo † etiam dici poteſt,qui facit
extra ſolitam conditionem. Bal.in auth. cui te
24 lictum.num.10. C.de ind.vid.toll. & qui † ad-
miniſtrat rem alterius; & non reddit totum. l.
Põponius.§. Ex facto. & ibi Alex.ff. de acquir.
poſſ.& in l.Si ex ſtipulatione.num.5. & 6. eod.
tit.& Bal.in l.Si te expilaſſe.C.ex quib.cau.in-
fam.irrog.& in l.Si fideiuſſor.in prin.verſ.vnde
pactum.

25 pactum.C. mand. & ibi dicit, quod tales † ne-
lum ad reſtitutionem tenentur; ſed ammittũt
etiam ſtipendium: nec propterea pœnam eui-
tant.l.Non prodeſt.ff.ui bon. rapt. immò dici-
tur in c.Pœnale.14.quæſt.5.& c.Meretrices.32.
qu. 4. ꝙ huiuſmodi uſurpatio habet uim furti,
& in c Fraternitas.12 q.2.& c. Sequenti, quod
26 quandocunque id † agatur ex auaritia acrius
ſunt puniendi: & Camerarius conductor Ga-
27 bellę cum ſit † ſuperior dd. molendinariorum
deberet, ſicut tenetur, eis talia prohibere: ſicut
tradit Card.in Clem. 1.de teſt.nu.4.verſ.Quin-
to nota: immò etiam punire. c. Forte, in fine.
23.q.4. ibi, coerce, corripe, excommunica, de-
28 grada, & non † faciens, quod iuſtitia mandat,
poſſet ipſe condẽnari: ſicut tradit Bal.in auth.
& omnino.num.1.C.ne uxo. pro marit.ver.Sed
vbi ratione tyrãni: & quandocunque non fa-
29 ciat quod eſt iuſtum, debet † haberi recurſus;
ad maiorem ſuperiorem: quod etiam appro-
bat Cynus in l. Abſentem. C. de accuſ. iudex
30 † enim cõpetens debet prohibere, ꝙ illicitè
poſcatur. l.Non ſolẽt.C.non.vectig.& l.Vectig.
C.nou.vectig. quia noua onera non ſunt tolle-
randa: quæ leges licet loquantur de vectigali-
bus; habent locum in iſto caſu ex identitate
rationis ſecundum Salyc.in.d.l.Vectigalia, vbi
dicit, quod illud eſt nouum quod vltra ſolitum
exigitur, & quandocunque iudex non faciat iu-
31 ſtitiam recurrendum eſt ad principem, qui † à
Deo eſt miſſus ad vindictam malorum, & lau-
dem bonorum. c.Solitæ.in prin.de maio. & ob.
cuius eſt proprium facere iuſtitiam. l. Digna
vox.C.de leg.l.Ex imperfecto. C.de teſt. & ita
32 diſponere † vt ſubditi ſui bene uiuant, nec ma
lum peragant.auth.Vt non luxu.cont.nat.coll.
6. in prin.cuius hæc ſunt verba, ſcilicet. Quia
omne nobis eſt ſtudium, & oratio, vt & crediti
nobis à domino Deo benè uiuant, ita quod al-
33 ter † alteri non faciat quod ſibi nollet fieri, ꝙ
eſt præceptum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, per
Diuum Euangeliſtam Matthæum. in c.7. & le-
gis canonicæ, de qua in c.1.diſt.1. & legis ciui-
lis, & in l.Iuſtitia.ff. de iuſt. & iur. & princeps
34 † debet liberare ſubditos à manibus inimico-
rum ſecundum legem Dei, de qua in lib.1.Re-
gum.c.10. in prin. aliàs ſi iuſtitia non haberet
locum ſecundum S.Auguſtinum. in c.4.de Ciu.
35 Dei, regna, † & dominia nihil aliud eſſent niſi
magna latrocinia: & de Principe noſtro nõ eſt
dubitandum, qui rectus, & iuſtus eſt; & iuſtus
36 † princeps habet compaſſionem. c. Vera. 45.
38 diſtin. & qui † facit iuſtitiam eſt Deo accep-
tus.c.Ad decorem. de inſtitut. qui verò non
facit iuſtitiam, nõ dicitur habere charitatem,
39 quia vbi † non eſt charitas, non eſt iuſtitia. c.
40 vbi ſana.24.q.1. & qui † habet charitatẽ Deus
eſt etiam cum illo, quia vt ait S.Ioan. in 1.Epi.
c.4.Deus eſt charitas, & qui manet in charita-
te, in Deo manet, & Deus in eo; qui enim ha-
bet charitatem non poteſt peccare, quia cha-
ritas eſt fructuoſa in omnibus pœnitentibus,
glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in mar
tiribus, & operoſa in omnibus fidelibus. vt ha
betur in c.Charitas eſt.vt mihi videtur de pœ-
nit.diſtin.2. vnde, qui cupit habere gratiã cum
Deo; debet opera ſua in charitate, & iuſtitia
41 facere: nec ſufficit † opera in charitate face-
re in peccato mortali, quia ei non proſunt ad
gloriam æternam.c.Quærat.§.Quod autem. de
pœnit. diſtin. 3. vnde cum in Principe noſtro
42 adſit bona voluntas, quæ in † bono ſemper
præſumitur, & quod ſit conformis legi ſcriptæ
ſecundum Dec. in conſ.580.num.2.ad finem; &
bonus Princeps ſemper tendit ad bonum com
mune, potiuſquã ad proprium: vt recitat Glo.
in Clem.vnica in verbo, Regum ver.Cum ergo
Princeps de baptiſ.& dixit Iſaias Propheta in
43 c.32.verſ.Princeps verò. vtilitas † enim publi-
ca eſt anteponenda priuatæ.c.Sciens 7.q.1.ibi
nã plurimorum vtilitas, vtilitati vnius eſt an-
teponenda.l.Vnica.§ penul.C.de cadu.toll.cu-
ius legis hæc ſunt verba, ſcilicet tãtum etenim
nobis ſupereſt clementiæ, quod ſcientes etiã
fiſcum noſtrum ultimum ad caducorum uen-
dicationem uocari; tamẽ nec illi pepercimus,
nec auguſtum priuilegium exercemus, ſed ꝙ
communiter omnibus prodeſt: hoc rei priuatę
noſtræ utilitati præferendum eſſe cenſemus;
noſtrum proprium commodum imperialiter
exiſtimantes: quod etiam in iure canonico de-
ſcribitur.c.1.de offic. leg. in 6. per hæc uerba
videlicet officij noſtri debitum remedijs inui
gilat ſubditorum: quia dum eorum excutimus
onera, dum ſcãdala remouemus, nos in eorum
quiete quieſcimus: & fouemur in pace.

Nec obſtat, quod Princeps fuerit perſuaſus,
quod illud datum molendinarijs ſit donatio;
& quod qñcunque fieret prohibitio eſſet dam
no Cameræ, quia ultra, quod in facto uidetur
illum prohibuiſſe: reſponderi poteſt quod nõ
eſt donatio, ut ſupra probauimus: & cõmunitas
examinatione teſtium certificaret Principem
de concuſſione.

44 Secundò, quod illicitum † non dicitur eſſe
damnum. l.Nõ dubium.C.de leg.cum ſimilib.

45 Tertiò, quod ea, quæ † fiunt contra bonos
mores, ſemper ſunt nulla.l.Pacta.quæ cõtra C.
46 de pact.& quæ † ſunt nulla non poſſunt conua
lidari.c.Non firmatur. de reg.iur.in 6. & tradit
Innoc. in c.Prudentia. de offic. deleg.

47 Quartò, quod ea, quæ † ſunt inhoneſta, nec
ualẽt, nec confirmari poſſunt.c.fi.de pact.in 6.

48 Quintò, quod ea, quæ † fiunt in detrimẽtum
animæ non ſunt ſeruãda.c.fin.uerſ.Quod etiã.
49 de pact. in decretali. Anima † eſt enim cunctis
rebus pretioſior. c.Præcipimus.12.q.1.

50 Sextò, quia diuitiæ † in hoc mundo cum ſtu
dio, & affectu cumulatę ſunt ignominioſæ. ca.
51 Gloria.12.q.2. propterea qui † in hoc mundo

diligunt

diligunt diuitias, licet dicantur fortes, in cœlo
ſunt debiles.c.Omnes.47.diſt. Dicti igitur mo-
lendinarij quærentes locupletari cum damno
alterius,& maximè pauperum ; nam multi ha-
bent ſolum ſtatium, immò ſolam minam reco-
lectam in ſpicis poſt meſſem ,& tamē ab eis ēt
52 volūt farinam,& pecuniam;& ſic† peccant, nā
farina eis ſublata erat pro eorum victu ; vt ha-
betur in c.Paſtor.1.q 2.ibi, Nec illi,qui ſua poſ
ſidentes , dari ſibi aliquid volunt ſine grandi
53 peccato ſuo,vnde† pauper erat victurus.acci-
piunt,immò dicūtur dictis pauperibus effunde
re ſanguinem,vt in c.Quid dicam.ead.cau.& q.
4.c.Imolans.14.q. 5.

Septimò,reſponderi poteſt , quod quamuis
conductores Gabellæ augeant penſionem Ca-
meræ,augmentum procedit ab iniquitate mo-
lendinariorum,qui & ipſi augent pretium, pro
molendinis conductis; quia ab ipſa iniquitate
54 magis lucrantur in re conducta,& non†dicun-
tur habere bonam fidem.c.Qui contra iura me
55 reatur ,.de reg. iur. in 6. & qui † procurat eſſe
diues cum alterius damno,procurat contra ꝓ-
priam ſalutem:dixit enim Dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus, vt teſtatur Euāgeliſta Matthæus,
in c.19. Amen dico vobis , quia diues difficile
intrabit in regnū cœlorum; & iterum dico vo-
56 bis,facilius†eſt camelum per foramen acus trā
ſire , quàm diuitem intrare in regnum cœlorū:
ſuper quibus verbis D.Hieronymus ſcripſit, ꝙ
qui diuitias, & ſæculi voluptates contempſe-
rint , centuplum accipient , & vitam æternam
58 poſſidebunt; melius † eſt enim parum habere
cum iuſtitia,quam multum cum iniquitate ; vt
in primo lib.Parab.Salom.c.16.qui in eod.lib c.
10. etiam dixit,quod nihil proderunt theſauri
impietatis;iuſtitia verò liberabit à morte.Vn-
de qui Principem conſulunt,quod ſi illicita ꝓ-
59 hibeat, ſit damno Cameræ, non † debent ani-
maduertere ad augmentū ſed ad cauſſam aug-
menti. c. Vides. 23. q.6. & quando cognoſcant
augmentum tendere ad damnum alterius, de-
60 bent†offerentes repellere.c.Denique. 14.q. 5.
refert enim S. Matthæus,in c.6.quod Dominus
61 Ieſus hæc protulit verba,ſcilicet:Nolite†the-
ſaurizate vobis theſauros in terra,vbi erugo,&
tinea demolitur,& vbi fures effodiunt,& furā-
tur:theſaurizate autem vobis theſauros in cœ
62 lo: conſulentes† enim numquam debent con-
ſulere ad alterius damnum.l.4.§.Hoc autem.ff.
63 de damn.infect.& nedum peccant, qui † malū
pro bono conſulunt propter munera, ſed ſunt
quaſi homicidæ.c.Noli putare.de pœnit.diſt. 1.
dicitur enim in Pſalmo 56.verſ.6.quod Filij ho-
minum dentes eorum ſunt arma. & ſagittæ. &
lingua eorum gladius acutus:& eſt optima ra-
64 tio;quia qui malum ſuadet proximo , dicitur
occidere eius animam,& tenetur ad reſtitutio
nem damni:vt notat Nauar,in d.c.Noli putare.
65 in prin.conſulentes † enim ſuum Principē de-
bent eſſe iuſti;quod ſi ſecus agant vocātur de-
66 ceptores.c.Quantò.de iureiur.& tenentur†ad
ſatisfactionem damni, quod ex eorum conſilio
dederunt:vt probat Abb. in c.Tua nos. num.3,
de homic. per textum in l.Illicitas. §.Sicuti ff.
de offic. Præſ. quod ibi affirmat etiam Felin,
67 Princeps † nanque ſequitur conſilia pruden-
68 tum.c.Peruenit. 84. diſtin. vnde ſi † quandoq;
malum tollerat,conſilio ſibi dato,quod ſit bo-
num,non eſt ei imputandum , ſed conſulenti-
bus.c.Innitaris.de conſtitut.l.potioris gradus.
C.de offic.rect. prouin. Caueant quæſo conſu-
lentes Principem,ne incidant in pœnas de qui
bus,in c.Ita corporis.11.q.3.& c.Ve qui dicitis.
ead.cauſ.& quæſt.vbi per verba Iſaiæ prophæ-
69 tæ dicitur , quod qui † dicit malum bonum ,
& bonum malum, habebit pęnam temporalem
& æternam;ſed tamen Princeps noſter non ob
ſtantibus conſilijs ſibi datis ꝙ huiuſmodi exa-
ctio illicita eſſet donatio,& damno eſſet Came
ręeam prohibendo,ſtatuit pęnam dantibus,&
70 recipientibus:verum quia† molendinatij ſper
nuut ordinem deberent puniri.c.1.cum ibi Gl.
pen. de matrim.cont.interd.Eccl. cōtract. & l.
vltim.ff. ne quod in loc.pub.& in pœnam exilij
cadunt.l.vltim.C.nou.vectig.Immò excommu-
nicandi ; quia ordinem Principis contemnunt.
c.Innouamus.de cenſ.Sylu.in ſum.in verbo.ex-
communicatio 7. nu.54. & cauſſam ignoro tāti
exceſſus:niſi ſubintret diſpoſitio textus. in ca.
Pauper cum non habet.11.q.3. quæ ita dicit:Ci
71 tò†violatur auro iuſtitia,nullamque pertime-
ſcit reus culpam,quam redimere nummis exi-
ſtimat,ſed ipſi,& officiales , quibus à Principe
committitur, quod ordinem non ſeruantes pu
niant, non obliuiſcantur dictum Iob in primo
72 c.ſui libri:quando dixit:Nudus†de terra egreſ
ſus ſum,& nudus illuc reuertar & illud creato-
ris noſtri in lib.Geneſis.c.3. ſcilicet, Memento
73 † homo quia puluis es , & in puluerem reuer-
teris:omnes enim diuitias,& dignitates huius
74 ſeculi relinquent:mors†enim omnia tollit , &
hic finis. Laus Deo,& B. M. ſemper Virgini.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google